




Theodore
Besterman

387





ROMA
SVBTERRANEA
NOVISSIMA
TOMVS POSTERIOR.

R O M A
Z V B E R A N E A
R O V I S I M A
T U M P O L I T A N O



ROMA SVBERRANEA



[Faint text]	[Faint text]	[Faint text]
[Faint text]	[Faint text]	[Faint text]
[Faint text]	[Faint text]	[Faint text]

ROMA
SVB TERRANEAE
NOVISSIMA

IN QVA

POST ANTONIVM BOSIVM ANTESIGNANVM,
IO: SEVERANVM CONGREG. ORATORII PRESBYTERVM,

Et celebres alios Scriptores

ANTIQUA CHRISTIANORVM

Et praecipue Martyrum Coemeteria,

TITVLI. MONIMENTA, EPITAPHIA, INSCRIPTIONES.

AC NOBILIORA SANCTORVM SEPVLCRA

SEX LIBRIS DISTINCTA ILLUSTRANTVR

ET QVAMPLVRIMAE RES ECCLESIASTICAE ICONIBVS GRAPHICE
describuntur, ac multiplici tum sacra, tum profana eruditione declarantur.

OPERA ET STUDIO

PAVLI ARINGHI ROMANI CONGREG. EIVSDEM PRESBYTERI

Cum duplici Indice, Caputum & Rerum locupletissimo.

TOMVS SECVNDVS.



ROMAE MDCLI.

Expensis Blasij Diuersini, & Zanobij Masfotti Bibliopolarum.

Typis Vitalis Mascardi. Superiorum permisso.

AMON

AMON
AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

AMON

FERDINANDO III. ROMANORVM IMPERATORI AVGVSTO CAESARI.

PAVLVS ABINGHVS CONGREG. ORATORII PRESB. SEMPITERNAM F.



VBERRANEÆ Roma, quæ recolendos antiquorum triumphos Christianorum ostentat, & palmas in cæsis pro Christo Corporibus, ipsisque met lapidibus incisas, sua passim intra viscera perscrutantibus offert, quæ martyrum exuujs, ac sanguine, toti terrarum orbi longe amplius, quam antiqua Roma conspicua redditur, publicam nunc in lucem proditura, haud alteri, quam tibi, SACRA CÆS. MAIESTAS, Augustif-

simo Romanorum Imperatori præcipuo iure debetur. Hæc quippe cum sub gentilibus quondam Principibus acriter impetita, iugiterque martyrum cruore madida, Crucis dumtaxat vexillo fortis in acie, inuictaque perstiterit, nunc è tenebris, quibus diu cum suis confepulta pignoribus delituit, caput exerens, coronis ac palmis onusta ad Christianissimum Imperatorem, vt antiquæ tributum Christianitatis, quam præsert, quoquo modo persoluat, gratulabunda recurrit. Vniuersum enim Orbem sui spectatorem habitura, Te quoque inspectorem, ac suum quasi tutelarem genium ambitiosa præoptare videtur. Et quidem Roma, quam offerimus, inuictorum tot Christi pugilum, qui sub Romano olim Imperio florere, & quorum sacris adhuc lipsanis decoratur, adumbratas ad viuum imagines, ferroque insectantium, incisorio velut stylo excultas, contemplandas perquirentibus exhibet, vt profecto quæ gentilium Cæsarium ditioni addicta, immanem tot cætorum fidelium stragem perpessa, dum acriores bellorum aduersus religionem procellæ ingruerent, suo resertissimas sine Christianorum colonias exceptit, religiosissimo item Imperatori debeatur. Iure enim aliquando, cum ab Herodianis de persoluendo Cæsari tributo, illis Christus verbis compellatus fuisset: *Licet census dare Cæsari an non?* Cæsariani oblato sibi census numismate, & cuiusnam illa esset imago, calumniatores interrogans: *Cuius est imago hæc, & superscriptio?* comperto quod Cæsaris: *Reddite*, inquit, *quæ sunt Cæsaris* MATH. 22 *Cæsari*. Ita plane: ipsiusmet Christi suffultus oraculo in rem præsentem dixerim ego, & haud temere Opus hoc Cæsari reddendum esse pronunciauerim. Quapropter Subterranea Roma, cum Romanæ antiquæ Christianitatis imaginem, Romanique nominis, ac Imperij inscriptum fronte titulum præferat, Romanorum Principi, non quasi aliquid à Te alienum, sed sua vt res deferenda, offerenda est. Augusta enim pietas tua, vel in hoc sacro abscondita Urbis teatro, innumeros plane martyres, qui sanguine fidem stabiluere, Romanumque Imperium longe, lateque propagarunt, recolendo, illibatæ religionis primordia, ac istius Augustæ, quam gestas chlamydis, Regalisque purpurae, quæ martyrum cruore rutilat, ac nobilissimi demum diadematis decorem haud dubijs argumentis liquido conijciat.

Roma igitur intestinis, externisque olim cladibus iam fere extincta, suis
phœni-

phœnicis instar cineribus, ac sepulchris reuiuiscens immortalitatis nomē obtinet ac purpureo interemptorum imbre irrigata, Romanum in extremas vsque orbis terrarum oras, vna cum fide Imperium extendit: *Semen quippe est martyrum sanguis* (vt ille antiquus aiebat) *& quoties metimur, plures efficitur*. Quinimo sacrosanctum Christi nomen, & triumphale crucis vexillum, quo ille orbem subegit, signum videlicet, quod Constantino Magno ostensum, illisque consignatum notis: *In hoc signo vince*; victoriam præsignificauit, ac cæteris subinde Christianis Imperatoribus palmas præfagisse visum est, ipsismet Cœmeteriorum marmoribus inseulptum, recolendum passim, adorandumque obijcitur. Enimuero Roma, quæ recondita licet, per se satis, superque patefeit, cruentis incisa characteribus, perennes, quos retulit, triumphos contestatur, cum fides, quam ipsa velut orbis terrarum caput, ac magistra edocet, impugnari quidem (vt Chrysostronus asserit) haud tamen vnquam expugnari potuerit: *À quam multis oppugnata est Ecclesia, nec vnquam tamen victa? Quot tyranni? quot Duces? quot Imperatores? Augustus, Tiberius, Claudius, Nero oppugnarunt, nunc silentur traditi obliuioni, illa vero oppugnata cælum transcendit*.

Tertullianus
in apologico
cap. cxi.

Chrysostronus
a. in act.
Mact. c. 60.

Iam tum profecto Christi gloria, & Christianorū fides inter gladios, inter cineres, inter tumulos sepulchralesq; titulos apprimē viget, & vel ex ipsis Cœmeteriorū lateribus Roma sole elarior emergens, ad boreales vsq; regiones vna cum Imperio fines protendens ijs, qui Catholicam fidem labefactare, atque conuellere conantur, Augustini hos perduelles acriter perstringentis verba intonare videntur: *Videatis seculi potestatis vietas & domitas non à repugnantibus, sed à morientibus Christianis, & contra eadem simulacra, pro quibus Christianos occidebant, impetus suos legesque veruisse, & Imperij meruissimū eminentissimū culmen ad sepulchrum Piscatoris Petri submissō diademate supplicare*. Namque vt cæteros taceamus, Constantini Augustissimi Principis (cuius Tu locum tenes) qui Romanam seep̄ro fidem stabiliiuit; Constantini, inquam, Roma ista è tenebris eruta felicitatem contemplantibus ingerit: *Vniuersum orbem Romanum* (Augustinus inquit) *vnus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis, & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est*. Ita profus facer Martyrum cruor, quo primum Roma dedicata est, Christianis tum victoriæ palmam, tum pacis tranquillitatem Imperatoribus peperit, & regna isthæc, quæ Tu meritissime obtines, tuis Augullis feliciter seep̄tris deuouit.

Augustinus, ep. 42.
ad Malacten.
fol.

Augustinus, lib. 5.
de Ciuit. Dei
c. ap. 26
Insebitur lib. 9
Hist. cap. 9.

Tertullianus, Apo.
cap. 35.

Tertullianus, Apo.
cap. 4.

Quanta verò Christianis olim animo alacritate pro tui Rom. Imperij salute, ac prosperitate, subterraneis hifee ex antris profiliētes, in arenam Roma produxit, qui etfi gentilibus exofis iugiter haberentur, pro publica tamen re, ac Imperatore, armis æque ac precibus strenue dimicarunt: *Christianus quippe* (vt Tertullianus inquit) *nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est, ut ipsum diligit, & reuereatur, & honoret, & saluum velit cum toto Romano Imperio*. Haud semel enim, vt hoc subijciam, vestrum Romanum Imperium Christianos apud Deum propugnatores habere promeruit, & in Marcomanico præsertim, bello, Marco Aurelio imperante Christiani milites, & eorundem, quæ Fulminatrix appellabatur legio, desperatis iam rebus, Crucis dumtaxat signo clypeis infixio, cum totus Romanorum exercitus fiti deficeret, pluiam è cælo, & victoriam pariter contra hostes obtinuit, vt idem Tertullianus his verbis edisserit: *Siliter à Marci Aurelij grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sūim, Christianorum forte militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur*. Ad Subterraneæ igitur Romæ sinus profugiendum est, in quibus Christianorum cœtus coibant, vbi iuges pro dimi-

canti-

cantibus, & pro toto Rom. Imp. vestro, Deo preces offerbantur, huc pia, inquam, mente, velut ad sacrum asylum est perfugiendum, cum ex Cœmeterijs quorum contemplandæ icones exhibentur, velut ex nobili orthodoxæ religionis cimeliarco, validissima aduersus Christiani nominis desertores tela suppeditari contingat. Verum Tibi, qui in promouendo fidei cultu, non secus ac orbis Christiani Athlas, iugi labore contendis alteram huius Subterraneæ Romæ partem, quæ à Latina potissimum Via fortitur initium, Latinarum gentium Imperatori nuncupamus. Præclarissimis enim Cyriacæ Romanæ matronæ, & Diuæ Agnetis Romanarum nobilissimæ Cœmeterijs, præcipuisque ibidem Constantinianæ munificentiae titulis illustratur. Prætereo, quod plurima tum sacræ tum profanæ antiquitatis monimenta, eximiaque Imperatorum Constantini Magni, Arcadij, & Maiorani, qui triumphali Crucis vexillo publicæ salutem ac sospitatem rei peperere, victricesque coronas promeruerunt, numismata exhibet contemplanda.

Accipe igitur, SACRA CÆS. MAIESTAS, haud obscurum vel in obscuro Subterraneæ Romæ prospectu, nec indignum Tua Maiestate Opus, & sub Crucis vexillo, venerandoque Christi nomine, ac frequenti palmarum symbolo, quo sepulchrales hæ sacræ pagine decorantur, immortales Tibi ex hostibus palmas diuino velut ex oraculo portendito, dum nos interim Deum Opt. Max. vt *Satanam conterat sub pedibus tuis*: pacatumque ad sui nominis gloriam Imperium ac perennem denique felicitatem deprecamur. Viue diu felix, & felicior in terris Romani Imperij rector, quam maturior cælitum comes.


*Romanorum
cap. 16. h. 2.*



INDEX CAPITVM,

Quæ Secundo Romæ Subterraneæ Volumine
continentur.

CAPITA LIBRI QVARTI,

Cap. I.	 E Porta, ac Via Latina: nec non de profanis earundem monumentis. Pag.	2
Cap. II.	De Aproniani Cœmeterio.	5
Cap. III.	De Gordiani, vel certe Beatorum Gordiani, & Epimachi Cœmeterio.	7
Cap. IV.	De Cœmeterio SS. Simplicij, Seruiliapi, Quarti, & Quinti martyrum.	14
Cap. V.	De B. martyris Tertullini Cœmeterio.	15
Cap. VI.	De Martt. via Latina conditis, & de sacris eiusdem viæ monumentis.	16
Cap. VII.	De Cœmeterijs à Bosio via Latina repertis.	19
Cap. VIII.	De Vijs Labicana, & Prænestina, ac de profanis earundem monumentis.	30
Cap. IX.	De Cœmeterio inter duas Lauros; siue BB. Martt. Tiburtij, Marcellini, Petri, ac S. Helenæ via Labicana.	31
Cap. X.	De Cœmeterio, seu Arenario BB. Martt. Claudij, Nicosrati, Symphoriani, Castorij, & Simplicij, ac SS. Quatuor Coronatorum.	42
Cap. XI.	De B. Castuli Cœmeterio via Labicana.	44
Cap. XII.	De B. Zotici Cœmeterio via Labicana.	45
Cap. XIII.	De martyribus, quorum sanguine, vel sepulchro via Labicana, ac Prænestina illustres redditæ sunt, & de sacris earundem monumentis.	46
Cap. XIV.	De Cœmeterijs à Bosio via Labicana repertis, ac perlustratis.	47
Cap. XV.	De Tiburtina via, ac profanis eiusdem monumentis.	124
Cap. XVI.	De Cœmeterio B. Cyriacæ in agro Verano iuxta Tiburtinam viam.	125
Cap. XVII.	De martyribus, qui Tiburtina via martyrij palmam, aut certe sepulturæ locum obtinuerunt, & de sacris eiusdem viæ monumentis.	132
Cap. XVIII.	De Cœmeterijs à Bosio via Tiburtina repertis.	134
Cap. XIX.	De Nomentana via, ac de profanis ibidem monumentis.	144
Cap. XX.	De Cœmeterio ad Nymphas.	146
Cap. XXI.	De antiquo B. Nicomedis Presbyteri, ac martyris Cœmeterio.	147
Cap. XXII.	De B. Alexandri Papæ, ac sociorum martyrum Cœmeterio.	148
Cap. XXIII.	De Cœmeterio Primi, & Feliciani martyrum.	150
Cap. XXIV.	De Cœmeterio S. Restituti martyris.	151
Cap. XXV.	De Cœmeterio B. Agnetis.	152
Cap. XXVI.	De martyribus Nomentana via coronatis, vel sepultis.	171
Cap. XXVII.	De Cœmeterijs à Bosio via Nomentana inuentis ac perlustratis.	172
Cap. XXVIII.	De celebri Priscillæ Cœmeterio via Salaria.	217
Cap. XXIX.	De Cœmeterio SS. Felicitatis, Alexandri, Vitalis, & Martialis: Iordanorum item, ac septem virginum, nec non Chrysanthi, & Daria nuneupato.	223
Cap. XXX.	De Cœmeterio Nouellæ.	229
Cap. XXXI.	De Ostriano Cœmeterio.	230
Cap. XXXII.	De Cœmeterio B. Hilaria.	231
Cap. XXXIII.	De Cœmeterio BB. Thraſonis, & Saturnini.	ibid.
Cap. XXXIV.	De BB. Martt. Hermetis, Basilæ, Proti, & Hyacinthi Cœmeterio.	233
Cap. XXXV.	De Cœmeterio ad Clivum Cucumeris.	236

Cap. XXXVI.	De martyribus, qui Salaria via coronati, aut certe conditi sunt.	239
Cap. XXXVII.	De Cœmeterijs à Bosio via Salaria noua, & veteri repertis.	241
Cap. XXXVIII.	De via Flaminia, & Claudia, seu Clodia, & de recolendis carundem monumentis.	337
Cap. XXXIX.	De Cœmeterio SS. Valentini mart. & Iulij Papæ via Flaminia.	340
Cap. XL.	De martyribus, qui via Flaminia, & Clodia coronati, aut certe sepulti sunt.	341
Cap. XLI.	De Cœmeterijs à Bosio via Flaminia inuentis, ac perlustratis.	349
Cap. XLII.	De Cryptis, & Cœmeterijs intra Urbem, nec non de peculiaribus locis, ac domibus, in quibus martyres olim conditi fuere.	357
Cap. XLIII.	De Nouati, ac Timothei Thermis: & de Pudentis domo ad Viminalis collis radices BB. Petri, & Pauli Apostolor. hospitio, & sacro Christianorum cœtu illustrata.	369
Cap. XLIV.	De subterraneis Domitianis siue Traianis Thermis, & de antiqua B. Siluestri Papæ intra eandem Ecclesia, quæ non multis ab hinc annis Vrbi innotuit.	375
Cap. XLV.	De Diocletianis Thermis, quæ SS. Martt. manu extractæ, ac sudoribus illustratæ in Ecclesiam postmodum dicatæ sunt.	384
Cap. XLVI.	De subterraneis apud Ecclesiam B. Mariæ in Via Lata Cubiculis B. Pauli Apost. hospitio, ac prædicatione, sanctorum præsentia, & frequenti Christianorum cœtu nobilitatis.	387
Cap. XLVII.	De Cœmeterialibus Sarcophagis, imaginibus vitreis, alijsque perantiquis Christianorum monumentis nouissime adinuentis, & Cœmeteriorum Urbis Ichnographia.	392
Cap. XLVIII.	Præcipua BB. Martyrum, Romanorumque Pontificum nomina, quorum exuijs Cœmeteria Urbis illustrantur.	424

CAPITA LIBRI QVINTI.

Cap. I.	D E antiquis Christianorum Cœmeterijs, Gentilium cadaveribus haud vnquam pollutis.	430
Cap. II.	De Christianorum Cœmeterijs haud vnquam hæreticorum, Schismaticorumque commercio pollutis.	434
Cap. III.	De promiscuis Cœmeteriorum imaginibus commentitios ethnicorum errores redolentibus.	450
Cap. IV.	De antiquo in Ecclesia sacrarum imaginum cultu.	452
Cap. V.	Quid sacrarum cultus imaginum fidelibus præstet.	460
Cap. VI.	De sacris Cœmeterialibus Imaginibus.	465
Cap. VII.	De Adami, & Euæ Imaginibus.	467
Cap. VIII.	De Abele, & Caino.	471
Cap. IX.	De Noëmo.	472
Cap. X.	De Abrahamo, & Isaaco.	478
Cap. XI.	De Iosepho Patriarcha.	480
Cap. XII.	De Moyse Hebræorum legislatore, ac duce.	482
Cap. XIII.	De Pharaone Aegyptiorum Rege maris Rubri fluctibus obruto.	485
Cap. XIV.	De Arca Fœderis.	487
Cap. XV.	De Sampsonè.	488
Cap. XVI.	De Regio Propheta Dauide.	ibid.
Cap. XVII.	De Elia Propheta celeberrimo.	492
Cap. XVIII.	De Iob Orientalium potentissimo.	496
Cap. XIX.	De Tobia.	497
Cap. XX.	De tribus Pueris in Babylonica fornace consistentibus.	499
Cap. XXI.	De Daniele Propheta.	502
Cap. XXII.	De Iona Propheta.	505
Cap. XXIII.	De Ezechiele Propheta.	511

CAPITA LIBRI SEXTI,

Cap. I.	DE sacris Christi Domini Incunabulis.	516
Cap. II.	De Magis Christum Infantem in Præsepio adorantibus.	520
Cap. III.	De Christo Domino medium inter Doctores locum obtinente.	522
Cap. IV.	De Christo Domino à Ioanne in Iordanis aluco baptizato.	524
Cap. V.	De Samaritana muliere.	528
Cap. VI.	De Paralytico sanitati reddito.	529
Cap. VII.	De Hæmorrhoiâ Christi contactu curata.	ibid.
Cap. VIII.	De Cæco oculorum lumine peruso.	530
Cap. IX.	De Christo Domino panes ad exsaturandas famelicorum turbas multiplicante.	531
Cap. X.	De Christo manus paruulo imponente.	537
Cap. XI.	De Lazaro in vitam Christi iussu reuocato.	538
Cap. XII.	De triumphali ingressu Christi Domini in Hierusalem.	541
Cap. XIII.	De Christi Domini supra montem consistentis imagine ex quo flumina quatuor emanant.	543
Cap. XIV.	De sacra Christi Domini gemmatam crucem præferentis imagine.	544
Cap. XV.	De veneranda Christi Domini virgam manu præferentis imagine.	548
Cap. XVI.	De Christo Domino volumina manu præferente.	549
Cap. XVII.	De imberbi Christi Domini imagine.	ibid.
Cap. XVIII.	De Christo Domino pastoris formam exhibente.	550
Cap. XIX.	De sacra Pastoris Euangelici baculum, & pastorem fistulam manu gestantis imagine.	555
Cap. XX.	De Christi speciem Agni præferentis imagine.	556
Cap. XXI.	De Orphei imagine.	560
Cap. XXII.	De duobus Græcis elementis A. & Ω.	564
Cap. XXIII.	De Græco Χ nomine.	566
Cap. XXIV.	De BB. Apostolorum sub multiplici forma imaginibus.	575
Cap. XXV.	De Virginum ardentes lucernas manu deferentium imaginibus.	576
Cap. XXVI.	De hominum multisformiter expressis imaginibus.	577
Cap. XXVII.	De multiplici Christianorum Agape.	599
Cap. XXVIII.	De vario indumentorum genere, quo cœmeteriales imagines ex-cultæ sunt.	609
Cap. XXIX.	De Tiara.	595
Cap. XXX.	De Braccis, Saraballis, ac mitris muliebribus.	596
Cap. XXXI.	De quatuor anni temporibus.	598
Cap. XXXII.	De varijs quadrupedum, & Bouis præsertim imaginibus.	600
Cap. XXXIII.	De Ceruo.	602
Cap. XXXIV.	De varijs volatiliū imaginibus.	606
Cap. XXXV.	De Columba.	607
Cap. XXXVI.	De Pauone.	610
Cap. XXXVII.	De Gallo gallinaeco.	614
Cap. XXXVIII.	De Piscibus.	618
Cap. XXXIX.	De Delphino marinorum piscium principe.	621
Cap. XL.	De Anchora. 626	Cap. XLI. De Arboribus. 628
Cap. XLII.	De Cupresso. 630	Cap. XLIII. De Palma. 633
Cap. XLIV.	De Oliua. 642	Cap. XLV. De Vitibus, & Vuarum racemis. 647
Cap. XLVI.	De Candelabro. 650	Cap. XLVII. De Domibus. 654
Cap. XLVII.	De Cathedris. 660	Cap. XLIX. De Coronis. 669
Cap. L.	De Cœmeterialibus symbolis ac promiscui generis imaginibus.	679



R O M A
S V B T E R R A N E A
S I V E
DE SACRIS ROMÆ COEMETERIIS
TOMVS II. LIBER QVARTVS.

HACTENVVS percurrendis Romæ suburbij, quæ longo circuitu protenduntur, ac recolendis, quæ ibi existunt, Cœmeterijs, monumentisque sacris pariter ac profanis perlustrandis intenti, à Triumphali Porta ad Aureliam, & Portuensem, inde ad Ostiensem progressi, singulas præcipuarum Viarum semitas curiosius perscrutando, demum inter Appiam, Ardeatinamque viam diu substitimus, vsque dum itineris pensum dimidia iam ex parte confecimus, necnon primum Subterraneæ Romæ volumen quot vijs, quot passibus, quot Cœmeterijs: tot gemmis, tot monilibus, tot trophæis insignem, totidemque triumphis nobilem, Deo fauente, absoluimus. Sed enim tibi susceptum prosequentibus iter haud casu dixerim, sed peculiari ipsius Dei nutu Latina præ cæteris Porta ac Via nobis primum occurrit, quæ tot, tantisque tum profanarum monumentis antiquitatum, tum pretiosis martyrum, ac martyriorum thesauris referta est, vt iure optimo & omnibus admirationem pariat, & condignam prætereuntium animis pro rerum dignitate, quas intra ambitum continet, venerationem ingerat. Quis enim nesciat, dum sacram probe antiquitatem calleat, quod & à nobis suo prolixius loco enarrabitur, Viam hanc cæteris, quæ ad nostræ Urbis mœnia diriguntur, nobilitate nullatenus imparem præclarissimo B. Ioannis Apostoli martyrio apprime illustratam, Tertulliano, inquam, Hieronymo, ac Eusebio locupletissimis memorandæ huius rei testibus. Et quidem quod ad Tertullianum spectat, eius verba, veluti præclara gemmarum ferta, nostris hisce paginis in Ioannis præconium inferere volumus: Habes Romam, inquit, vnde nobis quoque auctoritas præsto

*Tertull.
lib. de præ-
script. c. 36
Hier. lib. 2.
contr. Io-
uinian. c. 20. in
Matth.
Euseb. lib.
de demost.
sirat. Euang.
gel. l. 3. c. 7.*

*Prochorus
cap. 11. in
Biblioth.
Patrum.*

est, statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur; vbi Apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesijs contesserit.] hæc illi. Verum vt paucis rem perstringamus, Via hæc præ ceteris & Vrbi & Orbi adeo innotuit, & Beatissimi Apostoli, & Euangelistæ triumpho tam celebris facta est: vt sicut virtutibus & signis Ioannes & Petrus socij fuerunt, ita in Vrbe Roma (Prochoro teste) sui triumphii memoriam haberent; & sicut triumphalis (inquit ille) insignis habita est cruce Petri, sic & Latina Porta Ioannis dolio insignis, & memorabilis iugiter haberetur.] Interim ne miscere (vti prouerbium est) sacra profanis videamur, de singulis, quæ tum ad sacram, tum ad profanam antiquitatem pertinent, suo speciatim loco acturi, lutum ab auro, & pretiosum à vili (quod diuina monent eloquia) separantes, hic ea primum, quæ ad rerum externarum notitiam spectant, præmittamus.

C A P V T I.

De Porta ac Via Latina, necnon de profanis earumdem monumentis.

Collis Cæliolus.



*Plus in Romæ
li gentis.
Ferentium.*

Via Latina.

INTER Capenam, ac Cælimontanam Portam Latina Cæliolo in colle porta sita est, quæ antiquis, vt quidam asserunt, temporibus Ferentina dicebatur; quo plane titulo a Plutarcho in ipsius Romuli gestis prænotatur, & forte a Ferento oppido, quod Latina Via a Strabone reponitur, huiuscemodi nuncupationem sortita est, quæ quidem Via ab hac vtiq; porta initium desumit. Verum quia Aqua & lucus, vel silua item Ferentina, hanc extra portam ad XI I. lapidem exitit (& nunc vulgo Mannum vocant) locus videlicet post Albæ excidium, Latinæ gentis concilio destinatus. Inde ab hoc potius loco, qui proxime adiacet, portam eo dirigentem, quam a Ferentino Hernicorum oppido, appellatam fuisse arbitramur; quod quidem oppidum quadraginta octo pas-

suum millibus ab Vrbe distat. Sed profecto frustra laborant, qui ex corrupto Plutarchi loco Ferentinam portam, & ab ipso Romuli tempore nobis effingunt, cum Vrbe Romulus tres dumtaxat portas exhibentem iam primum constituerit, ac postmodum reliquerit, vel certe, vt fides pluribus adhibeatur, quatuor in ea, teste Plinio lib. 3. ad numerari contigerit, hoc est, Mugoniam, Romulam, Carmentalem, & Pandanam; de quibus P. Alexander Donatus lib. 1. c. 4. fatis erudite disserit. Inter quas Ferentinam portam hoc nomine prorsus ignotam frustra perquirendo deprehendes. Plutarchum autem loco hæctenus citato haud de Vrbe porta, sed de Ferentina Aqua, seu silua locurum iampridem fuisse doctissimum Geographum Phil. Cluuerius in Ital. antiq. libris asseruit, qui pro voce Græca πύλος legit πυλῖς, sed ex pluribus locis Dionysij, & Liuij ibidem a Cluuerio recitatis proculdubio apparet,

Plin. l. 3. c. 5.

*Alexand. Don.
l. 1. c. 4.*

*Phil. Cluuer.
Ital. antiq. l. 2.
c. 10. p. 257. 22.*

*Dion. Alex.
Tit. Liv.*

apparet,

ret, vna dempta litera legendum esse, *ὕλης*, vt de silua, aut Frentino luco intelligatur, de quo iam diximus.

2 Porro Latinam idcirco viam hanc nuncupatam fuisse asserunt, quia eadem terendo in Latium itur. Cuius plane nominis etymologia, communi omnium voce a latendo defumitur; eo quod Saturnus ibidem, vt Poëtæ suo de more fabulantur, aut somniant, a Ioue profugus quondam latuerit. Quamobrem Ouidius in Fastis hæc cecinit:

*Dicta quoque est Latium terra latente
Deo.*

Et Virgilius *Æncid.* 8. carminibus idem expressit:

*Latiumque vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in
oris.*

Quamuis Varro hac potissimum ratione Latium appellatum fuisse asserat, quod nimirum Italia inter Alpium montes, atque Apenninos quodammodo lateat. Latinæ autem viæ ac nominis pariter origo, quam in medium protulimus, nobis quidem haud satis probanda videtur. Nam & cæteræ Vibis portæ, quæ ortum, meridiemque respiciunt, Næuia videlicet, Capena, ac Trigemina in Latium deducunt; cur ergo non & ipsæ Latinæ pariter nuncupandæ sunt? Verum eamdem hoc potius nomine appellatam fuisse putamus, quia ad Albam, Albanumque montem dirigebatur, in quo Latinæ olim feriæ ex inolito gentiliū more celebrabantur, & iuxta quem conuentus, Latinæque gentis concilia peragebantur. Verum viam hanc hinc plane verbis Strabo describit: *Præclarissime sunt*, inquit, *Via Appia, Latina, Valeria: vna quidem ad mare, Latina partes separans, vsque Sinuessam protenditur: altera in Sabinis vsque ad Marfos. Inter has media Latina est, quæ ad Casinum, vel, vt Cluercius emendat, Casinum oppidum coniungitur Appiis, ab Capua vnde viginti distans stadiis.*

3 Hæc item olim Via celebre ac conspicuum muliebris Fortunæ Templum exitit, vbi Coriolanus, dum a matre enixe rogatus esset, ante eiusdem Fortunæ simulachrum a concepta Romanorum cæde substitit. Eadem quoque Via Phyllidis Domitiani Augusti

nutricis villa exitit, de qua in eiusdem Domitiani gestis isthæc Suetonius: *Cadaver eius populari sandapila per vestillones exportatum, Phyllix nutrix in suburbano suo Latina Via funeravit: sed reliquias Templo Flaviæ gentis clam intulit, cineribusque Iulie filie Titi, quam ex ipsa educauerat, commiscuit.* Porro celeberrima hæc inter alias via recensenda est, ob crebra nimirum ethnicorum monumenta, quæ in ea passim, Iuvenale teste, adnumerabantur, his quidem carminibus:

Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Et Satyr. 5. cum eiusdem viæ mentionem facit:

Cluise veberis dum per monumenta Latina.

Prudentius quoque Christianus inter Poëtæ, Latinæ viæ splendorem antiquitati coniunctum ex frequenti sepulchrorum numero celebrandum libro contra Symmachum de Victim. Ditis, hunc in modum cecinit:

*Ipsa Patrum monumenta probant, Di
Manibus illic*

*Marmora secta lego, quæcunque Latina
vetustos*

Custodit cineres, &c.

Ausonius quoque poëtarum laudatissimus Epigrammate trigesimo octavo, Epitaphium hoc, quod cuidam sepulchro eadem olim Via inscriptum legebatur, hunc in modum recitat:

*Non nomen, non quo genitus, non vnde,
quidegi,*

*Mutus in æternum sum, cinis, ossa
nihil.*

*Non sum, nec fueram, genitus tamen è
nihilò sum.*

Mitte, nec exprobres singula, talis eris.

Vides, quam præclare gentilis homo, cuius animo nullum Christianæ fidei lumen affullerat, ac rerum futurarum spes nulla prorsus infederat, artamen de breui huius vitæ termino, de vili hominis origine & conditione, ac demum de contemptibili rerum humanarum ambitu, tam alte, concinne, sapienterque Christiani adinstar Philosophi disputans, vel ipsos Christianos inter hæc iutiliarum commenta delirantes redarguat. Verum sublimiori Christianæ philosophiæ, atque humilitatis sectandæ studio

Etymologia
Latij.

Ouid. Fast. l. 1.

Æneid. lib. 8.

Via Latina.

Strabo l. 5.

Templum
Fortunæ muliebris.
Simulachrum
Fortunæ eiusdem.
Villa Phyllidis.

Suet. in Dom.

Sepulchra gentium
Via Latina.

Iuven. sat. 1.

Idem sat. 5.

Prudent. contr.
Symmach. l. 1.

Auson. Epigr.
38. in Epitaphio
ROMANA.

Antonius Barberinus Cardinalis S. Onuphrij roneupatus, Capuccinorum Ordinis S. Francisci, & Urbani VIII. Pont. Max.

germanus frater, miserandam, deplorandamque humanæ vitæ conditionem iugiter ob oculos habens, vir de vniuersa Christianorum Republica optime meritus, in Ecclesia sub Deiparæ Virginis Conceptæ titulo ab se a fundamentis erecta ad Cœnobium, quod Capuccinorum pariter familiæ ille construxerat, cū superioribus annis Congregationem de Propaganda fide hæredem sibi ex testamento nuncupasset, hæc nobilis instar tituli, sui suppresso nomine condigno plane Christianæ humilitatis exemplo Purpuram ipsam, qua viuens exornabatur, post mortem illustraturus, honorum operum, ac virtutum meritis clarus è vita decedens, suo incidi sepulchro mandauit:

Epitaphium Card. Antonij Barberini Capuccini.

HIC
IACET
PVLVIS,
CINIS,
ET
NIHIL.

Quæ in viri purpurati huius, & Christiana humilitate magis, quam purpura conspicui memoriam ex occasione antiqui sepulchralis tituli a gentili poëta exscripti hic obiter referre volumus: sed iam ad Latiuam Viam, vnde digressi paululum sumus, reuertamur. Quod ad antiquam insuper Latinæ Viæ, cui modo insistimus, memoriam attinet, ne quid studiosum lectorem prætereat, apud Wolfgangum quoque Latium binæ eiusdem Viæ inscriptiones, & hæc quidem vetustissimæ his verbis conceptæ adnumerantur, quas vltro hæc nostræ lectori paginæ contemplandas exhibent:

Inscriptiones Via Latinæ, exstantes.

Wolfgang, de reb. Rom. l. 3, cap. vlt.

Neapoli.

SEMPRONIVS TVCIDANVS
TESTAMENT.
IVRE MV. QVOD IPSE FACIO. L. L.
ABSENS OB POENVM ITALIA
PVLVSM. FVNDI BALEARES
SENATVI P. Q. R.
D. D. AVRELIVS
TVCIDANVS
TACITAM PECVNIAM SI VIA LATINA
OSSIBVS MEIS RE. MONVMENTVM
SVO SVMPTV ÆDIFICARIT,
HABETO.

In Lusitania.

EGO GALLVS FAVONIVS IOGVNDVS
PVBLII FAVONII FILIVS,
QVI BELLO CONTRA VIRIATHVM
OCCVTVI, IOGVNDVM ET PRVDENTEM
FILIOS E ME ET QVINTA FABIA
CONIVGE MEA ORTOS HÆREDES
RELINQVO, ET BONORVM
IOGVNDI PATRIS MEI, ET BORVM
QVÆ IPSE MIHI ACQVISIVI,
HAC TAMEN CONDITIONE, VT
AB VRBE ROMA HVC VENIANT,
ET OSSA HINC MEA INTER
QVINOENNIVM EXPORTENT,
ET VIA LATINA CONDANT
IN SEPVLCHRO MARMOREO IVSSV
MEO CONDITO.

Wolfgang, ibid.

Onuphrius item in Roma, quam edidit, inscriptionem hanc refert, in qua Lucij Annij, Latinæ huius Viæ curatoris, mentio incurrit, videlicet:

Onuphr. Rom. in Rom.

L. ANNIO FABIANO III.
VIRO CAPITALI TRIB. LEG. II.
AVG. QVÆST. VRBAN. TR. PLEBIS,
PRÆTORI, CVRATORI
VIÆ LATINÆ LEG. LEG. X.
FRETENSIS LEG. AVG. PROPRI.
PRO VINC. DAC. COL VLP.
TRAIANA ZARMAT.

Et hæc interim de profanis Latinæ Viæ monumentis lectori indicasse satis sit, in qua complures olim ædiculæ, Gentilium studio ac opera extractæ, extabant; ibique ollæ, ac vasæ cineraria, necnon sepulchra haud numero paucatulis, inscriptionibusque ex more prænotata cernebantur; quarum adhuc vestigia intuentium oculis contemplanda obijciuntur. Verum vt susceptæ a nobis enarrationis proposito insistamus, a profanis antiquæ Romæ monumentis pedem contrahentes, ad sacra iam & recolenda, eiusdem Viæ Cœmeteria properemus.

* * *



CAP. II.

De Aproniani Cœmeterio .



VISNAM Apronianus iste fuerit, celebris vtrique famæ vir, cuius perhonorifica hic mentio incurrit, & a quo Cœmeteriū istud

de quo nunc agimus, nomen accepit, haud certum vsque adhuc nobis est. Etsi enim in B. Marcelli, seu Marcellini Papæ Actis mentio S. Aproniani Commentariensis Martyris sit, hic tamen Via Salaria conditus fuit, & martyrium longe post huius Cœmeterij constructionem subiit. De quo item in Romano Martyrologio solemniter memoria die 2. mensis Febr. agitur his plane verbis: *Romæ Via Salaria passio S. Aproniani Commentariensis, &c.* & vt Baronius in suis notis subtextit, de eodem frequenter facti scriptores meminere: *De eodem hic Beda, Vsuardus, Ado, & alij, habentur eius res adnexæ a S. Marcellini Papæ, quæ sub nomine S. Marcelli recitat Sur. tom. 1. Commentariensis hic fuisse dicitur. Erat Commentariensis carcerum custos, qui in Commentariolo conuersus in carcerem scribere solitus erat, de quo ordine tam militiæ Palatine, quam Castrensium vide, quæ inferius notata habentur die 27. Maij. hæc Baronius de Aproniano Commentariensi, qui longe alius ab eo exitit, cuius nomine Cœmeterium hoc illustratur. Quapropter a viro aliquo eiusdem nominis Cœmeterium hoc præmemorati deriuationem tituli sumpsisse asserendum est.*

2 Porro, si rem altius persequari quis velit, plures quidem Apronianos apud ethnicos quondam historicos legimus, vnum autem ex his inter ceteros præcipuum, Dionis Cassij parentem, qui Ciliciæ Præfecturam gessit. Alterum vero, qui Vrbs Præfectus sub Iuliano Apostata exitit, cuius frequenter Ammianus Marcellinus meminit. In fastis quoque Consularibus, & in antiquis pariter inscriptionibus hoc

Aproniani nomen passim reperitur: verum enimvero quisquis ille est, dum sanæ mentis ac probi iudicij sit, absurdum nimis, & a recto rationis ac veritatis tramite alienum pronunciauerit, si horum cuiquam, insensis alioqui nominis Christiani hostibus, eiusmodi Cœmeterij condigna institutio ac denominatio pariter adscribatur: absit enim, vt qui Christianorum iugiter carnificinam exercebant, Christianis Cœmeteria ædificando, eorumdem sepulturæ, ac obsequio deseruirent, quorum potius corpora contumeliosè proijci, ac ignominia causa passim vbique insculpta iacere præoptabant.

3 Id vnum igitur sacris è Martyrologijs, atque ex conscriptis Martyrum Actis studioso lectori nosse sat erit, celebre videlicet Cœmeterium, de quo nunc agimus, Latina Via situm fuisse. In Martyrologio enim Romano hæc habes: *Romæ in Cœmeterio Aproniani S. Eugenie Virginis, quæ tempore Gallieni Imperatoris post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christo aggregatos, sub Nicetio Vrbs Præfecto diu agonizans, nouissime gladio iugulata est.* In M. SS. vero eiusdem Actis Cod. S. Petri: *S. Maræ ad Martyres, & S. Cæcilie locus etiam his verbis designatur: Ipsa autem die natalis Domini missus est spiculator, qui illam, scilicet Eugeniã, in custodia positam percuteret. Tunc sublatum corpus eius a matre, positum est non longe ab Vrbe in Via, quæ appellatur Latina. Id ipsum testatur Ado, qui & eiusdem Cœmeterij locum, in prædio nimirum eiusdem B. Eugeniæ, hæc dicens veluti digito demonstrat: Et sublatum est corpus ab affinibus eius Christianis, & positum non longe ab Vrbe in Via, quæ Latina appellatur, in prædio eius proprio, vbi multorum ipsa sepelierat membra. Quod pariter Vinc. Belluac. lib. 12. ad rei nostræ propositum asserit. Claudia insuper eius matrè sepulchrum eidem hac Via Latina construxisse in M. S. quodam Cod. S. Petri his plane verbis legitur: *Audiens hoc mater eius Claudia, venit ad carcerem, & sublatum corpus eius posuit non longe ab Vrbe, in Via, quæ Latina appellatur, cum hymnis & laudibus, & cum honore magno eius sepulchrum construxit.* In quibus etiam fortentum quoddam admiratione dignum sub*

Apronianus Commentariensis Martyr.

A. B. S. S. Mar. celli et Marcellini.

Rem. Mart. die 2. Febr.

Commentariensis munus quale olim diceretur?

Apronianus Ciliciæ Præfectus.

Apronianus Vrbs Præfectus.

Ammianus Marcellinus lib. 13. et 16.

S. Eugenia.

Mart. Rom. 25. Decemb.

A. B. M. S. Cod. S. Petri ad Mart. S. Cæcilie.

Mart. Ado 25 Decemb.

Vinc. Belluac. lib. 12. c. 77. p. 24.

M. S. Cod. S. Petri S. Claudia.

Claudia ab Eugenia filia de morte sua sic certior.

Cod. 1. Petr. D. 1. Mar. ad Mariu. Casil.

SS. Auitus, & Sergius.

Petr. de Nat. in Catal. l. 2. n. 7.

Ms. It. Sa. S. E. n. 6000

subtexitur, videlicet Claudie ad idem sepulchrum enixius oranti sanctissimam virginem Eugeniā eius filiam videntem se obtulisse, & ab eadem de obitu, qui proxime illi imminebat, genitricem subinde certiorē redditam fuisse. Postquam autem, ut sibi prænunciatum fuerat, decessit, ipsa pariter pijsimorum Sergij, & Auiti filiorum manibus ibidem condita est. Sic enim legendum eadem acta exhibent: *Mater vero eius Claudia, cum ad eius sepulchrum fletet, apparuit ei Eugenia vigilanti, & dixit ei: Gaude & letare mater Claudia, quia & me introduxit Christus in exultatione sanctorum, & patrem meum in Patriarcharum gaudium: sed te ipsam dominica veniente die in refrigerium suscipiet sempiternum. Commenda ergo filijs tuis fratribus meis, ut custodiant signaculum crucis, per quod mereantur effici nostri participes. Factum est autem, ut veniens ad domum Claudia, instrueret filios suos iuxta id quod monita fuerat. Die autem dominica mysterijs celebratis, in oratione posita emisit spiritum; quam Auitus & Sergius iuxta sororem suam sepelentes, ita in timore Dei perfecti esse ceperunt, ut multorum ad se conuerterent animas paganorum. Porro Sergium quoque, & Auitum hoc eodem Cœmeterio tumulatos fuisse Petrus de Natalibus in Catal. his verbis refert: *Qui (Auitus nimirum, & Sergius) & post multum temporis, multis paganorum conuersis, queuerunt in Domino; sepulti & ipsi a fidelibus iuxta matrem & germanam. Videas ex hoc vel ipsos sanctos viros suorum post mortem gaudere consortio, & ipsius sepulcri participatione lætari, ut quibus viuentes fide communicauerant, iisdem vel mortui sepulchri societate copularentur. Ex allatis item apertissime constat, Cœmeterium, de quo hæc tenus, Via quidem Latina haud longe ab Vrbe, in prædio quodam eiusdem B. Eugenie, a qua initium desumpsit, extitisse. Condidit enim pijsima virgo ibidem sua manu quamplures Christi Martyres, & demum ipsa in exhibitum præmium obsequij, vna cum matre, ac fratribus eodem loco perhonorifice condita requieuit.**

4 Verum supra hoc Cœmeterium in interlapsum temporis Ecclesia in eiusdem B. Eugenie honorem erecta fuit: cuius ad hanc diem nullum profus vesti-

gium extat. Eandem tamen vetustissimam fuisse Bibliothecarius in Ioannis Papæ Septimi gestis testatur; qui Pontifex anno Dominicæ salutis septingentesimo quinto Ecclesiam rexit: ab ipso enim præ longa temporum serie, & nimia vetustate collabentem, instauratam fuisse auctor præmemoratus in hunc plane modum scribit: *Hic restaurauit basilicam S. Eugenie, quæ longo tempore detecta, ac diruta fuerat. Id ipsum quoque in Vita Hadriani Papæ Primi asserit, qui non eandem duntaxat instaurauit, sed monasterium ibidem extruxit, eodem, qui supra, teste his verbis: Immo & basilicam S. Eugenie tam intus, quam foris instaurauit. Et paulo infra isthæc addit: Porro & in basilica B. Eugenie, quam iam dudum eius renouauerat Almitas, solerti in ea gerens cura, monasterium puellarum nouiter ibidem a fundamentis adificans, constituit, ut iugiter illic Deo canerent laudes, videlicet hora prima, tertia, sexta, nona, vespere, matutina, in qua & plura obtulit dona, &c. Ipsemet vero in B. Leonis Papæ Tertij gestis, in eadem Ecclesia ab ipso sanctissimo Pontifice munificentissimis muneribus exornata, corpus B. Eugenie virginis tumulatum extitisse affirmat; quod postea vna cum sacris B. Claudie eiusdem matris pignoribus a Stephano Papa Sexto, qui item Quintus nuncupatus est, in Vrbe translatum, ad SS. Apostolorum Ecclesiam perhonorifice conditum fuit, ut in M. S. Cod. eiusdem Ecclesie videre est, sermone habito in ipsomet natalitio SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi, ibidem pariter depositorum, die. Quod autem S. Eugenie Ecclesia, & monasterium, quod iuxta eandem ab Hadriano extructum est, Via olim Latina situm fuerit, ex eodem Bibliothecario in memoratis B. Leonis Papæ Tertij gestis satis aperte conuincitur, dum isthæc ibi enarrat: *In monasterio sancte Eugenie, quod ponitur foris portam Latinam, pari modo fecit canistrum argentum pens. lib. quinque, &c. Et hæc sunt, quæ de Aproniani Cœmeterio, quod Latina Via situm est, ex antiquis scriptoribus, & sacrarum rerum monumentis excerpta studiose lectori prælibare voluimus.**

Bibl. in 1. PP. 7.

Monasterium S. Eugenie Via Læna.

Translatio corporum SS. Eugenie, & Claudie.

Bibl. in 1. Læ. PP. 3.

CAP. III.

De Gordiani, vel certe
beatorum Gordiani &
Epimachi Cœ-
meterio.

VT Gordianum hoc, quod & SS. Gordiani & Epimachi titulo inscribitur, luce ab antiquis scriptoribus mutata, perferretur, primo quidem se nobis præ cæteris offert Petrus Manlius, qui in Cœmeteriorum Urbis catalogo a se olim descripto antiqui huius Cœmeterij his plane verbis meminit: *Cœmeterium Gordianum foris Portam Latinam.* Ex quo nonnulla Cencij Cameratii exemplaria corrigenda videntur, ubi Gordiani loco, vna duntaxat litera immutata, Cordianum & Concordianum legitur. Cœmeterium hoc igitur, quod Via Latina primo ab Vrbe lapide situm est, Gordianum a celeberrimo Christi Martyre Gordiano nuncupatur: ut vnus præ cæteris Ado in suo Martyrologio, sub die decima Maij, satis aperte innuisse videtur, hæc dicens: *Roma Via Latina in Cœmeterio eiusdem natalis S. Gordiani, &c.* Hic autem sanctissimus vir nobili martyrio sub impio Iuliano Apostata coronatus, pia Christianorum manu tumulandus in hoc Cœmeterio delatus est; ubi antea S. Epimachi corpus honorifice conditum fuerat: quod eundem apud Adonem, & in M. S. ipsius B. Gordiani A&is, Codd. Later. Vatic. S. Petr. S. Cæcil. & Vallic. hac prorsus ratione describitur: *Tunc vnus ex familia eius cum alijs Christianis nocturno silentio venerunt, & rapuerunt venerandum corpus S. Martyris Gordiani, & venientes in Via, quæ Latina nuncupatur, non longe ab Vrbe Roma miliario plus minus vno, illic posuerunt eum in crypta sexto Idus Maij, vbi iam pridem sanctum Epimachum sepelirunt, &c.*

2 Porro Epimachus iste (cuius hic mentio incurrit) Alexandria quondam gloriosum pro Christi fide martyrium,

consummauerat: & sacrum subinde eius corpus primum quidem iuxta Græcorum Menologium die xi. mensis Martij Constantinopolim condigno honore translatum fuit: quo autem potissimum tempore, & qua rerum opportunitate dignissimi martyris pignora, Romam deferri contigerit, haud satis ex antiquis scriptorum paginis exploratum habetur: hoc vnum interim ex verbis illis apud recolenda S. Gordiani Acta paulo ante recensitis (*vbi scilicet iam pridem sanctum Epimachum sepelierunt*) venerandum beati eiusdem Martyris corpus longe ante B. Gordiani martyrium in hoc Cœmeterio extitisse conuincitur. Idem enim vocabulum, iam pridem scilicet, Ado loco supra citato vsurpat; quamuis in Martyrologio Romano vocabuli eiusdem vice, Paulo ante inscriptum legatur; quo item loco veluti quid omnino certum, ac indubitatum legentibus insinuari videtur, B. nempe Martyris Epimachi corpus haud Constantinopolitana ex Vrbe, sed ex Alexandria, ubi pro Christo gladio cadente trucidatus fuerat, in Urbem tandem delatum fuisse. Hæc enim ibi nobilis instar monumenti verba leguntur *vi Id. Maij: Roma in Via Latina natalis SS. Martyrum Gordiani & Epimachi, quorum prior pro confessione fidei tempore Iuliani Apostate diu plumbatis casus, ad vltimum capite truncatus, noctu a Christianis sepultus fuit eadem Via, in crypta, in qua beati Epimachi Martyris reliquie paulo ante translatae fuerant ab Alexandria, vbi ille pro Christi fide martyrium compleuerat.* Ni forte, ut difficultatis nodus, qui occurrat, facili via, ac breui manu a nobis utcumque soluatur, beatissimi eiusdem Martyris corpus, vel Constantinopoli Alexandriam, & subinde Romam relatum fuisse asseramus, vel certe in ipsamet translatione, quæ Constantinopolitanam ad Urbem præstita est, sacra martyris pignora maiori quidem ex parte Alexandriae piorum recolenda obsequio relicta fuerint, & hæc demum Christianis inde transmeantibus honorifice, ut par erat, tumulanda in Urbem aduenerint. Quidquid autem illud sit, id vnum certissime constat, sacrum videlicet beati Epimachi corpus, vel eius saltem reliquias in hoc Latine Via Cœmeterio recon-

Menolog. Græc
die 11. Maij.

Translatio
corporis S.
Epimachi.

Martyr. Rom.
10. Maij.

Petr. Manl.

Cencius Cam
in Ind. s.

S. Gordianus,

Ado in Mart.
die 10. Maij.

M. S. Cod. Lat.
Vat. 48. 9. 3.
Petr. B. E. Vall.
1. 7. s. Cæcil.

S. Epimachus

reconditas fuisse, ibidemque reuolutis deinde temporum circulis, iuxta easdem beati Epimachi reliquias, beatum quod Gordianum depositum fuisse: quapropter ipsamet die decima Maij condigna vtrorumque in Martyrologio Romano memoria recurrit: & in vtrorumque pariter honorem Ecclesia ibidem erecta olim fuit, quam & ab Hadriano Pontifice huius nominis Primo instauratam fuisse Bibliothecarius tradit: ex cuius item verbis, quæ suo infra loco in medium a nobis proferentur, satis vti que euidenter nosse quis potest, ex hac eadem Ecclesia ad Cæmeteria, quæ paulo infra describentur, aditum patuisse.

3 Porro id nobis fateri opus est, ac studiosum rei antiquariæ lectorem præmonere, Cæmeterij, quod Gordiani dicitur, nullâ prorsus ex quouis antiquorum scriptorum fonte notitiam hæcenus hauriri potuisse: quod quidem inde contingere potuit, quod quamplurimis in eodem Cæmeterio reconditis beatorum Martyrum corporibus, multiplicia & ipsomet Cæmeterium ab iisdem nomina sortitum fuerit. Verum cum idem primo ab Vrbe lapide situm describatur, vt nobis vltro conijcere licet, hic ipsamet locus est, in quo B. Stephanus Papa Primus SS. Martyrum Sempronij, Olympij, Exuperij, & Theoduli corpora, primi ab Vrbe lapidis intervallo recondidit; vt in eiusdem M. S. beati Pontificis Actis Vat. S. Petr. S. Cæcilie, & Vallie. his verbis exponitur:

*Eadem nempe nocte adueniens S. Stephanus Episcopus cum clericis, & religiosi viris, hymnis ex more redditis, eorum corpora, hoc est, sanctorum Sempronij & sociorum, abstulerunt, & sepelierunt iuxta Viam Latinam milliario primo, sub die septimo Kalend. Augustarum, Valeriano, & Gallieno Secundo. Et quidem rem hanc maturius expendendo, verisimile satis fit, ab eodem sanctissimo Pontifice venerandū B. Nemesij Martyris corpus conditum ibidem fuisse, quod haud procul ab Vrbe Latina Via humatum iisdem in Actis, his plane verbis legitur: *Ipsum vero Nemesium diaconum capite truncari iusserunt in locum inter Viam Appiam & Latinam, sub die octavo Kalend. Septembr. Cuius corpus collegit beatus Stephanus Episcopus assi-**

stente sibi Bono presbytero, aliisque suis clericis, & sepelivit iuxta locum, vbi decollatus est Via Latina non longe ab Vrbe.

4 Inde vero sacrum corpus a beato Xysto Papa Secundo vnâ cum dignissimo Lucillæ eiusdem filiæ corpore ad Viam Appiam transferri contigit: ac demum a Gregorio Quinto Romano Pontifice sacra eadem pignora vnâ simul cum sanctorum Sempronij, Olympij, Exuperij & Theoduli corporibus in Ecclesiam sub titulo S. Mariæ Nouæ, prope Titi, & Vespasiani Arcum cultu perhonorifico delata suere; vbi nuper post longa reuoluta secula diuino plane nutu reperta, Antonius S. R. E. Cardinalis Carafa, meritissimus Monachorum S. Benedicti Congregationis, quæ Oliuctani Montis dicitur, tunc Protector sub maxima templi eiusdem Aræ fidelium assiduis precibus, atque obsequijs recolenda condigno, quo par erat, honoris cultu locauit.

5 Porro haud præmemoratis dumtaxat beatorum Martyrum exuuijs templum Beatæ Mariæ Nouæ decoratur, sed & venerando insuper S. Franciscæ viduæ Romanæ corpore, veluti pretioso ac nobili thesauro locupletatum splendescit, vbi olim sub redempti Orbis anno millesimo quadringentesimo quadragesimo illatum, condignoque sepulchrali titulo notatum fuerat: verum etfi clarissimæ ibidem Matronæ corpus ad duccentos prope annos, apud Congregationis Oliuctanæ monachos tumulatum delituit, meritorum tamen eiusdem fama intra Vrbum concludi, ac retineri nullatenus potuit, sed breui quidem tempore vniuersum plane orbem mirum in modum compleuit: interim enim nobilis hæc Romanas inter matronas Heroïna tot palmis, ac coronis aucta, populorum passim obsequijs, ac præconijs celebrari cœpit. Nam cum seculum pariter præclaris adluc viuens virtutum meritis, totam se Christi obsequio subigens, mirabiliter deuicisset, vniuersis plane animi scæminæ incredibilem fortitudinem exhibuit; *Mulierem fortem quis inueniet, procul, & de vltimis finibus pretium eius. Constanti insuper, inuictoque mentis robore, contra tartareas legiones in acie perstitit, & haud semel ininis, ac flagellis accr-*

Rom. Martyr.
die 10. Maij.

Ecclesia SS.
Gordiani, &
Epimachi,

SS. Sempronius,
Olympius,
Exuperius,
& Theodulus.

M. S. Cod. Vat.
4. S. Petr. B. C.
Z. S. Cæcil.
Vall. 1.

S. Nemesius.

Ibid.

Translatio
corporū SS.
Nemesij, &
Lucillæ.

Translatio
corporū SS.
Sempronij,
Olympij, Exu-
perij, & Theo-
duli.

Templum B.
Mariæ Nouæ

In eo corpus
S. Franciscæ
Rom. colitur.

Virtus, virtu-
tumque eius
breuis enar-
ratio.

Eius aduersus
mundi vanita-
tem fortitudo

Præurb. 31.

Et contra ca-
codepmones.

acerrime impetita de Satana triumphū reuexit. Varias item calamitates incredibilis constantiæ, & patientiæ exēplo gratias Deo inter flagella iugiter referens, pertulit. Porro tanta sublimis humilitate enituit, vt nobilis prosopix sœmina viliora quæque munia vltro, libenterque obiens, lignorum faeces proprio impositos capiti è suburbana vinea ad pauperum mulicrum domos deferret, vel onustum iisdem quandoque asellum charitatis vrgente stimulo per Urbem ageret. Quo quidem charitatis, ac Christianæ pariter humilitatis triumpho haud nobiliorem Vrbs nostra, etsi triumphis assueta, aliquando vidit, & ipsamet Romanum Capitolium sœminæ impar meritis obtupuit.

6 Nec vero cum tartareis hostibus, ac seculi oblectamentis dumtaxat, sed cum vtraque fortuna tum inter prospera, tum inter aduersa æquo iugiter animi proposito dimicauit. In seculo etenim Francisca, ac si in claustro pari meritotum cumulo, ac nitore conspicua, & in Vrbe non secus, ac in eremo vixit, & cum virginum ibidem Monasterium, quod vulgo Turris Speculorum appellatur, singulari virtutum exemplo conspicuum instituisset, in quo plures primariæ nobilitatis sœminæ, totidem instar speculorum emicant, & Deo sub Oblatarum nomine, haud vllis solemnibus, vt cæteris in claustro virginibus mos est, votis astrictæ deseruiunt, ipsa virginum mater simul, ac speculum post viri obitum, illuc haud vitato humilitatis prodigio, nudis pedibus conuolans, eisdem veluti ancilla aggregari voluit, ea quidem animi demissione, vt *que mater omnium erat* (quod alibi Hieronymus ait) *omnium putaretur ancilla*. Hic igitur inter filias, quas ipsa Christo pepererat, sanctissime aliquandiu vixit, & miris demum meritis cumulata, anno 1240. in Cælum ad laborum præmia euolauit, & in B. Mariæ Nouæ Ecclesia eiusdem corpus sepulturæ commendatum est. Verum quoniam *nemo laudabilior est*, vt Ambrosius ait, *quam qui ab omnibus laudari potest*, Francisca quot homines, tot laudum suarum præcones habet.

7 Nec vero reticendum nobis est, cum de eius hic sepulchro loquamur, ducentos propemodum annos sanctissimæ Matronæ corpus terræ infossum delituiffi, cum tandem, Deo disponente, anno redempti orbis 1638. sub Vrbanò VIII. ingenti quidem totius Vrbs plausu, ac ciuium exultatione adinuentum, in lucem veluti rediuiuum venit. Et quidem sub eodem Pontifice cum sacra pridem Romanarum præclari nominis Virginum, ac Martyrum, Bibianæ scilicet, & Martinæ pignora innotuiffent, & venerandum Francisæ viduæ corpus subinde reuelari contigit, vt recenti tripudio cunctorum Romanorum corda persunderet, nouo Urbem præsidio præmuniret, & nouos Capitolio triumphos inucheret. Cui enim spectaculum non valde admirandum extitit, mortuum scilicet sœminæ corpus nouis a Deo insignitum portentis, & de ipsamet morte triumphantis inspicere, vt congrue quidem, nec casu præstitum quis dixerit, quod Francisca cum viuens, tum mortua haud procul a Romano Capitolio subsisterit, in Monasterio quippe, quod Turris Speculorum dicitur, habitasse, & subinde in præmemorata, B. Mariæ Ecclesia tumulatam eandem, fuisse compertum est, vt nimirum ipsemet habitationis, & tumuli locus Capitolinum iugum respiciat, ad præstignandum, quod triumphalibus eiusdem meritis palma, ac corona in Cælesti Capitolio feliciter seruabatur.

8 Sed vt nonnulla hic de præclaræ sœminæ sepulchro, vel obiter edisseramus, illud nobis præmittendum videtur, haud quidem casu, sed præcipuo Dei nutu accidisse, quod spectatissima, videlicet Heroïna, quæ in ipsa Vrbe, & in seculo degentibus viam salutis demonstraerant, & veterum sanctorum vestigia æmulando, nobilioribus sœminis probatum Christianæ vitæ specimen exhibendo, spiritum sanctitatis propinasse visa est, in Templo B. Mariæ Nouæ post mortem recondi, ac sepulturæ sibi locum intra ipsius Templi Pacis fundamenta aptari voluit, vt de ipsa videlicet, quæ viuens Pacem adeo excoluerat, vitij dumtaxat bellum, ac reluctantibus passionibus indicens, illud ad literam concini posset: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam*; & illud item eisdem merito consonet, quod sacra Scripturarum paginæ edocent: *Et factus est*

Post ducentos annos eius corpus in lucem prodijt.

Non sine mysterio iuxta Capitolium viuens, & mortua subsistisse videtur potest.

Et intra Pacis Templi fundamenta sepulchrum facta.

Psalm.

24. 75.

Eius in aduersis patientia.

Eiusdem humilitas, & charitas.

In vtraque fortuna miramini constantia.

Monasterium à Turri Speculorum ab ipsa Romæ erectum.

In istud post viri obitum se abdidit.

Hieronymus.

Ambros. l. 1. de Virg.

est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Quo tutelari videlicet Franciscæ patrocínio Romanorum Vrbs ab hostibus tuta iugiter degeret, & ipsamet optatæ pacis fundamenta obtinens, Franciscam vltro votis interpellando caneret: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Ita plane: diutina pacis tranquillitate patriam persundi, disposito sibi intra Pacis Templi cæmenta tumulo, Franciscæ præoptauit.

Psal. 121.

Quippe ad propulsanda hostium iacula, ac insurgentes bellorum impetus procul arcendos, eiusmodi tumulum sausto omine designauit. Ex quo factum est, vt, dum vbique terrarum intestinæ bellorum discordiæ vigent, armorumque procellæ postremo hoc nostro seculo increbrescunt, & Italiæ, ac Vrbi proxime hostilis mucro intentatur, S. Franciscæ Romanæ corpus cælitus reuelatum sit, quo Noëmica veluti columba pacificæ ramum oliuæ ipso è tumulo Romæ portendens, illud Psalmistæ oraculum ingerat: *Posuit fines tuos pacem.*

Dum bellum in Italia maxime flagrat, eius corpus reuelatū est.

Et instar Columbæ Noëmicæ pacem Vrbi annuntiat.

Psal. 147.

9 Sed qua potissimum ratione venerandum corpus Vrbi patefactum sit, gratis, si libet, auribus excipere amice lector. Ingens quidem piorum quorundam hominum, & virginum pariter, quæ sub Franciscæ vexillo militant, cordi desiderium infederat, & quidam veluti stimulus ad Beatæ seminæ corpus perquirendum iugiter vrgebat. Dum igitur res etsi ardua, ac multiplicibus difficultatum nodis obnoxia in consilium venit: menti recurrit, id clamtentandum, & manus operi caute admoendas. Quapropter quibusdam è Monasterio Turris Speculorum Oblatis instantibus, Marius Gabriellus vir paripietate, ac nobilitate præditus ad opus eligitur, qui singulari studio in re admodum perdifficili incensus, re prius mature discussa, obtentoque Superiorum assensu, maxima item cautela adhibita nulli aut impensæ, aut labori parcens, cum aliquandiu in id cæmentarij, ab octaua nimirum festiuæ solemnitatis B. Franciscæ, insitissent, ipsa demum Sabbati sancti die, secunda nimirum mensis April. 1638. Sanctissimæ Matronæ corpus patefieri contigit.

Quomodo factum sit, Franciscæ corpus in lucem prodierit?

10 At congrue (vt ita dixerim) tunc potissimum temporis sacrum Romæ

pignus innotescit, cuiusque tumulus patet, cum rediuiua Dominicæ Resurrectionis gaudia, & solemnibus Christi Domini è tumulo resurgentis memoria, recurrit, ac ingenti subinde omnium exultatione eiusmodi adinuentio excipitur.

Peruigilans dicitur Christo resurgenti facta B. Franciscæ corpus orbi innotescit.

11 Porro, vt inuentionis hic seriem enarremus, sacrum humi corpus iacebat, vrna vero, in qua repositum olim fuerat, præ vetustate, ac nimio iam humore, qui in subterraneum locum sensum inflebat, eum in modum absumpta, vt nullum profus eius vestigium deprehendi valeret, ipsismet clavis, quibus lignea compacta fuerat vrna, iam rubigine solutis; dum interim ossa humi solida, ac integra, ac labefactata ingenti omnium admiratione subsisterent, vt quis merito diuinum illud oraculum manu, atque oculis delibaret: *Cuspidit Dominus omnia ossa eorum, vnus ex his non conteretur.* Et quod de cæteris sanctorum corporibus apte, concinneque Ecclesia concinit, omnimode id Franciscæ congruere videretur: *Corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuunt in generationem, & generationem.*

Situs, ac habitus corporis eius.

Psal. 33.

Ezech. 6. 44.

12 Quando autem tanta thesaurum quempiam latentem exultatione adinueniri contigit; quanta Franciscæ corpus, quod delitescerat, in lucem venit? passim quippe lætitiæ canticum infonuit, vbi recolenda cuius suæ pignora, vel bina post secula Vrbs oculis contemplari meruit, Oliuetanæ familiæ Patres, Oblatæ Monasterij Turris Speculorum, eiusdem S. Franciscæ filia, populus, ciues, ac Romani Proceres, Vrbs demum tota, nec non sacrum Purpuratorum, Patrum Collegium, & ipsamet Summus Pontifex Urbanus VIII. præ lætitiæ gestiens, suæ, ac vrbanae ielicitati iure merito adscripsit, quod pretiosæ Romanæ huius Matronæ exuiuæ sub hæc potissimum tempora ad tutelare Romani populi præsidium innotescerent; quin immo publicis in Capitolio suffragijs conciuis sanctissimæ corpus splendidiore apparatu, ac pompa reponendum, promeritosque eidem honores vltro deferendos esse sancitum est. Quapropter die 24. Augusti, ann. 1638. sacra ossa summo Pontifice annuente supra argen-

Mitificatum omnium lætitiæ sacrum corpus exipitur.

argenteam laminam, cuius mensura humanae staturae respondebat, ex humili loco reposita, ac singula ordinatim compacta fuere: corpus vero confucto Oblatarum Monialium indumento circumtectum, ornatumque cypressinam intravnam, nobili inscriptione ipsimet argentilaminæ, ad perennem rei memoriam, insculpta, locatum est.

13 Hoc igitur pacto Franciscæ corpus è tumulo leuatum, ornamentisque eleganter excultum, in quodam sacello; publicæ venerationi, tota fere Vrbe, & viris magnatibus ad venerandum certatim confluentibus, patuit: nec vero clarissima è Cælo ad rem fidelibus comprobendam signa defuere: plurima enim miraculorum portenta sanctitati, ac venerationi, suffragio diuinitus præstito, testimonium dederit, vt infra a nobis enarrabitur.

14 Demum cum venerandum cadaver iterum splendidiorem in locum inferendum esset, locus (qui vulgari voce Confessio dicitur) ante maximam Ecclesiæ B. Mariæ Nouæ aram pretiosus, ac versicoloratis marmoribus egregie excultus, ac pauimento itidem niro ornamentorum genere substrato, nobilissimum Matronæ Mausoleum, quatuor pretiosus è lapide columinis ad tumulum concinnandum dispositis, in theatri formam erectum est, vbi Innocentius Decimus Romanus Pontifex conciu lectissimæ promerenti magnificentissimi operis thecam ex ære, auro superinducto, studiose elaboratam statuit, addito B. eiusdem Franciscæ simulacro, quod eius ad viuum, ex ære inaurato imaginem triumphantis instar, ac rediuiæ è tumulo prodeuntis contemplandam exhibet; ibidemque anno 1648. sacrum corpus recondi voluit, ne, dum Romanus certatim populus pia deferre eidem obsequia contendit, si publico id apparatu, ac pompa præstandum foret, Vrbs deuotionis affectu permota tumultum pateretur.

15 Franciscæ igitur corpus nobili Mausoleo reconditum, condigno ad rei memoriam inscripto titulo, iugi Romanorum frequentia colitur: & merito quidem eiusdem sepulchrum iisdem plane vocibus apud Romanos personarum congruum est, quibus gens olim Iu-

dæorum Iuditham sanctissimam fœminam interpellasse legitur: *Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es.* Quinimmo Franciscæ altera veluti conspicua Iuditha paribus laudum præconijs concelebranda a nobis est, quibus Iudæi, ac summus Sacerdos Eliachim, eam in triumphii morem e castris, obtruncato iam hoste, redeuntem salutando excepit. Lætis ergo vocibus hæc interim concinamus: *Tu gloria Ierusalem, tu Lætia Israel, tu honorificentia populi nostri; quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum; ideo & manus Domini confortauit te, & eris benedicta in æternum.*

16 Verum postquam eidem gratæ deuoti animi obsequia perfoluimus, vt nostris hisce Subterraneæ Romæ paginis nobile illud portentum, quo Deus adiuuenti corporis translationem è Cælo testatam voluit, inferamus, & quo illud Psalmista clogium legentibus palam sit: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Mirum plane est, quod dicturi sumus, nec in angulo quidem domus, verum in Vrbs totius conspectu, in omnium oculis, vt fides omnimoda hæc enarrantibus adhibeatur, præstitum est, & tam euidenti comprobatione singulis quibusque innotuit, vt nullam prorsus ambigendi, ac tergiuersandi ansam pati queat. Excipe igitur gratis rem auri- bus, o lector.

17 Theodora Celsa Romana, vna ex Oblatarum numero Monasterij Turris Speculorum, & ex ipsis S. Franciscæ alumnis, iam sub anno 1622. graui, ac repentino, qui guttæ dicitur, morbo correpta, toto corpore præpedita, ac omni prorsus membrorum vsu destituta est: verum cum nullo, etsi plura adhiberentur, medicamentorum genere vis morbi ex superari posset, caput dumtaxat dimouendi libera illi facultas suppetebat: cæterum reddita iam omnino inutilis ad annum vsque 1638. cunctis vltro fœminæ calamitatem commiserantibus, immobilis, & sibimet, ac cæteris onerosa toto integro decennio persistit, dum interim complurium oculis res tota explorata est. Demum festiuo recurrente S. Bartholomæi Apostoli die, cum sacrum B. Franciscæ corpus publicæ venerationi in Ecclesia S. Mariæ Nouæ expositum fuisset, consorioribus

Lib. Iudith. c. 8.

Iudith. c. 8.

Psal. 67.

Theodora. Celsa diu ab apoplexia sua pens, diuina S. Franciscæ ope suis membris restituitur.

Vit. S. Brune. Rom. l. 5. c. 22.

Noua ad factum corpus miracula edita fuerunt.

Eius in Ecclesia B. Mariæ Nouæ Mausoleum.

Ingeni populi Romani veneratione colitur.

Card. Alterius
miraculo a S.
Franciscæ R.G.
nuper parato
inestituit.


adnitentibus, ac ipsa Monasterij Præfata suadente, supragciatoriam sellam ad sacra veneranda pignora deducitur: & vt rei euentus magis magisque oculatis testibus comprobaretur, aderat ibi Eminentissimus Cardinalis Alterius, tunc Vicegerens, qui cum incommodam Theodoræ, desperatamque valetudinem probe nosset, destituta omni vigore manus, alterius adminiculo, sacro Franciscæ capiti admouendas edixit. Quod vbi præstitum est, res mirabili in tibi, momento temporis, ac si animi deliquium, vt accidit, pateretur, exemplo brachia repente tremore corripit, & sponte in altum proflire, ac erigi, simulque ad inuicem supplicantis in morem iungi visa sunt, cum in modum, vt commode seipsam cruce obsignaret, & liberam exinde, expeditamque brachiorum, ac manuum, qua hætenus destituta fuerat, facultatem recepit. Mirantur interim, qui aderant, & sibi ac virgini ob insigne, inauditumque portentum gratulantur, scissuas singuli voces attolunt, Dei virtutem, & Christi famulæ merita deuotis vltro præconijs concelebrant. Verum eumindè ex parte dumtaxat vegeta, atque incolumis domum regressa, de omnimoda tandem Franciscæ meritis obtinenda incolumitate spem concepisset, duobus inter lapsis diebus in præmemoratum Ecclesiam ad sacrum corpus iterum a confororibus deducitur, vbi eum prope sacra pignora, precationi toto animi feruore intenta, consisteret, en tibi, singulari portento, toto illa corpore tremore corripit, & ossa quodam veluti glutino, quo iam pridem detinebantur, solui protinus sentit; nec res quidem beneficio vaeua, nec spes voto frustrata est: illico enim mulier, quæ diu contraxis membris immobilis omnino perstiterat,

sua sponte è sella profliens, nullius, vt consueuerat, adminiculo, in pedes constitit; & prouolutis subinde humi genibus, sanctissimæ Parenti promeritas gratiarum actiones deuote persoluit, cunctis interim ad rem inusitam obstupescens, & Euangelicum illud præ læticia oraculum certatim proclamantibus: *Quia vidimus mirabilia hodie*. Ineolumis igitur reddita (vt res magis explorando pateret) fuisset illa pedibus, nulloque sibi manum porrigente, domum reditura ab Ecclesia intracurrum se recipiens diuertit, quinimmo singulis membris pristinæ sanitati, ac officio redditus, ex tunc illa libera omnino euasit. Vides hinc, amice lector, vt nouis hoc nostro seculo portentis sui translationem eorporis a sanctissima Matrona (quod & a cæteris sanctis passim præstitum legitur) illustrari contigit, vt nullus, qui sanæ mentis, ac fidei sit, de portento ambigere queat, sed vnusquisque illud congrue de Franciscæ concinat: *Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur: date, ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis operæ eius*. Itaque plane publico portento erga filiam Oblatam medicæ manus, ac supernæ virtutis vim exercens, iterum Vrbi, ac Orbi bina post secula admirabiliter innotuit. Et hæc vel obiter pio lectori enarrasse volumus. Conspicui autem Mausolei, quo Franciscæ corpus obtegitur, iconem tabulis exceptam Marius Gabriellus Romanus, cuius supra meminimus, in perenne deuoti animi erga Matronam sanctissimam obsequium, ac monumentum extare, & hic tibi, lector, ob oculos contemplandam proponi curauit. Sed etsi aliquantulum ab instituti proposito digressi fuisse videamur, nunc tandem ad nostra regredimur.

Proverb. c. 31

Marius Gabriellus existimatus in B. Franciscam pietate simulacrum hoc æneis typis excipit, & hic poni curauit.





SEPVLCRATIS VRNA S. FRANCISCAE VIIIVAE
ROMANAE IN TEMPIO B. MARIAE NOVAE.

CAP. IV.

De Cœmeterio sanctorum
Simplicij, Seruiliani,
Quarti & Quin-
ti Marty-
rum.

Cœmeterij
SS. Simplicij,
& Seruiliani
antiquitas &
situs.



ETVSTISSIMVM hoc
præ cæteris Viæ La-
tinæ Cœmeterium,
secundo ab Vrbe la-
pide situm est, atque
ipsi Gordiani Cœme-

terio cohæret. Quapropter olim inter
vtrumque ex præmemoratis sanctorum
Gordiani & Epimachi Ecclesiam exti-
tisse Bibliothecarius in Hadriani Papæ
Primi gestis innuere videtur, vbi con-
structiones præ nimia vctustate colla-
bentes ab eodem instauratas fuisse enar-
rans, hæc ait: *Simili modo & Basilicam
sanctorum Gordiani & Epimachi, seu Cœ-
meterium eiusdem Ecclesie Simplicij &
Seruiliani, atque Quarti & Quinti marty-
rum, & B. Sophia vnâ cum Cœmeterio S.
Terullini foris portam Latinam a nouo re-
nouauit.*

Biblioth. Hadri-
P. I.

Prædium SS.
Simplicij, &
Seruiliani.
Ado in Mart.
die 20. Apr.
Petr. de Nat.
in Cata. l. 4.
c. 68.

Ant. SS. Ner-
& Achil.

Inscriptio se-
pulchri SS.
Simplicij, &
Seruiliani.

2 Idem autem Cœmeterium in
prædium sanctorum Simplicij & Seruiliani
extructum fuit, Adone in suo Marty-
rologio die 20. Aprilis, & Petro in Ca-
talogo lib. 4. cap. 68. id asserentibus,
quod item in eorundem, ac sanctorum
Martyrum Nerei & Achillici Actis in-
hæc verba enarratur: *Quorum corpora,
Simplicij nempe & Seruiliani, Christiani
posuerunt in prædio eorum Via Latina, mil-
liario secundo, in quo loco exuberat virtus
martyrij eorum vsque in presentem diem.*
Extat autem in viridario quodam iuxta
Ecclesiam B. Michaelis Archangeli, quæ
communi omnium voce in Burgo nuncupar-
tur, per vctusta inscriptio lapidi in scul-
pta, quam è celebri eodẽ Cœmeterio il-
luc aduictam credere nobis par est; ean-
demq; ipsorum martyrum sepulchro af-
fixam olim fuisse, quæ contemplanti se
offerunt, coniecturæ suadent. Inscriptus
autem lapis huiusmodi tenoris est:

SIMPLICIUS & MARTYR.
SERVILIANVS & MARTYR.

Præterea nobili hoc Cœmeterio, vt ex
ipsis Bibliothecarij verbis iam supra re-
citatis intelligi potest, veneranda san-
ctorum Quarti & Quinti corpora sepul-
turæ locum obtinere, qui eadem Via
Latina pro Christianæ fidei confessione
vnâ cum pluribus socijs, Adone teste,
martyrio coronati sunt. Quorum cor-
pora Capuam postea translata fuisse
Martyrologij Romani tabulis perhibe-
tur 6. Idus Maij, vbi & venerabilis eorundem
martyrij locus eadem Via his
verbis describitur: *Rome Via Latina
ad centum aulas natalis sanctorum martyrum
Quarti & Quinti, quorum corpora Capuam
translata sunt.* Quæ super re, si quis
plenam allequi notitiam cupit, Capua-
num Michaelis Monachi Sanctuarium
consultare opus est. Eodem item Bi-
bliothecario, quem supra citauimus,
referente, in hoc Cœmeterio Sophiam
beatæ memoriæ sœminam, non eam qui-
dem, quæ sanctorum virginum Agapes,
Pistis & Elpidij mater extitit: hæc enim
cum eisdem filiabus decimo octauo ab
Vrbe lapide tumulata legitur, vbi & no-
bile deluper Mausoleum, vt suo infra
loco enarrabimus, extructum est, sed il-
la notæ sanctitatis sœmina, cuius sa-
crum postea corpus in Equitij titulum
a Sergio Papa Secundo transferri con-
tigit, prout in veteri affixa ibidem in-
scriptione notatur, vbi hæc præ-
cipuo illibatæ virginitatis ti-
tulo insignis concignis
laudibus concele-
bratur. Sed
ad alia
interim Cœmeteria pro-
perandum
est.

Biblioth. vbi
supr.

SS. Quartus,
& Quintus.

Ado in suo
Martyr.

Translatio
corporum SS.
Quarti, &
Quinti.

Mart. Rom. 6.
Id. Maij.

Michael Mo-
nachus in San-
ctuario par. 1.
pag. 34.

S. Sophia.

Mausoleum
S. Sophiæ.

Translatio
corporis eius-
dem.



CAP. V.

De Beati Martyris Tertullini Cœmeterio.



ERANTIQUVM Tertullini martyris Cœmeterium, cuius Bibliothecarius tunc potissimum meminit, cum

sacras ædificiorum constructiones ab Adriano Papa restitutas recenset, secundo itidem ab Vrbe lapide situm est, eodemque sanctorum, Simplicii, & Seruiliani Cœmeterio proxime adiacet. Nomen autem hoc à B. Tertullino Martyre accepit, qui sub Valeriano, & Gallieno Imperatoribus, dum adhuc in Gentilium errore versaretur, hoc eodem loco prope veneranda sanctorum Iouini, & Basilei corpora bis senos S. Stephani Papæ Primi clericos pro Christi fide crudeliter interemptos, ingenti pietatis studio sepulturæ mandauerat. Vbi vero ab eodem sanctissimo Pontifice salutaribus postea baptismi aquis expiatus est; ei insuper illud constanter iniunctum fuit, vt eiusmodi laudabilia Christianæ pietatis munia indefesso animi studio obiret. Quamobrem eius potissimum opera sanctorum corundem Iouini & Basilei, aliorumque complurium Martyrum corpora condita ibidem fuisse asserendum procul dubio videtur: quo demum loco & ipse Martyrio coronatus, ac pia fidelium manu perhonorifice illatus, honorem, quem martyribus detulit, & ipse martyr effectus, ac martyrum tumulo sociatus, recepit, vt in M. S. eiusdem S. Stephani Actis Codd. Vatic. & Vallic. his verbis legitur: *Vnde factum est, vt ex eius clericis duodecim reperissent, quorum nomina indicamus, Bonum, Faustum, Maurum, Primitium, Calumniosum, Ioannem, Exuperantium, Cyrillum, Honoratum, Theodorum, Basilium & Castum; quos statim sine audientia capitibus præceperunt trunciari; qui decollati sunt in Via Latina iuxta formam aquæ ductus; quorum corpora collegit Tertullinus, licet adhuc gentilis,*

& posuit iuxta corpora SS. Iobini, & Basilei, Via Latina, eadem die Kal. Aug. Et hæc infra de eodem Beato Tertullino ibi enarrantur: Qui depositus de equuleo ductus est in Viam Latinam secundo miliario, & ibidem decollatus est. Cuius corpus sanctus Stephanus colligens, sepeluit in eodem loco, in crypta arenaria, prid. Kal. Aug.

2 Huius vero sanctissimi viri corpus a Paschale Papa Primo ex hoc Cœmeterio ad beatæ Praxedis Ecclesiam, vnâ cum aliquot corundem Martyrum corporibus deinde translatum est. Nonnulla enim ex præmemoratis beatissimorum Martyrum pignoribus inde a Stephano Papa VI. vnâ cum B. Eugeniæ corpore, in sanctorum Apostolorum Ecclesiam, vt diximus, delata fuere: nonnulla item in sacra beati Laurentij, Æde, quæ Damasi dicitur, fidelium venerationi recolenda iugiter deposita sunt, vt in M. S. quodam Cod. Vatic. post enarrata sepulturæ eorundem obsequia his plane verbis exponitur: *Translata sunt autem corpora sancta post quadam annorum curricula, & introducta in Urbem, atque in Basilica B. Laurentij iuxta Theatrum Pompeij, diligenter recondita, non longe ab altari, in quo requiescit corpus S. Damasi. Quamuis in singulis fere, quas nuper memorauimus, Ecclesijs; videlicet Beatæ Praxedis, sanctorum Apostolorum, & S. Laurentij, sacra eadem pignora tumulo commendata esse constans traditio præferat; quod quidem, vt ipsi veritati locus sit, & sacrae pariter antiquitati consulatur, de singulorum reliquijs ibidem ex parte saltem dimissis intelligendum est, quod & alijs item Ecclesijs sæpè sæpius accidit.*

se, ex antiquis sacrorum Actuum promptuarijs, quæ legenti se offerunt, videre est. Sed de his hæcenus.



Translatio corporis S. Tertullini.

Translatio corporis S. Eugeniæ.

M. S. Cod. Vat.

Biblioth. in. Hadr. PP. 2.

S. Tertullinus

SS. Iouinus & Basileus.

Duodecim clerici S. Stephani Papæ martyres.

M. S. Cod. Vat. 4. & v. s. l. 1.

CAP. VI.

De Martyribus Via Latina
conditis, & de sacris
eiusdem Viæ mo-
nimentis.

S. Iohannes
Apostolus.

Martyr. Rom.
prid. non. Maij

Hieron. lib. 1.
contra Iovin.
& in math.
cap. 20.
Tertullianus de
monstr. Euang.
lib. 3.
Ecclesia S. Ioh-
nis ad Porta
Latinam.

Porta Latina
eiusque glo-
ria.

Prochor. c. 11.
in Bibliob.
Patr. 10. 7.

CELEBERRIMA iugiter apud primæuos Christianæ fidei cultores, & sub ipsamet Apostolorum tempora, præ cæteris Via Latina extitit: nam iuxta Urbis portam, quæ hoc nomine nuncupatur, dignissimus ille Iohannes Apostolus, Domitiani Imperatoris iussu, in feruentis olei dolium, nobili consummandus martyrio, iniectus, illæsus inde, ac vegetus diuinæ virtutis ope, præclaro terrarum Orbi prodigio admirandus, exiuit, vt sacras passim Martyrologia miri huius, ac recolendi porrenti pridie Nonas Maij memoriam exhibent, & D. Hieronymus lib. 1. contra Iovin. & in Marrh. c. 20. docet. Tertullianus item lib. de Præscript. Euseb. de Demonstrat. Euang. lib. 3. c. 7. necnon eiusdem Beatissimi Apostoli legentibus Acta fidem faciunt: in his enim illud insuper legitur, ibi videlicet Ecclesiam a fidelibus in huius recolendæ iugiter rei memoriam erectam fuisse; eandemq; Urbis Portam toto terrarum Orbe celebrem triumphali Iohannis Dolio redditam; ea prorsus ratione, qua Triumphalis porta ab ipsa Petri cruce condignum triumphi, ac perennis gloriæ nomen consecuta est. Id enim (vt iam supra diximus,) apud Prochorum in gestis eiusdem B. Iohannis legitur, quæ in Patrum Bibliotheca to. 7. his verbis recensentur: *Et Christi fideles, qui illic aderant, ante portam Latinam, Ecclesiam posuerunt, in eius nomine dedicantes. Deus enim per crudelem tyrannum consilium suum disponebat, vt sicut virtutibus & signis Iohannes & Petrus socij fuerunt, ita in Vrbe Romanam memoriam haberent sui triumphi: sicut enim Triumphalis insignis habita est cruce Petri; sic & Porta Latina Iohannis dolio insignis & memorabilis haberetur.*

2 Porro sacratissimi huius loci haud vllis obliteranda seculis memoria in sacello quodam sub spherica forma constructo ipsam ante Urbis portam extrat, apud quam postmodum in eiusdem Iohannis Apostoli honorem Ecclesia erecta fuit, quæ communi omnium voce ante Portam Latinam nuncupatur. Cui nos interim, antequam ad vltiora progrediamur, nobilissimi instar tiruli ad perenne martyris & martyrij monumentum aurea isthæc Romani Martyrologij verba insculpi volumus: *Rome S. Iohannis ante Portam Latinam, qui ab Epheso iussu Pontiani vinculus Romam per ductus, & iudicante Senatu ante eandem Portam in olei feruentis dolium missus, purior & vegetior inde exiit, quam intravit. Et quotannis solemniter, ac festiua non Vrbi duntaxat, sed toti terrarum Orbi memoria recurrit.*

Sacellum S. Iohannis ante Portam Latinam.

Rome. Mart. die 6. Maij.

3 At vero, vt Seueranus noster in libro de septem Urbis Ecclesiarum monumentis asserit, haud longe a loco, quem hæcenus memorauimus, Dianæ olim templum extabat, quod pie postmodum in templi vsum sacro Christianorum ritu traductum, Beatissimo eidem Iohanni Apostolo, qui hanc nobili martyrio regionem illustrauerat, soleni ritu dicatum est: quæ quidem Ecclesia Iohannis titulo illustri Constantinianæ Basilicæ dirioni subiacet, & in hac olim ea potissimum, quæ martyrij beatissimo Apostolo inferendi, & pœnarum infirmentra fuerant, Catena videlicet, qua ab Epheso vinculus Romæ martyrio coronandus deductus fuerat; Calix, in quo eidem apud Ephesum commoranti lethalis veneni potio propinata est, ferrei item forfices, quibus ante Portam item Latinam probri, ac contumeliæ causa capillis turpiter detonsus est; in eodem item loco cacabus, oleum, sanguis, ac Apostoli eiusdem capilli, ad perenne pœnarum, ac nobilissimi certaminis monumentum repositi fuere, & ad huius rei memoriam erectus ibidem lapis carminibus hisce prænotatus est: *Martyrij palmam tulit hic Athleta Iohannes, Principij Verburæ cernere qui meruit. Verberat hic fuste Proconsul, forfice tondent, Quem feruens oleum ledere non valuit. Conditur hic oleum, dolium, cruor, atq; capilli Quæ consecrauit in chya Roma tibi.*

Templum Dianæ.

Illud dicatū postea S. Iohanni Apoll.

Seuer. lib. de 7. Eccles.

Pœnarum instrumenta S. Iohannis Apoll.

4 At vero, vt dignissimam beatis Christi martyribus coronam subtexamus, quorum pignoribus via hæc apprimè aucta ac nobilitata est. Illud in primis hic nobis repetendum videtur, illusterrimum videlicet martyrem Gorgonium, qui Nicomediæ pro fide sub Diocletiano strenue decertauerat, post certa quædam reuoluta annorum curricula in Urbem translatum, duas inter lauros Via Latina conditum fuisse, vt in M.S. eiusdem actis Cod. Vatic. legitur, & Ado, Beda, Visuardus, & alij pariter affirmant. Quamuis autem locus, qui inter duas lauros nuncupatur, Via Lauciana proculdubio existat, vt ex infra dicendis patebit, nihilominus haud omnino improbabile est, Latina quoq; Via locum quempiam eiusmodi nuncupatum vocabulo extitisse, vbi quamplures id genus arbores subsisterent: quod autem eodem loco Cœmeterium extiterit, vbi S. Gorgonij corpus conditum est, satis aperte ex lapide quodam conuincitur, quem S. Damafus ipfius monumento pijs admodum exaratis carminibus inscripsit, qui ad hanc vsque diem in Equitij titulo, seu Ecclesiæ Beati Martini in montibus, vnâ cum pluribus alijs sepulchralibus titulis, quos illuc è Cœmeterijs transferri contigit, tenoris huiusmodi suspicatur:

MARTYRIS HIC TVMVLVS MAGNO
SVB VERTICE MONTIS
GORGONIVM RETINET, SERVAT QVI
ALTARIA CHRISTI.
HIC QVICVMQVE VENIT SANCTORVM
LIMINA QVÆRAT,
INVENIET VICINA IN SEDE
HABITARE BEATOS.
AD CÆLYM PARITER PIETAS QVOS
VEXIT EVNTES.
DAMASI EPISCOPI.

Plura item eodem loco aliorum sanctorum corpora, vt ex recitata Damasi inscriptione legenti satis liquet, condita fuere, & vt haud exigui ponderis coniectura ducimur, hoc idem vnum ex iam supra descriptis Cœmeterijs, humanis beatorum Martyrum reliquijs pio Christianorum studio destinatum fuit. Videas hinc, o lector, admirandam beati Pontificis pietatem, & singularem erga Christi martyres deuotionis cultum, quippe qui tantum obsequij martyribus iugiter præstitit, vt quibus

Tom. II. Rom. Subr.

tumulandis (quod Romani olim Pontifices præstitere) officiosæ manus obsequiũ exhibere nequiuit, eorum saltem tumulis, vt par est, exornandis & intra Cœmeteriales tenebras luce clarius illustrandis, obsequentis calami operam sacra pangendo carmina, vel ob id vnum summopere laudandus, impenderit. Cauebat enim vir sapientissimus, ne vllò vnquam tempore inuictorum Christi Athletarum, quorum nomina scripta sunt in Cælis, in terris memoriæ negligenter, cum sacris in paginis scriptum sit: *In memoria æterna erit iustus*, sed martyrum ac martyriorum monumenta vigere iugiter, atque ad cunctorum Christianifidelium notitiam, & ad oculos, nedum ad aures peruenire magni id ratus emolumenti cupiebat.

5 Porro inuicti Martyris Gorgonij corpus ad Diui Petri Basilicam Gregorius Papa Quartus in oratorium, quod ipse in honorem beatissimi Pontificis Gregorij Magni crexerat, vt iam supra diximus, solemniter transtulit: vt in Romano item Martyrologio quinto Id. Septemb. & apud Bibliothecarium eiusdem Gregorij Papæ Quarti gestis legitur. Quamuis autem non desint, qui eiusdem corpus in Gallias delatum fuisse asserant; hi quippe sacris beatorum martyrum meritis se, ac vrbes, quas incolunt, illustrari, atq; ex eorumdè exuijs palmam pariter, ac immortale sibi nomen in Christiano orbe aucupantur. Verum qui Gorgonij corpus apud Gallias delatum se possidere gloriantur, illud probe norint, quod videlicet asserunt, haud de ipfomet corpore, sed de sacris eiusdem reliquijs intelligendum esse, quod & ex ipsdè Actis, vbi de recensita hæcenus in Gallias translatione mentio agitur, apertissimis plane verbis in hunc modum conuincitur: *Post hæc iterum longo intervallo temporum reliquie Sancti Gorgonij per Godegandum venerabilem Ecclesiæ Metensis Episcopum transferuntur ad Gorgoniense Canobium. Inde postea crescente in Pannonia partibus Christiana religione pars earundem reliquiarum in Saxonia attribuitur; vbi idem sanctus Gorgonius genti Saxonum & Ecclesiæ Mindonensi patrocinatur. Vides igitur venerandis Martyris eiusdem reliquijs Gallias auctas, ac nobilitatas fuisse, Vaticana*

G nam

S. Gorgonius.

Eiusdem corporis translatio.
Locus inter duas lauros Via Latina.

Locus inter duas lauros Via Lauciana

Epitaphium S. Gorgonij.

Luc. c. 80.

Psal. 111.

Secunda corporis S. Gorgonij translatio.

Rom. marty. 5. Id. Sept. Biblioth. in Greg. Papæ 4.

Biblioth. in Greg. IV.

nam autem Basilicam eiusdem adhuc corpore locupletari. Recondendæ item huius translationis Petrus in Catalogo meminit, dum id anno redempti Orbis septingentesimo sexagesimo quarto contigisse pronunciat. Hoc idem Sigebertus in Chronic. affirmat, Rabanus vero die 12. Iunii apud Canis. antiq. lect. & Abb. Vſpergen. in Chron. in gestis ipsius Caroli Magni Imperatoris, id inſequenti anno, qui septingentesimus sexagesimus quintus adnumeratur, præſtitum fuiſſe docent.

6 Præclari item nominis, ac meriti Martyrem Bonifacium poſt martyrij palmam e Tarſo Ciliciæ Romam tranſlatum, hac eadem Latina Via depoſitum fuiſſe in Martyrologio Romano pridè videlicet Idus Maij deſcribitur: cuius aſſertioni, atque auctoritati Beda, Vſuardus, & alij ſuffragantur: in Adonis vero Martyrologio ipſemet recolendæ eiusdem depoſitionis locus innuitur, qui extitit quinto ab Vrbe ſtadio, hoc eſt, intra primum lapidem, ſive milliare: nam octo ſtadia, vt communiter ſupputant, vnum milliare conſtituunt. Sed in eiusdem apud Surium actis fo. 3. 5. Iunii, ex Metaphraſte, & ex perantiqua inſuper Actorum eorundem verſione, Græco vtique expreſſa, idiomate, ex M. S. Vatic. ab Holſtenio Vaticanæ Baſilicæ Canonico viro doctiſſimo edita, haud quinto, ſed quinqueſimo ſtadio ſacra martyris pignora depoſita fuiſſe legitur, hoc eſt, inter ſextum, ac ſeptimum lapidem: quo potiſſimum loco conſpicuum operis, ac magnificentiæ ab Aglaë matrona in Martyris eiusdem honorem, Eccleſiam erectam fuiſſe traditio eſt: vbi & ipſamet poſt annum tertiumdecimum virtutum meritis exulta ſepulturæ locum obtinuit. Id ipſum de recolenda ſancti Bonifacij depoſitione in M. S. eiusdem Actis Cod. Later. repetitur hiſ plane verbis: *Et conſurgens Aglaë conſeſſum accepit ſecum clericos, & viros religioſos, & ſic cum hymnis & canticis ſpiritalibus, & omni veneratione obuiavit ſancto corpori, & repoſuit illud in ſtadio quinto, longe ab Vrbe, in Via, que Latina nuncupatur; ædificans ei dignam domum paſſionique eius. In quo etiam loco exuberant beneficia per orationes ſancti Martyris uſque*

in hodiernum diem, ita vt etiam demones expellantur, & ex varijs infirmitatibus fideles eiusdem interuentu ſubleuentur. Hæc in præmemoratis Bonifacij actis.

7 Hinc ſacrum deinde recolendi Martyris corpus ad Eccleſiam ſub eius titulo exædificatam, quæ vulgo S. Alexij nomine nuncupatur, in Auentino colle, pijs fidelium obſequijs, ac feſtiuis totius Romæ tripudijs delatum fuit; vbi non multis abhinc annis vnâ cum eiusdem B. Alexij Confeſſoris Romanorum nobiliſſimi corpore adinuentum eſt; dum Oſtauius Paraucinus S. R. E. Cardinalis, eiusdem Eccleſiæ Titulo inſignitus, maiori eiusdem templi aræ inſtaurandæ, exornandæque operam impenſus nauaret. Haud interim vero hic ſilentio a nobis obuolendum eſt, quod in peruecuſta quadam inſcriptione ad Eccleſiam S. Laurentij in Lucina legitur; corpus nimirum B. Sempronij Martyris a Pelagio Papa Secundo, Latinae Via in eandem Eccleſiam tranſlatum fuiſſe. Qui quidem beatiffimus Chriſti Athleta Sempronius longe diuerſus ab eo eſt, quem ſanctus Stephanus Papa, vt ſuo loco iam diximus, hac eadem Via recondidit. Hic enim a Gregorio quinto Pont. Max. qui centum circiter annis Geladium in Pontificatu præceſſit, ad S. Mariæ nouæ Diaconiam, vbi hac quoque noſtra ætate religioſe colitur, ſumma veneratione delatus eſt.

8 Quoniam vero ſacra adhuc recolendæ antiquitatis veſtigia, quibus hæc quondam præ cæteris Via nomen ſibi apud poſteros, laudemque promeruit, ſtudioſe inſequimur, haud lectorem pijs antiquarum rerum monumentis inhiantem latere volumus, quod hac demum Via Eccleſia olim in honorem beatiffimi Stephani Protomartyris a Demetria præſcæ pietatis ſœmina magnifico opere erecta fuit: cuius Bibliothecarius in geſtis S. Leonis Papæ Primi hiſ verbis meminit: *Huius temporibus, nempe Leonis, fecit Demetria ancilla Dei Baſilicam S. Stephano Via Latina, milliario tertio in prædio ſuo. Quam poſtea Eccleſiam a S. Leone Tertio inſtauratam fuiſſe idem Bibliothecarius reſert. Hæc enim in conſcriptis eiusdem Leonis Papæ geſtis recitat: Pari modo & ſarta tecla Baſilicæ B. Stephani primi Martyris conſtituta Via Latina mil-*

Sigebertus in
Chronico.

Rabanus die
12. Iunii apud
Can. 1. An-
tiq. 123.
Ab. Vſper-
gens in Con.
in geſtis Car-
tol Magi.

Translatio
corporis S.
Bonifacij
martyris.

Mart. Rom.
pid. Id. Maij
Beda. Vſuar-
dus in Mart.

Ado in Mar-
tyrol.

Surto Idie 5.
Iun.
Metaph. de
eodem.

M. S. Vatic. ab
Holſtenio
græce edita.

Eccleſia S. Bo-
nifacij mart.

M. S. Cod. Lat.

S. Alexius.

Inuentio cor-
porum SS. Bo-
nifacij & Ale-
xij.

S. Sempronius

Translatio
corporis eius-
dem.

Eccleſia S.
Stephani Pro-
tomart. Via
Latina.

Biblioth. in
Leone PP. 1.

Demetria an-
cilla Dei.

Id. Bibl. ubi
ſup.

hario tertio, quæ per multa iam annorum
curricula vetustate erant confecta, & ruinis
proxima, nouiter reparauit. Cuius quid-
dem nobilissima Ecclesiæ, quæ maxi-
mum tum religionis Christianæ moni-
mentum, tum etiam ipsius Romanæ Vr-
bis ornamentum erat, nullum prorsus
ad diem hanc vestigium superesse, quod
& alijs contigit, ex ipsomet loci aspectu,
ac ipsa luce clarius comprobatur.

CAP. VII.

De Cœmeterijs à Bosio
Via Latina repertis.

PLRIMI quidem, ijque
subterranei hinc in-
de hac via, & in vi-
neis ibidem existen-
tibus, hiatus, ac ad la-
tentia in inferiori ter-
ræ ambitu Cœmeteria aditus patent.
Horum haud numero paucos Bosius cum
primum ingressus fuisset, semitas vbique,
iniecta desuper humo obductas, ac peni-
tus inuias, reperit: verum dum cuncta
perlustrat, tandè secundo circiter lapide
a Latina Porta susceptum iter dimetien-
do, quibusdam arenarum fodinis dete-

ctis, ad lauam Latium versus eundo, eaf-
demq; cœcito sodinas pede terens, in Cœ-
meterium satis quidem amplum inopi-
nato descendit; quod plures viarum se-
mitas vnde quaque continet; quamuis
pleræque earundem delapsa superiori è
parte humo interclusa, imperuix omni-
no accedentibus reddantur. Ex quo
sane loci ambitum contèplantibus,
singula isthac Viæ huius Cœmeteria,
iuncta simul inter se olim extitisse, &
për vnumquodque eorum aditum, viam-
que patuisse ad alterum conijecere fas
est. Haud enim quid minus probabile
nobis arridet, si quis hoc idem sancto-
rum Quarti & Quinti Cœmeterium fuisse
dixerit; quod secundo item ab Vrbe
lapide quondam, vt iam diximus, strum
erat. Neque pauca interim in eo monu-
menta, adhuc omni ex parte integra, ac
de more obsignata Bosius inter explo-
randum reperit: in quibus huiuscemo-
di præsertim insculpti sepulchrales titu-
li extabant, qui cæteris omnibus præter-
missis, a nobis hic cupidi lectoris studio,
atque oculis contèplandi subiiciun-
tur.




Cœmeteriũ
SS. Quarti, &
Quinti.

In primis autem, vt singula exponere
aggrediamur, ingens quidam illic huius-
modi inscriptione prænotatus lapis ap-
paruit:

Inscriptiones
sepulchrales
in Cœmete-
rio Via Lati-
na.

✠ CALEVIVS BENDIDIT AVIN TRI SOMVBI POSITI ERANT VINI ET CALVILVS ET

LVCIVS INPA C COS STIL



Idem vero lapis studiosa artificum manu
incisus huiuscemodi, vt vides, imagines
præfert, nempe, (rediuuium.

- A Lazarum Christi iussu a mortuis
- B Moysaicæ legis Candelabrum.
- C Trutinam quandam.


D. E. Domum item vnà cum pisce.
Venerandum insuper Seruatoris nomen
Græcis duabus literis de more exara-
tum; quæ singula peculiarem rerum si-
gnificationem suo infra loco explanan-
dam obtinent.

Porro Stiliconis Consulatus, quo inscriptus lapis prænотatur, anno redempti orbis quadringentesimo contingit, Anastasij Primi Pont. tertio, ac


tertio pariter Arcadij & Honorij Imperatorum, iuxta Baronij supputationem Annal. tom. 5. ann. eodem.

Baron. to. 5.
Annal. an. 400.


Characteribus rubris exarata.



Sed en alterum perantiquæ inscriptionis titulum tibi, amice lector, contemplandum tenoris cuiusmodi offerimus:



Cui hunc quoque in studiosi lectoris gratiam nobis subtexere visum est:



2 At quoniam de Ricimeris opportuna hic mentio incurrit, duo quidem apud Cassiodorum in fastis huius nominis Consules recensentur; alter nimirum sub Valentiniano & Theodosio Imperatoribus anno Christi trecentesimo octuagesimo quarto; Damasi Papæ decimo octavo. Alter vero sub Leone & Maiorano Imperatoribus anno salutis quadringentesimo quinquagesimo nono, & S. Leonis Papæ vigesimo, qui An-

themij Imperatoris gener fuit: cuius olim nomen musiuo expressum opere in Ecclesia S. Agathæ in Suburra legebatur, ut a Baronio in suis Annalibus memoratæ traditum est, & huic utique Ricimero præmemoratæ Inscriptionis titulum antiquorum manu aptatum fuisset arbitramur. Reliquæ inter inscriptiones hic a nobis omittendæ essent, utpote quarum certum tempus ex suppresso ibidem Consulium nomine haberi haud

Baron. to. 6.
Annal. an. 402.


po-


Ricimeri Consul.
fastes.



Cassiod. in fastis
Consul.

potuit; verum ut nil lectorem recolen-
dæ antiquitatis prætereat, cum sint in-
super earum pleræque Christianæ reli-
gionis signis, ac symbolis affabre exor-
nata, & Christi præferrim nomen quam-
multipliciter expressum exhibeant, hic
recensere voluimus.

DEP. ERACLIES V IDVS SEPT. DORMIT
IN PACE.

 VAL. NICE QE ANN. X VAL.
EXSYPIVS FILIAE CONTRA
VOTVM

TIBVRTINAE FILIAE DVLCISSIMAE
POSVIT OBHIT IDIBV IVN. VIX.
A. XXI. M. II. D.V. 

 DEO SANCT  VNI.
LVCI TE
CVM PA
CE

APTONI IN PACE


 
PAVLA ET
IN PACEM

MACARIVS FARETRIO SORORI
IN PACE DP XVI. KAL. AVG.

VISIVS SABINVS
AVRELIAE DISCO
LIAE CONIVCI DVL
CISSIMAE QVÆ VI
A II ANN XXXI ET MEN
SES XI DIES XX QVÆ
FECIT CVM COMPA
RE SVO AN
NIS XIII
D X KAL
AVG IN PA

Hoc insuper Cœmeterium innumeris
prope dixerim lapidum fragmentis re-
dundat. Quamplurima itidem monu-
menta testaceis oclusa tegulis, ac mul-
tiplicibus signis exculptis, stylo calci
impressis, prænotata ibidem extant; hæc
videlicet ratione:

grediebatur, binas hinc inde columbas
præferens, quæ eodem ex vasculo
exaurire aquam videbantur. Pluri-
mas item fictiles ibi lucernas in sepulchris
calce obfirmatas reperiri contigit, in-
quibus & venerabile pariter Christi no-
men adnotabatur: hæc pauca vero loca
in tropho excavata ibidem conspiciuntur,
vbi eadem a Christianis lucernæ ad de-
pellendas tenebras apponebantur. Non-
nulla item eisdem affixa sepulchris numif-
mata, in exteriori parte cõttemplari quis-
que poterat, quæ præ nimia vetustate eũ
in modum labefactata, corrosaque erant,
ut cuiusnam Imperatoris effigiem præ-
ferrent, dignosci haud commode pos-
set.



3 Præterea quamplures ibi colum-
bæ exculptæ exhibentur, quæ virentis
olivæ ramum ore aut pede præferunt.
In marmoreo autem quodam fragmento
quendam veluti libellum, & vasculum
incisum cõtemplari nobis licuit, e
cuius superficiei ramusculus quidam pro-

Et lucernæ
fictiles Chri-
sti nomen
præferentes.

Item numif-
mata.

Christianorũ
signa ac sym-
bola in sepul-
chris.

Columbæ eũ
ramis oliuæ.

4 Demum, vt singula, quæ ad rem pertinent, exponamus, celeberrimum quondam Cœmeterium illud extitisse ex ipsomet loci prospectu innotuit : & complures etiam in eodem ordines cryptarum extare intrantibus manifeste patuit ; vnum scilicet, cui alter subternitur : latentium item viarum semitas illic in sublime protensas, quæ, aliorum instar Cœmeteriorum, excisa in topheo hinc inde sepulchra exhibent. Monumenta vero arcuata ibidem quamplura : cubicula quoque gypso ; & calce dealbata haud numero pauca, & altitudine quidem, necnon longitudine præ cæteris, quæ extant, magis conspicua, & quæ in antiquis Christianorum Cœmeterijs frequenter inspiciuntur : quorum nonnulla angularibus quatuor columnis, in ipsomet topheo excisis, suffulciebantur. Verum haud cuiusquam menti dubitandum occurrat, complura videlicet ex his, olim picturis affabre exornata fuisse. Bina tamen ex omnibus dumtaxat Cubicula, & Monumentum vnicum arcuatum perferutanti Boffio intueri fas fuit : quæ typis vna cum alijs diligenter impressa, has, quæ sequuntur, imagines lectori exhibent.


Cubicula plurima non parum exculta in Cœmeterijs.


Cubiculum primum Cœmeterij, quod Latina Via situm est, describitur.




CUBICULUM hoc in semitæ cuiusdam, seu cryptæ maioris termino extat, quæ cubiculo eodem concluditur : forma autem quadrangulari constat, palmorum vndequaque viginti : columnis quatuor in topheo excisis innitur : monumenta tria, eademque arcuata continent, in quorum singulis duo satis quidem oblongi, consuetæ tamen formæ, tumuli conspiciuntur. Nonnullas ibidem imagines contemplari licet ; quarum vna hominem deferentem humeris ligonem, altera humum pala suffodientem coloribus exhibet. In cubiculi autem eiusdem fornice, quædam item imagines exprimuntur, quæ sequenti Tabula, superaddita rerum significatione, lectorum oculis propositæ elucidantur.

- A Cubiculi fornix, vbi sacræ nonnullæ extant figuræ, quas proxima Tabula contemplandas exhibet.
- B Tria Monumenta arcuata cum sua quæque arca ex topheo foras paululum proiecta.
- C Quatuor columnæ angulares, quibus Cubiculi fornix innitur.
- D Monumenta oblonga in parietibus, qui monumenta arcuata continent, existentia.
- E Paries supra cryptam maiorem, quæ aditus in hoc Cubiculum patet.
- F G Binæ imagines in prædicto pariete, qui supra cryptam maiorem alteram gypso, calceque dealbatam attollitur, coloribus expressæ, quarum altera ligonem, altera palam habet, & duos Martyres ad arenam effodiendam damnatos, vel certe fossores monumentis in hoc Cœmeterio concinnandis intentos representari crediderim.
- H Semita sepulchris in topheo vtriusque excisis plena, quæ ad Cubiculum deducit, & palmos circiter viginti quatuor in longitudinem obtinet.
- I Paries exterior ostij Cubiculi, quod in semitæ, seu cryptæ maioris termino situm est.
- K L Bini Agni, qui dorso Crucem gestant.
- M Ostium eiusdem Cubiculi arcuatum.





CVBICVIVM PRIMVM COEMETERII VIA LATINA.



Roma Subterranea

Vnica Cubiculi Primi Tabula.

I. Huius Cubiculi Tabula in fornicis vmbilico Pastorem, probum Euangelico præconio celebrem, quem duæ arbores ambiunt, ouiculam humeris deferentem exhibet.

II. Christus Dominus, qui puero cuidam manum imponit, vt textus Euangelicæ lectionis docet.


III. Iobum insuper miserandum in modum in sterquilinio iacentem illic videre est.

IV. Idem Christus Dominus, qui Lazarum à mortuis excitat.

V. Legislatur Moyses, qui silicem inter deserta, atque aspera loca ad educendos sitienti populo aquarum riuulos virga percudit.

VI. VII. Et rursus Christus Seruator, qui mitissimi agni, nulliusque maculæ obnoxij symbolum præferens, sacrosanctum crucis vexillum dorso gestat.





FAVIA VNICA CVBICVLI PRIMI COMETERII VIA LATINA



Cubiculum secundum
apud Cœmeterium
Viæ Latinæ de-
scribitur.




ALTERVM huius Cœmete-
rij Cubiculum præcedē-
ti haud abfimile intuen-
ti occurrit, altitudine,
tamen aliquanto præ-
cellit: fornix & qua-

tuor itidem singulis angulis columnas præfert, Monumenta, quæ arcuata dicuntur, tria; quæ autem oblonga, & iuxta consuetam Cœmeteriorum formam sunt, sex numero continet. Nullæ profus in eo imagines, nisi quorundam puerorum in ipsa fornix facie, inter vuarum racemos, ac virentia folia, blande ac festiue colludentium. In femita vero, ipsum iuxta Cubiculum, quædam arcuato in monumento imago conspicitur; quam vnica eiusdem Cubiculi Tabula exceptam, oculis contemplandam subiecinus.

- A Cubiculi fornix vitium frondibus, vuarumque racemis dimidiata crassitudine prominentibus eleganter vndique adornatus.
- B Tria Monumenta arcuata maiora, multorum corporum capacia.
- C Quatuor columnæ, quibus Cubiculi fornix innititur, excisæ in topho, & frondibus item vt fornix, vuarumque fertis dimidij anaglyphi insignitæ.
- D Sex Monumenta oblonga vulgaria, bina scilicet ad singula quæque Monumenta arcuata, in topho parietis, qui arcui substat, concinnata.
- E Cubiculi Ostium.





CUBICVLVM SECVNDVM
COEMETERII VIA LATINA





Vnica Cubiculi Secundi Tabula.

I. In media fornicis parte, Pastoris ouem supra dorsum deferentis imago suspicitur, ad cuius pedes binæ ouiculæ iacent. Reliquæ fornicis totius partes vitium frondibus, ac vuarum racemis mirifice exornantur, puerisque inter se, vti mos est, iocantibus, affabre ex gypso elaboratis, prominentibusque in pariete corpusculis ambiuntur.

II. III. IV. In arcuati vero monumenti pariete mulieris extensis brachijs Deum exorantis imago exprimitur; ad cuius pedes vascula bina subsidunt, quæ seruandis quondam voluminibus apud priscos Christianæ fidei cultores vsui esse consueuerant.





TABULA VNICA CVBICVLI SECVNDI ET VLTIMI COEMETERII VIA LATINA

CAP. VIII.

De Vijs Labicana & Prænestina, ac de profanis earumdem monimentis.



V T sacrum hoc iter, quod aggressi sumus, Deo votis annuente, feliciter proficquamur, a porta & Via Latina, Cælimontanam, quæ

Afinaria olim dicebatur, consulte prætereuntes, cum nil profus hanc extra portam, quod ad rem Ecclesiasticam pertineat, & memoratu sit dignum, occurrat, ad portam, quæ huic proxima est, describendam, si libet, deueniamus. Porro hanc nostræ ætate Maiorem communi voce omnes appellant, antiqui vero teste Plinio Labiceam dixere, & Prænestinam item, vt Procopius de Bello Gothico refert, utroque a Vijs, Labicana videlicet & Prænestina deriuato vocabulo, quæ suum ab illa principium fortiuntur. Eandem pariter Exquilinam appellaram fuisse plerique asserunt; extra quam in fontes olim ex legum præscripto animaduertebatur: quapropter, vt Tacitus ait: *In P. Martium Consules extra portam Exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco aduertere. Idem Suetonius in Claudio his verbis affirmat: Civitatem Romanam usurpantes in campo Exquilino securi percussit.* Horatius item 5. Epod. isthæc recitat:

*Post inssepulta membra deferent Lupi,
Et Exquilinæ alites,*

2 Quem locum vbi Porphyrius elucidans, Exquilinam extra portam pauperum corpora vel comburi, vel certe proijci consueuisse affirmat. Ibi quoque Puticuli quondam extabant, loca scilicet puteorum adinfrat, vbi passim quæ proijcebantur, cadauera computrescebant. Hæc quidem ratione huius deriuationem nominis Varro interpretatus est, dum lib. 1. de Latino sermone ex Ælio Gallo sic habet: *Puticula, quod*

*putrescant cadauera ibi proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. Et Sex. Pompeius Veri. Puticulos, hæc inquit: Puticulos antiquissimum genus sepulchre appellatos, quod ibi in puteis sep. hrentur homines, qualis fuerit locus, quo nunc cadauera proijci solent extra portam Exquilinam quæ, quod ibi putrescent, inde potius appellatos existimat Puticulos Ælius Gallus, qui ait, antiqui moris fuisse, vt patresfamilis in locum publicum extra oppidum mancipia vilia proijcerent, atque ita proiecta, quod ibi e. putrescerent, nomen esse factum Puticulis. Festus item agit de Puticulis, vetustissimumque genus esse ait sepulchre in puteis fieri solitum. Extant huiusmodi sepulchrorum species, vt Baronius ait, in arenarijs crypris Cœmeteriorum extra Urbem positis. Sed non omnes in Puticulis sepeliebantur: nam Martialis lib. 1. epigram. ad Alcinam de puero defuncto: *Labicana leui cespite velat humus.* Eandem extra portam quædam item arenariæ crypræ existebant, vbi Afinium olim interfectum fuisse Cicero Orat. pro Cluentio his plane verbis affirmat: *Afinius autem breui illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Exquilinam perductus, occiditur.**

3 A porta vero Exquilina amba, vt diximus, Viæ, Labicana scilicet & Prænestina initium aspiciantur, Strabone teste his plane verbis: *Porro in vñ cadit Labicana, a porta quidem Exquilina incipiens, a qua & Prænestina: sinistra vero hæc & Exquilinam omittens, campum ultra centum & viginti stadia pergit. Cum autem Labico vetusto sane oppido, caterum disiecto & in sublimi sito propinquat, & hoc & Tusculum relinquit a dextera, &c.* Labicana igitur Via nuncupatur, quæ Labicum ducit, hodie vulgo Columna. Pari item ratione Prænestina dicitur, quæ ad Prænestem urbem vetustissimam deducit. Prænestinæ autem huius Viæ Plinius meminit, cum de Aqua Virgine agens lib. 31. c. 4. hæc dicit: *Agrippa & Virginem adduxit ab octauo lapidis diuerticulo 11. millibus passuum Prænestina Via.* Porro Labicana Via celebre antiquis temporibus Quietis Templum extabat; cuius ipse Liius Decad. 1. lib. 4. his verbis mentionem facit: *Cum hæc agerentur, iam Consul Via Labicana ad sanum Quietis erat.* Eandem iuxta Viam, Quintium

At-

Porta Cælimontana.
Porta Afinaria.

Porta Maior.

Porta Labicana.
Plin. 1. 36. c. 5.
Procop. de bello Goth. lib. 1.
Porta Prænestina.

Porta Exquilina.

Tacit. lib. 2.
Annal.

Sueton. Claud. c. 25.

Horat. 5.
Epod.

Puticuli.

Varro 1. 1. de ling. Lat.

Baron. in not. ad Mart. de 1. 1. 2. 3.

Cryptæ Arenariæ.

Cit. pro Cluent.

Via Labicana
Via Prænestina.

Strabo 1. 5.

Labicum.

Columna.

Aqua Virgo.

Plin. 1. 31. c. 3.

Templum Quietis.

Lii. Decad. 1. l. 4.

Quintius At-

CAP. IX.

De Cœmeterio inter duas
Lauros, siue beatorum
Martyrum Tiburtij,
Marcellini, Petri,
ac S. Helenæ,
Via Labi-
cana.



CŒMETERIVM istud à
prisca Christiana fidei
cultoribus tunc
potissimum temporis,
cum acrioribus genti-
lium procellis Eccle-
sia Dei impeteretur, in subterraneis
Labicanæ Viæ meatibus extructum est,
eo nimirum loco, qui vulgo inter duas
lauros appellabatur, ab huiuscemodi
fortasse arboribus quæ ibidè existerent:
nam & alia item loca ab arboribus ibi
constitis denominata interdum fuisse ex
conscriptis historiarum paginis satis su-
perque nouimus, vti præ cæteris locus
ille ad Malum Punicum quondam nun-
cupabatur, de quo Publ. Victor & ad
Pyrum, de quo Martial. Latina itidem
Via, ob eandem fere rationem, locus
pariter, duas inter lauros appellatus
est, vti iam diximus; qui tamen longe
ab isto, quem hætenus memorauimus,
differre videtur.

2 Porro de Cœmeterio hoc duas
inter lauros in M. S. S. Tiburtij Actis
Cod. S. Petr. iunctis vna simul cum
B. Susannæ Actis, & in Martyrologio
item Romano mentio incurrit, vbi cun-
dem martyrio inter duas lauros affectum
fuisse, tertio ab Vrbe milliario, perhi-
betur. Idem plane in Bedæ, Adonis &
Vîuardi Martyrol. & apud Petrum de
Natalibus describitur. Ibidem vero
conspiciæ sanctitatis fœminæ Lucilla &
Firmina cubiculum sibi construxerant;
vbi eisdem iugiter orantibus idem S.
Tiburtius vnâ cum beatis Martyribus
Marcellino presbytero & Petro exorci-
sta, sub dirissima eadem Dicoletiani
per-

Locus inter
duas lauros
Via Labicana.

Ad Malum
Punicum,
Publ. Vict. reg.
6.
Martial. l. 1.
epig. 162.
Ad Pyrum.

S. Tiburtius;
M. S. Cod. S.
Petr.
Marty. Rom. 3.
id. Aug.

Mart. Bedæ et
Adonis.
Petr. de Nat.
l. 7. c. 46.
S. Lucilla &
Firmina.

SS. Marcelli-
nus & Petrus.

Attam scriptorem celeberrimum tumu-
latum fuisse Eusebius testatur in suo
Chron. Olympiad. 175. *Quintius Atta*
scriptorum Togatorum (inquit ille) *Roma*
movitur, sepultusque Via Prænestina ad
milliarium secundum. Alcimi quoque
pueri ibidem sepulchrum extitit, Mar-
tiale teste Epigr. 72. lib. 1. his Carmi-
nibus:

Alcime, quem raptum domino crescenti-
bus annis
Labicana leni cespite velat humus.

Saluij itidem Iuliani inter Iurisconsultos
notissimi, bis Consul, & Vrbs Præfec-
ti eadem Via sepulchrū extitit, in quo
postea Didium Iulianum Imperatorem
eius pronepotem tumulari contigit;
quod Spartianus in eodè Didio his ver-
bis testatur: *Corpus eius a Severo uxori*
Manliæ Scatillæ, ac filie ad sepulturam est red-
ditum, & in proavi monumentum transla-
tum; milliario quinto, Via Labicana. De-
mum eadem Via hac nostra ætate, in
quadam Fabricij Lazari Aulæ Conci-
storialis Aduocati vinea, marmoræa se-
pulchralis arca Alexandri Seueri Impe-
ratoris, & Mammeæ eiusdem matris re-
perta est, in qua trita, ac celebris illa
raptarum Sabinarum historia insculpta
exhibetur: in eius autem operculo eorundem
Alexandri & Mammeæ imagines affabre
elaboratæ conspiciuntur, quæ quidem arca
tanquam nobile antiquitatis Romanæ trophæum,
in Vrbe translata, in augustissimo Capitolij
atrio ad hanc vsque diem inter cætera
præclara rerum antiquarum monumenta
asseruat.

Sed a profanis pedem reuocantes,
ad Cœmeteria, quæ Via Labi-
cana occurrunt, orationem conuertamus.



Euseb. in Chro-
nico Olymp.
175.

Martial. l. 1.
epig. 72.

Sepulchrum
Saluij Iuliani

Didius Iulia-
nus Impera-
tor.

Spart. in Did.
Imp.

Arca Sepul-
chralis Alex-
andri Seueri
& Mammeæ.

persecutione, martyrio coronatis, se videndum exhibuit, in loco, qui primum Silua nigra.

Translatio
corporum SS.
Marcellini, &
Petri.

Acta Mart.
Tiburtij.

Cod. Lat. Vat.
89. S. Petri. E.
Vall. 1.

Ad in Mart.
5. Kal. Sept.

Sur. 16. 3. 2.
107.

Candida postmodum nuncupatus est. Quæ quidem beatissimæ mulieres veneranda Martyrum corundem corpora, iisdem iubentibus, iuxta S. Tiburtij corpus in cryptæ inferioris ambitu reponere; quod in ipso summet sanctorum Martyrum Marcellini, & Petri Actis hunc in modum describitur. Erant Lucilla & Firmina Christianissimæ femine parentes S. Tiburtij Martyris; cuius nobilitas & in terris inter Senatores magna fuit, & inter Martyres magnificentior probatur in Calis. Hæ dum amore parentis Martyris a sepulchro eius non recederent; & ibi, ut alibi legitur, sibi construxissent cubiculum, atque ibi diu nocturne perseverarent, apparuit eis in visu S. Tiburtius cum his duobus Martyribus, & instruxit qualiter ambulant, & corpora eorum de silua auferrent, atque ibi iuxta se in inferiori parte cryptæ sepelirent. Quibus adiutorio fuerunt duo acolythi Ecclesie Romanæ, &c. Vides hinc mulieres beatorum Martyrum obsequio addictas, Martyrum apparitione recreatas, & de his, quæ salutem congruerent, iisdem admonitionibus instructas impensè vberem obsequij mercedem a Domino recepisse. Sed & de studiosa earundem feminarum in tumulandis martyribus opera hæc paulo intra: Quorum corpora beatorum Marcellini presbyteri & Petri exorciste Martyrum collegit Lucilla, & posuit in vehiculo noctu, & adduxit Via Labicana, milliario ab Urbe tertio, & sepeliuit sub die 4. non. Iun. in pace. Id ipsum Ado perhibet, quamvis translationis tempus ad v. Kalend. Septembr. non ad iv. Non. Iun. ut recensitis in Actis, referat, quod forte magis ipsi veritati consonat. Quarto enim Non. Iunii natalitius dies, non autem translatio horum Martyrum contigit. Hæc eadem recolenda translationis historia, apud Surium hismet versibus recensetur:

*Dne quedam referuntur Romæ natæ femine,
Vna dicta est Lucilla, Firminaque altera.
Veram puris retinentes Christi fidem cordibus.
Quæ propinqua ter beati Martyris Tiburtij,
Ad illius sacrosanctum assidentes tumulum,*

*Deo gratias vigilando ducebant excubias.
Quibus ipse cum beatis semet comitantibus*

*Marcellino atque Petro marifeste reuulit
Per soporem, vbi sacra iacuisent corpora
Eorundem electorum: atque simul admo-*

*net,
Vt euntes absque mora, illa statim auferant,
Et in crypta suum prope curent corpus ponere.*

*Qui præceptis obsequentes Nigram siluam
adeunt,
Sublatosque beatorum inde portant cineres,
Et in specu deponentes, inisso loco tumulant.*

3 Verum de beatis eisdem Martt. Petro & Marcellino hæc præcipue Romano in Martyrologio iv. Nonas Iunii, post enarratam eorundem martyrij seriem recitantur: Horum corpora in crypta iuxta sanctum Tiburtium sepulta sunt, eorumque sepulchrum S. Damasus Papa versibus postea exornauit. Huiusmodi autem versus in M. S. iisdem Actis recitantur; nam post certaminum, ac martyrij descriptionem hæc subiiciuntur: Hæc omnia Damasus, cum lector esset, & adhuc puerulus, didicit ab eo, qui eos decollauerat, & postea factus Episcopus, in eorum sepulchro his versuulis declarauit:

*Marcelline tuos pariter, Petre nosce
triumphos;
Percussor retulit Damaso mihi cum puer
essem,*

*Hæc sibi carnificem rabidum mandata dedisse
Sentibus in medijs vestra ut tunc colla se-*

*caret,
Ne tumulum vestrum quisquam cognoscere
posset;
Vos alacres, vestris manibus mundasse
sepulchra,*

*Candidulo occulte postquam iacuisistis in
antro.*

Postea commonitam vestra pietate Lucil-

*lam,
Hic placuisse magis sanctissima condere
membra.*

Ex quibus ipsummet carnificem, qui quondam gladium in Sanctos viros exeruerat, eorundem gloriæ, ac triumphipræconem effectum, linguam pariter in eorundem laudes exercuisse, locum, in quo

Mart. Rom. 4.
non. Iun.

Epitaphium
SS. Marcellini
& Petri

Apud Baron.
Annal. 12. 2.
471, 302.

quo iacēbant, indicando, ipso Damaso attestante, didicimus. In Romano irem Martyrologio 11. Kalend. Ianuar. triginta Martyrum duas inrer Lauros martyrio coronatorum memoria recolitur; quorum nomina post triumphalem palmam in libro Vitæ descripta sunt.

4 Ibi postmodum in sanctorum martyrum Marcellini & Petri honorem Constantinus Magnus Imperator nobilem a fundamentis Ecclesiam erexit, in qua Helena pijsissima eiusdem mater, intra porphyreticam vnam condita fuit, vt in Martyrologio Romano xv. Kal. Septemb. & prolixius in M. S. eiusdem Helenæ Actis Codd. Later. & S. Petri his quidem verbis exponitur: *Postquam beatissima Helena Romam ad filium redijt, ibi plena dierum, vltra octogefimum ætatis annum, expleto vite suæ cursu cum felici letitia sexto Id. Febr. deposito carnis onere Cælo reddidit spiritum, & sepulta est honorifice cum aromatibus Via Labicana, vbi dicitur inter duas Lauros milliario tertio ab Vrbe. Et in eodem loco fecit Basilicam sanctis Martyribus Marcellino & Petro, & ibi in Mausoleo porphyretico, vndique pretiose sculpto, iuxta regiam excellentiam, matrem suam sepeliuit. Nobilissimi vtro eiusdem Helenæ sepulchri, & beatorum Marcellini & Petri Ecclesiæ meminit Ado in Chron. ætat. 6. sub Christi anno trecentesimo sexto: Beda item de sex ætatibus sub anno a creatione mundi MCCCCLIX. qui anno Ecclesias ab eodem Constantino Magno pari munificentia erectas iisdemmet verbis recensentes, hæc aiunt: *Item Basilicam Via Labicana inter duas lauros beatis Petro & Marcellino martyribus, & Mausoleum, vbi matrem suam posuit in sarcophago purpureo. Et apud Bibliothecarium in Vita B. Siluestri hæc habentur: Eisdem temporibus Augustus Constantinus fecit Basilicam beatissimis Martyribus Marcellino presbytero, & Petro exorcista, inter duas lauros, & Mausoleum, vbi beatissima mater ipsius sepulta est Helena Augusta in sarcophago porphyretico, Via Lanicana milliario ab Vrbe Roma tertio, &c. Recensentur autem ibidem Constantinianæ munificentiaæ dona ac munera, quæ magni vtique animi Imperator pro amore matris, vt idem Bibliothecarius inquit, & veneratione sanctorum, eidem Ecclesiæ obtulit. Ve-**

Tom. II. Rom. Subt.

rum in hac ipsa Ecclesia, vt probabiles quidem rationes nobis vltro suadent, a sanctissimo Pontifice Gregorio Magno, habita quondam fuit Homilia sexta in Matth. quæ eiusdem Ecclesiæ titulo hunc in modum prænotatur, videlicet: *Homilia habita ad populum in Basilica sanctorum Marcellini & Petri die natalis eorum.* Verosimilius enim nobis rem altius contemplantibus, eandem in hac potius Ecclesia homiliam recitatum fuisse videtur, vbi tunc temporis religioso excepta cultu sanctorum corpora quiescebant, vri ipsi beato Gregorio mos erat, quàm in ea, quæ Lateranensem iuxta Basilicam sita est, & sanctorum item Marcellini & Petri titulo decoratur; quamuis & hæc (cuius nuper meminimus) proculdubio vetustissima sit, eiusdemque in Romana Synodo sub ipsomet Gregorio, digna vtique mentio incurrat.

5 Porro Bibliothecarius Ecclesiæ sanctorum Marcellini & Petri primum a Benedicto Papa III. instaurationem, & rursus a Nicolao Primo Pontifice præstitam fuisse enarrans, & ipse haud obscure legentibus dubitandi ansam præbet, de qua videlicet harum Ecclesiarum inter scribendum subintellexisse voluerit: vbi enim de Benedicto Papa loquitur, isthæc verba profert: *Necnon & in Ecclesiam beatorum Petri & Marcellini, cuius tectum iam vetustate positum, vicinum ruine existerat, depositis vetustissimis trabibus, & alijs impositis à nouiter ipsum tectum, atque porticus in circuitu omnia nouiter restaurauit. Et subinde de Nicolao Pontifice isthæc recitat: Nicolaus ad Basilicam beatorum Martyrum Marcellini & Petri, que inter duas lauros sita est, properauit, quam vetustate solutam, ruinaque confractam inuenit, & sentibus coopertam, tribulisque repletam, ita vt nulli ad eam aditus panderetur. Cuius mox fundamenta, validissimo edificio renouans, in meliorem statum, vt pridem fuerat, restaurauit, in quam nunc ad laudem nominis diuini, populi multitudo properat, & confluit. Magnam igitur, vt videre est, Bibliothecarij verba læctoris animo aubiguitatem ingerunt.*

6 Porro, vt rem hanc maturius edisseramus in M. S. quibusdam Codicibus huiusmodi instauration, quæ a Nicolao

E. Pon-

Rom. Mart. die 21. Kal. Ian.

Triginta Martyres.

Ecclesia SS. Marcellini, & Petri. Sepulchrum Helenæ Rom. Martyr. rom. 15. Kal. Sept.

M. S. Codd. Lat. et S. Petri.

Ado in Chron. 6. an. 306.

Beda de Sex. ætat. an. mundi 4. 59. 6. a.

Bibl. in Vir. S. Silu. V. 2. p. 2.

Bibl. sup. cit.

Greg. hom. 6. in Matth.

Ecclesia SS. Marcellini, & Petri.

Bibl. de Bened. Pap. 3.

Bibl. de Nicol. Pap. 1.

Pontifice præstita est, desideratur, & in alijs, imo & in Pontificis eiusdem gestis, quæ To. 3. Conciliorum conscripta habentur, pro verbis illis: *Inter duas lauros*, legitur: *In Erulana*, corrupto videlicet vocabulo pro *Merulana*. Quapropter germana verborum lectione paginis reddita, satendum nobis proculdubio est, a Nicolao Pontifice eam potissimum Ecclesiam instauratam fuisse, quæ prope eandem Lateranensem Basilicam extat, haud procul a loco, qui vulgo in *Merulana* dicitur; vbi & Beati Marthæ Apostoli Ecclesia in Merulana item dicta vsque nunc subsistit. Vt ipsa autem veritas magis studioso lectori innotescat, haud vllatenus probabile nobis sit, de hac Bibliothecarium item locutum fuisse. Cum enim Romanorum Pontificum ædibus Ecclesia hæc proxima esset, & Cardinalitio insuper titulo decoraretur, nimis quidem absurdum foret, si quis leuiter opinando assereret, eandem longo temporum interlapsu eo vsque redactam, vt sentibus hinc inde cooperta, ac tribulis vndique circumfusa, accedentibus imperiâ omnino existeret, qua plane lugubri facie eandem ipsamet Bibliothecarium describit. Id igitur probabilius nobis arridet, si nimirum, quæ a Bibliothecario hæcenus enarrata sunt, de Ecclesia ab Imperatore Constantino Laucanâ iuxta Viam erecta subintelligantur. His adde, quod minus item verisimile habendum videtur, eandem ab vtroque Pontifice Ecclesiam, de qua nunc agimus, in pristini formam splendoris restitutam fuisse. Quippe si Benedictus Pontifex hanc, vt hi asserunt, instaurauit; quorsum Nicolao, qui eidem proxime in Pontificatu successit, operi manum apponendi iterum opus fuit? cum Benedictus Papa biennio duntaxat in Petri Cathedra sederit, quo quidem breui temporis interstitio ipsamet Ecclesiam ad enormem adeo abolitæ vetustatis formam, ac desolatam rerum faciem deuenisse, haud creditu facile est. Fateamur igitur opus est, a Benedicto Tertio Ecclesiam illam instauratam esse, quæ iuxta Lateranensem Palatium ad hanc vsque diem visitur: a Nicolao autem Pontifice hanc, de qua sermo recurrit, Via Laucana exi-

stentem, quæ tunc ruinis scatebat, pristino decori restitutam.

7 In eodem insuper Cœmeterij loco Ecclesia in S. Tiburtij honorem erecta fuit; cuius Ehinardus in relatione inuentionis corporum beatorum Marcellini & Petri mox subtrendenda meminit: ex qua illud quidem conijci fas est, in ea eiusdem Beati Tiburtij corpus conditum fuisse; & in eadem Ecclesia ad Cœmeterium, in quo sanctorum Marcellini & Petri olim corpora asseruabantur, accedentibus vltro aditum patere. Quapropter haud perperam coniectari licet, hoc idem esse, ac eorundem beatorum Martyrum templum, vel certe illi valde proximum, atque cohærens. Ibi quoque Ecclesiam in S. Helenæ honorem erectam fuisse in conscriptis Stephani Papæ Quinti gestis apud Bibliothecarium legitur, his plane verbis: *Nec non & in Basilica B. Helenæ fecit vestem de fundato, &c.* Quæ etiam sub ipsamet Martini Papæ Quinti tempora extabat. Nicolaus enim Signorilis in lib. Reliquiarum Vrbs, quem eidem Pontifici inscripsit, eandem inter Ecclesias tunc temporis tam intra quam extra Vrbs ambitum existentes adnumerat: & ab ipsamet subinde Cencius Camerarius, & Petrus Manlius Cœmeterium, de quo agimus, his plane verbis denominant: *Cœmeterium inter duas lauros ad Sanctam Helenam*. Quamuis communi vocabulo, beatorum Marcellini & Petri Cœmeterium nuncupetur. Hoc sane titulo ab eodem Bibliothecario sæpæpius inscribitur, dum in Honorij Papæ Primi gestis hæc recitat: *Renouauit Cœmeterium beatorum Martyrum Marcellini & Petri Via Laucana*. In gestis itidem Adriani Primi isthæc: *Cœmeterium itaque beatorum Martyrum Petri & Marcellini nouiter fecit, & gradus eius, qui descendunt ad eorum sacratissima corpora, nouiter fecit: quoniam nullus erat iam descensus ad ipsa sancta corpora*. Idem quoque in aliorum Pontificum eiusdem Cœmeterij instauratorum historijs reperit. Cum huius autem Ecclesiæ B. Helenæ nullibi hac nostra ætate, quod videamus, vestigium supersit, vt ruinarum reliquiæ ipsius S. Tiburtij Ecclesiæ adhuc extant, haud improbabilibus quidem rationibus adducti ipsamet Sancto-

Ecclesia B. Marthæ in Merulana.

Ecclesia S. Tiburtij.

Ecclesia S. Helenæ. Bibl. in Vr. Steph. Pap. 5.

Nicol. Signor. in lib. Reliq. Vrbs.

Cœmeterij ad S. Helenam.

Bibl. in Honorio Pap. 1.

Idem in Adriano Pap. 1.

atorum Marcellini & Petri Basilicam, Beatæ item Helenæ titulo quondam nuncupatam fuisse; ex eo præsertim conijcimus, quod corpus augustissimæ eiusdem saminæ ibi in porphyretico Mausoleo condigno honore asseruaretur.

8 Eorundem vero Martyrum Marcellini & Petri corpora ex ipsomet Cœmeterio, Deo reuelante, in Gallias translata fuere, vt fusius Ehinardus Caroli Magni a secretis apud Surium To. 3. Innij 2 describit, Baronius item Annal. Tom. 9. an. 826. cuius aliquam saltem enarrationis partem ad instituti nostri propositum hic subtexere haud pigebit, lectori, vt credimus, gratam quammaxime, ac periucundam futuram, Ehinardus igitur post enarratam Basilicæ a se erectæ constructionem, Romani cuiusdam Diaconi, cui Deudsona nomen erat, mentionem subtexit, qui ad principis Ludouici aulam, eiusdem imploraturus opem aduenerat. Subdit præterea habitum cum viro principe congressum, & præstitam sibi ab eo sacrarum reliquiarum, quibus cumulus erat, sponsonem, quas in Basilica præmemorata reonderet. Viaticum in super redeunti sibi huius rei gratia impensum, & incundi itineris comitem, Ratleicum nomine, notarium suum, qui deuotionis causa Romam proficiscendi votum nuncupauerat, designatum fuisse enarrans, ipsum iter profequitur, suamque ad Hilduuinum Abbatem in monasterio S. Medardi professionem subiicit; cui idem Diaconus beati Martyris Tiburtij corpus se daturum pollicitus fuerat. Quibus ille sponsonibus vehementer illectus, presbyterum quendam vnâ cum eis, nomine Huno, transiit, vt accepto videlicet ab eiusdem manibus Beati Martyris corpore, illud ad se perhonorifice deserret: *Contigit autem* (inquit Ehinardus translationis historiam profequens) *postquam Italiam intrauerunt, vt puer notarij mei, nomine Reginaldus, tertiana febris correptus non modicum professionis eorum faceret impedimentum. Cumque hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuisset retardatum; illi tamen prout poterant, illud accelerare contendebant. Tribus diebus priusquam ad Urbem venirent, apparuit in visu illi febricitanti quidam homo in habitu diaconi, per-*

*quirens ab eo quamobrem dominus suus Romam ire festinaret? Cui cum ille & promissa diaconi de reliquis sanctorum mihi mittendis, & de his, quæ Hilduuno Abbati pollicitus est, prout illi comperta erant, exponeret. Non ita erit, inquit, sed longe aliter, ac vos existimatis, casarum, propter quas venistis, exitus adimplebitur. Nam diaconus iste, qui vos Romam venire rogauit, aut parum, aut nihil de his, quæ vobis promisit, facturus est, ac proinde volo, sequaris me, atque ea quæ tibi ostensurus, atque dicturus sum, mente sollicita cures aduertere. Tunc manu comprehensum, vt sibi videbatur, montis præcelso cacumen secum conscendere fecit, in quo cum simul positi consisterent: *Conuertere, inquit, ad orientem, & subiectos oculis tuis campos intueri. Quod cum fecisset, & campos, de quibus sibi dixerat, fuisset intuitus, vidit in eis molis immensæ fabricas in modum magnæ cuiusdam ciuitatis extructas, & interrogatus ab eo, si sciret quid hoc esset: se nescire respondit. Tum ille: Roma est, inquit, quod vides: statimque addidit: Dirige oculos in vltiora ciuitatis, & contemplant, si aliqua tibi in his locis appareat Ecclesia. Cumque sibi quandam Ecclesiam apparere dixisset: *Vade, inquit, & Ratleico nuntia, quoniam in Ecclesia, quam modo vidisti, illa res est recondita, quam ille Domino suo debet asferre: & ideo det operam, vt eam quanto celerius fieri potest, accipiat, & ad Dominum suum reuertatur. Vides hinc, amice lector, quam sollicitos se de suorum corporum obsequio viri sancti post mortem, vt alibi diximus, exhibeant, & piorum hominum votis, sacras reliquias requirentibus, quam prompte, libenterque conueniant: sed susceptam interim narrationem persequamur.***

10 Cumque ille diceret, quod nemo de his, qui secum venerant, in huiusmodi refulentem dicitis suis esset habiturus; respondit & dixit: *Tu nosti, quod omnes, qui tecum hoc iter agunt, tibi consecij sunt, quia complures dies in febris tertiana laborasti, & nondum te ab illa vllam habuisse remissionem. Et ille: Ita est, inquit, vt dicis. Quapropter, ait, volo vt pro signo tibi sit, atque his, quibus verba, quæ dixi, relaturus es, quoniam ex hac hora, febris, qua vsque modo detinebaris, sic per Dei misericordiam cariturus es, vt te vltius in hoc itinere non contingat. His dicitis, expergestus, omnia*

S. Marcellini & Petri ex illis, in visu monstratur eis, qui illas quærebant.

Ecclesia, vbi reliquæ SS. Marcellini, & Petri ex illis, in visu monstratur eis, qui illas quærebant.

Valetudine restituta, reuelatio, diuina cunopro, batur.

Translatio corpori SS. Marcellini, & Petri. Ehinardus apud Surium To. 3. Innij 2. Baronius Annal. 16. 9. an. 826.

Monasterium S. Medardi.

Ehinardus de translatione corpori SS. Petri & Marcellini.

quæ sibi vidisse, vel audisse videbatur, Ratleico referre curauit. Quæ cum Ratleicus presbytero secum pergenti exposuisset, visum est ambobus, ut experimentum somni ex veritate promissæ sanitatis approbarent. Nam eadem die iuxta qualitatem febrium, quibus laborare consueuerat, fabricare debebat is, qui somnium viderat, & ut non vana illusio, sed potius vera reuelatio fuisse ostenderetur, neque illa die, neque cæteris, quæ illam secute sunt, vllum in corpore suo consuetarum febrium sensit inditium. Sic factum est, ut visioni crederent, & fidem diaconi promissis non haberent. En supernarum reuelationum, præstitis a Deo signis certa omnino, atque indubitata comprobatio, ut mirabilibus verbis facta mirabiliora, ut videntes, fidem astruant. Igitur Romam venientes (inquit ille) iuxta Basilicam beati Petri Apostoli, quæ dicitur ad Vincula, in domo ipsius, cum quo venerant, diaconi hospitium acceperunt, manseruntque cum eo per aliquot dies, opperientes promissionum eius adimplerionem, sed ille, qui suas pollicitationes perficere non valebat, ipsum quod non poterat, quibusdam procrastinationibus palliabat. Tandem locuti cum illo, cur eis illo modo vellet illudere, percontati sunt, rogantes simul ne se diutius fallendo detineret, & reuersionem suam vanis spebus impediret. His ille auditis cum cerneret se huiusmodi calliditate eis iam amplius non posse imponere, primo notarium meum certum fecit ad reliquias mihi promissis, quod eas habere non posset, eo quod frater suus, cui & domum & cuncta, quæ habebat, inde abiens commendauerat, negotiandi gratia Beneuentum esset profectus, ac se penitus ignorare, quando esset reuersurus. Et quia reliquias illis, sicut & cæteram supellestem ad seruandum commiserat, nec omnino se scire posse quid de his fecisset, quoniam eas in eadem domo nusquam inuenisset; proinde videret quid faceret, quia de parte sua nihil restaret, quod operari posset. Postquam hæc notarario meo dixit, & ille se ab eo illusum, & male sibi impositum quereretur, nescio quibus vanis ac frivolis etiam presbyterum Hilauini allocutus, spe simili animatum fecit abscedere.

Postridie vero cum velle tristes vidisset, hortatus est, ut simul cum illo ad Cæmeteria sanctorum pergerent, videri sibi quod in eis aliquid tale inueniri posset, quæ eorum desiderio satisfaceret. Cumque

eis hoc consilium placuisset, vellentque ut quantocius id, ad quod faciendum eos hortabatur, inchoarent, more solito negotium dissimulauit, & eos, quorum animi tunc paululum erant erecti, in tantam desperationem hac dilatione deiecit, ut omisso illo, staret in patriam, quamuis in seculo negotio, reuertere. Sed notararius meus recolens somnium, quod puer suus viderat, cepit comitem suum hortari, ut sine hospite suo irent ad Cæmeteria, ad quæ visenda ille se eos ducere velle promisit. Itaque inuento atque conducto duce, locorumque monitratore, primo ad Basilicam B. Tiburtij martyris in Via Lauicana, tribus ab Vrbe passuum milibus distantem veniunt; Martyrisque tumbarum quanta possunt diligentia contemplantur, & utrum, sic ut alij non sentirent, aperiri posset, cauta cum spei meliore considerant. Deinde in cryptam eidem Basilicæ contiguam, in qua beatorum Christi martyrum Marcellini & Petri corpora erant translata, descendunt, atque explorata illius monumenti qualitate discedunt; æstimantes hoc factum hospitem suum posse latere; sed aliter euenit, atque ar. ir. ti. sunt. Nam cito ad illius huius facti notitia peruenit, veritusque ne sine illo voluntati suæ satisfacere debuissent, statuit consilium eorum festinando præuenire. Et quia ille eorundem locorum omnimodam & plenariam notitiam habebat, blande illos alloquitur, hortaturque, ut illuc simul veniant, & communi consilio facerent, quicquid eis videretur faciendum. Assensu sunt eius voluntati, tempusque id aggrediendi patri consensu constituunt. Tunc peracto ieiunio tridvano, noctu ad locum, nullo Romanorum ciuium sentiente, perueniunt, ingressique Basilicam B. Tiburtij, primo altare illud, sub quo sacrum eius corpus situm credebatur, aperire tentauerunt; sed parum successit eorum voluntati molitio operis inchoati; nam monumentum durissimo marmore extructum, inermes id aperire conantium manus facile repellat. Igitur omisso Martyris sepulchro, ad tumbam beatorum Marcellini & Petri descendunt, atque ibi inuocato Domino nostro Iesu Christo, & adoratis sanctis Martyribus, lapidem, quo summitas sepulchri tegebatur, de loco suo levare moluntur. Quo sublato vident sacratissimum sancti Marcellini corpus in superioribus eiusdem sepulchri partibus positum, tabulamque marmoream ad caput positam, quæ titulo, quem continebat, eundem inditium dabat, cuius

Basilica B. Tiburtij Via Lauicana.

Tumba SS. Marcellini, & Petri.

Titulus in sepulchro nomen sancti Præcians.

in eo loco Martyris membra iacuisſent, quod ut par erat, cum ſumma veneratione ſuſcipientes leuant, & munda ſindone inuolutum Diacono ferendum, atque ſeruandum tradunt. En conſuetus fidelium mos ſacra martyrum corpora inſculpto nomine, & ipſum intra ſepulchrum reposito poteris prænotandi: ſed actorum interim ſterba excipiamus.

12 Ac ne villa ſublata corporis indicia remanerent, lapidem loco ſuo reponentes, in Urbem ad hoſpitia ſua reuertuntur. * Diaconus autem arbitratus notario meo hoc ſatiſfactum eſſe, cepit illum hortari, ut accepto corpore B. Marcellini rediret in patriam: ſed ille longe aliter auxilium. Nam, ut mihi poſtea retulit, videbatur illi nequaquam ſibi licere cum ſolo B. Marcellini corpore in patriam regredi, quaſi nefas eſſet, ut corpus B. Petri Martyris, qui eius ſocius in paſſione fuerat, & per quingentos, & eo amplius annos in eodem ſepulchro vnâ cum illo requieuerat, illo inde tranſeunte remaneret: ſed de hoc qualiter fieri poſſet, vehementer ambigebat. Nouerat enim neminem à ſe Romanum inueniri poſſe, qui ſibi ad hoc vllum ferret auxilium, ſed ne talem quidem, cui hæc animi ſui ſecreta auderet oſtendere. In hac cordis anxietate conſtitutus, reperit quendam monachum peregrinum, nomine Baſilium, qui ante biennium de Conſtantinopoli Romanæ venerat, atque ibi in monte Palatino apud alios Græcos euſdem profeſſionis cum quatuor diſcipulis ſuum hoſpitiū habebat. Hunc adyt, atque ei, quam patiebat ſollicitudinem aperit. Tum conſilijs eius animatus aduocato ad ſe comite ſuo Hilduuni preſbytero, cepit cum eo trahere, ut iterum ad Baſilicam B. Tiburtij clanculo pergerent, ac tumbam, qua Martyris corpus reconditum credebat, aperire denuo molirentur. Placuit conſilium, aſſumptiſque, quos ſecum adduxerant, pueris, hoſpiti eorum penitus ignorante, clau noctu proſecti ſunt. Cumque ad locum ventum eſſet, votis pro re proſperanda ante adis ianuam factis, ingrediuntur, diuiſiſque ſocijs inter ſe, preſbyter ad corpus B. Tiburtij querendum in ipſius Baſilica cum aliquibus remanſit. Raleicus cum reliquis in adherentem eidem Eccleſie cryptam, ad B. Petri corpus acceſſit, apertoque ſine vlla difficultate ſepulchro, ſicra S. Martyris membra, nullo prohibente, ſuſtulit, & ſerico puluino, quem ad hoc parauerat, recepta, diligenter incluſit.

Interea preſbyter, qui corpus B. Tiburtij querebat, magno labore fruſtra conſumpto, relicto opere in cryptam ad Raleicum deſcendit, & quid ſibi faciendum eſſet, ab eo quere-re cepit. Cui cum ille arbitrari ſe diceret, quod S. Tiburtij reliquie eſſent inuenta eique id, de quo dicebat, oſtenderet. Nam paulo antequam idem preſbyter ad cryptam veniret, reperit in eodem ſepulchro, in quo ſanctiſſimorum Marcellini & Petri ſacra corpora iacuerant, foramen quoddam rotundi ſchematis, trium fere pedum longitudinis, introrſum excavatum, pedali amplitudine patens, & in eo minuti pulueris non modicam portionem repositam. Viſum eſt amobus, quod hic puluis de corpore B. Tiburtij, offibus inde ſublatis, remanere potuiſſet, & ob hoc ut difficilius inueniretur, medio loco inter beatos Marcellinum & Petrum in ead. m. tumb. fuiſſet diſpoſitus, conueniente inter eos, ut cum preſbyter ſumeret, & reliquis B. Tiburtij ſecum deſerret. Ex quibus palam fit, ſanctos ipſos vel poſt mortem amare conſortium, & vnitatem diligere, nec vnum ab alio, cum quo videlicet martyrij, vel tumuli ſocietate participauerat, vllatenus diſiungi velle: quomodo enim in vita dilexerunt ſe, ita in morte non ſunt ſeparati.

13 Huius autem hiftoriæ auctor crebrorū miraculorum ſeriem ſubtexit, quæ, dum eorundem beatorum martyrum reliquie deferrentur, varijs quidem locis diuinitus patrata ſunt: ſacrorum item pignorum in Eccleſia ab eodem Einhardo extruſta de poſitionem, & demum inde translationem ſolemni ritu ad Vici Malheim nuncupati Eccleſiam præſtitam commemorat. Eo autem ſere tempore, ut nobis quidem exiſtimare faſ eſt, Beati Tiburtij corpus à Gregorio Papa Quarto in Urbem tranſlatum, in Oratorio D. Gregorij a ſe apud Vaticanam Baſilicam erecto, euſdem Gregorij opera vnâ cum alijs ſanctorum Martyrum corporibus, quæ il-luc pariter ex eorundem Cæmæterijs intulerat, conditum eſt, Bibliothecario huius rei teſte in euſdem Gregorij Pæpæ IV. geſtis; quod & apud Petrum Manlium, & ex alijs M. S. Codd. com-pertum fit, in quibus beatum Mart. Ty-burtium Chromatij Præſecti filium fuiſſe deſcribitur.

14 Porro de ſanctiſſima ſœmina; im-

Galli B. Petri exoritur corpus habet quoque fatigant.

Monasterium Monachorū Græcorum ad Palatinū.

B. Petri martyris corpus inuenitur, & in Galliam tranſſitur.

Translatio corporis S. Tiburtij.

Bibl. in Greg. Pap. 41

Petr. Manliar.

Corpus S. Helenæ vni nam reperitur?

immortalibus utique laudum præconijs celebranda Helena Augusta subobscuræ nonnullæ adhuc assertiones, ac multiplicibus difficultatum nodis obuolutæ per manus passim circumferuntur, quoniam videlicet loco præclari nominis fœm ina diem suum obierit? Et sacrum eius corpus sepulturæ demandatum fuerit? Variæ enim hac super re scriptorum sententiæ extiterunt. Socrates

Socrat. hist. l. 1 c. 13.

quippe lib. 1. c. 13. de ea hæc ait: *Mortem obiit. Corpus eius ad Constantinopolim, quæ noua Roma appellata erat, deportatum, regali sepulchro conditum est.* Eusebium, vt Baronius inquit Annal. To. 3. ann. 326. n. 627. perperam interpretatus, qui in Magni Constantini gestis lib. 3. c. 46. ita de Augustissima fœmina eiusdem post obitum coram Constantino filio enarratum isthæc scribit: *Magna satellitum turba ad ciuitatem, quæ principem locum tenet Imperij, deportatum, corpus nempe, fuit, ibique regali sepulchro conditum etc.* Quibus plane verbis haud Constantinopolim, vt Socrates falso arbitratus est, sed ipsammet Romanam Vrbem intelligi voluit, vt iisdem pariter verbis inter scribendum alibi Romam innuere consuevit, & præsertim lib. 3. c. 7. gestorum Magni ipsius Constantini, cum de legatis ad Nicænum Concilium transmissis agens isthæc habet: *Et quamquam illius Urbis, penes quam Imperium est, Episcopus etc.* De Siluestro nimirum meritissimo Romanæ Urbis Epitopo subintelligens. Anastasius vero B. bibliothecarius lib. de Constantini munificentiâ Conc. 10. 3.

Euseb. hist. l. 3 c. 7.

Anast. lib. de Constantini munificentiâ Conc. 10. 3.

quibus plane verbis haud Constantinopolim, vt Socrates falso arbitratus est, sed ipsammet Romanam Vrbem intelligi voluit, vt iisdem pariter verbis inter scribendum alibi Romam innuere consuevit, & præsertim lib. 3. c. 7. gestorum Magni ipsius Constantini, cum de legatis ad Nicænum Concilium transmissis agens isthæc habet: *Et quamquam illius Urbis, penes quam Imperium est, Episcopus etc.* De Siluestro nimirum meritissimo Romanæ Urbis Epitopo subintelligens. Anastasius vero B. bibliothecarius lib. de Constantini munificentiâ Conc. 10. 3. & in Siluestro præsertim de SS. Marcellini, & Petri Basilicâ, quæ Via Lauicana, duas inter lauros posita est, prolixius agens, hæc de Constantino Augusto ad rem nostram inserit: *Et Mausoleum condidit, vbi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porphyretico.*

Translatio corporis S. Helenæ.

Niceth. lib. 8. c. 31.

Id. Nic. l. 55.

15 At Nicephorus lib. 8. c. 31. non modo præclarissimam fœminam Romæ sepultam, sed vita insuper ibidem fundam; & inde post biennium Constantinopolim translata fuisse diserte affirmat: *Cum autem, inquit ille, ei finis vitæ instaret, cum celeberrima memoria Romæ decessit; vnde octogesimum agens annum etc.* Idemque Nicephorus eodem

lib. c. 55. de Constantino, qui in præmemorata Apoliolorum Ecclesia conditus est, sermonem instituens, Helenam quoque matrem depositam ibidem fuisse his plane verbis testatur: *In Vrba marmorea vna cum matre Helena repositus est.* Demum Constantinopolitana ex Vrbe venerandum B. Helenæ corpus Venetias translatum, summaque illic veneratione seruatum fuisse nonnulli tradunt; inter quos præcipuus est Petrus de Natalibus, qui lib. 7. c. 73. hæc recitat: *Ipsa vero B. Helena operibus pietatis & religionis studens, octogesimum aetatis annum agens, in sanctitate vitæ, in pace quiescit apud Vrbem Romam 15. Kalend. Septemb. sepultaque est in Ecclesia sanctorum Marcellini & Petri. Cuius corpus filius eius Constantinus Imperator inde Constantinopolim transtulisse dicitur: post ad ipsam Vrbem habitaturus accessit. In temporis vero processu de ipsa Vrbe regia à Venetis translatum esse fertur Venetias ipsam corpus, & sepultum iacere in monasterio suo nomini edificato.* Sigebertus tamen in Chron. sub ann. 849. contrariam huic sententiam mordicus tuetur. Corpus etenim S. Helenæ Roma in Gallias eodem anno 849. fuisse delatum his quidem verbis asserit: *Sancta Helena Imperatrix à suo filio Constantino Magno, primo huius nominis Imperatore, Romæ in Ecclesia SS. Marcellini & Petri martyrum, in Mausoleo purpureo sepulta, ad Franciam à Thaugiso monacho transfertur, & in Diocesi Rhemensi magna Francorum veneratione excolitur.* In Appendice vero, quæ ad Viuardi Martyrologium addita est, 7. Id. Febr. translationis eiusdem S. Helenæ ad Monasterium Altouillaren. commemoratio recolitur; cui Molanus in Notis adstipulatur, diens: *Hanc eandem Roma ad id Monasterium translationem descriptam olim fuisse ab Alamanno Monacho, & in quodam M. S. Cod. reperiri.*

Petr. de Natal. l. 7. c. 73.

Translatio corporis S. Helenæ. Sigeb. in Chron. an. 849.

Append. de Martyr. V. suar. 7. id. Febr.

Molanus.

Mausoleum S. Helenæ.

16 Porro eiusmodi recolenda translatio quoquo modo contigerit, non hanc quidem de ipsomet corpore sed de sacris eiusdem reliquijs, vt in more olim positum erat, subintelligendam esse arbitramur. Nam sub Innocentio Papa Secundo veneranda eiusdem S. Helenæ ossa, è Via Lauicana in Vrbem, ad Ecclesiam S. Mariæ vulgo de

Ara

Ara Cœli, nuncupatam, vbi hodie religioſe aſſeruantur, translata fuiſſe: & illud item nobiliſſimum Mauſoleum, ſeu porphyreticam vrnam, in qua eiufdem corpus conditum fuerat, ad Lateranas ædes ab Anaſtaſio Quarto delatum, vt in eadem ſacroſancta Baſilica ad perenne Chriſtianæ religionis monumentum extaret, in ſupra recenſitis actis, his plane verbis legitur: Sed cum temporibus Innocentiſi Secundi propter guerram ipſe locus deſertus eſſet, quidam fures fracto operculo ipſius tumuli, aurum & gemmas veſtimentorum B. Helene abſtulerunt: quod quidam religioſi videntes, caput & groſſiora oſſa inde leuantes in Urbem intulerunt, Mauſoleum autem ipſum Anaſtaſius Quartus in Baſilicam Conſtantinianam intulit, vbi poſtmodum & ipſe ſepultus eſt. Tunc etiam oſſa minima B. Helene inde eduſta ſunt, & per plurimas Eccleſias diſtributa. Id iplum a Ioanne Diacono, qui ſub Alexandro Papa Tertio floruit, in lib. M.S. Cod. Later. de memorabilibus Baſilicæ Lateranenſ. rebus compro-

batur, vbi altaria eiufdem Lateranenſis Baſilicæ deſcribens, hæc ait: *Smiſtro vero latere Baſilicæ eſt altare S. Antonini martyris; ibi iuxta iacet Anaſtaſius Quartus, qui fuit Sabinenſis Epiſcopus, in Mauſoleo porphyretico, præclaro opere ſulpto, in quo olim iacuit Helena mater Conſtantini Imperatoris, quod videlicet Mauſoleum de Eccleſia, quam idem Imperator ad honorem ipſius matris extra Urbem ædificauerat, idem Papa deportari fecerat. Ex quibus iure quidem merito erroris Nicephorus redarguitur, dum Helenæ corpus vnâ cum ipſamet vrna Conſtantinopolim translatum fuiſſe perperam, nulloque veritatis adminiculo ſuffultus aſſerit. Porro in ſigne hoc Mauſoleum, Boſij, viri de ſacra antiquitate optime meriti, opera typis impreſſum in recenſito Romæ Subterraneæ opere, quod Italico idiomate editum eſt, & nunc in noſtris hiſce paginis Latinitate donatis continetur: eſt autem, vt infra videre eſt, huius formæ.*

Ioan. Diacon. de ſan. Baſilicæ. Cod. Later.

Cod. S. Petri. E. Vall. 7.

M. S. Cod. Lateran.



Insigne istud sanctæ Helenæ Imperatricis porphyreticum Mausoleum, siue sepulchrum, cuius iconem aeneis exceptam; typis hic contemplandam subijcimus, in Basilica Lateranensi iuxta Portam communi nomine Sanctam appellatam olim ex-
 tabat: cum autem anno sexcentesimo supra millesimum Iubilei secularis sacro recurrente inter aditum Portæ eiusdem de more referandum confringi, ac labefactari ex parte contigisset, eius Basilicæ Canonici, Bosio seruandæ antiquitatis studiosissimo adhortante, atque adnitente, instaurandum curarunt: & ad hodiernam vsque diem ponè Constantinianæ eiusdem Basilicæ apsidem locatum suspicitur. Vetustissimum illud, & à Constantino Augusto lectissimæ matris suæ corpori condendo adhibitum fuisse crediderim.





17 Demum quod ad reliqua Martyrum beatorum corpora spectat, quæ in hoc sacro Cœmeterio condita sunt, constans utique apud omnes opinio viget, eadem post lugubrem deustationis cladem, quæ sacris Romæ Cœmeterijs, ut iam diximus, execranda barbarorum manu inflicta est, in Urbem translata, & in S. Bibianæ Ecclesia eidem proxima pio fidelium studio posita fuisse: cui quidem sententiæ ipsæmet Baronius in suis ad Martyrologiū Notis 4. Idus Februarij his plane verbis ad stipulatur: *Quod autem pertinet ad Viarum Labicanam, de qua ægimus, complures Martyres extra portam Exquilinam, more maiorum, cum passi essent, eorum corpora a Christianis sublata inferebantur in Cœmeterium, quod ea Via erat nobile, Sanctorum Marcellini & Petri nomine dedicatum. Verum ea omnia intra eandem portam Exquilinam in vicum ad Vrsi Pileatum dictum, in Cœmeterium, quod Sancti Anastasij nomine appellatum est, putantur illata, qui locus hodie dicitur Sancta Bibiana. Hæc utiq; a Baronio ad recolendos ingitèr immensos sacrorum pignorum thesauros, quibus Vrbs Roma apprime locupletatur, breui compendio enarrantur.*

Ecclesia S. Bibianæ.

Baron. in not. ad Mart. 10. Febr.

Ecclesia SS. Marcellini & Petri prope Lateranum.

Blond. in hist.

18 Verum celeberrimi huius Cœmeterij, quod valde dolendum est, memoria iam penitus exciderat, cum præsertim Ecclesia in Sanctorum Petri & Marcellini honorem Via Lauicana quondam erecta, confusus omni ex parte rerum antiquarum signis, ac indicijs, si quæ aderant, temporum iniuria iam abolitis, vna, ac eadem, quamplurimis id vltro opinantibus, fuisse asseratur cum ea, quæ iuxta Lateranensē palatium ad hanc usque diem superstes visitur. Quapropter Blondus, & alij, ut veritati quoquo modo consulatur, Lauicanam Viam ab Amphitheatro suum initium desumeret, ut Ecclesiam, de qua hætenus, eadem Via reponeret, asserere vltro coacti sunt: Bofius vero studiosus admodum illibata veritatis indagator, toto animi conatu, ac non exiguo ingenij labore illam vna cum ipso Cœmeterio tandem feliciter adinuenit, eandemque ac si ipsis è tenebris rediuiuam surgere, & inter Subterraneæ huius Romæ paginas in lucem prodire fecit. De his autem suo infra loco post cæterorum huius Viæ Cœ-

meteriorum descriptionem, pro rerum opportunitate, & ad instituti nostri propositum prolixiori stylo agemus. Sed alia interim Cœmeteria nobis perlustranda sunt.

CAP. X.

De Cœmeterio, seu Arenario Beatorum Martyrum Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij, & Simplicij, ac Sanctorum Quatuor Coronatorum.



N sacris, ac perantiquis Martyrologijs 6. Idus Nouembris beatos, ac recolendos iugiter Martyres, Claudium, Nicostratum, Symphorianum, Castorium & Simplicium, & Quatuor insuper Coronatos Via Lauicana conditos fuisse describitur, & in Bedæ præsertim Martyrologio id aperte his quidem verbis asseritur: *Rome natalis sanctorum Martyrum Quatuor Coronatorum, id est, Seueri, Seueriani, Carpophori & Victorini. Hi cum impellerentur ad sacrificandum, reluctantes, nec omnino consensum ipsis præbentes, persisterunt in fide. Nuntiatum est hoc Imperatori Diocletiano, qui illico iussit, ut ante simulacrum Æsculapij ictibus plumbatorum cæsi deficerent: quorum corpora iussit in platea canibus iactari, quæ iacuerunt ibi diebus quinque illesa. Tunc Christiani venerunt, & collecta corpora sepelierunt Via Labicanam milliario ab Vrbe tertio, iuxta corpora Sanctorum Martyrum Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij, & Simplicij. Post duos autem annos passionis horum Quatuor Martyrum; cum nomina eorum raiime reperirentur, statuit B. Melchias Episcopus ut anniuersarius Quatuor Coronatorum dies sub nominibus sanctorum quatuor Martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis cuidam sancto viro etiam nomina eorum reuelata sunt. Fæstiuitas vero, ut fuerat statuta,*

SS. Claudius, Nicostratus, Castorius & Symphorianus.

SS. Quatuor Coronati.

Bedæ in Mart. 6 Id. Nouemb.

ta, celebris in aliorum Martyrum festiuitate permanfit, & locus Quatuor Coronatorum insignis, vt in originali M. S. pag. 478. Hucusque Beda, cui Ado pariter confentit, eorundemque Acta M. S. Cod. Vat. S. Petr. in quibus, eisdem a sancto Martyre Sebastiano vnà cum Melchiade Episcopo, antequam Summus Ecclesie Pontifex renuntiatuſ eſſet, in Arenario Via Lauicana, sepulturæ traditos fuisse adijcitur. Hæc enim iisdem in Actibus habentur: Quorum corpora in platea iussit canibus iactari, quæ iacuerunt diebus quinque. Tunc B. Sebastianus venit noctu cum Melchiade Episcopo, & collegit corpora, & sepeliuit in Via Labicana, milliario ab Vrbe Roma plus minus tertio, cum alijs sanctis in Arenario. Cum autem huiuscemodi, vt asserunt, Arenarium tertio ab Vrbe milliario Via Lauicana extiterit, vti & ipsum pariter sanctorum Marcellini & Petri Cœmeterium, nobis quidem coniectari licet hoc eidem contiguum, vel certe proximum fuisse, eiusdem enim haud vlla prorsus alibi mentio incurrit.

2 Porro pretiosa hæc Martyrum corpora codè in Arenario seruata fuere vique ad ipsius B. Leonis Papæ Quarti tempora, qui cum eorundem beatorum Quatuor Coronatorū Presbyter Cardinalis titulo insignitus fuisset, ad Summi Pontificatus culmen euectus, anno Christi 841. eundem titulum munifica vtique manu instaurauit, & plura sanctorū Martyrum corpora è Cœmeterijs atque Arenarijs extra Vrbe cuncta, religiose illuc tranſtulit, ac sanctorum præsertim Quatuor Coronatorum, quæ vnà cum alijs venerandis SS. corporibus, ac reliquijs sub maxima templi eiusdem ara honorifice deposuit, ipso Bibliothecario teste in Leone Quarto hisinct verbis:

Ipse quoque a Deo procectus, & beatissimus Papa multa corpora sanctorum, quæ diu inculte iacebant, summo studio, summoque cordis affectu ad honorem omnipotentis Dei, intra huius almæ Vrbs mania mirifice congregauit. Nam & corpora sanctorum Martyrum Quatuor Coronatorum solerti cura inquirens reperit. Pro quorum desiderabili amore Basilicam, quæ sanctorum fuerat nomini consecrata, quam ipse dum ad Pontificij deductus est apicem, prudentissimo moderamine rexit, quæ per olitana curricula temporum

quassata vetustatis defectu, & pene ruinis confracta diu antiquitas videbatur, & conuulsa, supernæ virtutis annuente clementia, in splendidiorem, pulchrioremque statum à fundamentis construxit, & ad laudem omnipotentis Dei eorum sacratissima corpora cum Claudio, Nicoftrato, Symphoriano, atque Castorio, & Simplicio, necnon Severo, Seueriano, Carpophoro & Victorino quatuor fratribus: item Marius, Audifax, & Abacum cum Felicissimo, & Agapito, Hippolyto cum suis famulis numero decem & octo, Aquilino, Aquila & Prisca, Narcisso & Marcellino, Felice, Symmerioque, Candido atque Paulina, Anastasio & Felice, Apollione & Benedicte, Venantio atque Felice, Diogene & Siberili, Festo & Marcello, atque Superantio, Pudenciana, & Benedicte, necnon capite S. Proti, sancteque Cecilia, S. Alexandri, sanctique Sixti, & S. Sebastiani, atque sacratissimæ virginis Praxedis pariter sub sacro altari recondens collocauit, & alia multa, quorum nomina Deo sunt cognita. Super quod etiam ad gloriam Creatoris miro opere, miræque pulchritudinis ciborium ex argento purissimo, aureo superinductum colore cum gemmis præfinitis, & hyacinthinis, pensans libras trecentas tredecim, & semis. Quibus præmissis exactam ibi muncrum eidem titulo collarum feriem Bibliothecarius profequitur, qui titulus ruinis postea omnino obrutus, tunc maxime, cum Robertus Guiscardus Salernitanorum Princeps, sub Gregorio Septimo vniuersam regionem, quæ inter Amphitheatrum ac Lateranensem Basilicam interiaceret, incendio absumpsit, verum a Paschale Papa Secundo iterum instauratus, ac pristino decori redditus fuit: quod Bibliothecarius in ipsius Paschalis gestis his verbis refert: Similiter consecrauit & Ecclesiam sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ tempore Roberti Guiscardi Salernitani Principis destructa erat, a fundamentis refecit, atque consecrauit, anno Pontificatus sui xvii. mense Ianuarij die vigesima. Ex quo ipsimet sanctorum Martyrum Ecclesijs, cum Vrbs armis intercepta hostium furori subesset, ingentes ac deplorandas iugiter, haud exiguo rerum sacrarum, ac reliquiarum detrimento, clades obtigisse compertum fit.

3 Antequam vero idem Paschalis Pontifex hanc eandem solemnè ritu Ec-

Non nomina Martyrum quorū corpora in Ecclesia SS. Quatuor Coronatorum repofita sunt.

Bibl. in Pafte Papæ.

Ado in Mart. M. S. Cod. S. Petr.

Arenarium Via Lauicana

SS. M. Quat. Corp.

Cœmeteriū SS. Marcellini & Petri.

Ecclesia SS. Quatuor Coronatorum.

Translatio corporum sanctorum & Cœmeterijs.

Bibl. in Leone Papæ.

Prima corporum SS. Quatuor inuentio

clesiam consecraret, anno scilicet Pontif. sui XII , dum ipsiusmet instaurationi insisit, duas sub ara maxima urnas adinuenit, porphyreticam vnam, alteram ex proconisso lapide, vulgo serpentino, in quibus eorundem beatorum Martyrum pignora, & reliquiae asseruabantur: quas quidem ille arcas solido muro circumcinxit, extracto desuper altari, sub quo prægrandem lapidem statuit, in cuius medio fenestrella in arcus formam de more extracta, ipsum Confessionis locum respiciebat: ad dexteram autem eiusdem lapidis partem iterata eorundem venerandorum corporum depositio, quæ a B. Leone Papa Quarto præstita, quondam fuerat, & cuius Bibliothecarius, vt supra, meminit, exculptis marmoris notis legebatur: ad læuam autem incisis pariter characteribus singillatim, cuncta prolixè legebantur, quæ sua ibidem ætate contigerant. Hæc igitur sacratissima corpora haud vlli prorsus nota, parietibusque inclusa, diutius latere, quousque postremo hoc seculo Garzias Millinus S. R. E. Card. eiusdem Ecclesie titulo nobilitatus, & Pauli Papæ V. in Vrbe Vicarius, ob impensum erga beatos Martyres pietatis studium peruetustum instaurare templum, atque exornare aggressus, dum totus operi instat, en tibi ex insperato perantiquas easdem arcas, & in his pretiosissima martyrum corpora, vnâ cum quamplurimis, eisdemque insignioribus sanctorum Martyrû reliquijs adinuenit: quod quidem maximam tum ipsi, tum Vrbi lætitiâ intulit, & ipsiusmet Summi Pontificis animum (qui exornandis sacrarum antiquitatum monumentis studebat) mirifice recreauit: quapropter singulari deuotionis affectu permotus, cum præfertim sub aureo sui Pontificatus æuo, noui rerum sacrarum thesauri hæcenus inuisi Vrbi pariter ac orbi, Cælo ipso præmonstrante, paterent, nobili Purpuratorum Patrum numero, & ipsis Romanæ Aulæ proceribus comitatus, magnoque Romani populi concursu, quantoque ad sacras inuifendas, vnerandaeque reliquias ille se contulit. Porro recolendam hanc, vnerandamque iugiter reliquiarum inuentionem in publicas tabulas, vt mos est, diligenter redactam, Fedinus Basilicæ S. Mariæ Maioris Ca-

Card. Millinus Ecclesiæ SS. Quatuor instaurat.

Secunda corporum SS. Quatuor inuentio.

nonicus, præmemorato Cardinali Millino a secretis, oculatus ipsemet rerum testis enarrationem satis quidem prolixi, ac lætè, vt singulorum ficeret satis desiderio, dignissimam edidit, ad quam studiosum lectorem vltro, libenterque remittimus: & de his hæcenus.

CAP. XI.

De Beati Castuli Cœmeterio Via Laucana.



Primum quidem nonnulla de ipso Castuli nomine, de cuius nunc Cœmeterio agendum est, lectori innotescant. Vir iste, Diocletiani Imperatoris Zetarius fuit: de cuius munere mentio satis expressa habetur apud Iul. Paul. apud Cuiacium to. I. frequenter etiam apud Lampridium in Heliogabal. & Plinium, & satis prolixè apud Molanum in Notis ad Martyrol. Vsuardi. Hic autem sub eodem Diocletiano nobili martyrio coronatus est, vt in D. Sebastiani Aëtis M. S. Codd. Vat. S. Mariæ ad Martyres, & Vall. his plane verbis exponitur: *Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram conuoluendam, morabantur omnes apud Castulum quendam Christianum Zetarium Palatij. Qui Castulus ibidem in Palatio in superiori domo valde alte commanebat. Ideo autem hæc mansio probatur, quia & ipse Castulus cum suis omnibus Christianissimus erat: & lex data de sacrificijs, cum vbique sui feruore defecisset, in illis, qui Palatio adharebant, quia nec suspicio de eis esse poterat, celebratur. Erant ergo, vt diximus, omnes hi morantes cum sancto Papa Caio apud Castulum Zetarium in ipsis superioribus Palatij locis, &c.* Et paulo post, enarrato beati Tiburtij martyrio, quod Via Laucana contigit, de eodem Castulo hunc in modum sermo subtexitur: *Posthac Torquatus pseudochristianus egit, vt Castulus Zetarius Palatij fuisset arclatus, & is tertio appensus, tertio cruciatus, additus est simul. In confessione itaque Domini perseuerans, missus est in foueam, & dimissa est*

S. Castulus Zetarius. M. S. Cod. Vat.

Iul. Paul. rec. sent. l. 3. tit. 6. Cuiac. to. 1. Lamprid. in Heliogab. Plin. l. 7. ep. 17 & l. 7. ep. 3. Molan. in not. ad Mar. V. suar.

M. S. Cod. Vat. Vall. &c.

su-

super eum mæssa arenaria, & ipse cum palma martyrij migravit ad Christum. Hucusque nobilis eiusdem martyrij Acta, in quibus etsi nulla ipsius loci, in quo hæc peracta sunt, mentio suppetat, singula tamen Martyrologia sub die 7. Kal. April. Via Laucana eundem martyrio coronatum fuisse perhibent, & in B. Notheri Martyrologio de Cæmeterio pariter mentio his verbis incurrit: *Roma Via Labicana in Cæmeterio eiusdem natalis sancti Castuli, qui cum esset Zetarius Palatii, & hospes sanctorum, ut in gestis B. Sebastiani legitur, à persecutori bus arclatus, & tertio appensus, tertioque auditus, in confessione Domini perseverans missus est in foueam, & dimissa est super eum mæssa arenaria, atque ita cum palma martyrij migravit ad Christum.* Quæ quidem verba: In Cæmeterio eiusdem, intellectum duplicem fortiri queunt; nimirum in Cæmeterio eiusdem Castuli, vel in Cæmeterio eiusdem Viae Laucane. Apud omnes igitur hæcenus indubitatum est, sacrum martyris inuicti corpus, vel in eodem arenario, ubi quondam martyrium subierat, & ubi postmodum sub eiusdem nomine Christiani Cæmeterium extruxerant, vel certe in ipsius Viae Laucanæ Cæmeterio, ubi B. Tiburtij corpus quiescebat, pia fidelium manu reconditum fuisse: & hæc lectori insinuasse fatis sit.

CAP. XII.

De Beati Zotici Cæmeterio Via Laucana.

Ivis quidem Cæmeterij, quod perantiquum est, Bibliothecarius duntaxat in S. Leonis Papæ Tertij gestis meminit; a quo beati eiusdem Zotici Cæmeterium Via Laucana instauratum fuisse tradit. Plures quippe viri, ijdemque sanctitate conspicui, vt ex Romano Martyrologio constat, hoc eodem insigniti nomine recensentur: sed præcipue quinto Idus Februarij mentio recurrit S. Zotici Ro-

mæ coronati vnâ cum Beatis Martyribus Irenæo, Hyacintho & Amantio, de quibus isthæc Baronius in suis ad Martyrologium Notis: *Non quidem sub Decio passi sunt, vt nonnulli perperam opinantur; habemus etenim in nostra Bibliotheca eorum Acta peruetusta, in quibus martyrio coronati dicuntur sub Hadriano Imperato e, & Licinio, alias Iunio Consulari, in fundo Capreoli, Via Labicana, decimo ab Vrbe lapide.* Quæ quidem Acta in M. S. quæ Cod. Vallic. asseruantur; ubi præcipue de S. Zotici sepulchro hæc leguntur: *Tunc iracundus Hadrianus, iussit eos sanctos, Amantium scilicet & Zoticum, incendi, & missis militibus deducti sunt in fundum Capreoli, Via Labicana, militario ab Vrbe decimo; & ibi ligatis manibus & pedibus in stipite, ignis, superpositis ad latus sarmentis, eos minime tangebatur, sed inde magis corroborabantur. Milites vero videntes hoc, eradicatis vinearum sustibus, capita eorum percutientes, occiderunt Zoticum & Amantium.* Et de eorundem iam martyrio coronatorum sepulchro hæc paulo post recitantur: *Corpora vero sanctorum Zotici & Amantij colligit vxor ipsius Symphorosa, & sepeluit eos cum gloria in prædio Capreolis, pridie Id. Ianuarias, ubi frequenter cum filiis suis & Exuperantio presbytero, vigilijs & orationibus insistebat.*

2 Eadem in alijs M. S. Codd. recensentur. Ex quibus perspicue colligitur, beatissimum virum hunc Zoticum, qui pro Christo viriliter Laucana Via decertauit, & ex quo deinde Cæmeterio nomen inditum est, B. Symphorosæ virum extitisse, eundemque Getulium alio nomine nuncupatum esse; de quo etiam iv. Idus Iunij, & pridie Idus Ianuarij memoria agitur: *Non quod dinerfiscenseantur, inquit Baronius in Notis, sed fortasse quod altera die natalis, altera translatio celebretur.* Verum quia apud Adonem, Petrum in Catalogo, & apud Surium, quinimo & in Martyrologio beatus Zoticus Via Salaria pro Christo multatus fuisse describitur; in M. S. vero Actis de Via Labicana, & vtrouique expressis verbis de fundo Capreolo mentio agitur; hinc nonnulli duos fuisse Zoticos opinati sunt; quæstionem hanc interim dirimendam Fulvio Cardulo Societ. Iesu relinquentes in notis ad Acta S. Symphorosæ de eadem re luculen-

SS Irenæus, Hyacinthus, Amantius.

Baron. in not. ad Mart.

Fundus Capreoli.

MS. Cod. Vall. 8.

S. Getulius.

Mart. Rom. 4. id. Iun.



Bibl. in S. Leo. no 1 P. 3.

Plures eodem Zotici nomine in Martyrologio vocati. Martyr Rom. 5. Id. Febr.

*Julse. Cardul.
in not. ad offia
S. Symphor.*

*Translatio
corporū SS.
Zotici, Irenzi,
Hyacinthi, &
Amantij.*

*Ecclesia S. An-
geli.*

*Baron. in not.
ad Mart.*

*Edes S. Zoti-
ci in Palatino*

lenter & ex professo agit; at veronobis interim hoc vnum asserere satis est, virum quempiā, qui sanctitate præcelleret & Zotici nomen præferret, Via Laicana martyrio coronatum fuisse; eundemque huic, de quo nunc agimus, Cœmeterio nomen imposuisse. Cuius item, & sociorum Irenæi, Hyacinthi, & Abundantij corpora in Ecclesiam sanctæ Præxedis a Paschale Papa Primo translata, suere, vti vetus aperte inscriptio docet, quæ in eadem legitur Ecclesia. Nunc vero sacrum beati Zotici corpus in Ecclesia S. Angeli in foro Piscario, & Symphorosæ pariter, ac filiorum pignora summa totius Urbis veneratione asseruantur.

3 Neque hic interim silentio obuoluendum est, quod Baronius de eodem in suis ad Martyrologium Notis 1 v. Id. Februarij his plane verbis refert: *In Auentino, in vinea Capranicorum, è regione hortorum Farnesiorum, superest adhuc ades in memoriam S. Zotici erecta, in cuius parietibus, more maiorum, eius martyrij historia depicta cernitur: adest & Confessio, vbi aliquando sancti Martyris corpus asseruatum fuisse conijci potest. Quamuis scribentium deinde incitiam mendam irrepperit, vt ibidem in Auentino pro Palatino legatur. Restituta est superioribus annis insignis hæc memoria ab Urbano VIII. Pontifice Maximo, qui hanc sacram Ædem incultam omnino, neglectamque subsistere haudquaquam passus, vt antiquitati, ac pietati pariter consuleret, eandem instaurauit, exornauitque in honorem inuicti Martyris Sebastiani, nobili quondam ibi, vt antiqua fert tra-*
ditio, martyrio coronati.
Sed de his hæc-
nus.



CAP. XIII.

De Martyribus, quorum sanguine vel sepulchro Viæ, Labicana ac Prænestina, illustres redditæ sunt, & de sacris earundem Viarum monimentis.



1 **H**AVD a quoquam indubium reuocandum est innumeros propemodum Martyres in Vijs, quæ a nobis memoratæ sunt, quæuis tormentorum genera pro Christi fide constanter perferendo, de tyrannis, eorumdemque immanitate non alieno effuso, sed proprio libato cruore, immortales olim, nec semel quidem, triumphos retulisse. Etenim extra portam, quam Exquilinam dicunt, in reos, fontcsque, vt supra ostendimus, animaduerti a gentilibus consueuerat. Quod cum antiqui historiarum scriptores, tum ipse Horatius illis Carminibus, vt supra diximus, expressit, cum cecinit:

*Post inscripta membra deferent lupi,
Et Exquilinæ alites.*

*Horat. od. 1. 9
epodo.*

Numerus tamen, qui abique numero est, etsi nos latet, horum præ cæteris duntaxat celebris in sacris Martyrologijs memoria extat, Idibus videlicet Ianuar. quadraginta Militum, his plane verbis: *Rome Via Laicana corona sanctorum Militum quadraginta, quas sub Gallieno Imperatore pro confessione veræ fidei percipere meruerunt. Item: Quarto Idus Februarij sanctorum decem Militum sub Adriano. & XI. Kal. Ianuarij triginta Martyrum sub Diocletiano.*

*Quadragesima
mileses Mar-
tyres.*

*Martyr. Rom.
idib. Ian.*

*Mart. Rom. 10.
id. Febr. & XI
Kal. Ian.*

2 Eadem Via Gelasius Papa Ecclesiam in sanctorum Nicandri, & Eleutherij honorem, Bibliothecario teste, dicauit: cuius hæc sunt verba, quibus ceterum quoque locum quasi digito monstrans designat: *Dedicauit autem & Basilicam sanctorum Nicandri & Eleutherij, Via*

*Ecclesia SS.
Nicandri &
Eleutherij.*

*Bibli in Gelas.
Pap.*

Via Laucana, in fundum Villa Pertusa. Eadem pariter Via Oratorium quondam B. Andreae extitit, quod a Sergio Papa Primo instauratum est, eodem Bibliothecario teste in ipsius vita, his verbis: *Hic Oratorium S. Apostoli, quod ponitur Via Labicana, à solo refecit.* Sita quoque ibidem fuit beati Cypriani Ecclesia, cuius supra meminimus, illius verba inscriptionis, quæ cuiuscumodi sunt, recententes:

SET QVATTVOR VNCIAS FVNDI
EVCARPIANI
IUXTA S. CYPRIANVM VIA LABICANA.

3 Prænestina autem Via Primitiuum beatorum Zotici & Amantij locium illustri martyrio coronatum, & a sancto Exuperantio in Arenario quodam tumulatum fuisse, eiusdem Acta, his verbis docent: *Primitiuum vero tenentes duxerunt in Viam Prænestinam ad inuidiam Christianorum, iuxta ciuitatem Gausis, & in ea capite truncauerunt. Corpus vero in lacum Gausis demerserunt: B. vero Exuperantius presbyter collegit corpus eius, & sepeliuit in Arenario, sub die 6. Kalend. Maij.* Fuluius autem Gardulus in Notis, quas ad horum Martyrum Acta elucubrauit, se nullibi veteres apud Scriptores laeum Gausis, de quo hisce in Actis mentio incurrit, reperisse affirmat: illorum enim sententiam sectatus est, qui eosdem Martyres Via Salaria, in Sabinis gladio consummatos fuisse describunt. Re tamen vera non Salaria, immo Prænestina Via in M.S. Cod. martyrio coronati Gabis leguntur, litera B pro V illic de more apposita. Fuit autem olim ciuitas *Gabij* ad Viam Prænestinam xi. ab Vrbe milliario, prope lacum vulgo *Pantano* dictum, quem Acta eodem prorsus nomine, quo oppidum appellant: ab alijs item *Burranum* vocatur. At situs ille Gabinorum ex antiqua itineraria tabula colligitur: eiusdemque meminit Strabo, qui sua ætate locum penitus intercidiisse scribit: ex quo & porta & Via Gabinia pariter denominatur.

4 Olim insuper hac eadem Via Ecclesia Beato Martyri Ianuario dicata, extitit, cuius & ipse B. Gregorius Papa in suis Dialogis his plane verbis mentionem facit: *Cum post modicum ingraue-*

scente molestia esset defunctus, deliberatum fuerat, vt apud Iannarium Martyrem, Prænestina Via, corpus poni debuisset, sed quia longum hoc his, qui funus eius curauerant, visum est, &c. Præterea Ecclesiam hanc vnam, eandemque esse cum illa, quam Bibliothecarius ab Adriano Papa Primo instauratam fuisse enarrat, haud perperam conijcimus, quamuis illam ad Tiburtinam portam extitisse asserat. Et hæc sunt, quæ studiose lectori hic summatim prælibanda obtulimus, eum de Vijs Labicana, ac Prænestina, inter cæteras Vrbs præcipuas recentis, ac de Martyrum monumentis, quibus eadem illustratæ sunt, sermonem fecimus.

CAP. XIV.

De Cœmeterijs à Bosio Via Labicana reperitis, ac perlustratis.



AVD semel quidem Vias Labicanam, & Prænestinam, latentia inibi Cœmeteria solerti labore, ac studio inquirens Bosius, perlustrauerat, & indefessus iugiter huc illuc excurrando assequi tandem eupicabat, si quæ Sanctorum Marcellini & Petri Ecclesie, quam ab Imperatore Constantino Via Labicana extructam fuisse, didicimus, inter ipsa rudera, oculis ac manu vestigia deprehenderet; eum demum en tibi anno reparati Orbis quingentesimo nonagesimo quarto supra, millesimum, ipsammet Ecclesiam, etiam ex parte dirutam, ac Cœmeterium pariter inter perferendum feliciter adinuenit. Ab Exquilina enim porta, seu Maiori (quam dicunt) egressus, ac dexteram in partem deflectens, iuxta Aquæ Claudie formas, singulas, quæ in eiusdem regionis ambitu tunc temporis existebant, vineas prætereundo, quandam ad locum deuenit, vbi vetustissimæ cuiusdam fabricæ passim ruinae conspiciebantur; & quoddam sphaerice formæ ædificium, magna iam ex parte diru-

S. Gregorius
Dial. 4. c. 26.

Bibl. in Hadr.
Pap. 1.

Ecclesia SS.
Marcellini, &
Petri.

Cœmeterium
SS. Marcellini
& Petri.

Oratorium
S. Andreae
Via Labicana

Bibl. in Sergio
Pap. 1.

Ecclesia S.
Cypriani.

Martyres Via
Prænestina.
S. Primitius.
Arenarium
Via Prænesti-
na.
Acta Ss. Zoti-
& Amantij.

Ful. Card. in
notis ad Mart.
acta.

Gausis.

Gabij Ciuitas

Strabo lib. 5.
Porta, & Via
Gabina.

Ecclesia S. Ia-
nuarij.

Torre Pignatara.

dirutum, atque incultum penitus extabat, quod nunc vulgo *Torre Pignatara* nuncupatur, ab innumeris scilicet ollis, quæ in ipsa parietum crassitudine artificum manu insertæ & compactæ ibidem sunt. Huc igitur cum ille ingressus fuisset, prægrandes in interiori eiusdem loci parte arcus contemplatus est, quorum singuli tholos seu fornices suffulciebant, ibidemque in eorum altero sacram olim aram erectam fuisse exspectu deprehendit, ut nonnullæ, quæ adhuc ibi extabant, è musivo elaboratæ sanctorum imagines, singulæ diademata capite præferentes, indicare videbantur, quamvis eadem temporum iniuria labefactæ, ipsam intuens longævitate suggererent, & una ex his præsertim, quæ virum prunis iniectum præferrebat, antiquatam satis faciem exhiberet; quam protinus lynceis oculis contemplatus, sacram Beati Martyris Tiburtij effigiem esse coniectans, qui supra ignitos carbones illæso corpore ambulabat, cuiusmodi signo certior redditus, hunc eundem sibi occurrere locum, quem tanto labore, ac studio diutius perquirere non destiterat, constanter sibi ipse gaudens arbitratus est. Tunc autem primum eius menti præcitata Nicephori scriptoris probatissimi auctoritas subiit, sanctissimam Helenam Augustam in quodam sphaerice figuræ templo a Constantino Magno erecto tumulatam fuisse asserentis.

Prædium S. Helenæ.

Ecclesia S. Helenæ.

Petr. Diacon. lib. de reb. memorabil. Ecclesia Lateran.

2 Ad magis vero conceptam animo sententiam corroborandam, vigēs adhuc loci eiusdem, atque adiacentis pariter prædij denominatio accessit: dum enim de loci nomine colonos, qui aderant diligenti inquisitione rem altius exploraturus interrogat, locum illum vulgo ab omnibus tot evoluta post secula adhuc S. Helenæ Prædium appellari, & ditioni Later. Basilicæ subesse cognovit, in cuius Basilicæ Archivo quamplurima de Prædio eodē monumēta satis expressa extant, in quibus Ecclesiæ itidem eiusdem B. Helenæ, quæ ibi quondam sita erat, frequens admodum mentio reperitur. Huius quoque antiqui Prædij Ioannes Diaconus lib. de memorabilibus eiusdem Lateranensis Basilicæ rebus meminit, ubi ipsummet prædium ab Innocentio Papa Secundo ex pecunijs eidem Basilicæ relictis coem-

ptum fuisse his verbis enarrat: *Obtulit libras centum Lucentis monetæ pro emendis possessionibus ad sustentationem Canonicorum. De quibus postmodum Dominus Bernardus Prior istius Basilicæ, qui postea factus est Cardinalis S. Clementis, ac deinde Episcopus Portuensis, salubri iudicio & providentia, emit possessiones non longe ab Urbe, iuxta formas, prope Ecclesiam S. Helenæ.*

Io. Diacon. l. de reb. mem. Eccl. Later.

3 Constantans igitur omnium sententia est, templum hoc, ipsummet fuisse, quod a Constantino Magno in honorem sanctorum Marcellini & Petri erectum, longa post interlapsa annorum curricula, beatæ item Helenæ titulo eam potissimum ob causam appellari contigit, quod sanctissimæ ibidem saminæ corpus in vrna illa porphyretica decēti honore conditum fuerit, uti iam supra ostendimus: ni forte alia suffulti ratione, perantiquam B. Tiburtij Ecclesiam huic proximam, cuius nonnulla adhuc vestigia extant, sanctæ item Helenæ titulo nuncupatam fuisse asseramus, ut Bibliothecarius in Adriani Papæ Primi gestis hæc dicens innuere videtur: *Cæmeterium item beatorum Petri & Marcellini Via Labicana, iuxta Basilicam S. Helenæ renouavit, & tectum eius, id est, sancti Tiburtij, & eorundem Petri & Marcellini noviter fecit.*

Ecclesia SS. Marcelli, & Petri Constantino extructa.

Ecclesia S. Helenæ.

Ecclesia S. Tiburtij.

Bibliotheca Adriani Papæ.

4 Nullius autem momenti negotium hac super re legentibus facit, quod Beda, & Ado de Mausoleo loquentes, inter præcipuas adnumerandum erectas a Constantino Ecclesias, in hæc verba asserunt: *Item Basilicam Via Labicana, inter duas Lauros beatis Petro et Marcellino Martyribus, & Mausoleum, ubi matrem suam posuit in sarcophago purpureo. Vbi Mausoleum, ut vides amice lector, ab eiusdem B. Helenæ sepulchro secerne videntur; qua ratione si scriptorum, quos hæcenus recitauimus, sententiam amplecti velimus, aliam omnino esse ab hac, de qua agimus, sanctorum Marcellini & Petri Ecclesiam, Mausolei, ut aiunt, formam exhibitentem affirmare compellimur. Quamvis enim Mausoleum, signuina vocis significatio attendatur, nobile quoddam ædificium auribus insonet, quod ad inferenda Magnatum cadavera magnifici operis sumptu extructum sit, uti nobilissima eiusmodi constructionum exemplaria, & quamplu-*

Mausoleum S. Helenæ.

Beda & Ado.

plura quidem tam in Vrbe, quam in orbe terrarum conspicua olim extiterunt, quorum nunc pauca admodum, Augusti præsertim, atque aliorum Imperatorum vestigia, quæ ex antiquis tot monimentis supersunt, non sine admiratione suspicimus, Mausolei tamen vocabulum sæpèpius figurate, vt mos apud Rhetores est, loquendo pro quouis sepulchri genere, quod faciem magis eoptam præferat, vsurpatum fuisse legimus; cuius quidem rei innumera plane in medium exempla afferri possent: veruntamen nobis supra citatæ Sigeberti, & Codicium M. S. Later. & S. Petri auctoritates ad id asserendum sufficiant; quibus vtique Beatam Helenam in porphyretico Mausoleo conditam fuisse constanter asseruit, quod quidem, (vt credere par est) Ado & Beda in locis iam citatis subintelligere voluerunt; omnes quippe Helenæ Augustæ corpus in sphærico SS. Marcellini & Petri templo, marmoream intra vnam, reconditum fuisse vnanimi voce asseruerunt, cuius sane templi nullum penitus in vniuersæ illius regionis ambitu vestigium, præter id, de quo agimus, apparet.

5 Neque interim omittendum est, sacrum hoc templum superioribus seculis adeo insigne, quod iam ex parte dirutum, atque in cultum omnino, procul ab Vrbe subsistit, ex reuelando, quem præfererebat, vt vidimus, titulo pariter, ac sanctitatis loco, fontium, ac sicariorum (exclamare hic nobis licet: O tempora, o mores!) sicariorum; inquam, exeerandum asylum illud iisdem occupantibus,

effectum fuisse, quorum subinde plurimi cædibus obnoxij, ibidem ab apparitoribus intercepti, meritas seclerum, ac illatæ præsertim loco omni veneratione dignissimo iniuriæ pœnas dedere. Verum diuino tandem nutu postremis annis contigit, vt Canonici, ac Lateranensis Basilicæ Capitulum, quorum ditioni prædium vnà cum templo additum est, alijque nonnulli, qui vineas illic proxime adiacentes obtinent, religioso deuotionis impulsu, locum ipsum ruderibus primum expurgare aggressi, & subinde Ecclesiam, quam penitus incultam cernebant, aliqua ex parte in pristinum cultum, vel in hoc summis laudibus extollendi, restituere inceperint, & sacerdoti annua pensione attributa deereuerint, vt ibidem iugiter residens, sacrosanctum Missæ sacrificium, singulis festiuis diebus omnipotenti Deo in sanctorum martyrum obsequium offerat, & Ecclesiæ, ac fidelium pietati, quo par est, studio deferuiat; quod magna iam ex parte Deo inspirante præstitum, perfectumque esse didicimus. Quamobrem breui temporis intervallo (vt credere fas est) & pristinam illuc confluentium frequentiam, ac primæ religionis illibatæ nitorem sacro eidem loco (quod decet, & in votis eunctorum est) redditum esse pius quisque vir merito gaudebit: cuius hic nos, & proximæ item Ecclesiæ ichnographiam, ac orthographiam in eorundem gratiam, & ad consignandum perpetuis monumentis beatorum martyrum nomen, binis vtique Tabulis delineatis diligenter (vt vides lector) exceperimus.

Mausolei figurata significatio.

Expurgatio, ac in pristinum de eorum restituitio Ecclesiæ SS. Marcellini & Petri.




Roma Subterranea

- A Ichnographia Ecclesiæ SS. Marcellini, & Petri.
B Partium eiusdem Ecclesiæ, interioris, atque exterioris, Orthographia.
C Ordinis secundi Ichnographia, vbi octo fenestræ maiores conspiciuntur.
D Eiusdem Ecclesiæ, vt hodie visitur, Orthographia.
E Atrium Ecclesiæ.
F Porticus Atrium circumeuntes.
G Atrij ingressus.



ICINOGRAPHIA ET
ORTOGRAPHIA
ECCLESIAE




SS. MARCELLINI
ET PETRI
VIA LABICANA

Præfens hæc Tabula Ichnographiam pariter & Orthographiam Ecclesiæ, vt creditur, S. Tiburtij, quæ non longe à præmemorata SS. Marcellini, & Petri Ecclesia Via Labicana sita est, contemplandam subijcit.

- A Ichnographia Ecclesiæ cum eo loco, qui Confessio vulgo nuncupatur.
- B Lineæ punctis, seu maculis respersæ Confessionem sub Ecclesia sitam designant.
- C Ecclesiæ parietes, qui hæctenus supersunt.
- D Eiusdem Ecclesiæ Ichnographia simul & Orthographia.





ICHNOGRAPHIA ET ORTHOGRAPHIA ECCLESIAE VTI CREDITUR
S. THERVSTI NON LONGE AB ECCLESIA S. MARCELLINI ET PETRI
VIA LAMBREANA



6 Eiusmodi igitur loco, quem oculis, ac manu deprehendere Bofius diu cōcupierat, ac indefesso pede vsquequaq; regione excurrere perquirere non desiterat, feliciter inter peruestigandū reposito, id vnum anhelanti eiusdem animo in votis erat, vt aliquis ad Cœmeteriū aditus, quod ibidem existere antiquis è monimentis iam satis superque innotuerat, sibi tandem suppeteret. Quapropter vniuersam illam semel, atque iterum regionem vir morarum impatiens perlustrauit, nec prius ab incepto desistit, quam prope abolita iam eiusdem templi vestigia, foramen quoddam quadratæ formæ, adinstar putei satis profundum, inspexit, per quod hinc inde pedes quibusdam in foraminibus in topho excisis aptando, ac si per gradus quoddam ad ima paulatim descensus pandebatur, sed vt sibi caute res proueniret, & si quod forte subesset, vitæ discrimen vt prudens euitaret, necnon incommodum, quod graue tunc instabat, iam longa experientia edoctus, etsi haud omnino effugeret, ex parte saltem minueret; intermisso tunc labore illuc postidie regressus, ligneis scallis, ac funibus admotis, facili quidem via ad inferiora loca descendit; vbi cum rem optatissimam nactus, præ lætitia gestiret, perantiqui Cœmeterij aditum inuenit. In illud igitur festinanter ingressus, haud procul ab aditu scalam marmoreis quibusdam gradibus, reliquis vero lateritijs, compactam inspexit, per quam subinde, vltiora inuestigaturus loca, descendens, ad Cubiculum quoddam deuenit, quod ad dexteram ipsius scalæ partem situm est, & picturis affabre elaboratis infiruitur, quo potissimum loco veneranda olim sanctorum Marcellini & Petri corpora condita fuisse pietas vltro inuentium oculis suadet. Descensum vero, quem nuper descripsimus, ipsummet esse, cuius mentio fit in supracitata eorumdem Martt. translatione, singulis bene perpensis, pro indubitato apud nos est.

7 Porro Cœmeterium hoc, quod cæteris amplitudine præstat, plures cryptarum ordines, aliorum instar suo ambitu complectitur. Semitæ vero alicubi ab humo altiores conspiciuntur, quæ

ad quatuor scilicet hominum staturam, in sublime pertingunt, & incitâ vtrique de more in topho sepulchra exhibent; singula tamen (quod valde dolendum est) referata omnino, & haud vllis, vt mos est, titulis atque inscriptionibus prænotata patent, si tria dumtaxat ex hoc numerose pulchra demantur, quæ ex ipso Christi nomine, quod eisdem insculptum cernitur, & ex consueta, quæ ibidem legitur, descripta formula, Christianorum proculdubio vsui deseruisse comprobantur. Sunt autem huiusmodi:

Inscriptiones
sepulchrales
in Cœmete-
rij.

In Tabula marmorea inscripta.

RVSTICO ET FL. FELICIANE PARENT.
VINCENTIO FILIO KARISSIMO
VIXIT ANN. XVII. MES. II.
DIEB. VIII. FEC. IN P. DEP. IIII.
NON. SEPT.

In alia Tabula marmorea.

MAG. PAVLO INNOCENTI BENEME-
RENTI QVE VIXIT ANN. VI.
M. VII. D. IIII IN PACE
DE. VII. KAL. SEPT.

In Sarcophagi fragmento.



VAL. AMMIANO BENEMERENTI
IN PACE QVI VIXIT ANNOS....

8 Porro innumera sepulchralium, ibi titularum fragmenta extant, in quorum altero Placidi & Romuli Consulium nomina legebantur; quorum Consulatus anno Dominicę salutis 343. Constantini vero & Constantis, ipsius Constantini Magni filiorum septimo adnumeratur, si ipsa Baronij supputatio attendatur. Quoniam vero plura illic tum lapidum, tum Sarcophagorum fragmenta sparsim reperiri contigit, ex his perspicue lector discere valet, innumeras quoque eodem in Cœmeterio sepulchrales olim titulos extitisse. Postquam autem Bofius

Baron-Ann.
11.3.107-343.


Aditus Cœ-
meterij à Bofio
reperi.

sius opus hoc indigestum relinquens diem obiit, Seueranus noster vnâ cum alijs ad sanctorum Marcellini & Petri templum visendum, & ad cognoscenda extantium ibi marmorum fragmenta, pia admodum curiositate illectus Kal. Oct. anno 1631. accessit. Dum subterranea igitur loca attentius perlustrat, & ea præsertim, quæ crebris circa idem templum ruinis congesta fuerant, diligenter reuoluit, fortuito quidem marmor ante eius oculos obiecitur, in quo huiuscemodi inscriptionis fragmentum legebatur;

... MARTYRII . B
 ... VIRGO AN
 ... MENSES . VII
 ... TOB. BEN
 ... ARTIVS . S

Insuper & fragmentum aliud tunc perferutantibus contemplandum se obrulit, quod Pontificiæ Sedis imaginem ferro incisam, velisque hinc inde exornatam, in cuius summitate marmorea, item columba diademate redimita consiluit, intuentibus contemplandam exhibet, quam pariter hic typis imprimendam curauimus.

Sedis Pontificiæ imago in Cœmeterio.



9 Subsistamus hic quæso paululum, amice lector, & vbi de Cathedris opportuna mentio incurrit, haud silentio prætereundum est magno has olim a fidelibus in honore habitas fuisse, eo quod in eis Pontifices, ac Pastores Ecclesiæ tanquam nobili throno recepti, ipsius Christi vicem præferentes, sedere consueverint. Quapropter singulari deuotionis cultu eam præ omnibus Cathedralam venerati sunt, in qua Petrus Apostolorum princeps, ac ipsiusmet Christi Vicarius, eiusque successores considerant: quapropter in Cœmeterialibus cubiculis, quo Christiani ad synaxes, & cætera pietatis munia iugiter confluebant, marmoreas istas Cathedras studiose excultas frequenter videre est, vt in hoc præsertim Pontificiæ fragmentum Cathedralæ nobis se offert. Verum, si quis plenam huius rei notitiam, & my-

sterij pariter rationes assequi cupit, Baronium in suis Annalibus id prolixius in hæc plane verba differentem consulat: *Nec tamen illud de his dicere prætermittimus*, inquit ille, *quod ad hæc rem etiam spectare videtur: maiores scilicet nostros egregios pietatis cultores, vt qui probe scirent loco Christi (quod sepe monet Ignatius) esse habendos Episcopos, sedes illas, quibus illi in Ecclesia cum sacras synaxes agerent, insisterent, vt diuinum thronum velis egregie ornare consueuisse, easdemque tegere velamento. Id plane inquit Potius Diaconus in Cypriani martyrio cum ait: Sedes autem erat fortuito luteo tectum, vt & sub ista passionis episcopatus honore frueretur. Et Augustinus ad Maximinum Episcopum Donatistam: In futuro, inquit, iudicio nec asides gradate, nec Cathedre velate adhibebuntur ad defensionem. Asides sane gradatas cum dixit, sedes Episcoporum sublimiori*

Baron. to. 1.
 an. 45. n. 11.

Aug. ad Max.
 Donat. ep. 203

Cathedre Pontificales in honore antiquis Christianis habitæ

miori attolli fastigio solitas esse significat. Et Pacianus Episcopi sedem linteatam nominat in Epistola 2. ad Symphronium. Sed hæc satis ad illustrandos antiquos Ecclesie mores, cui plane rei nos ex instituto lectori deuinximus. Hæc Baronius, quæ nos vel obiter ad explanandum quid marmoreum istud velatæ Cathedræ, aut lineatæ fragmentum designet, in medium proferre volumus. Quod autem columba huic Cathedræ insidens insculpta cernitur, haud peculiari, & quidem maximo mysterio, vacat: quippe cum Columba symbolo Spiritus sanctus prænotetur, Christiani utique Apostolicæ Cathedræ diuinum Dei numen, a quo Ecclesia regitur, adesse iugiter, & arcana, quæ eiusdem magisterio Cathedræ docentur, ac decernuntur, Deo plane inspirante decerni, ac edoceri obstabantur, iuxta illam Christi promissionem: *Spiritus sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia.* Ex quo deinde singulare illud Romanæ Cathedræ priuilegium Deo concedente stabilitum est, vt in his, quæ ad fidei, & morum dogmata pertinent, infallibilem auctoritatem obtinendo, haud vnquam falli, decipi, aut errare possit. Sed ad nostra interim redeamus.

Columba Spiritus sancti symbolum.

Infallibilem Cathedræ Romanæ regimè

10 Porro arcuata quamplurima in hoc Cœmeterio monumenta, & Cubicula haud pauca recensentur, in quorum nonnullis peristylia, ac marmorei stipites conspiciuntur. Horum pleraque picturis quoque affabre exulta sunt; quamuis memorandum ingenti quidem ex parte Cœmeterium, a vinearum fossoribus ferro intra abditos terræ sinus via patefacta, dissectum omnino, ac enormiter vastatum fuerit: Cubicula tamen, quæ ibi adhuc integra, picturisque conspicua extant, decem & quatuor numero computantur; arcuata vero eodem in loco monumenta tria duntaxat existunt: quæ omnia, vt studiosi

lectoris pietati, atque oculis exploranda pateant, hic typis edita, mox à nobis exacte describentur.


Cubiculum primum Cœmeterij SS. Marcellini & Petri Via Labicana inter duas Lauros ad sanctam Helenam describitur.





VBICVLVM istud, quod in superiori eiusdem Cœmeterij parte, post scalarum descensum intruentibus occurrit, primo quidem loco, ob recolendæ antiquitatis meritum, quod præsert, describendum hic duximus; ex pluribus enim coniecturis satis aperte liquet, hunc ipsum locum fuisse, in quo sanctorum Marcellini & Petri corpora condita quondam fuerunt. Vt enim in sacris eorundem Actis legitur, sacra Martyrum pignora in inferiori crypta tumulata subsistunt; vbi nimirum sanctæ illæ mulieres Lucilla & Firmina Cubiculum sibi construxerant. Ex istis insuper Actis scalam quandam exitisse conperimus, per quam aditus ad ipsa veneranda beatorum Martyrum corpora accedentibus patebat. Cuius quidem gradus ab Adriano Papa huius nominis Primo aptatos primum, ac dispositos fuisse iam supra diximus. Cubiculum ipsum in quadro positum est, altitudinis palm. 10. longitudinis 9. & semis, latitudinis autem octo, gypso oblitum, picturisque, præsertim in fornice, seu tholo, affabre excultum, quæ quidem typis impressæ, vnica, quam subteximus, tabula lectori exponuntur.

Cubiculum SS. Lucillæ, & Firmine.

- A) Cubiculi fornix picturis vndique insignitus, quas vnica Tabula suspiciendas inferius subiijcimus.
- B) Sepulchra in longum protensa, referata, vacua, ac sine ossibus.
- C) Ostium, per quod aditus ad Cubiculum patet.





CVBICVIVM PRIMVM
 COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTERDVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABICANA

Vnica Cubiculi Primi Tabula .

- I. In ipſo fornicis vmbilico coloribus expreſſam recolendi illius Paſtoris imaginem videre eſt, qui ouem humeris amplexatus, duasque inter arbores conſiſtens,geſtat. Hic ſyringam ſeu paſtoritiam fiſtulam manu deſert; alteramque ad pedes ouiculam ſuæ commendatam curæ, quaſi ſub vmbra molliter cubantem, ſolicite tuetur.
- II. In circumpoſito fornicis eiufdem ambitu Ionas Propheta ſub vmbaculo recubans coloribus ad viuum exprimitur.
- III. Chriſtus item Saluator, qui Lazarum è mortis clauſtro in vitæ lucem reuocat.
- IV. Idem Dominus ſeptem panum cophinos ad exſaturandum deſertas inter regiones Iſraeliticum populum diuinæ potentie vi multiplicatos virga præmonſtrans.
- V. Reliquæ vero imagines præ nimia iam vetuſtate abſumptæ penitus, haud oculis vlla ratione percipi, nec penicillo vlla pariter arte exprimi, atque adumbrari potuere.



FABVLA VNICA CVBICVLI PRIMI COEMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA LABICAINA



Cubiculum II. eiusdem
Coemeterij SS. Marcellini & Petri Via Labicana inter duas Lauros describitur . .



ODEM loco , eademque
femita alterum eius-
modi profus formæ Cu-
biculum extat; quod qui-
dem in quadro pariter
positum , arcuata qua-



tuor monumenta primario in pariete, to-
tidemq; in lateralibus singulis parietibus
continet , & calce , ac gypso , cætero-
rum cubiculorum more , dealbatum ,
multiplicibus arborum folijs hinc inde
affabre pictum est . In fornice autem ,
& utroque item ex latere iuxta eiu-
dem Cubiculi ostium imagines vi-
suntur, quæ vnica sequenti

Tabula typis consi-
gnatæ sunt.

* *
*

- A Cubiculi fornix picturis vsquequaque excultus : quas Ta-
bula, quæ proxime sequitur, videndas exhibet.
B C Duorum fossorum effigies.
D Sepulchra duodecim vulgaria, quæ tribus Cubiculi huius
parietibus inhærent, quaterna nempe singulis quibusque.
E Ostium, per quod Cubiculum istud ingredimur.





CVBICVLVM SECVNDVM
COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA IABRICANA

Vnica Cubiculi Secundi Tabula.

- I In media ipsius tholi parte, consueta olim apud Christianos, ac toties repetita laudatissimi Pastoris imago ouem super humeros vtraque manu deferentis cernitur. In eiusdem ambitu quatuor mulieres expansis, eleuatisque brachijs de more orantes exhibentur. In quatuor angulis cerui itidem quatuor.
- II. III. Iuxta portam autem, ad eius videlicet latera intra Cubiculum, fossores duo, tophum ligone percutientes, coloribus exprimuntur.





TABULA VNICA CVBICVLI SECVNDI COEMETERII SS MARCELINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIALABICANAM

Cubiculum Tertium Cœ-
meterij SS. Marcellini,
& Petri Via Labi-
cana inter duas
Lauros de-
scribi-
tur.



PROPE memorata a nobis
hactenus Cubicula, se-
cundi ipsius è regione
Cubiculi, tertium hoc
situm est, quod haud
prospectu a superioribus
dissonat: quadratæ enim formæ est; al-
titudinis palm. 12. longitudinis 10. la-



titudinis nouem. Bis sena in tribus pa-
rietibus sepulchra de more continet:
in primario autem Cubiculi eiusdem
pariete, patentis è regione ostij, sepul-
chralis huiusmodi titulus legitur:

VITELLA IN PACE
BENE MERENTI.

Fornix porro multiplicibus è sacrarum
historiarum fonte petitis imaginibus
exornatur. Cubiculi Ostium sursum
palmis nouem protenditur, hinc inde
palmis quidem tribus dilatatur; a summo
autem deorsum palmis duobus cum di-
midio tendit. Peristylia & stipites mar-
moreos exhibet, & in vtroque interio-
ri Cubiculi latere bini pariter terræ fos-
siles, vt in supra a nobis descripto, co-
loribus ad viuum effecti intuentium ocu-
lis adumbrantur.

- A** Cubiculi fornix sacris vndique depictis figuris conspicuus,
quas proxima inferiori Tabula oculis subijcimus.
B C Duorum fossorum imagines.
D Monumenta duodecim vulgaria, quæ tres Cubiculi huius
parietes continent, quatuor scilicet singuli quique.
E Ostium Cubiculi.






CVBICVLVM TERTIVM
 COMITIVM SANGTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS AD SHELENAM VIA LABICANA

Vnica Cubiculi Tertij Tabula.

- I. Pars huius Cubiculi media Euangelici Pastoris effigiem, consueto ouiculæ prænotatam symbolo, virentibusque hinc inde arboribus instructam, binasque sub ipso Pastoris aspectu ouiculas consistentes, contemplandas oculis intuentium, subijcit.
- II. Tholi eiusdem ambitus Noëmi figuram exhibet, qui cum virentis oliuæ ramusculo columbam ad se venientem protensis manibus festiuus excipit.
- III. Picta subinde fornicato huic parieti Christi Seruatoris forma exhibetur Lazarum à mortuis excitantis, vel Paralyticum in grabato procumbentem diuinitatis iussu, atque omnipotentiae dextera fanantis.
- IV. Danielem insuper efferatos inter Leones non secus ac mites, blandosque inter catulos commorantem.
- V. Abrahamum item Patriarcham sanctissimum districto mucronis gladio Isaaco vnigenito immolando insistentem præfert; ac puerum pariter prompta manu, obsequentique animo ad holocaustum rite perficiendum altari ligna imponentem.
- VI. VII. Fossores denique duo ab utroque ostij latere picti conspiciuntur, qui ad eruendam inde humum, ligones, uti mos est, attollunt.





TABULA VNICA CVRVCVLI TERTII COMETERII SS MARCHELINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD STELIENAM VIA LABICAN.

Cubiculum IV. Cœmeterij SS. Marcellini, & Petri inter duas Lauros ad S. Helenam Via Labicana describitur.



V B I C U L U M, hoc quod ad superioris Cœmeterij gradus existit, altitudinis est palm. 9. longitudinis totidem, latitudinis 8. gypso insuper, &

picturis aliorum instar apprime decoratur. Duodecim, iisdemque oblongis sepulchralibus loculis illustratur, quorum nimirum quatuor in vnoquoque pariete excisa, dispositaque sunt. Porta quadratæ quidem formæ, ac Tiburtino è lapide extructa est. Fornix vero, & ipsamet Cubiculi porta in lateribus, conspicua pariter sacris imaginibus


redditur. Quæ quidem recollendæ imagines vnica

Tabula, quam inferimus,

omnes simul exprimuntur.

- A Cubiculi fornix gypso item vti alij, ac picturis condecoratus.
 B C Figuræ, quæ ad vtrumque ostij latus depictæ cernuntur.
 D Duodecim Monumenta oblonga in tribus eiusdem Cubiculi parietibus aptata.
 E Cubiculi ostium.
 F Foramina quatuor rotunda in ipso lapide Tiburtino excisa, quæ cardines plumbo firmatos inibi quondam hæsisse inuunt.






CVBICVLVM QVARTVM
COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA LABICANA



- I. In tholi medio Pastor ille Euangelico clarus oraculo virentibus circumseptus arboribus, hircum tamen, haud ouem de more supra humeros baiulans, coloribus adumbratur; ad cuius pedes bini pariter hirci subsidunt.
- II. Ipso in ambitu Ionas è mari, atque è Ceti aluo, vbi delituerat, profiliens.
- III. Idemmet qui sub frondium vmbraculo, dulci quidem sopore oppressus, recubat.
- IV. Noë insuper in arca porrectis manibus aduolantes hinc inde columbas, oliuarumque ramis onustas hianti ore excipiens exprimitur.
- V. E regione vero ipsius Ionæ quiescentis alia in eodem fornice extabat quondam imago, sed præ nimia vetustate, penitus absumpta, haud vllatenus intuentibus innotescit.
- B C In ipsis ostij lateribus, qua ad dexteram intramus, Moyses virga silicem percutiens exponitur. Ad sinistram vero Seruator noster, qui paruulo cuidam, vt Euangelicæ paginæ edocent, ad benedictionis gratiam impertiendam manus imponit, & virgam altera manu præfert.





FABRICA VNICA CVBICVLII QVARTI COEMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD SHELENNAM VIA LABICANA

Cubiculum quintum Cœ-
meterij SS. Marcellini &
Petri inter duas Lau-
ros ad S. Hele-
nam Via La-
bicana de-
scribi-
tur.






AVD procul a quarto,
cuius iam supra memi-
nimus, Cubiculum quin-
tum situm est, de quo a
nobis sermo nunc infi-
eritur. Est autem alti-
tudinis palm. 11. latitudinis 10. & se-
mis, longitudinis 10. In primario autem
pariete arcuatum quoddam monumen-
tum extat, sub cuius arcu pueri cuius-
dam sepulchrum in topho excavatum.

visitur. In eiusdem Cubiculi ambitu
alia duodecim in topho pariter excisa
monumenta consistunt, quædam angu-
sta satis & perexigua, nonnulla autem
ampliora. Sepulchrum quoque in ipsa
met Cubiculi area effossum ibidem ad
læuam ingredientibus obijcitur. Porro
Cubiculum ipsum albo colore persuf-
sum, picturisq; concinnatum est, va-
rijs nempe ramis foliorum intermixtis.
Supra ipsum tamen monumentum cu-
iusdam sedentis imago, etsi capite di-
minuta, conspicitur, quod effodiendi
sepulchri ibidem existentis gratia præ-
stitum est, vt nobis ex ipso adspectu
conijcere licet. Iobum item in sterqui-
linio iacentem descripta imago præse-
fert. Tholus haud vllis conspicuus ima-
ginibus redditur. In pariete vero, in
quo ostium patet, quædam in sequenti
Tabula imagines inira describendæ vi-
sunt. Ostium vero quadratæ formæ
est, altitudinis palm. 8. latitudinis 5.
profunditatis 2. & semis.

- A B C Imagines, quæ in vtroque ostij latere interiori pictæ
conspiciuntur.
D Imago cuiusdam sedentis supra Monumentum arcuatum,
penicillo efficta.
E Monumentum Arcuatum.
F Sepulchra duodecim per ambitum eiusdem Cubiculi.
G Sepulchrum in ipso pavimento effossum.
H Ostium, per quod ingressus ad idem Cubiculum patet.






 CVBICVLVM QVINTVM
 COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABICANA


Vnica Cubiculi Quinti Tabula.

- I. In hac quoque Tabula consuetam Pastoris virides inter arbores consistentis effigiem pictam videre est, ouemque humeris, & fistulam pastoralem præferentis.
- II. Paralyticus item Christi iussu extemplo sanitati redditus, qui è lectulo, in quo iacebat, profiliens, eundem defert, in-tuentium oculis contemplandus obijcitur.
- III. Iob quoque demisso, tristisque vultu in sterquilinio recubans.
- IV. Stolata item mulier extensis de more brachijs Deum exorans exprimitur.



FABVLA VNICA
CVBIVTI QVINTI



COHETERII .SS
MARCELINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS



AD STELENA
VIA LABICANA

Cubiculum Sextum præ-
memorati SS. Marcel-
lini & Petri Cœ-
meterij descri-
bitur.





UBICVLVM, de quo nunc
agitur, tribus dumtaxat
parietibus constat: quar-
tus enim paries, ex quo
aditus ad ipsum Cubicu-
lum patet, cum iam præ-

uertate corruerit, haud vlla ex parte
extat. Porro altitudinis eius mensura
palmorum decem, latitudinis vero se-
ptem cum dimidio. In singulis huiusce
Cubiculi parietibus monumenta tria,
& oblonga quidem, atque in topho ex-
cisa, picturis tamen vndique exculta,
recententur. At in fornice, ipsumque
extra Cubiculum, supra ostium videli-
cet, venerandæ quædam imagines
expressæ sunt, quæ in se-
quenti Tabula ad vi-
uum adumbran-
tur.

- A Cubiculi fornix picturis insignitus.
B Imagines, quæ supra eiusdem Cubiculi ostium conspiciun-
tur.
C Sepulchra circum idem Cubiculum concinnata.





CVBICIVVM SEXTVM
COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABICANA



Roma Subterranea

Vnica Cubiculi Sexti Tabula.

In ipsius forniciis umbilico Pastor, quem sacrae iugiter Paginae commendant, eadem, qua supra forma oculis contemplandus proponitur. Bini in quolibet eiusdem forniciis angulo viri, totidemque mulieres brachijs expansis orantes suspiciuntur. Extra Cubiculum vero, qua patet aditus, imagines nonnullae adfunt, quas magna ex parte improba fossorum manu labefactari, atque obliterari contigit; hae autem funeralem agapen, qua plane olim ratione à Christianis peragi consueverat, inspectandam exhibere videntur.



TARVIA VNICA CVBICVLI SEXTI COEMETERII SSMARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA I ANICANA



Cubiculum VII. Cœmeterij SS. Marcellini, & Petri inter duas Lauros ad S. Helenam Via Labicana describitur.




N eadem semita Cubiculum istud, recensito proximum, septimum videlicet in ordine adnumeratur, quod in topko quidem excauatum est; ac

cæterorum more dealbatum, altitudinis pal. 15. latitud. 9. longitudinis 10. Ostium vero sursum eleuatur palm. 9. dilatatur quatuor; deorsum tribus palmis tendit. In dextero, sinistroque parietum latere lateritia quædam ad suffulciendum Cubiculum sepulchra constructa sunt, adeoque vero hæc prominent, vt maximo impedimento sint, ne figuræ, quæ in primario dumtaxat pariete pictæ sunt, intuentium oculis pateant.

Has autem sequens
Tabula indicat.

- A Figuræ, quæ in primario huius Cubiculi pariete pictæ cernuntur, earum tamen maior pars nouis ibidem extructis sepulchris tecta intuentium oculos fugit.
B Sepulchra recentiora lateritia.
C Alia per ambitum Cubiculi in topko excisa sepulchra.
D Ostium Cubiculi.





CYRICIVM SEPTIMI
COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA IABICANA



Vnica Cubiculi Septimi Tabula.

In primario istius Cubiculi pariete, vt diximus, triclinij cuiusdam formam videre est, vbi sex numero viri mensæ accumbunt, quatuor interim fatis amplis ante eosdem expositis ad vina refundenda hydrijs. Altera insuper imago olim extabat, stantis cuiusdam nimirum viri poculum vni ex recumbentibus ad epotandum porrigebat, cuius nunc ibi cæteris picturæ lineamentis abolitis brachium dumtaxat cum poculo exporrectum visitur.



TABULA VNICA CVBICVIA SEPTIMI COEMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA LARICANA



Cubiculum VIII. Cœmeterij SS. Marcellini, & Petri describitur .




VIBICVLVM, quod octauo loco describitur, duobus superiori parte iam recensitis proximum est, ijs tamen longe amplius protenditur . Altum

enim est palm. 17. latum 9. longum rotidem : varijs item picturis alicubi cumulatur . Duo & viginti excauata hinc inde in topho sepulchra complectitur . Porta eiudem quadratæ formæ est, altitudinis palm. 9. latitudinis 4. profunditatis 2. & semis . Nonnullæ primario in pariete imagines adumbrantur , quas Tabula sequens indicabit .

* *
*

- A Imagines, quæ in primario huius Cubiculi pariete depictæ visuntur .
- B C Figuræ, quæ supra ostium, & in vtroque eius latere existunt .
- D Monumenta, quæ Cubiculum hinc inde in topho excauata continet .
- E Cubiculi ostium .





CVBICVVM OCTAVVM
GOMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA TABICANA




Vnica Cubiculi Octaui Tabula.

- I. Cernere hic licet Abrahamum Dei voce admonitum, districto gladio ad Isaacum super ligna immolandum toto animi studio contendentem. Adest ibi itidem apposito igne ara, & hircus, quo holocaustum de more perficiendum erat.
- II. Christus item Dominus, dum Lazarum è monumento reuocat, coloribus ad viuum exprimitur.
- III. Moyfes insuper, qui virgæ iclu è filice aquarum fluentia educit.
- IV. Mulier demum extensis vltro brachijs diuino Numini vota persoluens in Cubiculi parietinis exhibetur.



TABULA VNICA CVBICVLI OCTAVI COEMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD SHEENNAM VIA LABICANA



Cubiculum Nonum Cœ-
meterij SS. Marcelli-
ni, & Petri de-
scribitur.




CUBICVLVM istud aliqua-
tantum ex parte gypso
& calce dealbatum est.
Altitudo eius palm. 12.
longitudo palm. 19. la-
titudo 9. & semis con-
cluditur, Porta eius alta palm. 9. lata

4. profunda 3. Arcuatam quoddam Mo-
numentum ipsius loci sinu complecti-
tur, in quo alia tria monumenta, for-
mæ fatis oblongæ, in topko excauata
subsistunt. In eiusdem Cubiculi paric-
tibus decem & nouem alia, oblonga
pariter, monumenta supputantur. Non-
nullæ autem in fornice imagines con-
spiciuntur, quamuis & alias quamplu-
res, vt loci prospectus indicat, vetustas
ipsa omni ex parte absumpserit; quæ
adhuc tamen longa post secula illibatæ
superfunt, sequenti Tabula contemplan-
dæ proponuntur.

- A Cubiculi fornix picturis adornatus.
- B Monumentum Arcuatam.
- C Tria sepulchra oblonga in præmemorato Monumento ar-
cuato extructa.
- D Alia Monumenta oblonga per ambitum eiusdem Cubiculi.
- E Cubiculi Ostium:






CUBICULUM NONVM
 COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS AD SHELENAM VIA IABRICANA



Vnica Cubiculi Noni Tabula .

- I. Media fornicis pars Pastorem diuinis oraculis celebrem ea forma, qua alibi descriptus est, contemplandum oculis exhibet .
- II. Fornicis vero ambitus Moysen sacrae legis volumina ab ipsius Dei manu excipientem praefert .
- III. Eundem Moysen petram virga percutientem .
- IV. Necnon portentosum illud manna senis congestum cophinis virga designantem .
- V. In eiusdem insuper fornicis ambitu oues quamplurimae, & in quatuor praesertim angulis ouiculae quaedam palmam, & pastorale vasculum gestantes, affabre coloribus effictae representantur .



TABVLA VNICA CVBICVLI NONI COEMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S HELENAM VIA LABICANA



Cubiculum X. Cœmete-
rij SS. Marcellini, & Pe-
tri inter duas Lauros
Via Labicana de-
scribitur.




DECIMUM Cubiculum al-
titudine constat pal. 11.
longitudine totidem,
latitudine vero 10. Ostiū
quadratae formae, ac peri-
stylijs Tiburtino è lapi-
de compactis exornatum est. Eius al-
titudo palm. 8. latitudo 3. & semis, pro-

funditas 3. commensuratur. Primario
in pariete, ipsius e conspectu ostij, ar-
cuatum quoddam Monumentum colo-
ribus concinne elaboratum cernitur;
in quo & aliud subinde oblongæ figuræ
Monumentum ferro, cæterorum instar
incisum patet. Porro in quatuor eius-
dem parietibus alia tredecim numero
monumenta, breviora quædam, non-
nulla ampliora recensentur. Cæterum
in ipsius pavimenti area monumentum
humo altius effossum extat. Cubicu-
lum ipsum parietibus omni ex parte
dealbatis excultum est: sepulchra vero
lineis rubei coloris circumducta sunt.
Fornix vero subtexendas hic imagines,
binisque excerptas Tabulis exhibet.

- A Cubiculi fornix depictis imaginibus exornatus.
- B Monumentum Arcuatum artificis penicillo insignitum.
- C Monumenta circum Cubiculum ferro parietibus incisa.
- D Monumentum in ipsius pavimenti area effossum.
- E Cubiculi Ostium.





CVICIVM DE CIMVM
CEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD SHELENAM VIA LABICAM




Prima Cubiculi Decimi Tabula.

- I. In ipso fornicis umbilico, eleuatis vir manibus orans suspi-
ciendus proponitur.
- II. III. In eiusdem ambitu tres itidem mulieres eadem plane
forma deprecantes contemplari licet.
- IV. Moylen item promulgandæ legis volumen ab ipsiusmet
Dei manibus excipientem.
- V. Christum quoque Seruatorem nostrum, quinque hordea-
ceos panes cophinis ingestos, ac cruce obsignatos virga tan-
gentem: vel certe Moylen ipsum totidem collectum manna
in sportis virga præmonstrantem.



· TABULA PRIMA CVBICVLI DECIMI COEMETERII SS. MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S. HELENNAM VIA LABICANA




Secunda Cubiculi Decimi Tabula.

Contemplandæ hic pio Lectori imagines proponuntur, quæ arcuato in Monumento suspiciuntur.

- I. Euangelicus videlicet ille Pastor, qui sæpessæpius alibi descriptus adnotatur.
- II. Ionas sub viridi molliter umbra recubans.
- III. Moyfes petram virga percutiens.
- IV. Stolata item mulier eleuatis Deum manibus enixe deprecans.





ABEVA SECUNDA EI' VLTIMA CVBICVLI DECIMI COEMETERII SS. MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD STELIENAM VIA LABICANA

Cubiculum XI. Cœmete-
rij SS. Marcellini & Pe-
tri inter duas Lauros
ad S. Helenam
Via Labicana
describi-
tur.




VIBICVLVM, quod, ordi-
nem prosequendo, vn-
decimum adnumeratur,
altitudinis est palm. 12.
latitud. 10. longitud. 15.
picturisque omni ex par-
te conspicuum redditur. Oblonga tre-
decim sepulchra continet: horum ta-
men tria dumtaxat de more ibi excaua-
ta, reliqua pennicillo vel leuiter adum-
brata sunt, nedum numeris omnibus ab-

foluta, singula vero rubris eisdem lineis circumobducta conspiciuntur. Binos quoque tumulos ipsamet pauimenti area de more effossos intuentibus exhibet. Porro Cubiculi istius fornix coloribus concinne, vti pariter vtrumque ostij latus, obducitur. Ostium ipsum Tiburtino è lapide constructum, altitudinis est palm. 7. & semis, profund. 3. latitudinis totidem. In Cubiculi eiusdem pariete ad læuam arcuatum quoddam in topho foramen excisum suspicitur, vbi lampades olim a Christianis de more ad lumen refundendum appendebantur, & in dextero primarij ipsius parietis angulo basis quædam ex topho extat, ad lampades item æneas, vel candelabra sulcienda, quæ ibi pio fidelium vsui sacras inter vigilias, ac synaxes succendi consueuerant. Singulæ autem imagines, quibus Cubiculum abunde cumulat, sequenti hac Tabula exprimuntur.

- A** Cubiculi fornix picturis vndique insignitus.
- B C** Figuræ, quæ in vtroque ostij latere conspiciuntur.
- D** Sepulchra quædam aperta.
- E** Sepulchra nondum perfecta, sed leuiter ac perfunctorie dumtaxat pennicillo adumbrata.
- F** Bina monumenta in pauimento effossa.
- G** Basis quædam ex topho, lampadibus, seu candelabris sustinendis idonea.
- H** Aedicula, seu locus quidam in topho continendis item lucernis adaptatus.
- I** Cubiculi ostium è lapide Tiburtino constructum.






CYBICIVM VNDECIMVM
COEMETERII SANCTORVM MARCHINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABRICANA



Vnica Cubiculi Vndecimi Tabula.

- I. In medio fornicis consuetum recolendi Pastoris, ouem humeris, ac pastorem manu fistulam deferentis symbolum, adumbratur, ad cuius pedes ouiculæ binæ subsistunt: domuncula item haud procul picta cernitur.
 - II. In eiusdem vero fornicis ambitu Paralyticus à Christo incolumitati redditus, grabatumque humeris baiulans exprimitur.
 - III. Seruator item noster hordeaceos quinque panes, quos diuinitus multiplicarat, sportis inclusos, virga manuque designans!
 - IV. Idem Dominus, qui quatruiduanum è tumulo Lazarum, in vitam reuocat.
 - V. Daniel item rabidos inter Leones tuto consistens.
 - VI. Ionas è puppi in pontum deiectus, vastoque immanis ceti ore exceptus.
 - VII. Ipsemet post triduum subinde ad littus ex immani marinæ belluæ aluo profiliens.
 - VIII. Moyse vberima aquarum fluente è petra eliciens.
 - IX. Noë fausti ominis columbam vnâ cum oliuæ ramo sub vesperam ad se remeantem, intra ipsius arcæ receptacula excipiens.
- In vtrisque autem portæ lateribus duo hinc inde fossores coloribus delineantur; quorum alter ad lucernæ lumen ferreo ligone tophum fodere, atque excauare videtur; alter vero seniori ætate præditus lucernam manu tenens, fossori cuiuspiam lumen ad instandum operi refundit.





TABVLA VNICA CVBICVLI VNDECIMI COEMETERII SS. MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABICANA

Cubiculum Duodecimum
Cœmeterij SS. Mar-
cellini, & Petri
describitur.




VODECIMUM Cubiculum
quadratæ formæ est, pal.
9. altitud. totidemque
latitudinis, ac longitu-
dinis. Porro ostium
marmoris compactum

stipitibus ab area attollitur palm. 7.
dilatatur 3. & semis, ad inum usque
tendit 3. quod insuper nouem, iisdem-
que oblongis sepulchris refertum est,
quorum tria rubeis circumducta lineis,
in utroque è tribus Cubiculi lateribus
aptata ac ordinatim disposita cernun-
tur. Duo itidem ex horum numero in
ipsa pauimenti area artificum manu ef-
fossa sunt. In fornice autem, ac parie-
tibus hæ sacræ imagines recensentur,
quas inserta hic interim Tabula deliban-
das intuentium oculis offert.

- A Cubiculi fornix pictis imaginibus excultus.
B C Binæ Imagines orantium in morem, quæ in primario
huius Cubiculi pariete cernuntur.
D E Duæ item figuræ aliæ, quæ in utroque ostij latere ve-
luti orantes coloribus expressæ sunt.
F Monumenta per ambitum Cubiculi excisa.
G Sepulchra in ipsamet pauimenti area effossa.





CYRICVM DVODECIMVM
COEMETERIVM SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM VIA LABICANA





Vnica Cubiculi duodecimi Tabula.

- I. Media ipsius fornicis pars Danielem in fouea inter Leones contemplandum exhibet.
- II. Ambitus vero Noëmmum intra ipsius arcæ receptacula stagnantis diluuij tempore consistentem præfert.
- III. IV. V. Ionam insuper cete vastissimi faucibus absorptum, eundemque paulo post inde vegetum ac incolumem prodeuntem, ac sub vmbraculi tegmine molliter cubantem.
- Primario in pariete viri cuiusdam imago, sacra vtique induti casula, suspicitur, cui nomen Græcis vtique characteribus inscriptum est, scilicet, ΗΑΙΟ. Altera ibidem viri cuiusdam, stolati imago titulum pariter eisdem prænotatum characteribus præferens exhibetur ΒΟΡΑ. Binæ autem in ipsius ostij lateribus stolatæ pariter, at orbataë titulis imagines exhibentur. Quæ quidem numero quatuor descriptæ hactenus virorum formæ, cum singulæ eleuatis manibus pium, consuetumque morem videntibus innuant, viros ibi quondam sepulturæ demandatos, vt nobis quidem credere par est, præferunt.



PARVA VNICA CVBICVLI DVODECIMI COEMETERII SS. MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS IAVROS AD SHEENAM VIA LABICANA



Cubiculum decimumtertium describitur.




HIVS Cubiculi fornix in ipsamet summitate perforatus est; foramen autem quadratæ formæ suspicitur, per quod superiori e parte lumen intus admittitur, ipsumque Cubiculum meridiana luce perfunditur: cuius item formæ aliud quoddam in Cœmeterio Priscillæ visitur, quod cum cæteris longe præstet, Clari Cubiculi nomine nuncupatur, de quo suo loco agemus. Huius porro è regione aliud similis formæ Cubiculum extat, ubi nullæ tamen imagines conspiciuntur. Hoc interim, de quo agimus, altitudinis est palm. 11. cum dimidio, longitudinis 16. latitu-

dinis, qua parte ostium patet, palm. 8. & semis, è regione eiusdem palm. 10. & semis. Ipsi Cubiculi ostium latum est palm. 4. altum 6. profundum 3. In primario autem Cubiculi pariete arcuatum monumentum, picturisque concinne adauctum deprehenditur; supra, quod alia duo monumenta, oblongæ quidem formæ extructa sunt. In alijs subinde parietibus sepulchra numero sexdecim, duobus distincta ordinibus, continentur, quorum vnumquodque quatuor item sepulchra eum in modum disposita complectitur, vt vnum videlicet alteri sublit. Fornix quoque, & ipsum pariter loci foramen picturis de more instruitur, quæ vnà cum imaginibus arcuati eiusdem monumenti, subiectis infra tabulis, vt vides lector, inferuntur.

- A Cubiculi fornix picturis excultus.
- B Monumentum arcuatum varijs depictis imaginibus insigne.
- C Paries in summo Cubiculo extructus, qui nonnullis item imaginibus penicillo expressis adornatur.
- D Foramen quadratæ figure in fornice fabrefactum, quâ Cubiculum superne lumen admittit.
- E Sepulchra per ambitum Cubiculi excisa.
- F Ostium, per quod Cubiculum ingredimur.
- G H Sepulchra hæc, quæ binis hoc loco distincta ordinibus aduertis, eadem illa sunt, quæ ad alteram ostij partem exhibentur: ea autem ideo congregauimus, vt Cubiculi formam melius, perfectiusque ob oculos poneremus.






CYBICIVM TERTIVMDECIMM
 COEMETERII SANCTORVM MARCELINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS AD SHERNAM VIA LABICAM



Prima Cubiculi Decimitertij Tabula.

- I. In arcuato monumento, cuius supra meminimus, mulier quædam stola, ac superimposita matronarum more capiti mitra, eleuatis brachijs orantis speciem binas inter arbores constituta præfert: duo autem hinc inde viri adstantes pariter, eandem veluti sæminam virtutum ac nobilitatis titulo præcellentem digito præmonstrare videntur.
- II. Contemplandus item eodem loco exhibetur Noemus vir sanctissimus intra ligneam arcam, cui columba optatæ pacis symbolum, virentis videlicet oliuæ ramum defert.
- III. Moyfes, qui è summitate cuiusdam petræ vberimas virgæ ministerio aquarum venas sitienti populo elicit.
- IV. Primæui humanæ profapiæ parentes Adamus & Eua ad vetiti pomi arborem stygio angue circumdatam, post exorandum contempti Numinis piaculum lugubri quidem vultu, ac mœrenti animo consistentes.







ICHNOGRAPHIA COEMETERII PONTIANI VIA PORTIVENSIS.

lib. III. n.º 108







TABULA SECUNDA ET VLTIMA CIVICII TERTIODECIMI COEMETERII SS. MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LANTROS AD SHELENAM VIA LABICANA.

Secunda Cubiculi Decimertij Tabula .

I. Hęc sane Tabula tritum Pastoris Euangelici symbolum exprimit, qui arboribus circumseptus, ouiculam vnice dilectam humero complexam defert, binasque pariter sub eius patrocinio receptas ad pedes fouet.

II. III. IV. V. Ionam insuper, qui postquam sponte in mare ad sedandas abortę tempestatis procellas demersus est: ad litus deinde rediuius emergit: idemque sub amœna foliorum vmbra suauiter quiescens: ac postmodum sub eisdem, folijs iam arefactis, mœrenti vultu confidens, pennicillo describitur.

Binę itidem virorum, totidemque mulierum eleuatis, vt olim mos erat, manibus deprecantium imagines exhibentur.

Imagines vero, quas litterę A B indicant, supra Cubiculi aditum depictę cernuntur, sacras autem huiusmodi historias representant.

A Daniel ipsos inter Leones tuto exceptus intuentium ob oculos exponitur.

B Christus Dominus, qui Lazarum à mortuis excitat.





TABULA PRIMA CVBICVL TERTIDECIMI COMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LANIOS ADS HEENAM VIA FABION 65


Cubiculum Decimum-
quartum descri-
bitur.




AVD longe a superiori Cubiculo hoc ipsum extat, quod decimumquartum iuxta numerum supputatur. Est autem altitud. palm. 16. latitud. 11. longitud. 10. cum dimidio. Incul-tum omnino alicubi, alibi vero gypso, ac multiplici picturarum genere affa-

bre conspicuum redditur. Ostium altitudinis est palm. 7. latitud. 4. profundit. 5. atque in lateribus, quæ ad interiorem Cubiculi ambitum spectant, nonnullas item imagines præfert. Oblonga itidem monumenta hic quindecim adnumerantur, quæ in tribus parietibus excisa sunt: in ipsius vero pavimento planitie alia tria ad Cubiculi longitudinem effossa, atque aptata conspiciuntur. In primario autem Cubiculi eiusdem pariete arcuatum nonnullis exculturn imaginibus monumentum extat, quæ sequenti Tabula contemplandæ lectori exhibentur.

- A Monumentum arcuatum nonnullis adornatum picturis.
- B Imagines, quas, dum Cubiculum ingredimur, in dextero ostij latere interiori videre est.
- C Alia in altero eiusdem ostij latere figuræ.
- D Monumenta oblonga in tribus Cubiculi parietibus excisa.
- E Monumenta tria ad Cubiculi longitudinem in pavimento effossa.
- F Cubiculi ostium.





C V BICIVVM QVARTVMDCCMVM ET VITIMM
 COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS AD STELLAM VIA LABICANA



Prima Cubiculi Quartidecimi Tabula.

- I. In arcuato Monumento Pastor ille recensitis in Tabulis iam sæpe descriptus exprimitur.
- II. Mulier item consueto more prolixius orans , necnon flagellum quoddam ad corpus excrucians iuxta eandem appensum.
- III. Daniel quoque inter Leones eleuatis manibus precatiori insistens describitur.






PARVA PRIMA CVBICVLI QVARTIDECIMI ET VLTIMI COMETERII SS MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LAVROS AD STELLAM VIA IABICANA

Tabula Secunda.

- I. In reliquis autem Cubiculi eiusdem parietibus hæc studio sacrarum rerum exploratori exhibentur ; mulier nimirum binos inter viros sacris precibus operam dans , qui eiusdem eleuant , vel potius iam eleuata , obsequij præstandi gratia , orantis brachia sustinent.
- II. Adam & Eua post vetitum temere , petulanterque decerptum ex arbore pomum , illata sibi malorum incommoda deplorantes ; serpens item iuxta paradisi arborem , qui humano generi exitialis noxæ venenum propinavit.
- III. Tres insuper Magi , qui infanti Deo sinu Matris excepto munera supplicantium more deferunt.
- IV. Moyfes , qui aquarum fluentia duro è filice impertita sibi à Deo virga haurit.



INVESTA SECUNDA ET VITIMA CIVICII QVARTIDECIM ET VITIMI COENETERISS MARCELINEI ET PETRI INTERDASTA ROSAD S HELENAM VIATABRANA



Primum arcuatum Monumentum describitur.


Quamplura arcuata in Cœmeterij huiusce semitis monumenta, vt diximus, imaginibus cæterorum instar abunde referta extant, quorum primum, quod altum quidem est palm. 4. latum 9. profundum 5. has contemplandas intuentibus imagines offert.

- I. Funerales videlicet Agapes triclinio lunari instructas, quod Sigma nuncupatur; vbi puer quidam poculum manu gestans recumbentibus quinque numero operæ ministerium exhibet. Verum super duos ex his hæc verba inscripta leguntur:

IRENE DA CALDA,
AGAPE MISCE MI.

reliqua interim desiderari contingit.

- II. Eadem quoque Tabula Pastoris Euangelici symbolum, vnâ cum fistula & pastorali baculo adnotatur.
III. IV. Ionæ item incolumis è ceti ventre in lucem proficientis, eiusdemque suauiter amœno sub vmbaculo iacentis imago subijcitur.





MONUMENTVM ARGVATVM PRIMVM
 GOMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
 INTER DVAS LAVROS ADSHELENAM VIA LABICANA

IRENEDA I
 K GARD
 MISCE. MI.

III

IV



Monumentum Secundum arcuatum describitur.

Monumentum hoc secundum arcuatum altitud. pal. 3. latitud. 8. profund. 4. cum dimidio est.

I. Monumenti totius Orthographia.


II. Christus Dominus, qui fœtidum iam quatruiduanum è tumulo Lazarum prodire iubet,

III. Stolata item mulier precibus intentius incumbens, quæ & matronarum instar concinnatam capiti mitram gestat.

IV. Moyfes, qui dum virga petram quatit, portentorum insignia patraturus, aquarum inde fluenta educit.

V. Ipsemet iterum Moyfes, qui in summo Sinai vertice sacrarum legum Tabulas à Deo euocatus accipit.






MONUMENTVM ARGVATVM SECVNDVM
COEMETERII SANCTORVM MARCELLINI ET PETRI
INTER DVAS LAVROS AD S. HELENAM
VIALABICANA

Monumentum Tertium arcuatum describitur .

Monumentum, de quo in præfens agitur , si quis eiusdem altitudinem dimetiatur , palmis sex cum dimidio constat; si latitudinem , septem cum dimidio; si profunditatem, tribus cum dimidio. Sub ipsius arcu haud vllas in pariete figuras videre est. Bina dumtaxat ibi monumenta effossa conspiciuntur. In arcu autem , & in pariete superiorem arcus eiusdem partem ambiente , has contemplari imagines intuentibus licet .

- I. Abraham videlicet, qui euaginato gladio filium vnigenitum sceleris pietatis studio incensus , Deo immolare , ipsam iuxta aram igni ad consummandum holocaustum parato, contendit ; haud procul aries immolandus visitur : manus insuper quædam è nube prodit, quæ sacrificium vltro offerre volenti, ac in filij cædem festinanti obstare videtur.
 - II. Adam vnà cum Eua noxium iuxta stipitem versipelli circumseptum angue consistentem.
 - III. Moyse illic quoque visitur , qui in deserto petram percutit, è qua viuæ aquæ plenis scatebris emicare videntur .
 - IV. Christus Seruator , cuius imperio Lazarus ad vitæ lucem redit.
 - V. Stolatam quoque mulierem expansis manibus Deum exorantem illic coloribus expressam videas.
 - VI. VII. Bina Monumenta arcuata , quæ in pariete Monumenti sub arcu continentur.
 - VIII. Agape item funeralis , eadem Tabula circumscribitur, vbi conuiuæ tres numero adsunt , ac bini mensam vtroque ex latere peregrinorum habitum præferentes ambiunt, quorum alter à coniuuis stipem exposcit ; alter vero eandem vltro à porrigentibus accipit.
- Et hæc de Cœmeterijs à Bosio Via Labicana & Prænestina adiuuentis , & de antiquis ibidem monumentis , ac sepulchralibus Christianorum titulis perlustratis indicasse sufficiat : nunc Tiburtinam Viam ingrediamur.





MONUMENTVM ARCVATVM TERTIAM ET VITVM COEMETERII S MARCELLINI ET PETRI INTER DVAS LATIOS AD SHEENAM VIA LAP. ANA

CAP. XV.

De Tiburtina Via, ac profanis eiusdem Monumentis.



OST Næviam portam, quam Maiorem alio vocabulo nuncupant, Exquilina recenseatur, hæc autem nunc vulgo S. Laurentij, à proxima Martyris eiusdem Basilica denominationem sortitur. Porro portam (cuius nunc mentio incurrit) haud ipsammet Exquilinam, sed veteri Exquilinæ suffectam fuisse nonnulli aurrant: quamvis alij probabilibus permoti rationibus Maiori id potissimum portæ adscribendum affirmant: quidam vero hanc esse constanter asserunt, quam *Gabinam* olim, seu *Gabysam* Romani appellabant, cuius item Liuius in suis historiarum libris disertè meminit. Cæterum hæc ab antiquarum rerum scriptoribus *Taurina* communi vocabulo dicta est, a taurorum videlicet capitibus in ea vtrinque exculptis, a quibus nomen itidem tota illa regio desumpsit, quæ *Caput Tauri* vulgo nuncupata fuit, de qua Romano in Pontificali, & frequens Eeclesiasticos apud scriptores mentio habetur. Ab hac vero porta, Tiburtina Via initium desumit, eiusmodi iure merito nomen sortita, a vetustissima scilicet Tiburis ciuitate, ad quam recto itinere ducit. Porro de hac Horatius meminit, hæc dicens:

Cum Tiburte Via Prætozem quinque sequuntur.

Hac eadem Via Pallantis olim sepulchrum, vt testis est Plinius epistola ad Montanum, primo ab Vrbe lapide extitit, qui ipsius Claudij Cæsaris Augusti libertus fuerat; cuius sepulchri titulum superbum nimis, atque arrogantis animi fastu imbutum deridens ille; *Ridebis, inquit, deinde indignaberis, deinde ridebis, si legeris, quod nisi legeris, non potes credere. Est Via Tiburtina intra primum lapidem, proxime annotauit monumentum Pallantis ita inscriptum: Huic Sepulchrum Pallantis.*

Idem supra flumen haud procul ab ipsa Vrbe extat, quem cum Antoninus Pius Imperator primum exedificasset, Mammea subinde Alexandri mater eundem instaurauit, a qua hodie pons *Mammolus* corrupto vocabulo nuncupatur. Curatorem hæc quoque, aliarum instar, Via antiquitus sortita est. Quapropter in-

natus ob fidem, pietatemque erga patronos ornamenta prætoria decreuit, & sextertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Et altera ad eundem conscripta epistola, de eodem Senatus consulto sermone faciens; & decretum hæc tenens enarratum stomachabundus admirans, hæc habet: *Quem inueni tam copiosum & effusum, vt ille superbissimus titulus modicus, atque demissus vide-retur.*

2 At, vt reliqua passim huius viæ, quæ memoratu digna sunt, recenseamus, innumera sere olim Via hac Tiburtina veterum sepulchra Romanorū extitere, quorum ad hanc vsque diē vestigia haud numero pauca ibidem visuntur; immo & quamplures temporibus hæc nostris ædiculæ vnâ cum ollis, vasisque cinerarijs repertæ sunt: plurima quoque epitaphia, quæ adiacentibus in vineis veluti profanæ antiquitatis rudera collo-cata leguntur. In Viæ item eiusdem ambitu marmoreum hunc sepulchralem titulum reperiri contigit, qui nunc calcis glutino, non secus ac nobile quoddam recolendæ antiquitatis trophæum villæ Timothei Ximenes ostio haud procul ab Vrbe suffixus est. Est autem tenoris huiusmodi:

GN. MANLIVS SOTERICVS PORCIA
ATHENIS FECIT SCHOLAM OLLARVM
XX. SIBI ET SVIS.

Præterea ipsamet Via haud longe a Tiburtina Ciuitate, ad pontem, quem Lucanum dicunt, supra Anienis fluentia exstructum, qui certe fluuius communi omnium voce dicitur *Teuerone*, sphærica quædam moles a Vespasiano olim Augusto in Titi Plantij Siluani memoriam erecta ad hæc vsque tempora subsistit, vbi inscriptæ marmoris notæ celebre eiusdem Plantij elogium legentibus præferunt, qui Lucanum pontem suo quondam ære construxerat.

3 Alter insuper pons eadem Via, idem supra flumen haud procul ab ipsa Vrbe extat, quem cum Antoninus Pius Imperator primum exedificasset, Mammea subinde Alexandri mater eundem instaurauit, a qua hodie pons *Mammolus* corrupto vocabulo nuncupatur. Curatorem hæc quoque, aliarum instar, Via antiquitus sortita est. Quapropter in-

Fora S. Laurentij.

Porta Exquilina.

Porta Maior.

Porta Gabina
Porta Gabulsa.
Liuius in suis hist.

Porta Taurina.

Regio ad Caput Tauri.

Via Tiburtina

Horat. lib. 1. ser. 6.

Sepulchrum Pallantis.

Epitaphium Pallantis.

Plin. epist. ad Montan.

Sepulchra inscriptiones Vrbe, Epitaphia, scilicet, Ollæ, Vasa cineraria Via Tiburtina recerta.

Pons Lucanus.

Flumen Anienis.

Teuerone.

Moles sphærica in memoria Titi Plantij Siluani.

Pons Mammolus.

Curator Viæ Tiburtinæ.

vete-

veteri quadam inscriptione, quæ apud Tarraconenses legitur, Louinij Viæ huius, & Flaminæ Curatoris mentio reperitur. Verum quamplures in Tiburtino agro Romanorum Villæ, eademque tum ob æris amœnitatem, tum ob cultus elegantiam celebres extiterunt; inter quas primarium quidem sibi locum Adriana Villarum omnium nobilissima vendicabat, cuius reliquæ, quæ adhuc extant, antiquitatis, & magnificentissimi operis splendorem intuentium oculis tacito ingerunt. Eius porro ichnographiam ingenti quidem studio ac labore Franciscus Continus Romanus architecturæ peritissimus, in Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini antiquarum rerum studiosissimi gratiam stylo feliciter exceperit, cui singulares studiosus quisque lector gratias debet. Cætera vero peruenientia, ac recolenda præ cæteris Tiburtini eiusdem agri monumenta Cardulus in suo Tibure, & Ludouicus Reginus in Tiburtinis antiquitatibus certatim collegere, quos, si lubet, antiquitatem ipsi finet oculis exploraturus lector consulat, dum nos interim a profanis ad sacra digredimur.

CAP. XVI.

De Cœmeterio Beatæ Cyriacæ Verano in Agro, iuxta Tiburtinam Viam.



CELEBERRIMUM Cyriacæ Cœmeterium Tiburtina Via, eo potissimum loco, vbi nunc insignis B. Laurentij Mart. Basilica, in eiusdem Cyriacæ Romanas inter feminas nobilissimæ agro extructum olim fuit, quam & sub Valeriano Imperatore illustri martyrio coronatam fuisse Rom. ex Martyrologio didicimus, 12. nimirum Kalend. Septemb. De eadem quamplura in eiusdem B. Laurentij actis recensentur. Eiusdem quoque M. S. B. Cyriacæ Acta Cod. Vallic. extant, in quibus hæc præcipue leguntur: *Hæc*

*fuerat cum viro suo annis undecim, & in viduitate sincerissima permanserat annis triginta duobus, & de facultatibus suis pauperibus Christi quotidie solatium exhibebat. Cum autem feruor persecutionis instaret, hæc matrona domum suam, quæ erat in Celio monte, militibus Christi, sanctis videlicet ad conueniendum, & sacramenta Dominicæ insinuanda obtulit nullo timore perterrita. Hæc ibi, ex quibus priuatas olim Christianorum ædes in ipsum Ecclesiæ usum ad sacra obeunda munia deseruisse deprehenditur. Si quis enim Paulum ad Romanos scribentem recolat, Christianorum domos singularibus laudum titulis celebrantem comperit: *Salutate, inquit, Priscam & Aquilam, & domesticam Ecclesiam eorum.* En igitur priuatæ domus sanctitate incolentium exultat Ecclesiæ merito titulum Apostoli voce obtinent: sanctis quippe Christianorum moribus loca ipsa, veluti sacro vsui, ac ministerio dicata essent, omni veneratione digna recedebantur. Audi Chrysostomum luculenter hac de re perorantem, & deprauatos nouissimorum temporum mores deplorantem: *Domus, inquit, priscis temporibus Ecclesiæ erant, nunc ipsa etiam Ecclesia in domum redacta est: nihil autem in priuata domo carnale loquebantur, nihil nunc in Ecclesia spirituale memoratur.* En paucis verbis Christianarum domorum laudes huic Cyriacæ domui optime congruere videntur. Ager porro, in quo Cœmeterium constructum est, Veranus appellatur, cuius quidem nominis alter prope Terracinam existit, vbi B. Leontij corpus conditum fuisse Cæsarij martyris apud Surium Acta aperte his verbis testantur: *Porro Leontij corpus collegerunt vxor & filij eius, sepelieruntque prope ciuitatem in agro Verano.**

2 In Cœmeterio hoc præ cæteris conspicuo Romanus miles, qui a beato Laurentio ad Christi fidem traductus, & Valeriani Imperatoris iussu Via Salaria capite obruncatus fuerat, a Iustino presbytero, quinto Idus Augusti tumultus est, vt M. S. eiusdem Acta Cod. Vallicel. his verbis lectorem edocent: *Tunc Iustinus presbyter noctu venit, & collegit corpus eius, & sepeliuit in crypta in agro Verano, vbi per diuinam misericordiam beati Romani intercedentibus meritis, beneficia*

Cod. Vallic. M. S.

Domus S. Cyriacæ in monte Celio.

Paul. ep. ad Rom. 16.

Chryf. Orat. 33. in Matt.

Ager Veranus.

Sur. tit. 6. x. Non.

S. ROMANUS.

M. S. Cod. Vall.

Villa Adriana.

Card. in Tib. Ludou. Reg. de Tibur. antiq.

Ecclesia S. Laurentij.

Ager S. Cyriacæ.

S. Cyriacæ.

Martyr. Rom. 12. Kal. Sept.

ficia multi susceperunt. Postridie vero & corpus eiusdem B. Martyris Laurentij ipsimet Iustinus vnà cum Hippolyto in hoc celebri pariter Cœmeterio deposuit, quod in M. S. ipsius Actis Cod. Vatic. S. Petri, & Vallic. hunc in modum enarratur: Tunc B. Iustinus presbyter, & Hippolytus plorantes, & multum tristes tulerunt corpus B. Laurentij archidiaconi & martyris, & venerunt in Viam Tiburtinam, in prædium matronæ viduæ Cyriacæ, ad quam ipse B. Martyr fuerat noctu, cui manus, & linteum, vnde pedes sanctorum ipse exterserat, capiti eius imposuit, & ibi sacra munditia posuerunt cum vsque ad vesperum. Iam hora vespertina sepelierunt eum in crypta, in Via Tiburtina, in prædio Cyriacæ viduæ, in agro Verano 4. Idus Augusti. & ieiunauerunt, & agentes vigilias noctis triduo cum multitudine Christianorum non cessabant mugitus lacrymarum dantes. B. autem Iustinus presbyter obtulit sacrificium laudis, & participati sunt omnes Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, laudes agentes Domino Deo nostro. Hucusque sancti Laurentij Acta, ex quibus interium laudabilis, vt vides, Christianorum consuetudo vigilias in martyrum honorem ipsa inter Cœmeteria celebrandi, & sacrosancta Altaris mysteria ibidem peragendi, vt supra iam libro primo cap. 31. enarratum est, satis aperte conuincitur. Recensitis autem actis, atque iisdem plane verbis, Ado in suo Martyrologio adstipulatur: at Bibliothecarius in B. Sixti Papæ Secundi actis innuere videtur, hoc eodem Cœmeterio, vnà cum S. Laurentio, corpora quoque sanctorum Claudij subdiaconi, Seueri presbyteri, Crescentij lectoris, & Romani ostiarij condita fuisse, qui sub eisdem temporibus martyrio coronati fuerant; hæc enim habet: *Beatus Xystus sub Decio, & post passionem B. Xysti tertia die passus est B. Laurentius eius archidiaconus 4. Id. Aug. & Claudius subdiaconus, & Seuerus presbyter, & Crescentius lector, & Romanus ostiarius. Hic fecit ordinationes duas, &c. Qui vero sepultus est in Cœmeterio Callisti Via Appia. Nam sex diaconi supradicti sepulti sunt in Cœmeterio Prætextati Via Appia 8. Idus Augusti. B. autem Laurentius sepultus est Via Tiburtina in Cœmeterio Cyriacæ in agro Verano, in crypta cum multis alijs Marty-*

S. Laurentius.

M. S. Cod. V. & Vall.

Ado in Mart. dit citat.

SS. Claudius, Seuerus, Crescentius, & Romanus.

Biblioth. in S. Sixti. Papæ.

ribus Id. Augusti. Quamobrem cum sanctissimum Pontificem Xystum Via Appia, sex vero diaconos in Prætextati Cœmeterio, & B. Laurentium in Cœmeterio Cyriacæ vnà cum alijs Martyribus conditos fuisse asserat, atque horum quatuor, qui vnà cum B. Laurentio coronati fuerant, sepulturæ locum nullatenus describat, illos proculdubio eodem in Cœmeterio vnà cum B. Laurentio sepulturæ locum obtinuisse credere par est.

3 Ibidem pariter sanctus Hippolytus post triduum vnà cum decem & nouem alijs è domo sua, martyrio feliciter consummato, ab eodem Iustino presbytero illatus est, quod eisdem in actis hunc in modum recitatur: *Iussit vero Valerianus in conspectu Hippolyti, vt omnes capite truncarentur, & decollati sunt promiscui sexus decem & nouem. B. vero Hippolytum iussit, vt pedes eius ligarentur ad colla equorum indomitum, & sic per cardetum & tribulos trahi, qui cum traheretur, emisit spiritum. Eadem nocte dimiserunt corpora in campo iuxta Nymphæas, ad latus agri Verani Idibus Augusti. Eadem nocte venit Iustinus presbyter, & collegit corpora, & sepeliuit in eodem loco. Recolendum vero Hippolyti martyrium Prudentius quam eleganter in suo Peristephano cecinit, vbi & supra argenteum ipsius sepulchrum, quod sub altari in Cœmeterio extabat, coloribus expressum fuisse innuit. Ipsum autem Cœmeterium recensitis supra carminibus luculenter describit, quibus isthæc de eodem B. Martyris Hippolyti sepulchro loquens subtexit:*

Talibus Hippolyti corpus mandatur operit

Propter vbi apposta est Ara dicata Deo.

Illud sacramenti donatrix mensa, eademque Custos fida sui Martyris apposta.

Seruat ad æterni spem Iudicis ossa sepulchro,

Pascit item Sanctis Tybricolæ dabitibus.

Et infra mirum Cœmeterialium Cubiculi, in quo sacrum martyris eiusdem corpus asseruabatur, splendorem, & quod piæ certatim fidelium manus argento, pretiosisque lapidibus conspicuum fecerant, his carminibus describit:

Ipsa illas anime exuuias, quæ cœi inextinctus
Ædícula argento fulgurat ex solido.

Præ-

S. Hippolytus & socii martyres.

M. S. Cod. Vat. & Vall.

Sepulchrum S. Hippolyti.

Prælin Peristephano. 11. de S. Hippol. mat.

*Præfixit tabulas diues manus æquore leui
Candentes, recauum quale nitet specu-
lum.*

*Nec Paris contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.*

Neque id legentibus Poeta facer expo-
fuisse contentus, ibidem subtextit deuo-
tum ac frequentem fidelium populorum
cultum, qui ad beati eiusdem Martyris se-
pulchrum iugiter confluebant, de quo
a nobis infra agendum erit.

3 Eodem in Cœmeterio iuxta
B. Hippolytum a conspicuis pietate viris
Irenæo atque Abundio, Beatæ iridem
Concordiæ eius nutricis corpus tunulo
commendatum fuisse, quod primum in
cloacam impiorum manu proiectum
fuerat, eadem Acta his verbis testantur:
Irenæus vero vocauit ad se quendam Christi-
anum Abundium, & tulerunt corpus Beatæ
Concordiæ, & perduxerunt ad B. Iustinum,
quod suscipiens, gratias egit Deo, & sepe-
liuit iuxta corpora sanctorum Hippolyti, &
ceterorum. Eisdem autem in Actis, bea-
tos item Irenæum & Abundium in can-
dem cloacam proiectos, inde vero a me-
morato Iustino presbytero in hoc ipsum
Cœmeterium illatos, ac iuxta veneran-
dum S. Laurentij corpus humatos fuisse
asseritur, hæc enim ibi leguntur: *Alia
die Valerianus hoc audito, tenuit Irenæum
& Abundium, & iussit, ut viui in cloaca
necarentur. Qui necati sunt sub die 7. Kal.
Sept. Tunc B. Iustinus presbyter leuauit cor-
pora, & sepeliuit iuxta corpus S. Laurentij
in crypta in agro Verano.* Vides hinc ipsas
Romanæ Vrbs cloacas, quibus lutum
inferri solebat, sacris beatorum Mar-
tyrum pignoribus, pretiosis veluti mar-
garitis, auctas passim, ac nobilitatas.

4 Eodem pariter loco ad agrum
Veranum ipsammet Cyriacæ eximix
pietatis matronam, quæ prima Cœme-
terij huius fundamenta iecerat, haud
longe ab ipso Beati Laurentij corpore,
post nobile consummatum pro fide mar-
tyrium, depositam fuisse, in M. S. eius-
dem Actis Cod. Vallic. his verbis expo-
nuntur: *Post hæc fecerunt eam plumbatis at-
que scorpionibus affigi, vsque dum Domino
reddidit spiritum. Corpus Martyris sepelie-
runt in agro Verano non longe a corpore
B. Laurentij, a parte occidentali, ibi in Cœ-
meterio sursum prima est Cyriacæ sancta vidua,
decimo Kal. Septembr.*

5 Tryphoniam quoque Decij Im-
peratoris vxorem ibidem vnâ cum Cy-
rilla eius filia eiusdem Iustini presbyte-
ri manu conditam fuisse, eadem S. Lau-
rentij Acta legentem docent, in quibus
isilæ recitantur: *Alia autem die dum
oraret Tryphonia, emisit spiritum: cuius cor-
pus B. Iustinus presbyter sepeliuit in eadem
crypta, vbi sanctum Hippolytum sub die quin-
todecimo Kal. Nouembr. Idiplum ab Ado-
ne & cæteris Martyrologijs confirma-
tur, in quibus de sancta Tryphoniam,
quintodecimo Kal. Nouembr. & de
S. Cyrilla hæc paulo infra: *Claudius
iracundia repletus, præcepit eam ingulari,
& necata gladio, iussit corpus eius in platea
canibus relinquere. Cuius corpus collegit B. Iu-
stinus presbyter, & sepeliuit eam cum matre
sua, vbi posuit corpus S. Laurentij quinto
Kal. Nouembr.* Ab eodem vero Iustino
presbytero quamplura alia Martyrum
beatorum corpora in huius Cœmeterij
delata sinum, & condita ibidem fuisse
haud vllatenus ambigendum est: vnus
enim præ omnibus hic vir operibus
Christianæ pietatis apprime deditus,
Cœmeterij eiusdem gloriam, ac deco-
rem mirifice perpetuo excoluit, in quo
& ipse cæteris postmodum Martyribus
sociatus pari meritorum consortio cla-
rus; nobili, inquam, martyrio vel
vnam hanc ob causam sub Claudio eoro-
natus, tumulari promeruit. Hæc enim
in M. S. eiusdem Actis Codd. Later. &
sancti Petri ad rei nostræ propositum le-
guntur: *Audens hoc Claudius, iussit eum
capitis subire sententiam, & leuatus de le-
do, in quo iacuerat, ibi coram Claudio capi-
te truncatus est. Tunc venientes noctu leua-
uerunt Christiani eum lacrymis venerabile cor-
pus eius, ieiunantes & agentes vigilas noctis,
sepelierunt illud in crypta, in agro Verano,
pride nonas Augusti, vbi florent orationes
eius vsque in hodiernum diem.* Iustinus igitur,
qui Beati Laurentij corpus in hoc
Cœmeterio religiose condiderat, ob
præstitum Martyri pietatis obsequium,
martyrij tandè compos, & martyris con-
sors effectus, post traductâ ad Christi fi-
dem Tryphoniam Decij vxorem & Cyril-
lam eius filiam, & earum pignora in hoc
Cœmeterium pijs manibus illata, ipse
iuxta Beatum Laurentium, cui sepultura
exhibuerat ministerium, sepulcri locum
obtineuit, quod nobili hoc auctum titu-
lo &*

SS. Trypho-
nia & Cyrilla

Ado.

S. Iustinus
presbyter
martyrum se-
peliendorum
fidelissimus

M. S. a R. A.
Cod. Lat. &
S. Petri.

Concordia.

M. S. Cod. Vall.
& Vall.

SS. Irenæus
& Abundius.

ibid.

34 Cyriacæ vbi
iam sepul-
chrum sortita
est

M. S. Cod. Vall.

*Seuer. in lib.
de Sept. Eccl.
cenium.*

lo & ad dexteram musuo opere elaboratum cernitur.

Tam licet officio sit te præstantior ara,

*Tu tamen es cratis celsior ignibus hoc,
Et quamuis mage tu, tamen extitit ille perustus,*

Vstite cratis, vstite & alma fides.

*Quæ feruore pari Iustini pectus adussit,
Cuius in hoc sacro membra manent tumulo.*

*SS Zosimus,
Xistus & Hilarus Pontifices.*

Tres insuper summi Pontifices in hoc eodem Cœmeterio iuxta beatissimum Martyrem Laurentium, Zosimus videlicet, Xistus Tertius, & Hilarus, ut Anastasius locupletissimus rei historicæ testis affirmat, sepultura donati fuerunt.

Ecclesia S. Laurentij.

6 Demum ut immensam venerandi huius loci gloriam breui sermone perstringamus, supra idem Cœmeterium Constantinus Magnus celeberrimum in honorem Laurentij Martyris templum extruxit, & auro atque argento eiusdem sepulchrum magnificentissime exornauit, quod exsculptis martyrij iugiter recolendi historiam imaginibus exhibebat. Amplissimis insuper muneribus Templum cumulauit, eidemque ipsum Veranum agrum attribuit, & alterum quoque, qui vulgo *Aqua Tutia*

Aqua Tutia.

ad latus nuncupatur, utpote qui ad ipsius fortasse agri Verani latus existeret, & ipsemet locus est (ut plures quidem arbitrati sunt) de quo in eiusdem S. Hippolyti Actis dicitur: *Eadem hora dimiserunt corpora in campo iuxta Nymphas ad latus agri Verani.* Augustissimum deinde templum multiplici præcæto seculorum cursu quam multi ex summis Pontificibus instaurando, pari munificentia exornarunt: inter quos Pelagius præcipue Secundus adnumeratur, qui templum in satis amplam formam redigens, eminentiorem illam partem, quæ hodie post apsidem suspicitur, veteri addidit: super cuius areæ musuo adhuc operæ imagines elaboratæ extant: argenteis quoque tabulis idem piissimus Pontifex eiusdem S. Laurentij sepulchrum, teste Bibliothecario, exornauit, qui in eiusdem vitæ hæc recitat: *Hic fecit super corpus B. Laurentij Martyris basilicam a fundamento extruam, & tabulis argenteis exornauit sepulchrum eius.* Admirandum vero portentum, quod tunc potissimum, cum ab artificibus exornando sepulchro

Sepulchrum S. Laurentij.

Biblin Pelag. a. Pap.

Pontificis iussu daretur opera, contigit, D. Gregorius eiusdem successor luculentum sermone prosecutus est in Registro lib. 3. ep. 30. ad Constantinam Augustam his plane verbis: *Præter hæc autem S. memorie decessor meus itidem ad corpus S. Laurentij Martyris quadam meliorare desiderans, dum nescitur ubi venerabile corpus eius collocatum esset, & effoditur exquirendo, subito sepulchrum eius ignoranter apertum est, & ij qui præsentibus erant, atque laborabant monachi & mansionarij, quia corpus eiusdem Martyris viderunt, quod quidem minime tangere presumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita nullus vitæ superesse potuisset, qui sanctum iussu corpus illius viderat.* Huc usque Gregorius. Verum & ab Hadriano Pontifice Ecclesiam hanc vnâ cum Cœmeterio instauratam Bibliothecarius in eiusdem gestis testatur, hæc dicens: *Nam & templum eiusdem B. Laurentij, quod iam detectum erat, & trabes eius confractæ, nouiter fecit.* Et paulo post: *Immo & porticum, quæ ducit ad S. Laurentium foris murum, a porta usque in eandem basilicam vitro citroque restaurauit. Immo & Ecclesiam S. Stephani iuxta eam sitam, ubi corpus S. Leonis Episcopi & Martyris quiescit, similiter vndique renouauit, vnâ cum Cœmeterio B. Cyriacæ, seu ascensum eius.* Ex hoc autem, quod Ecclesia toties instaurata est, aperte conicitur, ob præcipuum erga Martyrem Beatissimum obsequium totam fere Urbem illuc frequenter adire, & Martyri vota persolvere consueuisse.

B. Greg. l. 3. in reg. ep. 30. ad Con. Aug.

Biblin Hadr. Pap. 1.

Porticus à Porta Tiburtina usque ad Eadem D. Laurentij.

7 Porro S. Stephani Ecclesia, de qua hic interim mentio subest, a Simplicio Papa longe ante translationem corporis S. Stephani in Cœmeterium hoc, eodem Bibliothecario teste, erecta fuit, quæ in eadem Ecclesiæ parte, ut nobis conijcere fas est, olim extitit, quam & subinde Pelagius, ut diximus, ampliorem reddidit; ubi adhuc in eiusdem B. Stephani honorem ara, & patens ad Cœmeterium descensus conspicitur, de quo Bibliothecarius hic meminit. Sacrum vero eiusdem beatissimi Leuitæ ac Protomartyris Stephani corpus a Pelagio Papa secundo in hanc D. Laurentij ædem Constantinopolitana ex Vrbe translatum fuisse in Martyrologio Romano his quidem verbis legitur: *Translatio corporis S. Stephani Proto-*

Ecclesia D. Stephani.

Translatio corporis S. Stephani.

Mart. Rom. Non. Maij.

C. Cassiod. in Chron. Baron. Annal. 10. 3. 49. 330.

rum Consulatum gessit, sub Constantino videlicet vna cum Basio, anno Christi 317. vt ex Cassiodoro in Chron. habetur; & iterum vna cum Symmacho, anno 330. quo præclaro honoris titulo Christianus deinde effectus, tunc temporis vltro libenterque se abdicauit, cum ad Tyberina Ostia, vt supra iam diximus, deuotionis seruore actus, peregrinorum illuc frequenter aduenientium obsequijs singulari Christianæ humilitatis exemplo, se vna cum facultibus suis mancipaturus contulit. In eadem Ala maiori tres alij hic subiecti tituli extant:

ATILIE IANVARIE INNOCENTISSIME
PVELLE QVE VIXIT ANNIS XXI.

DOXIO VICTORI QVI VIXIT
AN. XXVII. M. X. D. VIII. DECESSIT
XVII. KAL. APRILIS IN PACE.

LVCIA SE VIVA LOCVM
SIBI EMIT



Alter ibidem hic titulus legitur:

STILICONE
SITVS STEFAN
PACE DIE XVI. KA
N. VXOR SE VIVA FEC
SIBI ET MARITO

Hic quidem Stilico, vt ex Fastis liquet, & ipse Consulatum semel atque iterum inijt, anno scilicet redempti orbis quadringentesimo, vna cum Aureliano collega, & anno quinto & quadringentesimo, cum Anthemio, vt Cassiodorus in Chron. & Baron. Annal. Tom. 5. sub iisdem plane annis supputare videntur. Ex innumeris præterea fragmentis per totum licet Ecclesiæ, Atrij, ac Cænobij ambitum dispersis, aliorum duo, quibus tituli prænotabantur, haud sine labore Consulatus percipi potuerunt, nempe Fl. Lupicini, qui sub Valente & Valentiniano, vna cum Fl. Iouino, anno salu-

Cassiod. in Chron. Baron. Annal. 10. 5. 400. 405.

ris sexagesimo septimo supra trecentesimo contigit, vt ex iisdem Cassiodoro, & Baronio patet; item P. C. Basilij; qui primus post eiusdem Basilij Consulatum annus ex eodem Baronio To. 7. an. 542. in Christi annum quingentesimum quadragesimum secundum incidit. Hic vero ne quid prorsus quod sacram antiquitatem redolet, cupidum lectorem prætereat, reliquos sepulchrales titulos, quos adinueniri contigit, inspectandos contemplandosque proponimus.

Cassiod. in Chron. Baron. in Ann. 10. 7. 49. 542.

ACVTIVS QVI BIXIT
ANNOS XXX.

*In Ala minori ad dextram
ingredientis.*

NEBIO SEVERO THEODORA
CONIVX QVI VIXIT
ANNIS N. L. B M IN PACE

LVCIVS VRSO FILIO BENEMERENTI Q
VI VIXIT AN. II. MESES VIII. D. I. VIII.
KALE IAN. IN PACE.

In Ala minori sinistrorsum.

TRAIANVS QVI BIXIT ANNVS XI
ET MESIS IIII ET DIES XV.

LOCVS QVEM COMPARABIT IVLIANVS
VBI POSITA FLORENTIA
VXOR EIVS.



*In marmore multa vetustate fere
absumpto.*

CORPVS HVMO ANIMAM CHRISTO
PETRONI DEDISTI
NAM IVSTÆ MENTES FOVENTVR LVCE
CELESTI
SIDEREASQ. COLVNT SEDES MVNDOQ.
FRVNTVR
TV DVLCIS FILI MEMOR HINC ASPICE
NOSTRI.

Reliqua tempus vorauerat.

In Atrio.

ZOSIMVS SE BIBVS SIBI LOCVS
CONPARAVIT.

LOCVS ERACLI.

9 Cæterum in quodam ex memoratis hæcenus fragmento sacrosanctum Christi Domini nomen characteribus hisce expressum contemplari datū est, videlicet,

DN

Ex multiplici autem fragmentorum, ac sepulchralium pariter titulorum numero, ac eorum præsertim, qui Consulium nominibus prænotati sunt, facis lectori, vt opinor, consideranti innotescit, per longa scilicet temporum curricula Cœmeterium, de quo sermo est, celebri primæuos apud Christianos cultu viguisse, cum illud crebro ad sacra peragenda obirent, ibidemque sepultura sibi locum eligerent. Porro ad memoratum Cœmeterium in minori ipsius Ecclesiæ ala, sinistra intransibus, aditus ad hanc vsque diem patet: quo pariter loco aliquot per gradus ad Altare sacris indulgentiarum elargitionibus resertum & præcipua veneratione excultum, quod in ipsomet cryptarum ore situm est, descenditur: ipsius autem loci, sanctitatem pariter, ac gloriam affixa parieti inscriptio accedentes, legendæque vltro edocet: est autem tenoris eiusmodi:

HÆC EST TVMBA ILLA TOTO
TERRARVM ORBE
CELEBERRIMA, EX COEMETERIO
S. CYRIACÆ MATRONÆ,
VBI SACRVM SI QVIS FECERIT
PRO DEFVNCTIS,
EORVM ANIMAS E PVRGATORIS
POENIS DIVI
LAURENTII MERITIS EVOCABIT.

Et huc pro defunctorum animabus ex toto iugiter terrarum orbe cleemosynæ, ac sacrificia deferuntur. Quod quidem sacrum altare supra ipsamet beatorum Hippolyti & sociorum martyrum corpora erectum olim fuisse superioribus abhinc annis comprobatur est. Cum enim Alexander Cardinalis Farnesius, huius Ecclesiæ Commendatarius, eandem studiosus instauraret, pretiosissima hæc martyrum piguora in lucem prodire; cuius rei oculatus testis Angelicus Bononiensis Canonicus regularis eiusdem Ecclesiæ moderator locupletissimam fidem facit; qui cum sæpè æpius, vt in præmemoratum locum descenderet, scalam admoisset, & nimio terrore tremore correptus, haud voti coun-

pos, occulta prohibente vi, ab incepto desistere cogeretur; vigilijs demum, ieiunijs, & iugi sacrarum precum subsidio præmunitus, implorata beatorum Martyrum ope, illuc descendit, ibidemque maxima persulū animi lætitia, sacra beatorum Martyrum corpora venerabundis oculis consequi meruit, quæ hinc inde ad loci ambitum locata iacebant, lapide singulorum capiti, vt mos erat, supposito.

10 Hinc ad illam potissimum Cœmeterij partem, quæ beatæ Cyriacæ dicitur, aduentibus ingressus patet, quæ sub inferiori Ecclesiæ ambitu existit: & via insuper ad eiusdem Ecclesiæ partem panditur, quam Pelagius Pontifex supra veterem construxit. At Cœmeterij ipsius semita, quæ aliò protenduntur, hac nostra ætate muris firmiter ac valide obseratæ conspiciuntur, & accedentibus imperuæ omnino redditæ sunt. Harum tamen alteram cum Bosius referare conatus esset, prostratoque illac corpore iter aggressus, aliam eiusdem Cœmeterij partem minus quidem collapsam, ac labefactam reperit; vbi sepulchra quædam clausa, aperta, nonnulla videre licuit; quibus tot euoluta post secula defunctorum adhuc corpora haud penitus absumpta continebantur. Cubicula quoque, & parua, quædam atque angusta facella picturis omnino destituta offendit: fragmenta item ibi inscriptionum quamplura, quarum duo duntaxat hic subiecta, haud vllis tamen ob signata Consulibus, inter explorandum affectus.

HERCLANIVS IN PACE.

MATER CRIPINA FILIVS
DIONYSIO ASILEO BENEMEREN
TIVS.

Porro complures inscriptionum harum in Ecclesiam sancti Martini, seu in Equitij titulum delatas fuisse idem Bosius, vel hoc vno argumento permotus conijcit, quod ibi in dimidiatis nonnullis, quæ adhuc extant in eiusdem Ecclesiæ pavimento, lapidibus nomen diui Laurentij expressum legatur.

R 2 Cui

Pars addita
Ecclesiæ sancti Laurentij à Pelagio Papa.

Descriptio
Cœmeterij
S. Cyriacæ.

Inscriptiones
in Cœmeterio
S. Cyriacæ in
Equitij Titulum
translatæ.

Cœmeterij
aditus.

Altare in ipso
Cœmeterij
aditu extru-
ctum.

Corpora SS.
Hippolyti &
sociorum mar-
tyrum.

Translatio
corpore S.
Cyriacæ.

Cui plane sententiæ tum illud commo-
de argumentum suffragari videtur,
quod iam probe sacras recolendo anti-
quitates, in eundem Equitij Titulum a
Sergio Papa Secundo B. Cyriacæ corpus
delatum & in eo perhonorifice condi-
tum fuisse didicerimus, vti inscriptio,
quæ ad hanc vsque diem ibidem legitur,
satis aperte testatur. Et hæc interim de
celebri Cyriacæ Cæmetetio studioso le-
ctori exposuisse satis sit.

CAP. XVII.

De Martyribus, qui Tibur-
tina Via martyrij pal-
mam, aut certe sepultu-
ræ locum obtinuerunt, &
de sacris eiusdem Viæ
monimentis.



T eos potissimum Marty-
res hic sacra perlustran-
do monumenta recense-
re aggrediamur, qui pro
Christi fide strenue decer-
tantes, nobilem de

Christiani nominis hostibus, proprio ef-
fuso sanguine, triumphum retulere, ac
Tiburtinam præ cæteris Viam martyrio
illustrarunt. Quis quæso hac quondam
Via Symphorosam matronam præclaris-
simam tot palmis ac coronis, quot sceti-
bus conspicuam, consummasse marty-
rium nesciat? vnà videlicet cum septem
filijs, Crescente, Iuliano, Nemesio,
Primitiuo, Iustino, Statheo, & Euge-
nio, vt sacra Martyrologia testantur v.
Kalend. Iulij. & Ado & Petr. in Catal.
qui locum itidem, vbi sacra eorum cor-
pora deposita primum fuere, his verbis
describunt: *Quorum corpora requiescunt
Via Tiburtina milliario nono.*

S. Sympho-
rosa cum se-
ptē filijs mar-
tyribus.

Mart. Rom. S.
Kal. Iul.
Ado & Petr. de
Nat. in Catal.
lib. 6. c. 3.

Ecclesia SS.
Symphorose,
& filiorum
martyrum.

Locus appel-
latus ad septē
fratres vulgo
dicitur fratte.

ore, corrupto iam vocabulo, dictus
vulgo est *A sette fratte*. Hic autem ipse
met fuit (vt conijcimus) martyrij eo-
rundem locus, vbi inuicti iugiter Chri-
sti pugiles in arenam descendentes in-
profundam olim foueam proiecti fue-
rant. Antiqui enim Christiani ibi in
Martyrum honorem Ecclesias erigere
consueverunt, vbi gloriosa, recolenda-
que eorum martyria obtigissent; vel
certe vbi pretiosa eorumdem pignora
condita fuisse famanunciante didicerant.
Venerandæ autem ac incomparabilis
sceminæ Symphorosæ, ac filiorum corpo-
ra Pio Quarto Pont. Max. in Diacono
S. Angeli in foro Piscario reperta
sunt, hac inscriptione plumbi laminæ
insculpta:

HIC REQUIESCUNT CORPORA
SS. MARTYRVM SYMPHOROSÆ,
VIRI SVI ZOTICI, ET FILIORVM EIVS
A STEPHANO PAPA TRANSLATA.

Eorundē vero Martyrum corpora & Zo-
tici insuper ad hæc vsq; tempora Tibur-
tini ciues se pretiosi instar thesauri possi-
dere gloriabantur; veruntamē id de aliqua
dūtata sacrarum reliquiarum particula
subintelligendum esse & ipsemet Cardo-
lus in conscriptis ad acta eorumdem Mar-
tyrum Notis vltro, constantiq; fatetur.

3 Eadem Via, nono pariter ab Vr-
be lapide, nobili coronatus fuisse mar-
tyrio S. Vincentius in Martyrologio Ro-
mano nono Kalend. August. legitur. In
cuius beati Martyris Vincentij honorem
Ecclesia Tibure constructa fuit, quæ
vsque adhuc suspicitur. Verum Tibur-
tinam iuxta portam, vel certe iuxta eam,
quæ S. Laurentij dicitur, Ecclesia quon-
dam B. Martyri Ianuario dicata exta-
bat; quam ab Hadriano primo instaura-
tam fuisse Bibliothecarius his plane ver-
bis testatur: *Testum denique Basilicæ
B. Ianuarij Martyris situm ad portam
S. Laurentij Martyris, atque Leuitæ noui-
ter restaurauit.* Hanc autem ipsammet
esse conijcitur, quam D. Gregorius
Dialog. lib. 4. cap. 26. Via Prænestina
sitam commemorat, dum de Godei
cuiusdam defuncti corpore ad B. Sixti
Ecclesiam deducendo his verbis loquitur:
*Deliberatum fuerat, vt apud B. Ian-
uarium Martyrem Prænestina Via, eius cor-
pus poni debuisset.* A Tiburtina enim
porta

S. Vincentij
Martyr.
Mart. Rom. S.
Kal. Aug.

Ecclesia S.
Iuanarij.

Bibl. in Had.

D. Greg. 4.
lib. c. 26.

porta antiquis temporibus Via itidem dirigebat, quæ Gabiua dicebatur, & vel eadem omnino erat eum Prænestina, vel parum certe ab eadem Urbis porta distabat, & in eandem Prænestinam subinde ducebat, vt Onuphrius in sua Roma, Strabonis auctoritate suffultus, testatur. Bibliothecarius item in Zachariæ Papæ gestis oratorij cuiusdam in B. Cæcilie honorem Via eadem Tiburtina, quinto ab Vrbe lapide, erecti, & ab eodẽ Pontifice exornati meminit, à quo & aliud insuper Oratorium ibidem S. Abbaeyro extructum fuisse affirmat: *Huius, inquit ille, temporibus defunctus Theodoros maior filius magistri Cataxanti ob veniam suorum delictorum prædium, quo ex hereditate fruebatur paterna, situm quinto ab hac Romana Vrbe milliario, Via Tiburtina, in qua & Oratorium S. Cæcilie esse dignoscitur, beato Petro reliquit, quod ipse beatissimus Papa magnæ constructionis fabricis atque picturis decorauit, ampliauitque in eo fines ex omni parte; data enim cõdigna recompensatione his, qui in vicino eiusdem loci possessiones tenere videbantur, nemini vim inferens, sed magis vt concederet patri, cum cetera secus eundem locum amica pactione pretio emit prædia: & domum cultam beato Petro eundem locum in perpetuo statuit permanendum. Quæ domus culta Sanctæ Cæcilie usque in hodiernam diem vocatur. Construxit quippe & in ea Oratorium S. Abbaeyri, vbi multas sanctorum condidit reliquias: quam videlicet domum cultam vsui proprio dominicæ traditionis descripsit.*

4 Symmachus item Pontifex hæc eadem Via in ipsius beati Petri honorem, vigesimo septimo ab Vrbe lapide, Ecclesiam dedicauit, eodem Bibliothecario teste, his plane verbis: *Item in Via Tiburtina milliario xxvii. rogatus ab Aluino, & Glafira illustribus, de proprio facientibus, a fundamento Basilicam B. Petro, in fundum Pacinianum dedicauit. Hæc Bibliothecarius. At vero haud procul a beatissimi Martyris Laurentij Basilica præter memoratam hæcenus S. Stephani Ecclesiam, altera insuper in ipsius Deiparæ Virginis cultum erecta fuit, de qua sæpe apud Bibliothecarium sermo recurrit, & in ipsis præsertim Hadriani Papæ Primigenij, hunc in modum: *Is ipse ter beatissimus præsul in basilica maiori, quæ appellatur S. Dei Genitricis, quæ aderat iuxta basilicam S. Laurentij**

*Martyris atque Leuitæ, vbi eius sanctum corpus requiescit, foris muros huius ciuitatis Romanæ; obtulit vela de stauracin, seu quadrupoli numero xv. & linea xv. Eiusdem quoque meminit in B. Leonis Papæ Quartigestis, qui primus ibi octauum Assumptionis Deiparæ diem solemniter ritu celebrandum instituit, ac vnâ eum vniuerso clero, & quammaximo populorum cœtu eiusmodi festiuitati interfuit, hæc autem inquit: *Nam octauam Assumptionis beatæ Dei Genitricis diem, quæ minime Rome antea celebrabatur, vigilijs sacris, matutinisque cum omni clero pernoctans laudibus, in Basilica eiusdem semper Virginis Domine nostræ, quæ foris muros iuxta basilicam B. Laurentij Martyris sita est, celebrari præcepit. Inquam etiam magna populi multitudo conuenerat, nouæ festiuitatis cupiens celebrare solemnitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret Antistes, omnibus, qui aderant huic celebritati, plures argenteos erogauit. Et postquam proximiori sermone enarrauit donaria, quæ eidem Ecclesiæ ipsiusmet Pontificis liberalitas contulit, isthæc subdit: *Cum ergo per diuersas Dei Ecclesias multa perficeret insignia opera ipse beatissimus Pontifex, porticum, quæ ante basilicam S. Dei Genitricis consistit, quæ iuxta basilicam S. Laurentij sita est foris muros, clarius & firmitus renouauit.***

5 Verum haud longe ab eadem Laurentij Martyris basilica, alteram a Felice Papa III. in honorem S. Agapiti Martyris Ecclesiam constructam fuisse, Bibliothecarius his quidem verbis affirmat: *Hic fecit basilicam S. Agapiti iuxta basilicam S. Laurentij Martyris. Quam postea Hadrianus Papa Primus, & S. Leo Papa Tertius, eodem Bibliothecario teste, instaurarunt. Bibliothecarius quoque duorum monasteriorum iuxta ipsammet S. Laurentij Ecclesiam olim existentium meminit, quæ B. nimirum Protomartyri Stephano, & S. Cassiano dicata fuerant: quorum monachi vnâ simul sacra in eadem Ecclesia munia obibant, vt ex illius verbis in Vita S. Leonis Quarti colligitur; qui eum vtraque monachorum Cœnobija prætemporum iniuria iam penitus collapsa, ac religiosum cultum, qui ibi Deo impendebatur, iam fere obliteratum esse animaduertet, omnes, qui tunc monasticam*

Via Gabiua.

Onuph. Pan. in Rom. Strabo, Bibl.

Oratorium S. Cæcilie.

Oratorium S. Abbaeyri. Biblioth.

Ecclesia S. Petri Via Tiburtina.

Idem Bibl. in Symmacho Pap.

Fundus Pacinianus.

Ecclesia Deiparæ Virginis.

Bibl. in Hadr. Pap. 1.

Idem in S. Leo Pap. 4. Oclatus Assumptionis Virginis diesacer.

Id. in Leon. 4.

Idem.

Ecclesia S. Agapiti.

Bibl. in Felice Pap. 3.

Idem in Hadr. 1. & S. Leone Pap. 3.

Monasteria S. Stephani & S. Cassiani.

Idem in S. Leone Pap. 4.

sticam in ijs vitam sectabantur, in monasterium vnum sub eorundem sanctorum patrocinio redigendos curauit. Memoratarum vero Ecclesiarum nullū adhuc hac nostra ætate vestigium superest: verum ea tantum pars, e Monasteriorum reliquijs, modo extat, quæ Ecclesiæ B. Laurentij proxime adhæret; cuius claustra a Clemente Papa Tertio exædificata fuisse, Martinus Polonus in eiusdem vita testatur. In adiacentibus porro vineis nonnulla adhuc vestigia, ac peructustæ parietinæ passim visuntur, quæ earundem sorte Ecclesiarum, ac Monasteriorum reliquiæ a nobis computandæ sunt.

*Martin. Polon.
in vita Clem.
Tert. p. 5.*


CAP. XVIII.

De Cœmeterijs à Bosio Via Tiburtina re- pertis.



VM sæpe sepius de perantiquo B. Cyriacæ Cœmeterio, quod hac Tiburtina Via situm est, in sacris Beatorum Martyrum Actis, recolendis que Martyrologijs mentio incurrat, pio quodam curiositatis studio illectus circumpatentia quæque loca Bosius diligenter inuestigare, ac iugis, constantique labore pereurrere, inquirere, perscrutari non desitit, si quem forte aditum in proximis agris offenderet, quo sibi ad præmemoratum Cœmeterium via pateret. Haud optata, tamen spe post longos tandem labores frustratus est. Nam anno quingentesimo nonagesimo tertio supra millesimum prope beati eiusdem Laurentij Ecclesiam, quæ scilicet Tybur ad dexteram itur, ostium quoddam reperit, per quod in Cœmeterium, quod anxius requirebat, incunctanter ingressus, eiusdem partem, & satis quidem amplam, lateque protensam aliorum instar Cœmeteriorum in semitas plures diuisam intropexit, vbi pleraque monumenta, referata penitus extabant, in quorum nonnullis defunctorum ossa nullatenus solida, sed fere absumpta, in quibus-

dam vero integra adhuc cernebantur; & quæ in modum lapidis superinducto glutino obduruerant; ex momentis autem nonnulla vacua, omnique ex parte ad minimum vsque pulueris monumentum expolita, quæ sacra videlicet (vt nobis credere par est) Martyrum conditoria fuerant; eorundemque ablatis inde corporibus, tenuissimum quoque puluerem è loco venerationis ergo seculum deserentes abraserant. Scimitæ, ingesta desuper humo, eum in modum arctæ alicubi ac depressæ subsistunt, vt prono demissoque corpore aduentibus illuc incedere opus sit: monumenta tamen haud pauca clausa adhuc, marmoreisque tabulis, vel certe lateritijs obscurata cernuntur: in quibus quamplura religionis orthodoxæ, ac Christianæ fidei signa intuentibus exhibentur, nempe cruces, Christi nomen diuersimodis formis expressum, palmæ insuper, & cætera huiuscemodi, vt suis iam locis exposuimus. Alicubi vero eidem in monumentis eburnei inserti annuli visuntur, imagines eburnæ item, conchylia, vascula, lucernæ fictiles, ac vitræ ampullæ, & quædam itidem vulgo lacrymatoria, vt in alijs passim Cœmeterijs, si probe lector meminit, enarratum est. Alicubi etiam numismatum ipsorum vestigia sepulchris adhuc impressa extabant. Signa autem præcipua, quæ adnotare licuit, sunt eiuscemodi:







2 Inscriptionum autem fragmenta ibi innumera propemodum videre est: quarum nonnulla studiosè selegit Bosius, consueto nominis Christiani symbolo, ac fidelium indicijs insignita: atque ea hic subijcimus:

*Christianorū
signa ac sym-
bola in sepul-
chris.*

*Epitaphia &
Inscriptione-
æ Cœmeterijs
erunt.*





KAPPADOS BIBIANVS.

BOXHTH

FRVCTVOSE BENEMERENTI
QVE MECV BIXIT ANNO XV
ET MENSES DVOS
IN PACE

ISPETI
MARITVS
ET MATER
FECERVNT

OLYMPI IN PACE

Fragmentum.

COCAE III COS CARI AMICI

Alia vero, quae sequuntur, marmori insculptae sunt.



IUSTVS ET BIBANTIA PARENTES
POSVERVM AEPITIO FILIO
BENEMERENTI QVI VIXIT
AN 6 XII 6 M 6 VIII 6 D 6 XXII


Focæ præclarissimi viri
Consulatus primus anno
Christi sexcentesimo quar-
to contigit, Onuphr. in Onuphrim Fast
Beron. to 8.
an. 604.
Fast. & Baron. Annal. to. 8.
eodem anno asserentibus :
reliquos autem duos, quos
Focæ gessit Consulatus,
insequentibus annis usque
ad annum sexcentesimo
decimum, quo potissimum
tempore ferro sublatus
est, adscribendos esse
quis non vi-
deat ?



Por-

Porro nonnulla in hac Cœmeterij parte cubicula haud picturis de more conspicua: complura item monumenta, & hæc quidem arcuata extant; quorum omnium tamen vnicum duntaxat coloribus, atque imaginibus conspicuum est. Mulieris autem cuiusdam stola amictæ, ac mitra (vti mos est) redimitæ duorum in medio virorum consistentis imago exhibetur; hi vero extensa eiusdem brachia consueto famulantium obsequio sustinent: & vt nobis facile coniectura suadet, ipsammet beatam Cyriacam, tumulo ibidem conditam, vel certe præclaræ alterius matronæ, quæ proximo monumento illata est, imaginem contemplantam intuentium oculis proponi credimus.





MONUMENTVM ARCVATVM COEMETERII CYRIACA VIA TIBVRTINA.

3 At ad vteriora iugiter contendent, atque anhelanti Bosio isthac explorando deprehendisse haud satis visum est, nisi & ad caetera subinde Cœmeterij eiusdem loca constanti, obfirmatoque animo inuestiganda progrediretur. Alacri igitur perquirendi studio adactus sub annum millesimum quingentesimum nonagesimum septimum alteram Cœmeterij partem, aditu sibi in ipsamet Monachorum B. Laurentij vinea, iuxta portam, ac turrin eiusdem Ecclesie, patefacto, ingressus est: quam quidem partem cum semel, atque iterum auide perlustrasset, altera iam recensita amplioem esse conspexit: semitas tamen, quibus ad præmemorata pertingendo, eidem copulabatur, ruinis ac parietinis omnimodo obductas, contemplatus est. Vix interim & vici complures ibi ita simul complexi, vt labyrinthi cuiusdam formam præferrent; tres ibidem Cryptarum ordines, in superiori videlicet, atque inferiori loci ambitu, existunt: cubicula satis quidem angusta, & per exigua picturis orbatata sunt, quamuis eiusdem Monasterij Præfectus se in inferiori tertio Cœmeterio Cubiculum quoddam vidisse asserat; in quo quaedam infantulos de more complexa, ac sinu gestantes coloribus exprimebantur: cuius quidem figuræ prospectu Herodianam forte paruulorum innocentium stragem ab antiquis adumbratam fuisse haud ab re id asserendo quis dixerit. Hoc autem Cubiculum nullatenus a Bosio reperi contigit. In Christianorum sepulchris consueta, quæ alibi exposuimus, insignia conspiciantur, columbarum insuper pulli, qui rostro ac pedibus virentes arborum ramos præferbant: alicubi vero craticulæ cuiusdam imago portendebatur hunc in modum:

Tres Cryptarum ordines in Cœmeterio.

Christianorum symbola in Cœmeterijs.



Signatorij item annuli forma; sacrum itidem venerandumque Tau signum vitreis expressum lapillis hanc in speciem:



lucernæ fictiles; vascula vitrea, trutinæ, coronæ, & caetera huiusmodi adspiciebantur: nec desunt

interim quamplura illic fossorum manu loca tophe excisa, vbi lucernæ, seu lampades accensæ Christianorum vsui, ad sacras obeundas, nocturno præsertim tempore, vigiliis, apponebantur.

4 Innumera item hac Cœmeterij parte inscriptiones adhuc supersunt, vel marmoris insculptæ, vel ipso calcis glutino expressæ, recolendis Christianorum, ac Martyrum item nominibus insignitæ, quas ad quinquagenarium numerum, veluti nobilissimæ sacræ antiquitatis vestigia, scætarumque Christi exuias solerti labore, ac studio Bosius collegit: hæ autem typis demandatæ hic in lucem edimus.

Inscriptiones sepulchrales.

GRISOSTOME IN PACE QVAE VIXIT ANNOS P. M. XVIII. DEPOSITA VIII

FL. STELLICONE VC SVB DIE X KAL SEPTENBRES EMIT SOTERES SE VIVA ET MARITO SVO VERNACOLO CONPARI SVO EMIT A CELERINO FOS

Stilicon autem, cuius modo in Tabula nomen inscribitur, semel atque iterum Consulatum gessit: primo quidem vnâ cum Aureliano, sub Christi anno quadringentesimo, Anastasij Papæ Primo, & iterum cum Arthemio, anno Domini quadringentesimo quinto, Innocentij Papæ Primi quarto: vtrumque sub Imperatoribus Arcadio, atque Honorio, vt asserunt Cassiod. in Chron. & Baron. in suis Annal. to. 5. anno 405. At sepulchralem hunc alterum titulum, quem subiicimus, lector accipe:

Cassiod. in Chron. Baron. Annal. to. 5. an. 405.

BENEMERITO POMPEIO QUI VIXIT MENSIBVS XI D. VI DEPOSITVS IN PACE DIE XVI KAL SEPT AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.



Verum Aufonij, & Olybrij Consulatus, Christi anno trecentesimo sexagesimo nono, Damasi Papæ Tertio, sub Imperatoribus Gratiano & Valentiniano contigit, Cassiod. & Baronio in Annal. to. 4. anno 369. testibus.

Cassiod. in Chron. Baron. an. 369.

FORTVNATO BENEMERENTI IN PACE
 DEPOSITVS XII K^{NOV} FORTVNA XI K-NOVENBRE

MARCELLINE B
 ENEMRENTI IN PACE

VIDVA
 ANN XL
 V
 DEPOSITA EST IN P. TV SCVLA
 III KAL. FEBRVAR

SANCTVLVS QVI VIXIT ANNVS L
 DEP. XIII KALAVGVSTAS

SATVRNINA
 IN PACE VIXIT
 ANNOS PLVS MINVS

[Fragmentary inscription]

In Monumento cuiusdam puellæ.

HILARIAS

In pueri cuiusdam Monumento.

[Fragmentary inscription with symbol]

BENEMERENTI IN PACE PAVLINI
 ANTONI

Alia deinceps inscriptiones in eadem Cœmeterij parte adiuventæ etiam fuere; quarum quatuor priores tegulis, cæteræ autem marmoris insculptæ leguntur:

LOCVS TVRTVRES


LOCVS AGRICOLES

HÆC DOMVS ETERNA SEPTIMI
 ET POIOC PC ENIES

LAVRENTIVS SE VIVO
 COMPARAVIT

VINCOMALVS. QVI VIXIT
 AN. VII

EVGENIO BENEMERENTI
 IN PACE. QV.

VRSCINVS ED QVINTILIANA
 SE BIBI CONPARABERVNT
 LOCV A MONTANV


LOCVS PERGEI FI MOTA
 NES SE BIBO FECE

SECVNDIA LOCVS SE BIBA
 EMIT

ΔEKEITAI HMHTEP HMNY
 FE IA EN EIPHNI

MAMVLAE PISSIMAE
 BENEMERENTI

BENEMERENTI EXVPERIO QVI
 VIXIST ANNIS III DECESSIT
 DECENBRIS III KAL

Γ Η Μ Η Λ Λ Ι

Eodem in Cœmeterio in Bisomo.

OPTATVS IN PACE· REQVIESCAT
OPTATVS ET RENATVS·

LEVPARDVS·

Ibidem literis Græcis exarata.

ΗΡΑΚΛΙΑ

LOCVS IOANETIS

Ibidem literis rubro tinclis in calce.


 VALENTINI

DEPOSITA· XSI KL DECENB· IN PACE BIBIANE

RAVVICINA·

In eodem Cœmeterio in pufillo puelle cuiusdam Monumento.

VI KALENDAS AVGV STAS
FORTVNVA DEPOSITA·


LIVIA MARIA· IN PACE· V· A· XVI
M· V· CV· MA· F· AN· XV· D· IN· BISOL
SV· COS· MER· ELIA· F· PO· V· K· AV·

LOCVS GEMELLINAE QVE VIX
ANNOS XXVIII XII KAL. MAI
CoS MERO

Subfiste hic parumper lector, & mente repetas, quod Mero-
baudes, de quo in duobus pro-
xime superioribus titulis men-
tio fit, Consulatum vnâ cum Gra-
tiano Imperat. anno Christi 377.
& iterum cum Saturnino colle-
ga, anno Christi 383. iniit: vter-
que autem Consulatus sub Da-
maso Papa, & Gratiano, Valenti-
niano & Theodosio Imperatori-
bus referendus est. Sed & alte-
rum huic inscriptionis lapidem
fubtexere libet:

*Cassid. in...
Chron.
Baron. to. 4.
an. 377 et 383*

HIC REQVIESCET
IN PACE QVI VIX ANN P.L
FL. FELICE V. C. CO




Flavius iste, cuius nomine sepulchralis titulus prænotatur, vnâ cum Tauro Consul designatus est anno Christi quadringentesimo vicesimo octauo, Cælestino Pontifice Ecclesiam regente, sub Theodosio & Valentiano Imperatoribus. Alterius quoque Felicis viri clarissimi in Fastis mentio incurrit, qui vnâ cum Secundino anno salutis 511. sub Symmacho Papa, & Anastasio Imperatore Consularibus infulis perfunctus est.

*Cassid. in...
Chron.
Baron. Ann.
to. 5. an. 418.*

*Cassid. in...
Chron.
Baron. to. 6.
an. 511.*

D SANCTO MARTVRI
AV· LAVRENTIO IVLIA EXIBIT III
KAL. OCT. DEP. KAL. SS

P ASELLA QVE VIXIT
AN. XLIII ET M.III
ET DIES V. ET DEFVNCTA
EST DE CIMV KAL.
AVGVSTAS 

P ANNELLA QVE VIX AN IIII
MXDq DEP. XII KAL DEC

X HIC ABET SEDE
LEO FRB

DOMVS ETerna EX.....
ET TIGRIS IN PACE

SE BIBA EMET DOMNINA
LOCVM A SVCESSVM
TRISOMV VBIPOSITI
ET

REFRGERI TIBI DOMNVS
IPOLITVS SID.

HIC REQ XYSTVS IN P QVI VIXIT
ANG DEP. III ID FEB.

Sed ut ad Bosium sacrae insistentem antiquitati redeamus; haud longum quidem temporis intervallum euolui passus est; quippe qui nouis iugiter reperiendis, perscrutandisque monimentis inhiabat, cum praememorata frequenter obiens loca, alterum ad idem Coemeterium, vel certe ad eiusdem partem aditum, in vinea, quae olim Io: Baptistae Marini ditioi suberat, ad lauanam, qua Tyburitur, totam regionem peruagando offendit. Haec porro Coemeterij pars adeo inculta & maceris undique eum in modum referta est, ut vix ultra volenti, conantique progredi daretur. Hic tamen, dum singula susque, deque curiose perlustrat, aliquot inscriptionum titulos nactus est, quorum alter hisce notis exculptus legebatur:

6 Anno demum sexcentesimo sexto decimo supra millesimum in eadem Monachorum B. Laurentij vinea, quae ad Monasterium sita est, alter ad idem Coemeterium aditus exploranti patuit, per quem cum in alteram eiusdem partem Bosius introgressus fuisset, Cubiculum se illi videndum obtulit, in quo sacrum altare, & Pontificia item sedes topographicam adhuc extabat: caeterum & locus hic maceria pariter, ruderibusque offusus, ruinas e proximo minabatur. Sepulchrales interim inscriptiones nonnullas ibi contemplatus est; quarum quatuor quae sequuntur, hisce notis marmoris insculptae sunt.

Altare, & sedes Pontificia in Coemeterio.

ALEXANDRIA ILARO
COIVGI BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANNIS LV.

LOCVS BENENATI & ET GAVDIOSAE
CONPARAES + SE VIVI
CONPARABERVNT
AB ANASTASIO ET ANTHIOCHO F S

CONIVGI BENEMERENTI
VICTORINE AVR. HERMOGENES.
EX EVOCATO QVE VIX MECVM
ANN. XI ET MS III ET DIES XV & f

Porro illa verba AB ANASTASIO ET ANTHIOCHO F S. id est, FOSSORIBVS, interpretanda vult Bosius; Valerius tamen Probus de Romanis, & Petrus item Diaconus de literarum Notis, eadem componendo elementa sic disposita, FRATRES vel certe FRATRIBVS legunt, atque interpretantur.

VETTIA GRATIA ET IVL. ILLYRICVS
PARENTES & IVL. NAVIGIO.
FILIO BENEMERENTI
QVI VIXIT
ANNIS XVI

AVR. HERMOGENES EX EVOCATO
QVI VIXIT ANNIS P M L AVR
PROPINQVVS ET VAL
CAIANVS ET VAL. DIOGENES CONTVB
MERENTI FECER.

P QUIESCIT IN PACE
IANVARIVS & VIXIT A

Euocati autem, quos praesentes inscriptiones nominant, olim veterani dicebantur, qui re militari iam perfuncti, si quando necessitas vrgeret, in castra armis iterum operam daturi euocarentur.

Dion. Cassius
lib. 43. & 55.

De his autem ex professo agunt Dion. Cassius, qui praeterea eosdem ad sua usque tempora fascibus, centurionum more, usus fuisse testatur: Velleius item Paterculus Hist. Rom. Suet. in Aug. & in Galba; qui & insuper praecipuos equestris ordinis iuvenes, ad peragendas vice militum excubias a Galba Imperatore delectos fuisse scribit, qui *Euocati* subinde appellarentur. Tacitus quoque Annal. & alij de his luculenter scribere. At quod Christianis quoque sub Imperatoribus *Euocati* adhuc vigerent, vel ad militaria, vel certe Palatina obcunda accessit munera, ex Symmacho


Velleius Pa-
terculi. lib. 2.
Hist. Rom.
Suet. in Aug.
& in Galba

Tacit. Annal.
lib. 17.

Symmach. lib. 3
ep. 54

perspicue constat, qui virum quemdam Valentiniani Caesaris *euocatum* nominat: hinc ipsamet epistola *Euocatoria* dicebatur, qua scilicet huiusmodi ab Imperatoribus euocatio praestari consueverat. Hac super re Iordandem de rebus Gothicis lector consule, qui Theodoricum Regem Romam *euocatoria* a Zenone Imperatore transmissa epistola accersitum, & inter Palatinos proceres designatum fuisse memorat. Apud Cassiodorum quoque, necnon apud alios de eadem *Euocatoria* epistola mentio agitur, eiusdemque formula describitur: nobis interim haec breuiter attigisse sufficiat, ne cuiuspiam menti ambigendi occasio subrepat, inscriptionem hanc, quam recitauimus, viro cuidam ethnico aptaram fuisse, ac perinde ethnico quoque in sacris nostris Coemeterijs sepulturae olim locum obtinuisse.

Iordand. lib. de
reb. Goth.




Praeter recensitos haecenus antiquarum inscriptionum titulos bini iuxta eandem B. Laurentij Ecclesiam Sarcophagi marmorci cruti sunt; in quorum primo haec sacrae imagines insculptae conspiciantur.

- I. Adam videlicet & Eua tristi quidem vultu iuxta vetitam arborem consistentes.
- II. Moyfes sacrarum Legum Tabulas à manu Dei accipiens.
- III. Magi munera infanti Deo offerentes.
- IV. Noë columbam absque pacifico oliuae ramo redeuntem excipiens.
- V. Ionas demum a nautis in pelagi profundum eiectus, & inde ad littus è cetero ventre incolumis emergens.

In altero autem lapideo Sarcophago haec inspectanda proponuntur, ad vtrumque videlicet ipsius loculi angulum, Euangelici Pastoris imago, qui commendatas sibi hinc oues suauiter blandiens demulcet, inde vero ouiculæ cuidam protenso benedictionem digito impertitur. In medio Christus Dominus sub eiusdem Pastoris simbolo exhibetur, qui dilectam alliciens pariter, ac pertrahens ouem eidem blanditur, cui duodeni numero Apostoli adstant, horum autem pedibus oues toridem substans.

Tres vero, Euangelici Pastoris imagines, quas descripsimus, singulae birro, seu vulgo mozzetta, vt cernitur, superindutae sunt. Porro postremus hic Sarcophagus ad praesens in viridario, apud Monasterium S. Mariae Nouae haud longe ab ipso Titi & Vespasiani Imperatorum arcu visitur: est autem altus palmis duobus, & triente, longus vero nouem.



SARCOPHAGI DVO PROPE ECCLESIAM S. LAURENTII EXTRA MVROS EFFOSI.

7 Complures alij in regionis circuitu, quem hæctenus memorauimus, eiusdem Cœmeterij aditus inter perscrutandum patuere, per quos ad inferiorem loci sinum iterato quidem subinde Bosius ingrediens, haud quid intuentium oculis, atque admiratione dignum assequi valuit, cuncta quippe inculta profusus, & picturis, atque omni ornamentorum genere destituta iacent. Hoc vnum dumtaxat ex ipsius loci prospectu perscrutati coniectare licuit, Cœmeterium videlicet, cuius mentio agitur, amplissimum ac celeberrimum quondam extitisse. Et hæc interim de Cœmeterijs a Bosio Tiburrinam apud Viam adiuuentis ac perlustratis indicasse voluimus: iam vero iter ad Nomentanam Viam dirigamus.

CAP. XIX.

De Nomentana Via, ac de profanis ibidem monumentis.

Via Nomentana, Via Figulensis.
Liuus de cad.
1. lib. 3.



Publ. Viab. de reg. Urb.

Figulorum officina, Nomentum.

Serui. in Virg. Æneid. lib. 6.

Messalla Coru lib. de Aug. progen. 10. 1. Hist. Rom.

IA, quam Nomentanam dicimus, Figulensis olim, Liiuo teste, appellabatur, quippe qui de eadem agens hæc ait: *Via Nomentana, cui tum Figulensi nomen fuit, profecti, castra in monte sacro locauerunt.* Idem plane ex Publio Viab. de reg. Urb. constat. Hoc autem nomen inde sortita est, quod in ea antiquis temporibus figulorum officina subsisterent. *Nomentana* vero vocabulum eidem postea a *Nomento* peruetusto Sabinorum oppido inditum est, quo potissimum Via hæc tendit, & quo Albanorum Reges iter quondam dirigendo viam hanc struere, vt Seruius in illud Virgil. Æneid. lib. 6. ait.

Hic tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidencam.

Cuius Viæ ipse quoque Virgilius meminit Æneid. lib. 7.

Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini.

Messalla item Coruinus lib. de Aug. progenie scribit, eiusdem Nomenti populos a Tarquinio Prisco, quinto Roma-

norum Rege, bello expugnatos, captiuitatis iugo addictos fuisse: quos post exactos deinde Reges, Romani in libertatem vindicatos ciuitatis iure donarunt, anno videlicet ab Vrbe condita, sexcentesimo decimo, Furio Camillo & Caio Mæuio Cofs. vt Liuius testis est, Ouidius quoque Nomenti eiusdem meminit, hæc dicens:

Hac mihi Nomento Romam cum luce redibam,

Obstitit in medio candida turba Via.

Et Propertius Elcg. lib. 4.

Necdum ultra Tyberim belli sonus, vltima preda

Nomentum, & raptæ iugera trita Core.

2 A *Nomento* igitur deriuato nomine *Nomentana* Via nuncupatur, quæ aliarum instar Curatorem, Patronumque peculiarem nata est: cuius in peruetusto hoc inscriptionis lapide mentio reperitur, quem Onuphrius in sua Roma inter cæteros studiose legendum recenset.

C. N. MVNATIVS. M. F. PAL.
AVRELIVS BASSVS, PROC. AVG.
PRÆF. FAB. PRÆF. COH. III.
SAGITTARIORVM PRÆF. COH.
ITERVM II. ASTVRVM CENSOR
CIVIVM ROMANORVM
COLONIAE VICTRICENSIS.
QVÆ EST IN BRITANNIA CAMALODVNI
CVRATOR VIÆ NOMENTANÆ
PATRONVS EIVSDEM.
MVNICIPI FLAMEN PERPETVVS
DVVMVIRALI POTESTATE
ÆDILIS DEDICATOR IIII.

3 Porro Via hæc initium desumpsit a Porta, quæ Viminalis olim, nunc autem a Pio IV. Pont. Max. immutato titulo, *Pia* denominatur. Hic siquidem Pontifex iter agentium commoditati pariter, atque vtilitati prospiciens, altam deprimendo semitam, eandemque dirigendo, Nomentanæ adiunxit, & vias inter vtrasque portam aperuit, quam sua munificentia æque ac nomine auctam *Piam*, ntiqua Viminali abolita, dici voluit, quæ nunc haud procul ab hac Orientem versus valida murorum compage firmiter obstructa cernitur. Illa autem Regibus Romanam Urbem administrantibus in Tarquinij aggerē sita erat: quod expresse vtique Strabo de situ Urbis his verbis testatur: *Tertia est porta eiusdem nominis cum colle Viminali.*

Cur

Liuus de cad. 1. lib. 3.
Ouid. Fast. 1. 4.

Propert. elcg. lib. 4.

Curator Viæ Nomentanæ.

Onuphr. in Roma.

Porta Viminalis.

Porta Pia.

Agger Tarquinij.

Strabo de situ Urb. Rom. Collis Viminalis.

stati, offerre detrectarent, glorioso ibidem pro fidei confessione martyrio coronati sunt; quorum celebris passim Ecclesiasticis in Tabulis memoria extat, & opportuna nobis de iisdem agendi occasio suppetet. Interim vero ad vltiora properemus.

CAP. XX.

De Cœmeterio ad Nymphas.

NYMPHARVM nomine infana gentiliū turba aquarum Deas appellavit: quo plane vocabulo tum fontes, tum aquas ipsas nuncupare consueverat: quapropter Porphyrius libro de Antro Nymph. Nymphas, ait, esse fontes & flumina, cum Nymphis aquarum numinibus propria sunt. Phornutus quoque, cæterique Mythologi aquarum dulcium ac potabilium fontes, concinno vocabulo Nymphas appellarunt. Quod utique etsi innumeris Poëtarum carminibus liquido comprobari potest, nos perantiquam vnam dumtaxat inscriptionem, quæ Nomentana Via, de qua hic agimus, in Illustrissimi Domini Gonij Villa parieti inserta legitur, studioso hic lectori contemplandam proponimus, de puellulanimum, quæ in fonte submersa est:

Νύμφαι κλέψαι με σιγήσαντα ἐκ θάλασσης.
Καὶ ἄρα ποῦ τιμῆς ἕνεκα τὸτ' ἔπαθον.
Νηπιὸν δὲ δούρι ἐτόνον ἄβος ἐξαρίσασα,
Φιλῶσιν πῶ κλῆσιν, Ἀουονίς γένος.

Hoc est:

E vita Nymphæ fontana me rapuerunt,
Forte mihi è tali gloria morte venit.
Paruula, quippe alter mihi nondum effluerat annus,
Romana genere, sed Phileia nomine.

Et quamvis Latini scriptores aquam a Græcis, Nymphæ vocabulo dictam, mutata litera N in L communiori voce Lympham nuncupent, apud eosdem tamen sæpè sapius Nymphæ quoque nomen vsurpatum reperitur. Hinc est, quod & fontes & lauacra, Nymphæa dixerint: quo sane loquendi modo Iulius Capito-

lin. in Gordiano vsus est: Opera Gordiani, inquit, nulla extant præter quædam Nymphæa & balneas. Bibliothecarius quoque in Hilari Papæ gestis Nymphæum, & Triportieum ante oratorium S. Crucis; & in ipsius Siluerij gestis meminit hæc dicens: Intra ciuitatem autem grandis fames erat, ita vt aqua venundaretur pretio, nisi Nympharum remedium subuenisset.

2 Inde autem potissimum obtigit, vt in vetustioribus rerum Ecclesiasticarum monumentis loca quædam, vbi iuges quondam aquarum fontes emanabant, frequenti, vsitatoque vocabulo, vt legimus, ad Nymphas dicerentur: hinc locus ille Via Cornelia tertio decimo ab Vrbe milliario, vbi beati Marius, Martha, Audifax, & Abacus martyrio coronati fuerunt, ad Nymphas Catabassi est appellatus, vt in eorundem Actis supra recensitis vidimus. Massæ quoque ad Nymphas Romanæ olim Ecclesiæ a Constantino Copronymo elargitæ, ipse Bibliothecarius in Zachariæ Papæ gestis meminit, & Cencius Camerarius lib. de Censibus: a quo perantiqua item diplomata recitantur, in quibus expressa, quod ad rem nostram pertinet, de Nympharum Castro mentio peragitur.

3 Peculiaris igitur Cœmeterij, quod Nomentanæ apud Viam extat, locus, de quo acturi nunc sumus, ad beati Petri Nymphas appellabatur. Cum enim tota fere illa regio, vt iam præmissimus, palustris esset, & aquis vberime redundaret, intra ipsiusmet Cœmeterij ambitum aquarum venæ erumpébant, quæ Nymphæ vulgo nuncupari consueuerant, vbi Petrus Apostolorum Princeps eos, qui recens ad Christi fidem traducti illuc accedebant, salutaribus baptismi aquis de more abluebat. Quod apertissimis verbis M.S. beatorum Papiæ & Mauri A&A Codd. Later. Vat. & Vall. testantur, in quibus post nobile eorumdem martyrium sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus enarratum, hæc inferuntur: Quorum corpora collegit Ioannes presbyter noctu, & sepeliuit in Via Nomentana sub die Kalend. Februarij ad Nymphas, vbi Petrus baptizabat. Id ipsum apud Adonem & Beadam in eorundem Martyrologijs, & Petr. in Catalogo, apud Surium quoque videre est: quamvis illi

Nymphæ aquarum Deæ apud gentiles

Nymphæ aquarum Deæ apud gentiles

Porphyrius lib. de Antro Nympharum.

Nymphæ quæ limpidi fontes appellati.

Vetus inscriptio Via Nomentana.

Nymphæa, fontes & lauacra dicta.

Iul. Capitol. in Gard.

Bibl. in Hilari Papæ.

Nymphæum in Laterano.

Locus ad Nymphas Catabassi.

Bibl. in Zachariæ Papæ. Camerarius lib. de cens.

Nympharum Castrum.

Locus ad Nymphas S. Petri.

SS. Papiæ & Mauri.

M. S. Cod. Vat. Lat. & Vall.

Ado & Beada in suis Martyrologijs. Petr. de Nat. in Catalogo. t. 4. Sur. to. 1.

illi *Lymphas* pro *Nymphas*, paucis admodum immutatis, legendum velint. Non imus autem inficias in sacris quibusdam Vat. & S. Mariæ ad Martyres codicibus pro *baptizabat*, inscribi pariter ac legi *habitabat*; sed id vel ipsius scriptoris incuria obtigisse, vel certe utroque modo legendum putamus, *habitabat* nimirum & *baptizabat*.

Cum antiqua enim Martyrologia Romæ quamplurimos ab Apostolo Petro Christianæ fidei rudimentis inubutos, salutari deinde baptismi initiatos fuisse constanter ingerant, & ex ipsis Liberij Papæ actis, eundem in Ostriano Urbis Cœmeterio, quod huic proximum est, id muneris præstitisse satis superque constat. Iam vltro negare quis audeat, hoc item loco beatissimum Apostolorum Principem inhabitasse, & iure quidem merito hæc potissimum de causa, Cœmeterium (cuius mentio agitur) vulgo apud omnes nomen *ad S. Petri Nymphas* sortitum fuisse. Celeberrimum igitur vereres apud Christianos, & maximæ ob id venerationi Cœmeterium hoc extitit, in quo innumeri proculdubio martyres ut credere nobis par est, piorum manibus conditi fuerunt. Temporum tamen iniuria, aut certe inuida profanorum hominum temeritate, abolita est loci omni quidem cultu dignissimi religio, ingentique venerandæ antiquitatis detrimento, vnâ cum loco (quod lacrymis prosequendum est) inter ruinas ac rudera omnis penitus recolendarum rerum memoria deperijt. Porro satis quidem probabilis coniectura permoti asserere neutiquam dubitamus, hoc idem haud procul ab Urbis Romanæ mœnijs extitisse, & ipsi Ostriano Cœmeterio, quod memorauimus, adhæsisse; cum ibi Petrus beatissimus, ut eadem Acta loquuntur, baptizaret. Verum haud facile eorum sententiæ conuincimus, qui locum hunc *ad Nymphas* eundemmet cum illo esse diserte suis in scriptis affirmant, vbi SS. Alexander Papa, Euentius ac Theodulus sepulti fuerunt: locus enim ille milliarijs septem ab Vrbe distat, atque initium ipsos apud Christianos longe post B. Petri martyrium, ut suo infra loco dicemus, accepit.

4 Porro sanctorum Papiæ & Mauri corpora primum ex hoc Cœmeterio a Sergio Iuniore Papa in Urbem vnâ cum

sacris aliorum Martyrum reliquijs è proximis, circumadiacenribus, ac Priscillæ præsertim Cœmeterijs, in Equitij Titulum translata sunt, ut vetus docet inscriptio marmoris insculpta, quæ ibidem ad hæc vsque tempora legitur. Inde vero a Gregorio Nono anno Christi millesimo ducentesimo decimo octauo, in S. Adriani diaconiam prope Septimij Seneri arcum delata, vbi nostro hoc seculo inuictorum martyrum pignora, in eiusdem Ecclesiæ Confessione reperia, ac iterum in Christiani orbis lucem rediit, per antiquæ inscriptionis titulo consignata, prodire, videlicet:

IN HOC LOCO REQUIESCUNT
CORPORA SANCTORVM
MARTYRV M PAPIÆ ET MAURI.

Verum de loco, in quo ad præsens condita sunt, opportuna suo infra loco mentio erit, cum de martyribus potissimum, qui Nomentanam Viam sanguine illustrarunt, sermo instituetur. Iam vero ad perferenda eiusdem viæ Cœmeteria progrediamur.

CAP. XXI.

De antiquo beati Nicomedis Presbyteri, ac Martyris Cœmeterio.

NYMPHIS in Cœmeteriorum Catalogo, quem scripsit, beati quoque Nicomedis Cœmeterium Via Ardeatina recēlet, & sorte,

vt nobis opinari fas est, locum subintellegere voluit, in quo ipsemet Nicomedes sanctæ olim Feliculæ corpus Via Ardeatina in eiusdem prædio condidit. Eius tamen nomen hac Nomentana Via celebre magis est, & potiori eiusdem memoria deuotionis titulo recolitur, vbi & Ecclesia in martyris honorem crecta fuit, & Cœmeterium pariter extitit, in quo sepulturæ locum, in horto viri cuiusdam nomine Iusti, obtinuit, qui inter eius clericos adnumerabatur,

Equitij titulus.

Ecclesia S. Adriani. Inuentio corporum SS. Papiæ & Mauri.

Prædium S. Feliculæ.

Ecclesia S. Nicomedis.

Locus, vbi Petrus Apost. baptizabat.

Cœmeterium Ostrianum.

Cœmeterij ad S. Petri Nymphas.

Translatio corporum SS. Papiæ & Mauri.

tur, vt M. S. eius Acta Cod. Vall. his verbis testantur: *Cum hæc & multa alia diceret sanctus Nicomedes presbyter, plum- batis diuissime casus migravit ad Dominum. Corpus vero eius in Tyberim præcipitatum est; clericus autem eiusdem presbyteri nomine & opere Iustus collegit corpus eius, & posuit in broto suo, & duxit ad hortum suum iuxta muros Via Nomentana, & illic eum sepeliuit septimo Kal. Octobris. Idem plane apud Adonem & Vuardum legitur, qui insuper sanctissimum virum Nicomedem sub Imperatore Domitiano pro Christi fide obrunneatum fuisse subtexit. De Ecclesia vero in eius honorem erecta, hæc eiusdem in Actis exponuntur: *In quo loco dedicata fuit Ecclesia in Kalendis Iunij; quæ nunc vero penitus destructa est. Ideo festiuitas bodierna est passionis eiusdem Martyris: alia eiusdem Ecclesie dedicationis, quæ plebibus hoc nescientibus in dictis Kalendis colitur.* Recolenda item huius festiuitatis dedicationis mentio apud Martyrologia Bedæ, Adonis, Vuardi, & B. Notheri incurrit. Festiua autem solemnitas, de qua nuper præmemoratis in Actis, vt quod nobis menti subrepat, in medium proferamus, primum forte sub Bonifacio Papa Quinto celebrari cæpit; a quo hoc ipsum B. Nicomedis Cæmeterium in ampliorem formam redactum, exornatumque fuisse Bibliothecarius asserit: *Hic, inquit ille, perfecit Cæmeterium S. Nicomedis, & dedicauit illud. De Ecclesia vero, quæ ab Hadriano Primo instaurata est, hæc subiicit: Pariter & Ecclesiam B. Nicomedis sitam foris portam Numentanam, quæ a præcis marcuerat temporibus, a nouo renouauit.**

2 Titulus quoque in ipsa Vrbe eidem B. Martyri dicatus celebri memoria recolitur, de quo in secundo Romano Concilio sub Symmacho, cui Genesius ac Sebastianus sub titulo S. Nicomedis presbyteri inter alios, vt legitur, subscribere. Vtriusque tamen Ecclesie nullum profus hac nostra ætate vestigium inuentibus exhibetur; quamuis illius duntaxat, quæ Via quondam Nomentana extiterat, parietinas, quibusdam saltem coniecturis suffultus, hiantibus se deprehendisse oculis Bosius existimauerit: verum de Ecclesia suo infra loco nobis agendum erit.

3 Demum Beati Nicomedis corpus

è Cæmeterio hoc a Paschale Papa Primo in Vrbeni translatum in B. Praxedis Ecclesia die 20. Iulij, Indiæ. 10. anno scilicet Christi octingentesimo decimo septimo, eiusdemque Paschalis primo reconditum est; vt vetus in eadem Ecclesia inscriptio marmori inculpta, legentes vltro admonet. Et de Nicomedis interim Cæmeterio hæc breuiter enarrasse sufficiat.

Translatio corporis S. Nicomedis.

CAP. XXII.

De Cæmeterio beati Alexandri Papæ, ac sociorum Martyrum.



1 CÆMETERIUM hoc Nomentana Via septimo ab Vrbe lapide situm est, & sub Aureliano Comite tunc temporis initium desumpsit,

cum sub eodem Alexander Papa, Euentius, & Theodulus presbyteri anno Christi centesimo quinquagesimo secundo martyrio coronati fuere; quo potissimum tempore Seuerina Aureliani eiusdem vxor cõspiciæ pietatis sœmina Christo addicta, sacra eorudem corpora suo in prædio, septimo ab Vrbe milliaro, Nomentana Via sepeliuit; ibidemque venerabilis Pontifex Sixtus, qui Alexandro in Pontificatu successerat, precibus permotus eiusdem, presbyterum constituit, qui singulis diebus eodem in loco sacra altaris mysteria perficeret; quod in M. S. eiusdem Actis, Lat. Vat. S. Petr. S. Cæcil. & apud Surium to.

3. 3. Maij, hunc in modum exponitur: *Vadens autem Seuerina septimo milliaro ab Vrbe Roma Via Nomentana in prædio suo Euentium & Alexandrum in vno posuit monumento, Theodulum solum in loco altero sepeliuit. Quorum quidem natalitia cum omni gloria & honore celebrantur quinto Nonas Maias. Omnes vero clerici Romani, qui ad exequias corporum venerant, & religiosi viri ibidem remanserunt. Et hæc paulo infra: Seuerina vero vestiuit se cilicium, & tandem iacuit ante limina Sanctorum, quos ipsa sepelierat, donec venisset ab oriente sanctus Xistus Episcopus, a quo impetrauit Seue-*

SS. Alexander Papa, Euentius, & Theodulus.

Seuerina.

Prædium Seuerinæ.

Martyr. Bedæ. Adonis. Vuardi. 2. Iunij.

Bibliothecarius Bonif. Pap. 5.

Titulus S. Nicomedis.

Conc. 102.

M. S. Cod. Lat. Vat. 4. S. S. Pet. E. S. Cod. 1. & ap. Sur. to. 3. 3. Maij.

Seuerina, ut in eodem loco rei suae ordinaretur Episcopus, qui omni die, quae sunt Sancta, Martyribus celebraret; ideoque locus ipse habet proprium sacerdotem usque in hodiernum diem. Id ipsum Ado in suo Martyrologio: & de sepultura quidem loco Nomentanam apud Viam Beda, Vsuardus, & alia Martyrologia satis aperte loquuntur. Vides quo honore sacra martyrum pignora fideles olim profecerant, ubi enim martyrum exuuiæ triumphali resperæ cruore asseruabantur, ibi sacrosanctum altaris sacrificium in eorumdem honorem Deo immolandum curabant.

2 Ibidem vero B. quoque Martyrcm Herculanum depositum fuisse Petrus in Catalogo scribit, hæc dicens: *Herculanus passus est Romæ sub Aureliano, qui ab Alexandro Papa ad Christum conuersus & baptizatus, cum Alexander in custodia tenebatur apud Quirinum Tribunalum comprehensus, atque fustibus cæsus, in confessione nominis Domini tandem, gladio cadente, Martyrij palmam percepit 11. Kalend. Octobris. Cuius corpus Via Nomentana septimo ab Vrbe milliario a Christianis sepultum est.* Porro in B. Alexandri Papæ actis nulla de Herculano Martyre mentio fit: in Romano tamen Martyrologio 7. Kal. Octobris militem quendam Herculanum nomine a Beato Alexandro Episcopo ad fidem traductum, & vna simul cum ipso postmodum martyrio coronatum fuisse legimus. Hæc enim ibi: *Romæ S. Herculani militis, qui miraculis in passione B. Alexandri Episcopi ad Christum conuersus, sub Antonino Imperatore post multa tormenta, gladio cæsus est.* His optime consonant, quæ idem Petrus recitat cap. 102. *Alexander Episcopus & Martyr cum Herculano Martyre passus est Romæ sub Antonino Imperatore. Hunc autem Via Claudia xx. ab Vrbe milliario, 11. non autem 7. Kal. Octobr. martyrij gladium subiisse asserit. Ut hic igitur difficultatis nodus soluat, aut duo isti Herculani, quorum causa nunc agitur, longe inter se fuere diuersi, cum tunc diuersis secundæ nomina, & Acta Imperatoribus enunciantur, diuersisq; diebus inscribantur; aut certe si inter se vnum idemque sunt, vt Baronio placet in Notis, perperam eundem ab Alexandro Papa Christianæ religioni adiunctum, & subinde vnâ*

cum eodem martyrio coronatum fuisse, Petrus asserit; quippe qui longe ante ipsum Alexandrum Papam (ex quo æquiocandi ansa oborta est) martyrium pro Christi fide subierat.

3 Verum Nomentana eadem Via, haud procul a prædio, quod vulgo *Casa Nuova* appellatur, peruetustæ eiusdem Ecclesiæ reliquiæ adhuc conspiciuntur, satisque probabiliter ipsamet loci facies suadere nobis videtur, hunc ipsummet esse, in quo beatus Pontifex Alexander, accæteri cum eo Martyres tumulo conditi fuerant. Eodem enim in loco complures adhuc parietinæ visuntur, quæ colonorum ibi quondam habitationi inseruisse, & quampiam itidem rusticorum hominum villam exitisse perspicue demonstrant, & eam sortasse, quam Scuerinæ pijsimæ sœminæ ditioni adscriptam iam supra meminimus. Sanctorum vero eorumdem corpora in Urbem inde translata quam multas pretiosis reliquijs Ecclesias ditauerunt. Quamobrem pleræque vel exiguis reliquiarum particulis cumulatæ, sacra se eorumdem possidere corpora gloriantur. In Ecclesia enim S. Sabinæ Auentino in colle anno millesimo quingentesimo octogesimo sexto marmoream arcam peruetustæ sub altari, quod ab Eugenio Papa Secundo erectum fuerat, inter explorandum reperiri contigit, in qua Sanctorum Alexandri Papæ, Euentij & Theoduli asseruari corpora exculptis notis legebatur: quæ quidem arca maiori sub ara, quam postremis temporibus Sixtus Papa Quintus erexit, perhonorifice condita est.

4 Sacra hæc beatorum martyrum pignora vnâ cum corporibus Sanctarum virginum Romulæ & Redemptæ Cathedrali in Ecclesia sua intra mœnia tumulata quiescere Tiburtini palam constanterq; asserant. Sed de his Cardulus in suo Tibure audiendus est, qui isthæc habet: *In alio ite meiusdem sedis altari quiescunt sacra corpora S. Alexandri Papæ & Martyris, & Sanctarum virginum Romulæ & Redemptæ, sed cum B. Alexandri corpus cum reliquijs Sanctorum presbyterorum Euentij & Theoduli Martyrum Romæ in templo Sanctæ Sabinæ, & corpora sanctarum Romulæ ac Redemptæ in Basilica S. Mariæ ad praesepe recondita esse antiquæ inscriptiones,*

Locus Casa Nuova nunc vulgo dicitur.

Villa Scuerina.

SS. Romula, & Redempta.

Cardul. in hij Tibur.

Vsuard. Martyr.

S. Herculan. Petrus in Catal. 1.8.6.120.

S. Alexander Papa.

S. Alexander Episcopus.

Martyr. Rom. 7. Kal. Octob.

Petrus in Catal. 102.

Baron. in Not. 7. Kal. Octob.

nes, codices ac monumenta ostendant, ut Tiburtinarum etiam, quæ proferuntur, Tabularum veritas constet, intelligendum est hoc, quod alibi admonuimus, sanctorum corporum partem Tibure, partem Roma seruari. Vides hinc lector, quam breui, quam facile, quam paucis lis tota dirimatur. His adde, quod sub ara quoque maiori Ecclesiæ S. Laurentij in Lucina, haud medicam eorundem Sanctorum partem asseruari binæ quidem inscriptiones testentur, quæ recolendum eiusdem Ecclesiæ consecrationis diem legentibus in mentem reuocant: in quarum præsertim altera, a Cælestino Papa Tertio eadem sub ara inter eiusdem consecrationis solemnia anno Christi millesimo centesimo nonagesimo sexto reliquæ ibi conditæ hunc in modum exculptis notis adnumerantur;

CORPORA BEATORVM MARTYRVVM
ALEXANDRI PAPÆ, EVENTII,
THEODVLI, SEVERINÆ, &c.

2 Seuerinam vero, cuius hic mentio incurrit, ipsammet esse putamus, quæ eorundem Sanctorum Martt. corpora in suo, ut diximus, prædio priuum piæ manus obsequio condidit, ac Cœmeterium hoc extruxit. In eius enim actis iam supra recitatis pijsimam scæminam asperrimo indutam cilicio ad veneranda Martyrum sepulchra diuinis precibus intentam diutius persistisse fertur: quapropter & vita subinde fundam, eodem loco conditam fuisse, eisdemque beatis Christi Martyribus in eorundem translatione associatam fuisse credere nobis par est, quamuis de ea in sacris

Martyrologijs haud vlla,
mentio suppetat: &
hæc hactenus
de bea-
ti
Alexandri Papæ, & aliorum
Martyrum Cœme-
terio,



CAP. XXIII.

De Cœmeterio Primi, & Feliciani Martyrum.



1 CŒMETERIVM sancto-
rum Primi & Felicia-
ni, seu eorundem, ut
dicitur, arenarium,
decimoquarto ad Vr-
be lapide, in loco ad
arcus Numentanos nuncupato, extru-
ctum olim fuit; vbi sub Imperatoribus
Diocletiano, & Maximiano, circa
annum Christi ducentesimo octoge-
simum septimum, ut Petrus in Catalogo
docet lib. 5. c. 119. Primus & Felicianus
apud Numentum optatam martyrij co-
ronam adepti, perhonorifice tumulati
sunt; & triginta planè dierum spatio
iusta eisdem solemnè ritu a fidelibus
perfoluta fuere: quod in M. S. eorun-
dem apud Adonem actis Codd. Later-
vatican. S. Petri, & Vall. his verbis
legitur: *Nocte vero a Christianis fidelibus
rapta sunt corpora eorum, & portauerunt
eos ad arcus Numentanos intra arenariū, &
ibi fecerunt planctum magnum, & involuen-
tes eos in sudones novas cum aromatibus,
iuxta arenarium posuerunt eos, & in hymnis
ac psalmis per triginta dies ac noctes in Dei
nomine perdurabant: vbi multa beneficia
exuberant vsque in presentem diem, & si
quis egrotorum ibidem perductus fuisset,
saluabatur a quacumque esset infirmitate
detentus.* En iugis Christianorum fer-
uor sub illa primaeva tempora haud vn-
quam intermissus in recolendis beato-
rum Martyrum Natalitijs, eorundem-
que sepulchris omni honoris cultu pro-
sequendis, quorum insignem fidem,
ac pietatem patentibus signis Deus è
Cælo comprobare haud destitit. Ver-
um cum sacra pignora miraculis assidue
coruscarent, haud humili loco subsistere,
sed nobili erecto templo Christiani
illustrare voluerunt. Hæc enim
infra de Ecclesia ibidem in eorundem
honorem erecta recitantur: *Et dum
post aliquantos annos cessaret persecutio pa-
ganorum, multi Christiani in honorem beato-
rum Martyrum Primi, & Feliciani basilicam
construxerunt; sperantes se misericor-*
diam

Ecclesia S.
Laurentij in
Lucina.

Arenarium
SS. Primi, &
Feliciani.

Arcus Numẽ-
tant.

Petrus Catal.
lib. 5. c. 119.
SS. Primi, &
Felicianus.

SS. Primi, &
Feliciano
iusta funerals
Christiana
reddita.

M. S. Codd.
Lat. Vat. A. 89
Vall. 1.

S. Seuerina
Cœmeterij
S. Alexandri
extruxit.

S. Seuerina
cilicio induta
ad sepulchra
Martyrum di-
uinis precibus
vacat.

Ecclesia SS.
Primi & Felicia-
ni Via Nu-
mentana.

diam consequi per eos in nomine Domini nostri Iesu Christi. Est autem basilica eorum ab Vrbe Roma milliaro quartodecimo: quorum natalis est quinto Idus Iunias.

2 Horum autem corpora Theodorus Papa ex eorumdem arenario leuauit, & in B. Stephani Protomartyris Ecclesiam, in monte Calie, recondidit; vbi vetustissimæ adhuc sacræ eorumdem imagines in suo opere expressæ extant. Huius vero translationis Bibliothecarius in eisdem Theodori gestis meminit, hæc dicens: Eodem tempore reuelata sunt corpora Sanctorum Martyrum Primi & Feliciani, que erant in arenario sepulta, Via Numentana, & adducta sunt in Urbem Romam, que & recondita sunt in Basilica B. Stephani Protomartyris. Quam quidem ob causam sacris in Martyrologijs natalitius eorumdem Martyrum dies apud montem Calium describitur. Sed his paucis de SS. Primi & Feliciani Cœmeterio enarratis ad vteriora progrediamur.

CAP. XXIV.

De Cœmeterio S. Restituti Martyris.

enarratur: Cumque cogere eum, id est, S. Restitutum, ad sacrificandum, & nollet consentire illis, ligauerunt ei manus a tergo, & decollauerunt extra Capitolium & trahentes iauerunt eum iuxta arcum triumphalem ad Palatium, vt a canibus consummaretur. Iusta vero quedam Matrona religiosa femina venit noctu cum aliquanti Ecclesiasticis, & paucis Christianis, propter impietatem paganorum, & cum famulis suis collegit corpus B. Restituti, & abiit in domum suam iuxta Metam sudantem, & illic cum aromatibus sanctum corpus eius condidit, & inuoluit in sudones biblicas, & imposuit eum noctu in pagone in Via Numentana. Et dum pergeret, misit ad Episcopum in eadem Via constitutum, nomine Stephanum, vt cum presbyteris & diaconibus, subdiaconibus quoque & acoluthis & lectoribus vna cum seruis Dei & sanctis virginibus conuenirent simul & fideles Christiani, vt in foro expectarent eos. Mane vero adhuc diluculo adueniunt cum sancto corpore, & cum hymnis & laudibus perduxerunt eum in millario sextodecimo, in prædium Iustæ matronæ venerabilis famine, in crypta in inferioribus: illic enim tradiderunt dignissime sepultura, sub die sexto Kalend. Iunias; & fecerunt illuc plandum per septem dies. Sumptus vero necessarios supra memorata Iusta de suo proprio procurauit, & ministravit. Eodem quoque tempore multi tenebantur demonijs, ac varijs infirmitatibus per vicinalia loca, in ciuitate Numentana, & quotidie venientes ad tumulum B. Restituti Martyris, sani reuertebantur ad sua cum gaudio, laudantes Deum.

2 Viget adhuc, ac colitur hac eadem Via beati huius Martyris memoria apud Eretum, vbi antiqua eiusdem Ecclesiæ extat: atque ipsamet insuper crypta cernitur, in qua venerandum eius corpus reconditum subsisterat, quod inde postmodum sub Hadriano Papa sublatum, haud longe a basilica S. Mariæ Maioris iuxta Ecclesiam S. Andree in Aurisaurio translatum est; vt iisdem in actis his plane verbis subditur: Requieuit autem ibi B. Restitutus vsque ad tempora Hadriani Papæ, sicque factum est, vt ipse B. Martyr se reuelaret. Tunc viri illi, quibus hoc intimatum est, leuauerunt eum exinde, & sepeluerunt eum iuxta Ecclesiam S. Andree in Aurisaurio; vbi præstantur beneficia Domini nostri Iesu Christi vsque in

Et S. Cod. Vat.

Arcus Triumphantis ad Palatium.

Domus Iustæ matronæ.

Episcopos Via Numentana.

Ecclesia S. Restituti.

Crypta Via Numentana.

Translatio corporis S. Restituti. Ibi in M.S. Cod. Vall.



ILEBRE item Nomentana Via sextodecimo circiter ab Vrbe lapide Cœmeterium hoc fuit, quod B. Restituti titulo nuncupatur, & a Iusta Matrona Romana suo olim in prædio extructum fuerat. Cum enim ipsa Romæ gloriosum, capitis obtuncatione, martyrium consummasse B. Restitutum sub iisdem Imperatoribus Diocletiano & Maximiano comperisset, venerandum eius corpus proiectum canibus, elanculum collegit, atque illud in domum suam deferens, que iuxta sudantem Metam, & Amphitheatrum sita erat, aromatibus egregie conditum, ac linteis inuolutum, ad suum deportari prædium iussit, ibique in crypta recondidit; nec id martyri præstitisse satis rata, diebus septem sacras eiusdem exequias celebrauit: quod in M.S. eiusdem Actis Codic. Vatic. hunc in modum

Translatio corporum SS. Primi & Feliciani in Ecclesiam S. Stephani in monte Calio.

Bibl. in 7. h. doro Papa.

Prædium S. Iustæ matronæ.

Martyrium S. Restituti.


Meta sudans ad Amphitheatrum T. ti.

CAP. XXV.

De Cœmeterio Beatæ Agnetis.

hodiernum diem. Quoniam vero mentio hoc potissimum loco incidit Ecclesiæ S. Andreae in Aurisaurio, studiosus lector nosse debet, hanc iuxta Diuæ Mariæ Maioris basilicam olim sitam fuisse, vt publicæ fidei tabulæ in actis quondam Ioannis Guidonis conscriptæ anno Christi ducentesimo septuagesimo octauo supra millesimum, die vigesima, prima Ianuarij, sub Pontificatu Nicolai Papæ Tertij testantur: quæ quidem literæ in Vaticanæ Basilicæ Archiuo adhuc extant. Idem pariter ex quodam Urbani Quarti diplomate liquet, quod sub anno Redempti orbis ducētesimo sexagesimo primo supra millesimum editum est, & ad verbum in peruetusto eiusdem Basilicæ codice refertur, cui titulus: *Formularium Bullarum*. Constat hoc item ex quadam Clementis Papæ IV. epistola ab eodem Viterbij 23. Iulij, anno Pontificatus secundo, scripta, vt ex eisdem Basilicæ Archiuo videre est. Itemque ex epistola Nicolai Papæ Quarti, ab eodem Romæ apud S. Mariam Maiorem 23. Decemb. anno Pontificatus secundo inscripta, vt ex eiusdem Archiuo Vaticanani regesto comperitur sit. Ex quibus Pontificijs literis, ac publicis actis, eiusdem Ecclesiæ in Aurisaurio apud S. Mariam Maiorem, nuncupatur. Porro haud ambigendum videtur, Ecclesiam hanc S. Andreae in Aurisaurio, ad quam B. Restituti corpus, vt vidimus, translatum est, ipsammet perantiquam esse, quæ adhuc integra, etsi profanos in vsu destinata, perseuerat; & Ecclesiæ D. Antonij ad S. Mariam Maiorem proxime adiacet: quam ipse olim Simplicius Papa Deo in honorem sancti Andreae solemniter dieauit, vt insculpta muiuo ibidem operi carmina, quæ adhuc leguntur, palam docent, atque inculcant. Haud tamen ibi huius inuicti Martyris Restituti memoria extat. Iam vero ad perulstrandum B. Agnetis virginis ac martyris Cœmeterium prope-

remus.



1 **C**ŒMETERIVM hoc ab ipsamet lectissima virgine Agnete suo quodam in prædio ad Nomentanam Viam, non longe ab Urbis Romæ

mœniji, initium accepit. Ibi enim eandem parentes nobili coronatâ martyrio, solemniter sepulturæ mandarunt, vt in eiusdem Actis perhibetur, a D. Ambrosio, sicut antiqua traditio præferret, editis; quorû hæc sunt verba: *Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corpus eius, id est, S. Agnetis, & posuerunt illud in prædio, aut secundum alios, in prædio suo, non longe ab Urbe, in Via, quæ dicitur Numentana, sub die duodecimo Calendarum Februariar. vbi cum omnis turba Christianorum concurre-ret, insidias a paganis perpeffi sunt, & videntes populum infidelium super se venientem armatum, omnes fugerunt, aliquanti tamen lapidum icibus lesi enserunt.*

2 Verum sancta Emerentiana virgo eiusdem B. Agnetis collatanea, haud vnâ eum exæteris fugam proripuit; quin immo sola imperterriti animi, & minis ac metu superior, barbaram eorumdem impietatem constanti animo exprobrare non desistit: quamobrem a furenti populo ibidem lapidibus obruta nobilem martyrij palmam consecuta, & cum adhuc catechumena esset, proprio sanguine abluta in Cælum euolauit, quod in iisdem Actis hoc modo subtextitur: *Emerentiana autem, quæ fuerat collatanea, eius sanctissima, licet catechumena, constanter, & intrepida contra ad se venientes stabat immobilis, & his verbis exprobrabat eos: Superflui, caduci, miseri, atque atrocissimi, Deum omnipotentem, qui in Cælis est, confidentes atque colentes occiditis, & pro defensione lapidum sculptorum innocentes homines & iustissimos occidendo ingulatis? Hæc & his similia dum turbis furentibus diceret, lapidata est ab eis, & orans iuxta sepulchrum beatæ Agnetis emisit spiritum. Vnde non dubium est, quod in suo sit sanguine baptizata, quæ pro defensione iustitiæ, dum confitetur*

Do-

Ecclesiæ S. Andreae in Aurisaurio.

Aesh. Bas. S. Petr. capsula 68. F. 191.

Formul. Bull. in cod. Arch. n. 21. Epist. Clem. Pap. 4. 104. in reg. 10. 2.

Epist. Nicolai Pap. 4. 763. in reg. 10. 2.

Prædium S. Agnetis Via Nomentana.

Act. S. Agnetis à S. Ambrosio conscripta.

Act. S. Agnetis

Martyrium S. Emerentianæ.

ibi.

Dominum, mortem constanter excepit. Eadem namque hora fit tremotus vehementissimus, & cum nimia esset celi serenitas, tantæ coruscationes, tantaque fulgura & tonitrua extiterunt, ut pars maxima insanientis populi expiraret. Unde factum est, ut nullus penitus ex eo aduenientibus ad sepulchra sanctorum aliquas molestias excitaret. Venientes autem parentes cum sacerdotibus noctu abstulerunt corpus B. Virginis Emerentianæ, & sepeherunt iuxta prædium in conspectu agelli beatissimæ virginis Agnetis.

3 Subinde autem ad eiusdem Beatæ Agnetis sepulchrum parentibus octavo martyrij die orantibus ipsamet virgo nobili sanctarum virginum cœtu comitata apparuit, eosque de cælesti præmio, ad quod iam secunda peruenerat, ac de perenni gaudio, quo iugiter perfruebatur, certiores reddidit, quod eisdem in Actis hunc in modum exponitur: *Igitur dum parentes S. Agnetis assiduis pernoctantibus, vigilarent ad tumulum eius, vident in medio noctis silentio vigilantes exercitum virginum, que omnes auro textis cicladibus induta, cum ingenti lumine præteribant, inter quas vident etiam beatissimam virginem Agnetem simili veste fulgentem, & ad dexteram eius Agnum niue candidiorem. Hac itaque intendentes & ipsi parentes eius, & qui simul fuerant, quasi stuporem mentis incurrunr. Sed B. Agnes rogat sanctas virgines parumper gradum sistere, & stans parentibus suis dixit: Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed congaudete mecum, atque congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, & illi sum iuncta in Calis, quem in terris posita tota animi concupiscentia adamaui, & his diebus pertransiuit. Huius autem rei causa, ut Durandus refert Rational. festus in Ecclesia dies sub titulo sanctæ Agnetis secundo institutus est.*

4 Huius item visionis fama cum apud Christianos vigeret, inde multos post annos Constantia Augusta Constantini Magni filia, quæ infirmitate corporis laborabat, permota, ad idem sepulchrum, cum adhuc pagana esset, saninitatis obtinendæ gratia se contulit; cui eadem sacratissima virgo se vltro è Cælo videndam præbuit, ut eadem his verbis acta testantur: *Hæc visio publice ab omnibus, qui viderant, quotidie vulgatur. Unde factum est, ut post aliquantos annos ad*

To. II. Rom. Subr.

Constantiam Constantini Augusti filiam hoc factum ab illis, qui viderant, narraretur. Erat autem ipsa Constantia Regina virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut à capite vsque ad pedes nulla membrorum pars libera remansisset. Accepto autem consilio, spe recuperandæ salutis, venit ad tumulum Martyris nocte, & licet pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter effundebat. Quod dum faceret, repentina somni suauitate corripitur, & vidit per visum beatissimam Agnem, talia sibi quedam mota proferentem: *Constanter age Constantia, & crede Dominum meum Iesum Christum Filium Dei Saluatorem tuum, per quem modo consequeris omnium vulnerum, que in tuo corpore pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia euigilat sana, ut nec signum in eius membris alicuius vulneris remaneret. hæc in actis.*

5 Ob crebra igitur miraculorum signa, quæ ibidem meritis eiusdem beatæ Agnetis suffragantibus diuinitus obtingebant, iure quidem optimo sepulchrum hoc celeberrimum, ac summæ apud omnes venerationi habitum est: quod & Prudentius in suo Peristephi. cecinit hymno 14. de S. Agnete hæc dicens:

*Agnes sepulchrum & Romulea in domo
Fortis puelle Martyris in clytæ
Conspectu in ipso condita turrium
Seruat salutem virgo Quiritum;
Necnon & ipsos protegit aduenas
Puro ac fideli pectore supplices.*

Christiani igitur, & præsertim qui Romanæ degebant, pio deuotionis studio erga præclarissimam virginem ac Martyrem affecti, iuxta venerandum ipsius sepulchrum, quod signis mirabiliter præstitis coruscet, certatim sibi sepulturæ locum deligere cæperunt: & dum ad perficiendum huiuscemodi opus eruptæ vndique assidua fossorum manu excauantur, ac primariæ Romanæ nobilitatis familiæ cubicula haud pauca, splendidaque itidem sepulchra in dies extruunt, Cœmeterium hoc in eam prorsus, qua mox a nobis describetur, amplitudinis formam excreuit.

6 Subinde vero Constantia Augusta, vbi pristinam corporis valerudinem adeptæ est, ad D. Agnetis sepulchrum, magnificentissimam a Constantino patre in eiusdem honorem Ecclesiam eri-

Valerudinem obecta per visum sibi Agnetis conficitur.

Sepulchrum S. Agnetis ob crebra miracula mire colitur.

Prud. in Peristephi. hymn. 14. de S. Agnete.

Ecclesia S. Agnetis.

Mansoleum
S. Agnetis .

Alla S. Agnetis
sup. tit.

Beda de fr.
et. an. 4. 59.
Adon Chron
an. 306.
Baptisterium
in Ecclesia S.
Agnetis.

Nicoph. lib. 8.
c. 47.
Anast. in S. Sil
uistra Pap.

Ecclesia S. A.
gnetis.

Inter curias, sibi que nobile conspicui operis Mansoleum sepultura loco statui voluit, quod in Actis iam recensitis, his plane verbis exponitur: *Interea petit patrem & fratres Augustos, ut basilica B. Agnetis fabricaretur, & sibi Mansoleum collocari praeberent.* Anastasius insuper in Siluestri Papae gestis; Beda de sex aetat. & Ado in Chron. baptisterium ibidem extructum fuisse asserunt, in quo ipsamet Constantia Constantini filia, una cum altera Constantia ipsiusmet Imperatoris germana, salutaribus aquis de more expiata est, quae quidem Licinij vxor fuit, & praecipua postmodum Arianorum patrona extitit, Cuius item Nicoph. meminit, hae autem sunt ipsius Anastasij verba: *Eodem tempore fecit basilicam S. Martyris ex rogatu Constantiae filiae suae, & baptismi fontem in eodem loco, ubi & baptizata est soror eius Constantia cum filia Augusti a Siluestro Episcopo, ubi & domum constituit, &c.* Verum Nomentana Via eiusdem S. Agnetis Ecclesia, quae a Constantino Magno munificentissime extructa fuerat, adhuc extat, in qua plures ad Coemeterium aditus patent, quos haec nostra aetate detegi, ac reuelari contigit, dum terra, quae eidem Ecclesiae omni ex parte haerebat, ad humorem procul arcendum, extraheretur.

7 In apside autem eiusdem Ecclesiae quaedam olim carmina sublegebantur, quibus ab eadem Constantia Augusta, quae alio ibi nomine Constantina appellatur, idem templum exadificatum fuisse palam enunciabatur. Porro carmina haec transcripta Vaticanam apud bibliothecam hoc plane titulo praenotantur, videlicet: *Versus Constantiae Constantini filiae scripti in apside basilicae, quam condidit in honorem S. Agnetis.* Gratis igitur auribus lector excipie:

Aniq. inscrip
in Append. fol.
1161 apud
Baron. to. 3.
an. 360.

Verus in Ec-
clesia S. Agne-
tis inscriptio.

Constantina Deum venerans, Christoque
dicata
Omnibus impensis deuotamente paratis,
Namine diuino multum, Christoque in-
uante,
Sacrauit templi videlicet virginis Agnes.
Temporum quod vincit opus terrenaque
cuncta.
Aurora nam rutilant summi fastigia tecti.
Nomen enim Christi celebratur sedibus
istis,

Tartaream solus potuit qui vincere mor-
tem,
Inuictus Caelo, solusque inferre trium-
phum.

Dignum igitur munus, martyr deuotaque
Christo

Ex opibus nostris per secula longa tene-
bis.

O felix virgo memorandi nominis Agnes.

Idem autem versus in Christianorum
Poetarum Collectaneis sub Damasi no-
mine typis impressi recensentur, ut etiam
inter ipsiusmet B. Damasi carmina Romae
nuper edita, & in antiq. Inscript. Ap-
pend. fol. 1161.

Antiq. inscrip
app. fol. 1161

8 Porro Constantinam hanc, cuius
adhuc mentio recurrit, illam nonnulli
fuisse existimant, quae Galli Caesaris
vxor, eundem Constantinum patrem ha-
buit. Hae enim post viri obitum totam
se diuino sorte (ut illis credere par est)
cultui mancipauit, verum eos, qui id
asserunt, a veritate procul aberrare con-
stat. Illa enim, de qua modo agimus,
Ammiano Marcellino teste, in Bithynia
longe ante virum suum decessit. Nec
alicui negotium facebat ipsummet Con-
stantinae nomen, quod praefertur: Con-
stantia quippe, cuius nunc memoria re-
colitur, a S. Aldelmo Episcopo in libro,
quem de Virginitatis laude inscripsit,
vbi & de hoc Coemeterio mentionem
subijcit, Constantina pariter appellatur,
cuius haec sunt verba: *Illius, id est,
S. Agnetis, tumba in Coemeterio posita gra-
uissimam Constantinae virginis valetudinem,
cuius mentionem infra referuimus, velut
caelesti medicamine totam incolumitati pri-
stine restituit.* Idem quoque alibi:

Constantina.

Ammian Mar-
cell. lib. 4. 14.

Constantia
appellata Con-
stantina.

S. Aldelm. Ep-
de laud. v. 12.

*Nam Constantinae sanauit tumba sepul-
chri.*

Et paulo post isthaec subdit:

*Nobilis in Romae vixit pulcherrima virgo
Constantina noue praebens spectacula vitae.*

9 De Constantia igitur, quam haec-
tenus memorauimus, recensita inscriptio
proculdubio agit, quae cum Ecclesiam in
honorem B. Agnetis, ut iam diximus, ex-
adificandam curasset, suam subiinde
virginitatem Deo vouit, & sacrum virgini-
tatis velamen de more suscepit, quam
etiam, cum antea propria ex nomine Co-
stantina vocaretur, Constantiam idcirco
nonnulli forte appellandam duxere,
quod constanti, obfirmatoque mentis
pro-

Idem apud
Caus. antiq.
lett. to 5 c 33.
40. apud Bar-
to 12. in 4. 100
an. 324

Constantia
ob antea vo-
cabur: Constau-
tia appellata.

propofito regalem purpuram, ac fupremorum honorum apices regij plane atque inuicti animi virgo cõtemens, toto vitæ tempore diuino mancipata obfequio, vigilijs ac precatõibus intenta, eiuſdem beatæ Agnetis liberatrici fux fepulchro iugiter hæſit; quod quidem in M. S. eiuſdem S. Agnetis actis Codd. Lat. Variæ. & Valliæ. his notis exprimitur: *Perſeuerauit autem Conſtantia Auguſti filia in virginitate, per quam multæ virgines nobiles & illuſtres & mediocres ſacra velamina fuſceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, vſque hodie multæ virgines Romana ad Agnem beatiffimam, quaſi in corpore manentem, attendunt: eiuſque exemplo & amore pronocata, viriliter integreque perſeuerant, credentes ſine dubio, quod perſeuerantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant.*

10 Conſtantia igitur digniffima

Conſtantini Magni filia monaſterium, quod vulgo S. Agnetis nuncupatum eſt, eodem loco extruxit; vbi Deo ac beatæ Martij Agneti toto animi ſeruore inſeruienti, ſanctiffimæ vitam duxit, adſcriptis ſibi propoſiti eiuſdem confortibus Atreica & Arthemia virginibus Gallieani filibus, quas ipſam et amplectendam Chriſti fidem, virginitatemque Deo vouendam feliciter traduxerat. Quod deinde Monafterium longo quidem temporum decurfu nobiliſſimum, vti que, ac celeberrimum Romanarum virginum domieilium extitit; cuius præcipue Bibliothecarius meminit in beati Leonis Papæ Tertij geſtis, iſthæc ſcribens: *Verum & in monaſterio S. Agnetis, quod ponitur foris portam Numentanam, fecit caniffra ex argento penſ. lib. quinque.* Eiuſdem itẽ Monafterij veſtigia adhuc ſuperſunt, & ipſemet inſuper aditus, qui ex eo ad Cœmeterium patebat, per quem Boſius illuc ſe penetraffe, parum tamen ſibi ipſum vltra aditum progredi, ſemiffis humo ac ruderibus intercluſis, lieuiſſe fatetur.

11 Quod autem Conſtantia, quam ſupra memorauimus; apud prædictum Cœmeterium, & iuxta B. Agnetis ſepulchrum vitam peregerit, aperte vtiq; ex Actis oborti inter Liberium & Felicem ſchiſmatis comprobatur, quæ ſub Bonifacij Papæ titulo in M. S. S. Petri Cod. recitantur; vbi hæc inter alia leguntur: *Hæc autem Conſtantia auguſtæ*

*memoria puella iuxta oratorium habitabat, quod bonus pater Conſtantinus ſibi fabricauerat; vbi & domina ſua ſanctiffima Martyris Agnetis ſannula virgo erat. In eiuſdem inſuper Actis eundem Liberium Pontificem ab exilio reuocatum, apud beatam Conſtantiam Conſtantij ſororem, a quo in exilium amandatus fuerat, habitaffe fertur. In alijs vero M. S. Codd. S. Cæcil. & Vall. aperte fatiſ in Cœmeterio S. Agnetis eundem degiſſe ſcribitur, & ipſemet Bibliothecarius affirmat, hæc dicens: *Rediens autem Liberius ciuitatem; tunc Conſtantia Auguſta, quæ fidelis erat Domino Ieſu Chriſto, noluit rogare Conſtantium Auguſtum germanum ſuum, quia ſenſerat conſilium doli. Hæc uique Bibliothecarius, qui item ab eodem ſepulchrum B. Agnetis exornatum fuiſſe ſubiiecit: *Hic, inquit ille, Liberius ornauit de platiuis marmoreis petris ſepulchrum S. Agnetis Martyris. Vt Baroniſ autem in Annal. egregie adnotauit, hæc tunc temporis Liberius in Cœmeterio S. Agnetis detentus fuit, cum, vt inquit D. Hieronymus, ab exilio quaſi victor Vrben intrauit, ſed quando poſt Ariminenſe Concilium, ab Vrbe iterum extorris factus, intra Cœmeterium ad deliteſcendum ſe recepit. Quod idem Baroniſ eodem Annalium tomo ſub Chriſti anno 359. expreſſis verbis aſſerit.***

12 Porro celebrem D. Agnetis Baſilicam, eiuſdemq; Cœmeterium aliquandiu ſub regimine preſbyterorum Tit. Veſtinæ, nunc S. Vitalis extiſſe, ex Innocentij Papæ Primi decreto, cui Veſtinæ inſuper matronæ inter cæteras nobiliſſimæ beneplacitum acceſſit, Bibliothecarius ipſe in eiuſdem Innocentij geſtis, his verbis edoect: *Hic conſtituit baſilicam S. Agnetis à preſbyteris Leopardo & Paulino cum ſolicitudine gubernari & ornari, & ex diſpoſitione Veſtine Tituli ſupraſcripti preſbyteris eſt conceſſa poteſtas. Hinc autem contigit, vt Tituli eiuſdem preſbyteri hanc apud Eccleſiam ſepulturæ locum obtinerent, quod è ſepulchrali inſcriptione conije potefſ quæ ex hoc Cœmeterio eruta, in ipſius Tituli pauimento, iuxta quandam exiſtentem ibi eolumnam hoc modo legitur:*

M. S. Cod. S. Petri.

Liberius Papa in Cœmeterio S. Agnetis habitauit.

M. S. Cod. S. Cæcil. et Vall.

Bibli. in Liber. Pap.

Idem Bibli.

Baron. annal. 10. 3. 49. 357.

Idem Baron. an. 359.

Eccleſia S. Agnetis. Titulus Veſtinæ. Eccleſia S. Vitalis.

Bibli. in Innoc. Pap. 1.

M. S. Cod. Lat. Val. et Vall.

Monafterium S. Agnetis.

SS. Atreica, & Arthemia. S. Gallianus.

Bibli. in S. Leo no Pap. 3.

Habitatio S. Conſtantie.

Inferiptione Cœ-
meteriae.

..... ET ABUNDANTIUS ACOL. S
REG. QUARTE TT. VESTINÆ,
QVI VIXIT ANN. XXX.
DEP. IN P. D. NAT. SCI MARCI.
MENSE OCTOB. IND. XII. S

Acolythy va-
rij.

Acolythy Pa-
latini.

Acolythy Sta-
tionarij.

Acolythy Re-
gionarij.

Quod vero ad Acolythos pertinet, quo-
rum hic mentio fit, lector probe norit,
tria Romanam apud Ecclesiam Acoly-
thorum genera extitisse; *Palatinos* vide-
licet, qui Pontifici Maximo in Aposto-
lico Palatio, ac Lateranensi Basilica in-
seruiebant: *Stationarios* item, quorum id
potissimum munus erat, eidem Pontifi-
ci in Ecclesijs, in quibus stationes de-
more haberentur, ministerium exhiben-
do adstare: *Regionarios* demum, qui
Diaconibus in titularibus eorundem
regionibus ad sacra obeunda munia se-
dulo ministrabant; ex quorum plane
numero Abundantius hic extitit, qui
itidem cum sub ipso natali beati Marci
die Octobri mense depositus fuisse de-
scribatur, id utique de S. Marco Papa,
cuius tunc natalitius Nonis Octob. dies
recurrat, ut tempus historicę respondeat
asserzioni, subintelligendum est.

12 Plura quidem de hac celebri
Ecclesia, ac de eius venerationis cultu
subtexenda a nobis forent, sed ne ab
instituto proposito longius digredi vi-
deamur, de eadem quę hætenus enar-
rata sunt, lectori sufficiant. Illud ta-
men haud silentio præterijssē volumus,
ipsiusmet nimirum Constantiæ virginis
Mausoleum a Constantino Magno illi
dicatum haud procul ab ipsa D. Agne-
tis basilica adhuc extare, quod modo
haud alio titulo, quam eiusdem S. Con-
stantiæ Ecclesia nuncupatur. Hoc au-
tem templum sphaericę formę est, cuius
fornix seu testudo columnis viginti qua-
tuor, binis quibusque simul pariter iun-
ctis, sibi que ex ordine respondentibus,
sulcitur: ut autem communis omnium
opinio fert, hoc apud gentiles olim Bac-
chi Templum fuit, ut ex ipsis etiam re-
rum antiquarū scriptoribus, Marl. Andr.
Ful. Luc. Faun. & alijs liquido compro-
batur, qui id ex pictis eiusdem Bacchi
imaginibus, hoc est, ex hirotis vua refer-
tis, ac id genus alijs eiuscemodi vinde-
miales festorum dies indicantibus, quę
alicubi in Templo passim suspiciuntur.
Neque vero quid minus probabile quis
dixerit in hac olim regione, vbi fre-

quens vinearum numerus, ac vini opti-
mi copia suppetebat, Bacchi quoque
vini ac vindemiarum patroni Templum
extitisse, ut a nobis supra enarratum est.
Hoc autem subinde ab ipsomet Con-
stantino Magno instauratum, sacrisque
insuper imaginibus exornatum, quas mu-
suo & eleganti opere contextas in ip-
sius Templi fornice olim intueri licebat,
si ad pium Christianę religionis usum &
Christi cultū sapienti eiusdem Impera-
toris cōsilio redactum, necnon in beatę
eiusdem virginis Constantiæ honorem.
Deo immortalis rite dicatum fuisse quis
asserat, haud absurdum, & a veritate alie-
num pronuntiandum est.

14 Idem plane de nobilissima illa
porphyretica Arca affirmandum videtur,
in qua Bacchi pariter eleganti opere in-
sculptę imagines conspiciuntur, & vul-
go passim *Bacchi Sepulchrum* nūcupatur.
Hanc enim Arcam ipsiusmet Constantiæ
tumulum Constantinus Imperator desi-
gnauit, ut M. S. eiusdem Acta Cod. Vall.
satis aperte his verbis testantur: *Porro*
B. Constantia in sancta virginitate permanens,
transacto tempore hiemis, & inchoato tempore
veris, hoc est, 12. Kal. Martias, parata in-
trauit adnuptias. Corpus vero eius in pretio-
so labro porphyretico sepultum est, & ibidem
ipsa à patre & fratribus Ecclesia columnis,
& musuo de lapidibus decorata, in eius ho-
norem fabricata est. Idem insuper rerum
antiquarum scriptores hanc porphyre-
ticam Arcam in Lateranum, Paulo Se-
cundo Summo Pont. iubente deporta-
tam fuisse, eiusdem Pontificis sepultura
inferuituram, asserunt. Interim vero
cum inde extraheretur, in ipso itineris
progressu, antequam ad destinatum lo-
cum pertingeret, Pontifex diem extre-
mum clausit, & Sixtus Papa Quartus,
antiquitati vrbana rerum seruandę
intentus, re infecta, eandem in pristinum
locum reducendam curauit. Vbi ho-
die non absque ingenti omnium admi-
ratione tum ob antiquitatis meri-
tum, tum ob operis elegan-
tiam visitur: estque eius,
ut hic proponi-
tur, for-
mz.

Bacchi Sepul-
chrum.

M. S. Cod. Vall.

Mausoleum
S. Constantiæ.

Templum
Bacchi.
Manl. l. 7. s. 15
Andr. Ful. l. 1.
c. 12.
Luc. Faun. l. 1.
c. 10.



SARCOPHAGVS PORPHYRETICVS SANCTAE COSTANTIAE

Corpora SS.
Constantiæ, &
Atticæ, Arthem-
iæ, & Eme-
rentianæ in
Ecclesia S. Cœ-
stantiæ.

Corpus S. A-
gnetis reper-
tum.

Caput S. A-
gnetis in Ora-
torio dicto Sæ-
cra Sanctorum.

Helena, &
Constantina
filie Constan-
tini.

Amm. Marcell.
lib. 14.

15 Eiusdem vero beatæ Constantiæ & sanctarum Atticæ, Arthemii & Emerentianæ corpora inde olim extracta, ab Alexandro Papa Quarto, qui eandem Ecclesiam solemniter consecrauit, sub altari perhonorifice reposita fuere, vt antiqua olim inscriptio supra templi eiusdem portam apposita legentes commonebat: at deinde cum Cardinalis Sfondratus Tituli S. Cæciliæ eidem reficiendo, exornandoque templo insisteret, pretiosa hæc pignora in lucem iterum prodire contigit: vt in præmemorata, pariter S. Agnetis Ecclesia, præclarissimæ eiusdem virginis corpus maiori sub ara velut inestimabilem Urbis Romæ thesaurum, qui latebat, felici vrbane felicitatis omine, viro alioqui Sanctorum cultui, ac pietati addictissimo adinuenire datum est, eo prorsus tempore, quo eandem Ecclesiam regio plane animo ac sumptu exornare aggressus fuerat: quod subinde eodem sub altari, pretiosis marmoribus ac lapillis munificæ Pauli Quinti Pont. Opt. Max. pietate compacto, vt tantæ virginis obsequio par erat, honorifice conditum est. Adnotare autem hic interim licet, haud inter sacras ossium exuias sanctæ virginis caput ibi adinuentum fuisse; quippe quod argentea olim theca inclusum ab Honorio Papa Tertio apud oratorium S. Laurentij in Laterano, quod hodie *Sancta Sanctorum* nuncupatur, velut deuotionis cultu dignissimum, tutiori loco asseruandum ibi reconditum fuerat; vbi nunc totius Urbis veneratione colitur.


16 Sed quæso, amice lector, in ipsa via pedem a diuerticulo reuocantes, ad Cæmeterium, ex quo iam iter coeptum est, singula perferuturi reuertamur. Hoc enim loco non sola dumtaxat virgo Constantia, verum & reliquæ pariter eiusdem Constantini filiaë tumultuæ fuere; Helena nimirum Iuliani vxor, & Constantina item vxor Galli, vt ex Ammiano Marcellino constat, qui isthæc ait: *Inter quæ Iulianus Helene coniugis defunctæ suprema miserat Romanæ in suburbano Via Nomentana condenda; vbi vxor quoque Galli quondam soror eius sepulta est Constantina.* Et ingenti quidem admiratione dignum, ac summo opere prædicandum videtur, tanquam noble

pietatis ac religionis Christianæ portentum; quod cum Helena Augusta, Viennæ, & Constantina in Bithynia vita sanctæ fuerint, vt idem Marcellinus tradit, nihilominus è regionibus tam longinquis, tantoque terrarum spatio ab Vrbe distitis easdem in Cæmeterium hoc transferri contigerit, earundem profecto iussu, vt per se prudens quisque in re tam graui conijcere potest; quippe quæ ibi voluerint sua post obitum corpora deponi, vbi sanctissima earundem soror Constantia tum viuens, tum mortua apud Martyrem Agnetem ad manendum iugiter sibi locum elegerat.

17 Porro Sarcophagi quamplures marmorei hoc ex Cæmeterio cruti sunt, qui sacris insculpti imaginibus, atque historijs prænotati sunt. Nec vero indubium reuocare quis potest, condendis illustrium virorum cadaveribus hos quodam vsui extitisse, & ipsæ forte, vt veritati consona loquamur, beatæ Constantiæ sororibus. Ex his autem Sarcophagis octo vtique celebriores hic studiose artificum manu typis impressi recensentur.

In eorundem primo, qui apud Ecclesiam S. Constantiæ anno millesimo sexcentesimo tertio repertus est, & longit. pal. 6. altit. 1. & femis cõstat, Christi Domini super asina sedentis, eiusdemque iterum volumen explicitum dextera tenentis imaginem videre est. Danielis item in medio leonum, & Habacuci Prophetæ panes cruce obsignatos Danieli intra laci ambitum deferentis. Ibi itidem contemplandus exhibetur Dominus quatridentium Lazarum a mortuis excitans. In altero vero, qui longitudinis est palm. 6. quinta parte minus, latitud. pal. 1. cum dodrante, profunditatis 1. & femis, recollenda Magorum adoratio exprimitur:

Daniel insuper vnâ cum Habacue, vt supra descriptus: duoque viri obnoluta manu volumina præferentes designantur.



Amm. Marcell.
lib. 14.

Sarcophagi
ex Cæmete-
rio S. Agnetis




SARCOPHAGI M. C. M. F. F. C. P. V. I. R. O. S. A. G. N. E. T. I. S. E. F. F. O. S. S. I.

Sarcophagus iste marmoreus haud longe ab eadem B. Constantiæ Ecclesia repertus est: sacras autem, quas continet, historias hisce paucis enarramus.

- I. In primis Moysem contemplandum præfert, qui è petra aquas educit.
 - II. Virum item districto mucrone stantem exhibet, ad cuius pedes obruncati nonnulli infantes, refectaque occisorum capita iacent: duoque insuper pueri adstant.
 - III. Stolatam quoque mulierem exhibet, quæ apertum manu codicem tenet, & digito quempiam præmonstrare videtur.
 - IV. Christum item Dominum, qui cæco oculorum lumen impertitur.
 - V. Eundem iterum, qui panes vno ex latere, pisces ex altero contrectat; quos duo hinc inde ex sacro Apostolorum cœtu eidem obsignandos offerunt: ad eiusdem Domini pedes sportas quasdam panibus cruce signatis refertas videre est.
 - VI. Idemque Seruator noster, qui solemnè palmarum die festius Hierosolymitanam Urbem, sedens super asinam, pijs ramorum ac vestium ab ouanti turba obsequijs exceptus ingreditur.
- In longitudinem palmos octo, & quadrantem, in altitudinem vero duos, & dimidium obtinet.








SARCOPHAGVS MARONIVS
EX COEMETERIO S. AGNETIS
EFFOSSVS

Tom. II. Rom. Subt.

Hæc Arca marmorea ex eodem S. Agnetis Cœmeterio eruta, in lucem prodijt, modo in hortis Summorum Pontificum ad montem Quirinalem extat. Sacris autem huiusmodi figuris exculpta est.

- I. II. Moysen contemplandum, necnon eundem virga cophinos manna refertos indicantem in primis exhibet.
 - III. Ibidem quoque affabre exculptus est homo quidam vi à quibusdam detentus.
 - IV. Mulier insuper Deum exorans, cuius brachia extensa à duobus viris, qui adstant, suffulciuntur.
 - V. Christus item Dominus insigne panium, ac piscium turbis exsaturandis prodigium diuinitus exhibens.
 - VI. Idem Dominus hæmorrhoiisæ vestimenti fimbriam tangenti manum imponens.
- Longa est palmis nouem & dimidio, alta vero dumtaxat duobus.





SARCOPIAGVS MARMOREVS
EX COEMETERIO SAGNETIS EFFOSSVS

Bini hi Sarcophagi marmorei in S. Agnetis Cœmeterio etiam reperti fuere: quorum prior sacras huiusmodi figuras præfert.

I. Christus Dominus in primis illic visitur, qui oculos cæco diuinitus restituit.


II. Moyſes, qui percussa petra populum sitibundum in deserto largissimis aquis reficit.

III. Christus Dominus, qui apertum manu librum tenet; ad cuius pedes obuolutis cista voluminibus referta cernitur.

Alter stolatam quandam mulierem eleuatis orantem manibus exponit: alteram item mulierem consimili fere habitu, quam viri duo honoris gratia officiose comitantur.



SARCOPHAGI MARMOREI EX COEMETERIO SAGNETTIS EFFOSI.



Binæ hæ Arcæ marmoræ ex præmemorato S. Agnetis Cœmeterio erutæ sunt. Prior integra quidem adhuc, sed perfunctorie tantum, ac oscitanter incœpta potius, quam elaborata videtur: & reperitur in atrio domus Orphanorum. Figuræ autem, quas continet, hæ sunt.

I. Insculpti primum illic exhibentur duo primæui fratres Abel, & Cain sacrificium Altissimo offerentes.

II. Christus Dominus cum Samaritana muliere ad puteum colloquens.

In altera exhibetur Christus Dominus, qui cæco nato oculos largitur.

Jonas præterea cete faucibus absorptus, & rursus ab eiusdem alio incolumis profiliens oculis contemplandus subijcitur.





SARCOPHAGI MARMOREI
EX COEMETERIO S. AGNETIS EFFOSSI



Inscriptiones
quæ in pau-
mento Eccle-
siæ S. Agnetis
extant.

18 Demum præter Sarcophagos, qui a nobis hæctenus recensiti sunt, quamplura item nobilissimi quondam Cœmeterij vestigia in D. Agnetis Ecclesia conspiciuntur; Cœmeterialium videlicet inscriptionum fragmenta, ex quibus nonnullas, & maxime quæ sunt Consulum nominibus prænotatæ, hic in lectoris gratiam de more recensebimus. In pavimento igitur Ecclesiæ S. Agnetis fragmentum quoddam conspicitur, in quo mentio cuiusdam Aureliæ Constantinæ fit; est autem huiusmodi:

LIA COSTANTINA DE
POSITA VIII IDVS SEPT. IN.,

In quodam insuper marmoreo gradu, quo ad eandem Ecclesiam descenditur, huiusmodi olim inscriptio legebatur, etsi alium nunc in locum eandem transferri contigerit.

MIRE INDVSTRIÆ ADOQVE BONITATIS
CERT. INNOCENTIA
PREDITVS FL. AVR. LEONI NEOFITO
QVI VIXIT ANN. VI. MENS. VIII.
DIES XI. REQVEV. . . .
VI. NON. IVL.
FILIPPO ET SALLIA CONSS.
LEOP. ISSIM. . . .

Porro Philippi & Salliæ Consulatus sub Constantio & Constante Constantini Magni filijs contigit anno Christi 348. Iulij Papæ 12. ex Cassiodor. in Chron. & Baron. Annal. tom. 3. anno eodem: sub quorum Consulatu insignis ille inter Poetas Prudentius natus est, vt ipsemet fatetur dicens: *Me Sallia Consule natum.* Iisdem in gradibus hæc alia inscriptio.

Cassiod. in
Chron.
Baron. Annal.
tom. 3. ann. 348.

Prudent. Car.

LOCVS RESTITVTI

In eiusdem Ecclesiæ pavimento, eiusmodi signo prænotatus lapis iste sepulchralis cernitur.



MVCIA PAVLINA LICINO HERCLANO
NIO FILIO BENEMERENTI
QVI VIXIT ANNIS XX IN PACE
FECIT
SVPRASCRIPTA PAVLINA IN PACE
REQVIEVIT DI. XIII. KAL. DECEM.
DAT. ET CAER. CONSS

Ammian. Mar-
cellin. lib. 17

At vero Cerealis in Consulatu collega, qui ab Ammiano Marcellino & a Cas-

siodoro in Chron. Titianus appellatur, in hac quidem satis peruetusta inscriptione *Datianus* nuncupatur: idem fere & in alia quadam inscriptione adnotabatur, quæ apud Ecclesiam S. Siluestri in Capite extabat, quam Mazochius in Epigr. antiq. Urbis refert; ac in legibus pariter, & ipsorum Imperatorum rescriptis, præsertim in Cod. Theod. recensetur, vbi pluribus in locis legitur, *Datiano & Cereale Conss.* Hi autem sub Constantio Constantini Magni filio consulatum gessere anno Christi 358. Liberij Papæ septimo, iuxta Baronij supputationem Annal. tom. 3. ann. eodem. Excipe interim amice lector alterum, hunc sepulchralem titulum.

Cassiod. in
Chron.

Mazoch. in
epigr. antiq.
Urb.

Bar. an. 12.
an. 358.

CIDAE INNOCENT.
E. VIX. AN. P. M. VIII.
DIES XV
I SEPT. POSTCONS GRATIANI III


Verum Postconsulatus hic Gratiani tertius sub Theodosio Imperatore, & Damaso Papa contigit, anno redempti orbis 375. Cassiodor. in Chron. & Baron. Annal. to. 3. eodem anno testibus. Sed ad alias, si libet, recolendas antiquorum inscriptiones properemus. Sit igitur hæc:

Cassiod. in
Chron.
Baron. Annal.
to. 3. an. 375.

¶

¶

DEPOSITA SVSANNA IN PACE
DIE XIII KALENDAS NOBENBRES
CONSVLATV ANICI BASSI
ET FL. FYLIPPI VV TC QVAE BIXIT
ANNIS FL M. XXV
FECIT CVM MARITO
ANNVS PM SEPTVE + EXVPERANTIVS
MARITVS SE VIVO VXORI
DVLCISSIME SIBI ET POSTERISQVE
SVIS HOC TVMVLVM FECIT



19 Porro Anicius iste Bassus, & Flavius Philippus sub Arcadio & Honorio Imperatoribus Consulatu functi sunt anno Christi 408. Innocentij Papæ septimo, iuxta scriptorum, quos reci-

Cassiod. in
Chron.
Baron. Annal.
to. 5. an. 408.

taui-

taimus supputationem. In hoc autem inscriptionis lapide ferra quædam exculpta intuentium oculis subijcitur, quæ ut nonnulli existimarunt, quoddam martyrij instrumentum præsefert: verum cum sub iisdem Christianis Imperatoribus nulla quidem Romæ Christianorum persecutio extiterit, nobis potius credere par est, eandem artificis cuiuspiam, lapidum fortasse incisoris, qui ibidem conditus est, veluti artis instrumentum exhibere. Sed ad alia.

D. N. HONORIO ET TEODOSIO
BENE MEMORI
PETRVS INNOX QVI SVPERVIXIT
ANNVM VNVM ET MENSES QVINQVE
DEFVNC D.

Mutila quidem, perfracto marmore, hæc inscriptio apparet, vbi Consules apponi consueuerunt. Sed etsi in titulo hæc tenus citato Consules desiderentur; tempus tamē satis aperte ex Imperatoribus ibidē prænotatis dignoscitur, Theodosio videlicet & Honorio, qui ab anno Christi 408. vsque ad annum 423. iuxta Baronium Annal. To. 5. anno eodem, Imperij fasces obtinuerunt. Accedit huic inscriptio altera, quam subteximus.

HIC REQVIESCIT ANN. P.L.M. LXX.
DEP. BOETHI V.C.

Certe semel, atque iterum Boethij Consulatus in fastis prænotatur, nimirum sub Zenone Imperatore anno Christi 487. Felicis Papæ Tertij 5. & sub Anastasio pariter Imperatore anno 510. & Symmachi Papæ 12. vt Cassiodor. in Chron. & Baron. Annal. to. 6. anno eodem testantur.

ILLA SVB DIAE XVIII KAL. SEPT.
XV CONS + DIOSCORI
V CONS.

Et quidem Dioscori Consulatus sub Theodosio Iuniore & Valentiniano Imperatoribus contigit anno Christi 442. Leonis Papæ 3. iuxta eorundem supputationem. Accipe & alium hunc sepulchralem titulum, quem tibi ex antiquis eiusdem Cœmeterij fragmentis excerptum offerimus:

LOCVS GERONTI & PRESB &
DEPOSITVS & XIII KAL. & IVL. &
CONS. & EPARCHI AVITI.

Tom. II. Rom. Subt.

20 Porro Auiti huius Consulatus haud fastis, nisi sub Seuero Imperatore, vnà cum Pompeiano Collega adscriptus reperitur, vt Cassiodor. in Chron. refert. Sed cum hic longe ante huius Cœmeterij constructionem vixerit, nobis asserere opus est, Auitum hunc Imperatorem fuisse, qui vnà cum Marciano Imperium administravit; quique Consulatum gessit anno Christi 456. vt optime probat Baron. Annal. to. 6. anno eodem. Sed iam enarratis aliam subtexere inscriptionem libet.

Cassiod. in Chron.

Baron. annal. to. 6. an. 456.

EXVPERANTIA & XV KAL SEPT



HIC DEPOSITA EST
IN PACE ROME QVÆ
VIXIT PM MENSES III
CŌNS FAVSTI IVN. S. D. V
ID. IANVIARIAS

Certe hic Faustus Iunioris Consulatus sub Zenone Imperatore contigit, Christi anno 430. Felicis Papæ Tertij anno viij. Cassiod. & Baronio testibus. Elementa autem, quæ ibidem expressa videntur, scilicet S. D. V. hoc modo interpretantur, *Sud. die quinto*. Sed & alterum hunc sepulchralem titulum curiosis oculis perlege.

Cassiod. in Chron. Baron. annal. to. 6. an. 430.

THOMAS CVM AGNITE
SE VIVO COMPARAVERVNT
DIE KAL. SEPT. CŌNS FAVSTI
VC IUNIORIS.

Idem plane tempus, quo supracitatus titulus prænotatus est, inscriptioni huic, vt ex Cons. constat, præfigendum est. Sed ad vteriora, si placet, progrediamur.

HIC IACET ABREPTA EXTREMO
FVNERE CONIVX
NOMINE TECLA MIHI QVE CARO
PECTORE VIVENS
DEMISIT GEMINVM PIGNVS SI FATA
DEDISSENT
CRVDELI TABE CONSORTEM
SVSTVLIT VNVM
DEPOSITA III KAL. DECEME.

Y AV-

AVRELIO CANDIDO FILIO DVLCISSIMO

Q. V. ANN. IIII

AVR. CALANDINVS MIL. COH. VIII.

PR. OPT. G. SECVNDI

B. M. F.

Hanc vero inscriptionem, etsi Consules in ea desiderentur, prætermisissent neququam volumus, propter verba, illuc prænotata, quæ haud per extensum recitantur, nempe: MIL. COH. VIII. PR. OPT. G. SECVNDI; quæ, ut commodum legentibus sensum redelegant, hoc modo supplenda videntur: MILES COHORTIS OCTAVÆ PRÆTORIÆ OPTIO CENTVRIONIS SECVNDI. Porro de Prætorijs cohortibus, earumdemque numero, de Centurionibus, ac eorum optionibus prolixius probatos inter scriptores agunt Iustus Lipsius de Milit. Rom. Dial. 4. & S. Wolfgang. Lat. Comment. Rom. Reip. & Iacobus in Append. de prisca Cæsiorum gente, ubi docet notam illam G. Centurionem denotare.

Iustus Lipsius
de milit. Rom.
dial. 4. § 8.
Wolfgang.
Lat. Comment.
Rom. Reip. l. 4.
§ 70 et l. 6. c. 1

SEBERA RVFINIANO
BENEMERENTI FECIT



FLABIAE ALEXANDRIA. F

C. F.

MAXSIMVS. FILVMENETI
COIVGI FIDELISSIME

AVR. SALSULO BENE
IN PACE. FECER.
DD. III. IDVS IVN

MARCELLA

LOCVS VALENTINI PRAESB §

Sed cum de sepulchralibus fragmentis tum apud Cœmeterium, tum apud Ecclesiam D. Agnetis Via Nomentana existentibus huc vsq; dixerimus, illud addimus, ipsius Atrij quoq; monasterij pavementum consimilibus Cœmeterij eiusdem lapidibus stratum esse; harum inscriptionum nonnullas, ut vides, hic inseruimus.

MEMMIA LICINIA
IN PACE

AVR. EMILIO
QVI EIXIT AN. LXIII
SABINVS COGNATO
B. M. IN PACE §

LOCVS ASTERII
ET PIPEROSE

Hæc insuper cæteras inter inscriptiones ibi legitur, quæ Consulatum præ se fert, nempe:

VII § ID § SEB
DEP § HONORIVS IN PACE QVI VIXIT
AN. PM § LIII MEN § VI § D. XIII
CONS ALBINI. VC. § LOCVM
CONPARAVIT MARTINA SE VIVA

Hic quidem Albini Consulatus sepe sæpius in Fastis, & apud Cassiodorum sub varijs Imperatoribus adnotatus reperitur; ijs autem omisiss, qui ante Cœmeterij huius constructionem extitit, Albini Consulatus sub Constantino Magno, & iterum sub Constante, & Constantio Constantini filijs recensetur: sub Theodosio iterum, & demum sub Anastasio, sub quo potissimum, ut probabile nobis fit, Albinus iste in præcitato a nobis titulo notatus consulari honore perfunctus est. Sub eodem enim apud Cassiodorum Albini Consulatus absque Collega, ut hic propemodum vnico dumtaxat titulo V. C. legitur. Qui quidem in cæteris inscriptionibus Albinus Junior, Baronio teste Annal. to. 6. ann. 493. nuncupatur, quo potissimum tempore Consulatum illum contigisse Gelasio Summo Pontifice tradit. Marmoreum quoddam fragmentum eodem in Atrio olim extabat, eiuscemodi verbis insculptum:

CV-

Cassiod. in Chron.

Baron. to. 6. an. 493.

CUBICVLVM DOMILIANI

Nec vero in controuersiam quis vertat, hunc, quem præcitrauimus, titulum, alicuius utique Cubiculi huiusce Cœmeterij episcopium fuisse. In ipso enim Cœmeterio quamplura antiquis temporibus nobilium familiarum cubicula extructa erant: ex his autem haud pauca sacris imaginibus affabre exornata, de quibus infra agendum erit; sed inuictos interim Nomentanæ huius Viæ pugiles recolamus.

CAP. XXVI.

De Martyribus Nomentana Via coronatis vel sepultis.

NOMENTANA Via, cuius hic antiquitatis præconia in lectoris gratiam subteximus, dignissimo, ac iugiter celebrando certamine, ac triumpho beatorum Christi martyrum Papiæ & Mauri militum sub Diocletiano Imperatore coronatorum nobilitata est, quorum in Martyrologio Romano eiusmodi verbis memoria recurrit: *Roma Via Nomentana natalis SS. Martyrum Papiæ & Mauri militum tempore Diocletiani Imperatoris: quorum ora iussit Loodicius Urbis præfectus ad primam Christi confessionem lapidibus contundi, & sic eos in carcerem trudi, ac postea fustibus cedi, atque ad vltimum plumbatis pereuti, donec expirarent.* Hæc ibi: *Horum corpora* (inquit Baronius in suis ad Martyr. notis) *a Sergio Iunior Romano Pontifice in titulum Equitij translata* (vt docet vetus inscriptio in marmore inculpta eodem in loco posita.) *Inde à Gregorio Nono in S. Adriani Diaconiam, demum opera Illustris Augustini Cusani Cardinalis, Sixto V. concedente, in nostram Ecclesiam S. Mariæ & S. Gregorij in Vallicella translata fuerunt tertio Idus Februarij M.DXC. Nouos pla-*

ne tunc Roma triumphos vidit, cum sacra isthæc pignora triumphantium more sacris thecis inclusa per Capitolij cliuū solemniter ritu, ac pompa populis circumouantibus mediam per Urbem deferrentur. Excepit eadem nobili, ac veneranda Purpuratorum Patrum corona, qui in nostram Ecclesiam ad id muneris conuenerant. Interfuit quoque S. Philippus Neri, qui tunc inter viuos agens Congregationem Oratorij administrabat, qui alter veluti Simeon tunc spiritu venit in templum, & totis animi viribus exultabundus, sacras Martyrum beatorum exuias, sibi Pontificis iussa donatas, deuotissime amplexatus, ac deoscularus est. Illud addimus, sacras præmemoratorum martyrum maxillas, perfractis, attritisque dentibus, ob persessum pro fide martyrium conspicuas vsque nunc intuentibus exhiberi.

2 Sed, vt cætera prosequamur, in vetustissimo M.S. quodam Martyrologio, Bedæ potissimum nomine prænotato, quod in Vaticanæ basilicæ Archiuo asseruatur, beatissimos Martyres Saluianum & Aragacem in quodam Cœmeterio iuxta Nomentanam Viam conditos fuisse describitur; hæc enim ibi: *Rome depositio S. Victoris Episcopi, Felicis, Alexandri, & in Cœmeterio Martyrum iuxta viam Nomentanam Saluiani & Aragaci.* Quamuis in alijs Martyrologijs, & in eo, quod ipsemet Beda edidit, nulla horum mentio inferatur. In actis vero Beatorum mart. Nerei & Achillei ac Flauia Domitilla ex M.S. Cod. Var. & S. Cæcil. de S. Eutyche beatorum Mart. Victorini & Maronis focio, qui ab Aureliano Iudice sub Nerua Traiano principe tanquam vile mancipium ad seruilia opera in suburbano quodam Nomentanæ Viæ huius damnatus fuerat, hæc recitantur. *Cumque viriliter agerent Eutyches, Victorinus & Maro, atque minas Aureliani penitus non curarent, deposuit eos de insula, & quasi seruos per suaprædia singulos diuisit: Eutychem in sextodecimo ab Urbe Via Nomentana: Victorinum in sexagesimo Via Salaria:*

Alia eorumdem in Ecclesia S. Mariæ in Vall. tranzlarior.

Ex Mart. Bedæ apud Vat. Basil.

SS. Saluianus, & Aragaces, Mart. Bed. 22. April.

SS. Eutyches, Victorinus, & Maro.

M.S. Cod. Var. & S. Cæcil.

Maronem in centesimo trigesimo, eadem Via Salaria; iussitque eos terram fodere per totum diem; ad vesperum autem cantabrum manducare. Et infra iisdem in actis subtextitur: Tunc diabolus repleuit iramentem Aureliani, & misit, qui vario genere panarum interficerent eos. Nam Eutychem in media Via tandem iussit plumbatis cedi, quamdiu spiritum exhalaret. Cuius corpus rapuit populum in Christi nomine, super eum basilicam fabricavit. Idem panis apud Surium videre est to. 3. 12. Maij in eisdem SS. Nerci & Achillei Actis. At vero Cantabrum, quo, ut præfertur, Sancti Martyres ad vesperam vescabantur, genus quoddam herbarum erat, ut Surius ex Plinio interpretatus est, sed fursuracum fuisse panem Pignorius asserit, ac probat, cum de seruis agit pag. 259. vbi huiusmodi vocis derivationem vel a fursuraceo, & contemptibili panis, qui captiuus ad alimoniam suppeditari consueverat, vel certe ab ipsamet alimentaria subtractione defumi a^{fer}mat, quod videlicet cantabrum quasi canabrum a caninis pulvis sit dictum, quæ scire è fursuribus ac varijs frumenti quisquilis ac purgamentis coalescunt. Hæc Pignorius in rem præsentem satis erudite exponit, cui libentius nos quoque assentimur.

Surius to. 3.
12. Maij in
eisdem SS. Nerci
& Achillei.
Cantabrum
herba, quo
Martyres ves-
cebantur.

Plin l. 21. c. 8.
Pignor. de
ser. pag. 259.

S. Vrbanius
Papa.

SS. Ioannes,
Cromatus,
Dionysius,
Marialis, Eu-
nuchus, &
Lucianus.
Translatio
corporum
SS. Vrbani &
sociorum.

Templum
Dianæ Via
Nomentana.
S. Anolinus
Commenta-
rius.

SS. Sifinnius,
& Saturninus.

3 In sacris interim Martyrologijs beati quoque Vrbani Papæ natalis Nomentana Via recensetur; & in eiusdem Actis, eundem ibidem ante Dianæ Templum videtur cum clericis, nempe (vt in quibusdam Codd. M. S. legitur) Ioanne, Cromatio, Dionysio, Martiale, Eunuchio & Luciano, capite obtruncatum fuisse asseritur; quorum corpora inde translata, in Prætextati Cœmeterio Via Appia, vt supra diximus, recondita sunt, ex quo eadem Nomentana Via Dianæ Templum extitisse satis aperte conuincitur. Ad quod Anolinus Commentariensis perductus, qui ab eodem S. Vrbano ad Christi fidem traductus fuerat, cum ibi immolare constanter recusaret, gloriosam martyrij palmam adeptus est. Eadem quoque Via, secundo ab Vrbe lapide, Beati Sifinnius & Saturninus sub Maximiano Imperatore martyrio coronati sunt, quorum corpora in quodam proximo ad Viam Salariam loco, vt infra dicturi sumus, perhonorifice tumula-

ta suere. Et hæc de martyribus, quorum memoria Nomentanam iuxta Viam recurrit, hic exposuimus.

CAP. XXVII.

De Cœmeterijs à Bosio Via Nomentana in- uentis, ac per- lustratis.



1 AVD vnquam ab incepto explorandi studio Bosius antiquarum rerum, sacrorumque locorum inuestigator animum despondidit. Nam vt nil intentatū relinqueret, omnimodamque latentium Cœmeteriorū lucem assequeretur, Nomentanam Viam aggressus est, quam cum frequenti pede tereret, anno sexcentesimo primo supra millesimum, haud longe a Porta; quæ Pia nuncupatur, in vinea, cui Pompilij Desiderij nomen inscriptum est, voti tandem compos effectus, Cœmeterium quoddam offendit; ad quod cum nulla interposita mora per lateritios aliquot gradus descendisset, consuecta ibidem monumenta in topho excisa, referata tamen, & nullo inscriptionum titulo prænotata contemplatus est: in plerisque tamen expressa Christianæ religionis signa, & consuecta Christianorum indicia nequitquam desiderari contigit. Eiusmodi autem sunt, quæ ibi adnotare licuit.

Solemnia
Christianæ re-
ligionis signa
in Cœmete-
rijs.



2 Et quidem, vt de Cœmeterio loquamur, hoc satis breue atque angustum est: nam tres, aut quatuor in eo viarum semitæ, totidemque Cubicula extant. In huius autem Cœmeterij descensu satis quidem magna palmarum, arbor exculpta cernitur. Porro Bosius ex loci adpectu Cœmeterium hoc ipsum esse coniecit, quod S. Nicomedis dicitur, de quo supra egimus, cum Urbis ipsius mœnibus valde proximam sit; & vt magis veritas, altius rem discutendo, elu-

Cœmeteriū
S. Nicomedis

elueſcat, probabilis aſſertionis huius coniectura ex parietinis in eadem villa adhuc exiſtentibus redditur, quæ fortalſe Eccleſiæ in Sancti eiſdem honorem ibi olim erectæ veſtigia ſunt.

3 Haud hic tamen ſilentio obuol- uendum ducimus, quod antequam Beatę Agnetis Cœmeterij aditus, anno videlicet milleſimo quingentefimo quarto de- tegerentur, ipſemet Boſius eandem per- agrando viam, ac ſubterranea ipſius Cœmeterij ora diligenter inquirendo; præterita beatę eiſdem Martyris Eccle- ſia, pontem verſus progrediens, in ipſa- met publica via, ſiniſtrum ad laſus, are- nariam quandam cryptam aduertit; quam ingreſſus, & ad lauam pariter diu per loca ab arenæ foſſoribus diruta ober- rans, demum ad ſemitam ſepulchris re- fertam Cœmeterialibus deuenit, ean- demque paululum feſtino pede terens, ſcalam in eodem topho exiſtam con- ſpexit, quæ hinc inde eiſdemodi pariter ſepulchra præferbat. Præmemoratos igitur gradus quantocyus descendens, viam ſatis amplam offendit, in qua plu- res ad alias eiſdem Cœmeterij partes, ruderibus tamen obſerati, aditus ſup- petebant. Monumenta ibi aliquot, marmoreis nonnulla tabulis, quædam vero lateritijs obſignata tegulis, ex- tabant, at in corundem quampluribus conſuetæ religionis Chriſtianiſigna impreſſa conſpiciebantur, videlicet.

quidem ex parte crebris locus ille rui- nis ſcateat. Verum cum anno Chriſti milleſimo ſexcentefimo tertio humus, quæ eidem coheret Eccleſiæ, vt ſupra diximus, loco amoueretur; & obuij quamplures ad idem Cœmeterium ad- itus patuiſſent, alterum ex his ingreſſus, eum nimirum, qui a maiori Eccleſiæ por- ta Viam Salariam reſpicit, & ſub ipſius monaſterij Viridario ad lauam ſeſe offert, magnam eiſdem Cœmeterij partem, quamuis enormiter dirutâ, perluſtrauit. Extabant ibi monumenta quidem haud pauca numero reſerata, & vitreæ aliquot in eiſdem imagines, ſphæricam formam præferentes & calcis glutino obſirma- tæ: vitreæ item vaſa, necnon lateritia: plurimæ inſuper lucernæ, conchyliæ, numiſmata, lapilli vitrei opere muſiuo intexti; & conſuetæ Chriſtianorum ſigna non deerant; plamarum nempe, & vene- randi Chriſti nominis Græcis caracte- ribus exarati notæ, id eſt.

Vitreæ in ſepulchris imagines.



Sed horum alterum præcipue palmis af- fabre circumdatum eiſdemodi formæ cernere licuit.



Porro nullum in hac Cœmeterij parte Cubiculum reperitur, complures tamen ex ipſo inſcriptiones eruta ſunt, quarum ſex & viginti numero Boſius in vnum collegit, cæque in opere, quod Italico hætenus idiomate editum eſt, impreſſæ reſenſentur: nos interim illas præci- pue, quæ Conſulum nomina designant, hic referre haud abs re duximus. Sunt autem, quæ modo ſubtexuntur.

Sepulchra cū inſcriptionibus in Cœ- meterio.




Vitreæ item ampullæ, vaſa ibi ſicilia, ſicilia pariter lucernæ, eburnei in qui- buſdam annuli, & conchyliæ forniſſecus calce obſignata perſcrutantibus ibidem patuere. Permulta item inſcriptionum fragmenta, penitus conſracta, intueri quis poterat.

4 Alios quoque, qui ad idem Cœme- terium deducebant, aditus in regionis illius vineis exiſtentes cum ſemel atque iterum ingreſſus fuiſſet, eiſdem partes ſatis amplas, ac longo circuitu protenſas deprehendit; at eam præcipue partem, quæ ſiniſtrorſum ſita eſt, dum iter quis a D. Agnetis Eccleſia eūdo declinat innu- meris viarū ſemitis, ac longo ſpatio pro- ductis conſtantem vidit, quamuis omni



RVFILLO NEOFITO DV
VIXIT AN. II D XL.
QVINTILIANVS PATER FILIO
DVLCISSIMO IN PACE XVI

In quodam monumento calci huiusmodi titulus inscriptus .



In quodam monumento arcuato literis rubro iunctis exaratus .



TITIAE PVELIOSAE
MATRI

⌘ ΑΡΤΟΥΡΙΑΕ ΙΝ ΠΑΚΕ ΙΔΥΣ
ΙΥΝΙΑΣ

VAL. ROMANE. MATRI FILII BENE
MERENTI FECERVNT IN PACE

AMATIO BENEMERENTI
IN PACE

HILARA DVLCISSIMA
AN. PLM. XXXV DEP IN PA
OPIIONE VC. *6*

Leonis primo, ex Cassiodoro & Baronio
Annal. Tom. 6. anno eodem .

*Cassiod. 4. 12.
Chron.
Baron. an. 10. 6
811. 453.*

DVLCISSIME COIVGI BEN
ERE QVIXIT IN COIVGIO ANN. XV.
ET MORITVR ANN. XXVII
MARTVS ET MATER
B. M. IN P. FERVNT.

MALE PEREAT INSEPVLTVS
TACEAT NON RESVRGAT
CVM IVDA PARTEM HABEAT
SI QVIS SEPVLCHRVM HVNC
VIOLAVERIT



MERENTI PARENTES FECERVNT
LEOPARDETI PVELLE VIRGINI
QVE VIXET ANIS XVII
ET DIES II. IN PACE

Ⓜ

PRIMVS QVI BIXIT ANNOS
DVODECI ET DIES MINVS XXX
REQVIESCIT IN PACE


Interim vero lector nouerit , quod
Opilionis Consulatus cum Vincomalo
sub Marciano , & Valentiniano Impe-
ratoribus contigit anno Christi qua-
dringentesimo quinquagesimo tertio ,

QVIN-


QVINTILIANVS FAESTE COIVGI
 BENEMERENTI IN PACE
 IN P. VIII KAL MAIAS
 QVINTIANO BENEMERENTI
 IN P.  KAL IVLIAS
 SE BIVO FECIT
 IVSTINIANVS SE VIVV FECIT
 SVpra PARENTES SVOS




FILIVS FECIT PATRI LVICIO
 BENEMERENTI QVI BIXIT
 ANN. LXXϷ

IN MIRE EXEMPLI INNOCENTIAE
 AC NEFITO AMBIO SATRIO
 REFRIGERIO QVI VIXIT
 ANNIS X. DIES XLVI.
 PVBLIVS. CORNELIVS. ZETVS.
 ET SATRIA DIGNITAS
 PARENTES IN PACE B. M.
 FECERVNT.



MAIO FOSSORI NEPOTES
 ET BONO NVTRITOR.....
 PROCLVS QVI VIXIT ANNIS
 XCϷII ET DORMI.....
 VI. IDVS MAIAS IN PACE
 ET FOSSOR.....
 CALLIGONVS. FOSSOR
 PATRI 

DOMINO PATRI IVBILATORI
 CELERINVS FILIVS FECIT
 IN PACE

ΑΥΦΛΙΑ Ϸ ΘΡΕΠΤΗ
 ΑΥΦΛΙΩ ΗΛΙΟΔΩΡΩ
 CY  ΒΙΩ ΓΑΥΚΥΤΑΤΩ




VIII IDVS  AVG
 DEFVNCT  VS
 EST ANTIOCHIAVS
 IN PACE QVI VIXIT
 ANN. PIVS MINVS C 


PER OMNIA LAVTVS INTER
 AMICOS AVRELIVS TEODOLVS
 QVI VIXIT ANNIS XXX
 DIEDVS XX. HORA VII.
 DEFVNCTVS IIII NONAS AVG
 QVINT. FRAT. ET CELSILLA
 COIVX

DIONYSI MEMORIA 


PLVSIANII CONPARI
 BENEMERENTI IN PACE
 QVI VIXIT ANN. PLVS MINVS
 XXVII. DE. XIII. KAL MART

SEBT. IVLIAE CONIVGI BEN
 MER. VIX. ANN XX

 VALERIVS  ALIPIE
 SOCERE BENEMERENTI. FECIT
 IN PACE  XIII K. OCT.

 FORTVNIONI BENEMERENTI
 QVI VIXIT ANNIS XVI.
 M. V. D. XV FECERVN.
 DOMINI SVI IN PACE

Sed alter hic subinde sepulchralis titulus legentibus proponitur.

EPI-

EPITAFIVM REMO ET ARCONTIAE
QVI NATIONE GALLA GERMANI
FRATRES AD ALTI VNA DIE
MORTVI ET PARITER TVMVLATI
SVNT.

*Hæc tenet vna duos sexu sed dispare
fratres,*

*Quos vno Lachesis merfit acerba die.
Ora puer dubie signans lanugine vestis,
Vix hiemes licuit cui geminare nouem.
Nec Thalamis longinqua soror trieteride
quinta*

*Tenareas crudo funere vidit aquas.
Ille Remi Latio scitum de sanguine no-
men,*

*Sed Gallos claro germine traxit auos.
Asi hæc Graiugenam resonans Arcontia
linguam,*

*Nomina virgineo non tulit apta choro.
Depositi Nonis Nouemb. Conf. Diosc. V. C.*

*Cassiod. in
Chron.
Bar. in annal
106. 40. 443.*

Porro Dioscorus, cuius hic nomen in-
scribitur, sub Theodosio Iun. & Va-
lentiniano Imperatoribus consulatum
gessit, anno Christi 442.

5 Omnes quidem huius Cœmeterij
partes conuictis imaginibus omnino de-
stituta sunt. Sed Bostus haud animum ab
vltius inquitendo despondens, rursus,
annis aliquot interlapsis, villam quan-
dam ingressus, quæ ad læuam viæ sita est,
cum quis ab eadem S. Agnetis Ecclesia
pedem retrahit, ac pontem ipsum e con-
spectu respicit. Per quoddam igitur
foramen quadratæ formæ ibi repertum,


*Foramen, seu
foraculum,
Cœmeterij in
terram excur-
rens.*

scalis ligneis, ac funibus in inferiora
descendens, prostratoque corpore humi
repens, per aliud angustum quidem ac
breue foramen ingrediens, Cœmete-
riales semitas introspectit, in quibus se-
pulchra in topho de more excisa con-
tinebantur. Has cum sæpius deinde per-
lustrasset, oculatissimus tandem explo-
rator, hanc proculdubio nobiliorem
eiusdem Cœmeterij partem, ac cæteris
magis conspicuam deprehendit. In ea
quippe tum longiores, tum sublimiores
viarum semitæ perseruantur se offerunt,
varijque cryptarum ordines, superiores
videlicet, atque inferiores, patent. In-
plerisque item furnicibus foramina, qua-
dratæ pariter formæ, puteorum instar ad
lumen desuper excipiendum aptata ibi-
dem videre est: quorum bina dumtaxat
ad hanc vsque diem aperta existunt, reli-
qua superiori è parte obserata sunt. Iux-
ta horum alterum apsis quædam satis
ampla, gypsoque exornata conspicitur,
sub qua sacrum olim altare extitisse
conijcitur.

*Foramina in
Cœmeterio-
rum fornici-
bus qualum
admittuntur.*

6 Monumenta quoque in hoc Cœ-
meterij ambitu vt plurimum referata,
inscriptionibus ac titulis, omniq; prorsus
ornamentorum genere destituta subsi-
stunt: marmorea tamen nonnulla adhuc
fragmenta, inscriptionum titulis Græco
ac Latino idiomate insculpta superfunt;
quorum vnum ex industria fragmentis
simul compactis, eum in modum pristinæ
formæ Bostus reddidit, vt ex characteri-
bus pariter iunctis huiuscemodi sensus
proueniret.

*Tituli, ac in-
scriptiones in
Cœmeterijs*



In præmemorato autem lapide ex vnâ
quidem parte pinus, ex altera au-
tem columba oliuæ ramum rostro, ac
pedibus tenens exculpta conspicitur.
Sex item numero inscriptiones ibidem






præ cæteris studiosus vir adnotauit; in-
quarum vltima Valentiniani & Valentis
Consulatus tertio legitur, qui anno
Christi Domini 370. Pontificatus Da-
masi 4. contigit.

*Cassiod. in
Chron.
Bar. in annal
106. 40. 370.*

AVR. ALEXANDRIA

At in arcuato quodam monumento ex gypso affabre elaborato, quod e prospectu sub ipsomet arcu situm est, sepulchralis iste marmoris titulus inculptus

est; verum cum fossorum manu lapidem conteri, ac plures in partes diuidi contigerit, e fragmentis simul iunctis sensus iste elici commode valuit, videlicet:



Monumentum hoc, quod in Cœmterio inferiori situm est; etsi mulieris, cui titulus in scriptus fuit, nomen haud præferat, expressa tamen adhuc ibi Consul, Valentiniani scilicet & Valentis, nomina supersunt, quorum Cassiodorus meminit, & ex Baronij sententia in Christi annum trecentessimum septuagesimum sub ipso S. Damasi Pontificatu, consulatus incidit.

7 Complura autem præmemoratis
To. II. Rom. Subt.

in monumentis Christiani nominis signa, videlicet.

Signa Christiani nominis in sepulchris.




Et in quibusdam numeri quoque signatim exsculpti conspiciuntur, ut I. II. III. &c. eum scilicet in modum apte dispositi, ut suum singula numerum præferant. In alijs vero tumulis impressa signatorij annu-

Numeri in sepulchris Cœmteriorum.

Z

annu-

annuli in calce vestigia, conchylia item, vasa vitrea, & lateritia, lucernas innumeras, lapillos vitreos, atque imagines ex illis diuersimode elaboratas contemplari licuit. In altero præsertim ex monumentis corona rotundis lapillis versicoloribus compacta inerat, quæ calcis glutino obfirmata, venerandum Christi nomen præferebat, & huiusmodi præterea hic subiectum signum opere musivo expressum intuentibus contemplandum exhibebatur.




In quolibet Cœmeterij ordine, sit-

- A Cubiculi fornix.
- B Monumenta in topho excisa.
- C Ostium Cubiculi.
- D Sedilia per ambitum Cubiculi.
- E Binæ sedes Pontificiæ anaglyphi operis in topho incisæ.

periori videlicet, ac inferiori monumēta arcuata fere innumera, ac multiplicia Cubicula videre est, quorum vnum fatis quidem amplum inter cætera, altitudinis & latitudinis palm. 12. longitudinis palm. 11. conspicitur, quod calce solim, ac gypso studiosa artificum manu oblitum erat. In cuius ambitu sedilia aliquot, ac binæ hinc inde ex utroque ostij latere Pontificiæ, vt aiunt, sedes miro artificio in topho incisæ extant: ex quo idem Cubiculum, quod viginti quinque circiter viros capit, sacro Christianorum cœtui, ac synaxibus, quas frequenter in Martyrum solemnibus de more obibant, vsui fuisse conijcitur. Eius autem forma typis impressa in edito iam opere circumfertur; & rursus hic lectori exhibetur.





CVBICVLVM IN ADITV COEMETERII S^{TA} AGNETIS VIA NOMENTANA

Porro ex compluribus alijs Cubiculis, quæ in hoc Cœmeterio adnumerantur, hic quinque a nobis dumtaxat, atque arcuata duo pariter monumenta, quæ pictas imagines exhibent, reliquis interim prætermittis, describentur; in quibus picturæ ipsa temporum iniuria omnino deletæ conspiciuntur. Sunt autem hæc, quæ tibi, o lector, ob oculos ponimus.



Cubiculum primum Cœmeterij S. Agnetis Via Nomentana describitur.



UBICVLVM hoc haud longe a Cœmeterij aditu situm est, quod ipsamet Via primo ad læuam perferuntibus occurrit. Eius forma quadrata est; longitudine autem palm. 9. alti-

tud. totidem; latitudine 3. profunditate 3. cum dimidio constat. Ferro quidem in topko excisum, gypso vero studiose oblitum, picturisque multipliciter excultum suspicitur. Oblonga quidem monumenta tria, arcuata vero quatuor continet, quorum tria in apsidis formam constructa, pictis itidem imaginibus cumulara vnâ cum ipso Cubiculi tholo vltro se contemplantibus offerunt. In parietis angulo, ipsius è prospectu ostij, qua ad dexteram ingressus patet, basis quædam quadratæ formæ, eodem in topko aptata, ad sustinenda candelabra, vel certe huiusmodi, vbi opus foret, vsui destinata conspicitur. Huius autem Cubiculi ichnographia iam typis impressa in lucem prodijt, ac imagines itidem, quas ibidem adnotare licuit, quatuor infra exponendis tabulis demonstrantur.

- A Cubiculi fornix picturis vndique exornatus, vt in proxima sequenti Tabula videre est.
- B Primum Monumentum arcuatum depictis imaginibus conspicuum, vt in altera Tabula exhibetur.
- C Secundum Monumentum arcuatum picturis etiam adornatum, vt Tabula tertia repræsentat.
- D Tertium Monumentum arcuatum æque ac duo priora picturis excultum.
- E Quartum Monumentum arcuatum picturis destitutum, & absque tectorio.
- F Tria Monumenta oblonga, bina quidem in pauimenti area, incisa tamen in Cubiculi parietibus; tertium autem in Monumento arcuato, quod litera C. indicat, fabrefactum est, exhibeturque in quarta Tabula.
- G Basis quædam candelabris, vel id genus instrumentis sustinendis idonea in topko aptata.
- H Figuræ, quæ supra Cubiculi ostium conspiciuntur.
- I Ostium, per quod aditus in Cubiculum patet.



CVBICVLVM PRIMVM
COEMETERII SANCTAE AGNETIS
VIRGINIS ET MARTYRIS
VIANOMENTANA



Prima Cubiculi primi Tabula.

In hac potissimum Tabula imagines exprimuntur, quæ ipsius ornamento fornicis inseruiunt.

- I. In media nimirum parte sacra Christi Seruatoris inter duas hinc inde voluminum cistas confidentis imago contemplan-
da occurrit.
- II. In eiusdem vero fornicis ambitu Moysis calceamenta sol-
uentis effigies exhibetur.
- III. Eiusdem Moysis è petra aquarum riuulos excutientis.
- IV. Paralytici insuper, qui sanitate Christi iussu obtenta gra-
batum humeris strenue defert.
- V. Quatriduani itidem Lazari eiusdem Christi imperio à
mortuis excitati.
- VI. VII. VIII. IX. In angulis duo viri, ac binæ pariter mu-
lieres, extensis, eleuatisque de more brachijs orantes, ac binæ
hinc inde ouiculæ adstantes suspiciuntur.



TABULA PRIMA CVBII VITAE IN COENACTIO II SANCTAE AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS VIA NOMENTANA



Tabula Secunda.

Hac utique Tabula imagines representantur, quæ in arcuato primo Monumento ipsius è regione portæ existunt, nempe :

- I. Funeralis Agape, seu natalitia, vel nuptiale conuiuium, si quis rem pie interpretari velit, quod in Cana Galilææ Christo discumbente peractum est.
- II. Lunare item triclinium illic contemplari fas est.
- III. IV. Et septem numero sportas, vel cophinos, ac binas hydrias conuiuarum vsui respondententes.






ASCENDACVILVLLPRIMI COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS VIA NOMENTANA

Tertia Cubiculi primi Tabula.

- I. Arcuati Monumenti imagines, quod ad læuam patet, in-
tuentium oculis subijciuntur, Noemus videlicet, vir anti-
quissimus, qui columbam cum oliuæ ramo redeuntem intra
arcam recipit.
- II. Jonas è profundo maris sinu, quo Deo vrgente proiectus
fuerat, demum incolumis ad litus profiliens.
- III. IV. Idem sub amœno cucurbitæ vmbaculo, dulci sopo-
re correptus.
- V. Ipsemet sub eiusdem folijs, præ solis æstu arefactis, facie
fatis tristi in dolentis animi testimonium recubans.





TABULA TERTIA CVBICVLII PRINCEPS COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIRGINIS FEMARTYRIS VIA NOMENTANA

Quarta & vltima Cubiculi primi Tabula.


Hac, quippe alterius Monumenti ad dexteram existentis Tabula, quæ nouissima est, istæ, vt vides amice lector, imagines cernuntur.

- I. Optimus videlicet Pastor ille Euangelicus, quem arbores fati concinne ambiunt, ouem humeris ac fistulam manu tenens, ad cuius pedes oues binæ subsistunt.
- II. Daniel item, qui in leonum fovea, etsi nudus, impavidus tamen, atque orantis in morem exhibetur.
- III. Tres item pueri in Babylonica olim fornace laudes Deo vnanimi voce persoluentes adumbrantur.
- IV. In externa autem eiusdem Monumenti parte puellæ cuiusdam tumulum hac inscriptione prænotatum videre est.

ABENTIVS ET MARCIA ABENTILÆ FILIÆ CARISS.
IN PACE, QVÆ VIXIT AN. V. M. VII. D. XVIII.



TABVLA QVARTA ET VLTIMA CVBICVLI PRIMI COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS VIA NOMENTANA



Cubiculum Secundum describitur.



CUBICVLVM istud haud longe a superiori ad sinistram progredientibus occurrit. Formæ pariter quadrangularis est. Altitud. palm. 10. longitud. totidem, latitud. 10. & semis. Porta interim, quæ figuram sphaericam, præferret, alta est palm. 8. lata 3. profunda 3. cum dimidio. In ipsomet portæ ingressu, ad dexteram partem, in parietis angulo, basis in topho, prout in superiori Cubiculo, erecta cernitur. Porro picturæ, quæ in eodem Cubiculo extant, adeo venustæ sunt, vt easdem,

quis aspiciens, non secus ac recens elaboratas computare queat. Oblongæ quinque Monumenta continet; duo autem ex his arcuata, quorum alterum in pariete, ipsius e prospectu ostij, adinstar apsidis constructum picturis, cumlatur: alterum vero ad dexteram patet, pictisque imaginibus omnino destitutum est.

Cubiculum autem hoc haud omnibus absolutum numeris dijudicari potest. In sinistro enim pariete arcuatum alterum Monumentum, quod ibidem artificum manu delineatum est, in topho quidem excavari cœpit, haud tamen suprema operi manus contigit; nam & ligonum adhuc ictus in topho, ac ferri percussiones oculis deprehenduntur. Existentes autem in eodem imagines duabus infra Tabulis explanabuntur.

- A** Cubiculi fornix depictis varijs figuris, ac historijs, vt in proxima Tabula videre est, eleganter elaboratus.
- B** Primum Monumentum arcuatum picturis insignitum, quod Tabula secunda contemplandum offert.
- C** Secundum Monumentum arcuatum albario quidem, te- storioe opere expolitum, sed picturis destitutum.
- D** Locus ab artifice Monumento arcuato extruendo delineatus, & non perfectus.
- E** Quatuor Monumenta oblonga vulgaria:
- F** Basis quædam lucernis, ac candelabris tenendis in topho adaptata.
- G** Cubiculi ostium plurifariam depictum.





CVBICVLVM SECVNDVM
COEMETERII
SANCTAE AGNETIS
VIA NOMENTANA



Prima Cubiculi Secundi Tabula.

- I. In ipsius fornicis umbilico Pastor Euangelicus ouem humeris, ac fistulam è brachio pendentem præfert. Duo item, hinc inde vasa, in quorum altero, quod ad dexteram vergit, pastoralis baculus haud sine peculiari mysterio intextus visitur.
- II. In eiusdem item fornicis ambitu primæui humanæ proficiæ parentes Adam & Eua ad vetitam arborem consistentes effinguntur, cuius noxio pomo Eua subinde manum temere admouet, stygio interim angue lethiferum sub esca sibi ac posteris venenum propinante.
- III. Moyses è silice aquarum fluenta educens.
- IV. Ionas sub umbraculo quieti ac somno operam dans.
- V. Mulier item consuetum orantis symbolum præferens. In fornicis vero ipsius angulis columbæ oliuarum ramis insidentes pennicillo adumbrantur.



FABVIA I. CVBICVLI SECVNDI CEMETERII SANCTAE AGNETIS VIA NOMEN FABVIAE




Imagines hic exhibentur, quæ in arcuato Monumento, ipsius
è regione aditus expressæ cernuntur, nempe:

- I. Christus Dominus duodennis in Templo, inter doctores re-
sidents.
- II. Mulier eleuatis de more manibus precatiōni insistens, &
columbæ oliuarum hinc inde ramos rostro præferentes.



TABVLA II. ET VLTIMA CVBICVLI SECVNDI COEMETERII SANC TAE AGNETIS VIA NOMENTANA



Cubiculum Tertium describitur.




Hoc item Cubiculum eadem via, haud procul a superiori, quod nuper memorauimus, existit. Quadratae pariter formae in topho excauatum est, satis quidem rude, atque incultum, ornamentis quibusque ac picturis caret: altitud. latitud. & longitud. palm. 11. constat. Basis item in quodam parietis angulo ex ipso topho ibidem prominens, quae arcuatum ad dexteram partem Monumentum picturis eleganter instru-

ctum continet. Aliud quoque illi similitimum primario in pariete visitur, quod & ipsum ostium respicit, & decem & quatuor oblonga per circuitum Monumenta Cubiculum ambiunt. In ipsius autem pavimento sepulchra tria excisa sunt. In Cubiculi item angulo, ubi Monumentum primum situm est, bina cernuntur foramina, rotundae alterum figurae, alterum vero oblongae, quae rerum fortasse ibi quondam existentium vestigia quis merito existimare nunc potest. Cubiculi autem eiusdem porta sphaericam praeferebat formam altitudinis est palm. 8. & femis, latitudinis 4. profunditatis 3. Figuram vero, quae arcuatum Monumentum decorant, duabus infra Tabulis exponuntur.

- A Monumentum arcuatum pictis imaginibus instructum, quod proxima inferiori Tabula spectandum exhibetur.
- B Imagines, quae in ora exteriori Arcus eiusdem Monumenti conspiciuntur, eaque secunda Tabula oculis subiiciuntur.
- C Monumentum secundum arcuatum omni prorsus picturarum ornamento destitutum.
- D Monumenta quatuordecim oblonga inaequalia, seu diuersae magnitudinis, quae Cubiculum ambiunt.
- E Tres foueae in Cubiculi pavimento effossae.
- F Foramen in fundo vnus ex istis fossis, quas in area pavimenti existere iam diximus, recens perfossum, quod aliam inferiorem Coemeterij huius partem respicit.
- G Bina foramina in topho excisa, quae aliquid inibi locatum olim fuisse innuunt.
- H Cubiculi fornix picturis carens.
- I Basis quae iam ex ipso topho aliquantulum prominens, lucernis, ac lampadibus sustinendis adaptata.
- K Ostium Cubiculi.





CVBICVLVMTERTIVM
COEMETERII
SANCTAE AGNETIS
VIANOMENTANA



Prima Cubiculi tertij Tabula .

- I. Tabula hæc consuetam Euangelici Pastoris figuram coloribus exprimit , qui ouem vtraque manu humeris defert , ad cuius pedes binos itidem hircos iacentes videre est.
- II. Adam insuper & Euam ad vetitam arborem post perpetrata culpam tristes ac mœrentes exhibet.
- III. Daniele rabida leonum ora precibus demulcentem .
- IV. Agapem insuper , vt supra , vna cum semicirculari triclinio dispositam .
- V. Prudentes quinque virgines olei vasa cum lampadibus deferentes , & vt in sponsi thalamum admittantur , manu ostium pulsantes .
- VI. Stolatam item mulierem extensis brachijs orantem , cuius pedes columba ambit .



TABVLA PRIMA CVBICVLI TERTII COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIA NOMENTANA



Secunda Cubiculi Tertij Tabula.

- I. Hic trium puerorum in fornace orantium imagines exhibentur.
- II. Stolatae insuper mulieris protensis Deum manibus exorantis.
- III. Ionae in mare primum proiecti, deinde ad litus eiectionis, & sub umbraculo tandem dulces somnos carpentis.





TABULA SECUNDA ET ULTIMA CVBICVLTERTII COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIA NOMENTANA.



Cubiculum quartum
describitur.

CUBICVLVM istud eadem
Via situm est, magna ta-
men ex parte dirutum,
& cum quadratæ item-
formæ sit, altitud. lati-
tud. & longitud. palm.
12. constat, Arcuata quidem quamuis
in hoc Monumenta desiderentur, de-
cem tamen sepulchra, formæ satis ob-

longæ, in eiusdem ambitu artificum-
manu excisa, quatuor insuper colum-
næ in quolibet Cubiculi angulo, eo-
dem ex topho elaboratæ conspiciuntur,
quæ superiorem fornicem picturis di-
stinctum, et si ruinis labefactatum, sus-
fulciunt. Cubiculi eiusdem porta qua-
dratæ formæ est, altitud. palm. 7. lat. 3.
profund. 1. & semis. In alio autem pa-
riete porta altera muris obstructa cer-
nitur. Imagines, quæ ibi pennicillo ex-
pressæ sunt, vnica lectori Tabula de-
monstrabit.

- A** Cubiculi fornix depictis vndique imaginibus distinctus,
quas proxima inferiori Tabula oculis subiicimus.
B Columnæ quatuor per singulos Cubiculi huius angulos ex
ipsomet topho elaboratæ.
C Monumenta decem formæ oblongæ in topho excisa.
D Ostium muro obstructum.
E Ostium, per quod aditus in Cubiculum patet.





Vnica Cubiculi quarti Tabula.

- I. Hic Pastoris, vt sacræ passim Paginæ describunt, dilectam ouem deferentis effigies delineatur, ad cuius pedes binæ oues consistunt.
- II. Moyſis item imago aquam è petra educentis.
- III. Effigies item Seruatoris nostri à mortuis Lazarum excitantis.
- IV. Historiam, quæ illic repræsentabatur, tectorio fornicis lapsa, haud assequi potuimus: ex illa tamen media nudi hominis effigie ibi superstite aliquod Ionæ mysterium extitisse conijcias licebit.
- V. Et demum mulieris habitu supplici preces effundentis symbolum proponitur.



TABVLA VNICA CVBICVLI QVARTI COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIA NOMEVTANA





Cubiculum quintum
describitur.

CUBICVLVM hoc in quadam eiusdem Cœmeterij parte situm est, quæ aliquanto a cæteris interuallo sciungitur. Quadratæ ipsum itidem formæ latitud. palm. xi longitud. totidem, altitud. xx. calce oblitum ac colore pariter albo supersusum est. Arcuata quidem monumenta tria numero in tribus Cubiculi parietibus continet. In pariete vero, qui portam respicit, his quoddam aliud haud abfimile, picturif-

que exornatum monumentum subest. Duodecim insuper oblonga ibidem monumenta circumspiciuntur. Portæ eius sphericæ formæ ad fornitem vsque pertingens, altitud. palm. xx. prof. palm. i v. & semis constat. In via, quæ palm. xvi. ii. circumscribitur, & ad Cubiculum ducit, atque in ipsummet definit, sepulchra duplici excisa ordine hinc inde subsistunt; maiora quidem in superiori parte cadaveribus statura grandioribus inferendis aptata, minora autem in inferiori, breui puerorum ac puellarum, staturæ respondentia. Imagines autem, quæ ibidem existunt, sequens lectori Tabula indicabit.

- A** Monumentum fornicatum picturis excultum, quod proxima inferiori Tabula spectandum subiicitur.
- B C D** Tria alia Monumenta arcuata, quæ in sublimi ad ipsummet fornitem in tribus huius Cubiculi parietibus extructa conspiciuntur.
- E** Duodecim Monumenta oblonga vulgaria, quæ Cubiculi parietes ambiunt.
- F** Cubiculi fornix.
- G** Semita, quæ ad Cubiculum ducit, sepulchris frequens, cuius fornix albario, tectorioque ad decorem expolitus est.
- H** Ostium à parte exteriori designatum.





CUBICVLVM QVINTVM ET VLTIMVM
COEMETERII S. AGNETIS VIA
NOMENTANA




Vnica Cubiculi quinti Tabula.

- I. Hic Virgo Deipara eleuatis (vti mos est) brachijs orans; ac Deum infantem sinu purissimo gestans contemplanda proponitur; sacrum Christi nomen Græcis characteribus vtrinque hoc modo exaratum legitur: ✠ ✠
- II. III. IV. Tres aliæ eodem pariter orantium habitu imagines oculis subijciuntur.



TABULA VNICA CVBICVLI QVINTI ET VLTIMI COEMETERRII SANCTAE AGNETIS VIA NOMETANA





Monumentum Primum arcuatum Cœmeterij S. Agnetis Via Nomentana describitur.

Quædam alia in Cœmeterij eiusdem vijs Monumenta arcuata visuntur; quorum primum in via quadam, quæ exitu caret, & ad quod, si quis dexteram teneat, è superiori hæctenus descripto aditu deuenitur. Hoc autem calce dealbatum est, altitudinis palm. 4. cum dimidio, longitud. 7. cum dimidio pariter: in quo inferendæ infra imagines intuentibus se offerunt.

- I. Monumenti totius orthographia.
- II. III. IV. Cuiusdam item pueri imago, cuius ibi forte cadauer tumulatum iacet, ad cuius hinc inde latus duæ mulieres orantium speciem exhibent.
- V. Pastoris euangelici, vt supra, effigies expressa est.
- VI. Ionæ quoque in mare primum proiecti, ad littus deinde vegeti emergentis: eiusdem iterum amœno sub vmbaculo recubantis.
- VII. Quidam itidem vir quorundam manu interceptus, ac vi detentus coloribus adumbratur.





MONUMENTVM AECVATVM PRIMVM
COEMEIERI SAGNETIS
VIA
NOMENTANA

Monumentum arcuatum Secundum Cœmeterij
S. Agnetis Via Nomentana describitur.

Monumentum istud in inferiori utique Cœmeterio situm est ; ubi foramen quoddam quadratæ formæ inesse diximus , per quod superiori è loco intus lumen admittitur ; inde enim si quis paululum ad sinistram progrediatur , illud statim offendit. Est autem altitud. palm. 4. cum dimidio , longitud. 8. profund. 4. Imaginibus vero infra exhibendis apprime nobilitatur.

- I. Totius in primis Monumenti orthographia hic oculis subiicitur.
- II. Christus Dominus inter duos Apostolos in campestri loco sedens , apud quem binæ extant voluminum cistæ : singulæ autem imagines spæricis diadematibus capiti concinne aptatis decorantur , quæ tamen aut nunquam , vel certe fatis raro in Cœmeterialibus figuris videre est.
- III. Celebre item ac consuetum recolendi Pastoris birro induti symbolum exprimitur , altera manu fistulam , baculum altera præferentis ; cuius tutelæ binæ hinc inde oves substant.
- IV. Mulieris item cuiusdam imago consueta orantis specie , brachijs , ut iam diximus , extensis exhibetur.
- V. Currus itidem seu biroti forma dolio onusti , quod iugo bouum pertrahitur . Et hæc interim de Nomentanæ Viæ Cœmeterijs studio lectori hic prælibasse fatis sit.





MONUMENTVM ARCAIVM SECVNDVM
ET VLTIMVM
CEMETERII S'AGNETIS VIA NOMENTANA

CAP. XXVIII.

De Porta & Via Salaria, ac de profanis eiusdem monumentis.

Porta Salaria.



ORTA, ex qua Salaria Via initium, ac nomen desumit, Viminalem inter & Collinam sita, multiplicia quidem apud antiquos

Sext. Pomp.

nomina sortita est, Sext. enim Pompeius verb. *Agoniam*, eam a ludis *Agonalibus* extra eandem peragi consuetis, *Agonalem* appellat. *Quirinalis* item ab eodem nuncupata legitur, a proximo videlicet *Quirinali colle*, vel certe a *Quirini Templo*, quod inde haud procul distat. *Collinam* item dici ipsammet contigit, vel a collibus, qui circumstant, vel certe a Tribu, quæ apud veteres *Collina* dicebatur.

Porta Salaria.

Salaria demum ab eiusdem nominis Via, communi voce appellata est, illam potissimum ob causam, quod sal per eam ab Sabinos, Pompeio teste, deferbatur: *Salaria Via*, inquit ille, *Roma est appellata, quia per eam Sabini sal a mari deferrebant*. *Plinius* quoque lib. 31. cap. 7. *Sal magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salarie Viæ; quoniam illa in Sabinos portari consueverat. hæc Plinius.*

Plin. lib. 31. c. 7.

2 Ab eadem igitur porta initium Via hæc sortitur, rectoque, vt ita dicam, tramite ad Sabinos deducit. Prope *Eretum* autem (vel vt vulgo putant *Monte rotundo*) *Nomentanæ* pariter Viæ iungitur, quod his plane verbis *Strabo* testatur lib. 5. *Rerum scriptor Fabius auctor est Romanos tunc primum diuitiarum sensum accepisse, cum huius potiti sunt gentis. Per ipsos Via Salaria non magnæ longitudinis strata est; inquam & Nomentana incidit apud Eretum Sabinorum, vicum supra Tyberim iacentem, ex eadem Collina Porta inchoans. Hæc Strabo. Eandem olim Viam Galli Senones tenentes, Urbemque ingressi, miserandum in modum depopulari sunt; ibidemque ipsimet Galli Romanos prælio deuicere, quorum cum plurimi fugam arripissent, in quandam siluam, quæ*

Galli Senones.

Viam eandem, ac Tyberim interiacet, se ad latitandum receperunt. Ob cuius rei memoriam *Lucalia festa*, *Sext. Pompeio* teste, instituta fucere. Ipsamet olim Via tertio ab Vrbe lapide strenuissimus vir ille *Hannibal castra* posuit, qui item Romanæ genti bellum illaturus, ad vsque *Collinam portam* vnâ cum copijs venit; quod totum his verbis *Liuius* enarrat decad. 3. lib. 6. *Inter hæc Hannibal ad Anienem fluium, tria milia passuum ab Vrbe castra admouit; ibi statiuus positus, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam, vsque ad Herculis Templum est progressus. isthæc Liuius.*

Festa Lucalia. Sext. Pomp.

Hannibal Via Salaria castra metatur.

Liuius dec. 3. lib. 6.

3 Eiusdem quoque Viæ *Tacitus* meminit lib. 3. his verbis: *Ne Petilius quidem Cerealis, inquit ille, cum mille equitibus præmissis, vt transuersis itineribus per agrum Sabinum Salaria Via Urbem introiret, satis maturauerat. Et ipsemet paulo infra hæc subdit: Tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. Procopius* item de Bello Goth. deplorandam Romanæ Urbis obsidionem describens, hæc refert: *Belisarius interim, quæ ad Urbis custodiam facerent, præparare, moliri, que omnia. Pincianam is ferme & proximam huic ad dexteram, Salariam portam tenebat, vt suspiciosos & necessarias. Apud Salariam autem portam vir quidam & proceræ stature Gothus, belloque strenuus, thorace indutus, & capite cassidem gestans, nec inter cæteros Gothos obscurus, non aliorum in ordine manens, sed arbori propinque insidens, crebrius sagittâ modo propugnacula infestabat. hæc tenus ille.*

Procop. de bell. goth. lib. 1. Belisarius. Obsidio Romana à Gothis.

4 Complura quondam Via eadem Romanorum sepulchra cxtiterè: quam obrem iure merito *Prudentius* contra *Symm.* de victimis Ditis cecinit:

Sepulchra Romanorum. Via Salaria.

Prud. lib. 1. contr. Symm.

Ecce Deos Manes cur inficiari haberi?

Ipsi patrum monumenta probant Djs Manibus illic (tustas.

Marmora sc̄cta lego, quæcunque Latina uenustodit cineres, densisque Salaria bustis.

Hæc ipsa item Via Secundo ab Vrbe lapide, tonforem quendam *Augusti* ditissimum, *Licinum* nomine, splendidiori sepulchro conditum fuisse *Varro* præcæteris apud *Phurnutum* scribit his plane carminibus:

Sepulchrum Licini barbitonforis Augusti.

Varro.

Marmoreo tumulo Licinus iacet, ac Cato paruo,

Pompeius nullo, credimus esse Deos?

Id

Id ipsum Onuphrius in sua Roma de porta Collina, & Salaria refert. Caij quoque Marij sept. Consulis, eodem Onuphrio teste, nobilissimum hac ipsa Via sepulchrum, Anienis iuxta fluminis ripam, extructum fuit, quod Vian hanc & Nomentanam pariter secundo circiter ab Vrbe milliario labendo intersecat.

5 Anienem item supra fluuium pons quidam lapideus extat, qui Salarius item communi vocabulo dictus est, quem barbara Gothorum manu omnino dirutum Narses iterum exaedificauit, vt ex inscriptis ibidem notis legenti patet. In altera enim Pontis eiusdem facie hæc lector habes:

IMPERANTE D. N. PISSIMO
AC TRIVMPHALI
IVSTINIANO P. P. AVG.
ANNO XXXVIII.

NARSES VIR GLORIOSISSIMVS EX
PRÆPOSITO SACRI PALATII ET CONS.
ATQVE PATRICIVS POST VICTORIAM
GOTHICAM, IPSIS ET EORVM REGIBVS
CELERITATE MIRABILI, CONFLICTV
PVBLICO, SVPERATIS ATQVE
PROSTRATIS,
LIBERTATE VRBIS ROMÆ AC TOTIVS
ITALIÆ RESTITVTA, PONTEM VIÆ
SALARIÆ
VSQVE AD AQVAM A NEFANDISSIMO
TOTHILA TYRANNO DESTRVCTVM,
PVRGATO FLVMINIS ALVEO
IN MELIOREM STATVM,
QVAM QVONDAM FVERAT
RENOVAVIT.

In altera vero Pontis eiusdem facie ist hæc mariori insculpta lector accipe:

QVAM BENE CVRBATI DIRECTA EST
SEMITA PONTIS
ATQVE INTERRVPTVM CONTINVA
TVR ITER.
CALCAMVS RAPIDAS SVBIECTI GVR
GITIS VNDAS
ET LIBET IRATÆ CERNERE MVR
MVR AQVÆ.
ISTE IGITVR FACILES PER GAVDIA
VESTRA QVIRITES,
ET NARSEN RESONANS PLAVSVS
VBIQVE CANAT.
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM
SVBDERE MENTES,
HIC DOCVIT DVRVM FLVMINA
FERRE IGVVM.

6 Quædam præterea eadem hac Via inanium Deorum Tempia erecta olim fuere: celeberrimum illud videlicet Herculis Templum, ob Hannibalis potissimum memoriam, qui inde re-

cesierat, consecratum. Ille enim cum haud semel è proximo obsidionem Vrbi intentans castra mouisset, eodem Templo appropinquans, repentina labentium e cælo aquarum copia, ac ingenti grandinis impetu interceptus vnâ cum militaribus copijs retrogredi cogebatur: quapropter eiusmodi protento deterritus, ab Urbis obsidione animum omnino despondens, domum redijt, & Romæ ipsius mœnia, & ciues pariter liberos, vbi frustra omnem mouisset lapidem, Cælo ipso pro Romanis dimicante, reliquit; quod totum Liius loco supra citato his verbis enarrat: *In religionem, inquit, ea res apud Paganos versa est, auditæque vox Hannibalis fertur potius sibi Urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam, &c.*

7 Eadem quoque Via Veneris Erycinæ Templum suspiciebatur, de quo idem Liius Decad. 4. lib. 10. *Ædes duæ eo anno dedicate sunt, vna Veneris Erycinæ ad portam Collinam dedicauit L. Portius: L. F. Licinus Duumuir; vota erat ab Cos. L. Portio Ligustino bello, &c.* Porro huic Templo porticum addit Strabo lib. 6. *Est & Romæ, inquit, ante portam Collinam Deæ huius ædificium, quod Veneris Erycinæ Templum dicunt: cui cum æde sacra insignis adiacet porticus.* Appianus item Alex. de bello ciuil. lib. 1. de eodem mentionem faciens, Syllam iuxta præmemoratum Templum castra locasse refert his plane verbis: *Ipse numerosis copijs subinde protractus ad Collinam portam circa meridiem castra locat, non longe a Veneris Templo.* Eiusdem quoque cæteros inter scriptores Ouidius meminit Fast. lib. 4. hisce carminibus:

*Templa frequētari Collinæ proxima portæ
Nūc decet, a Siculo nomina Colle tenet.
Vique Syracusas Arethufidas abstulit armis
Clandius, & bello te quoque cepit
Eryx.*

8 Iuxta memoratum vero Fanum, vt idem scribit Liius Decad. 3. lib. 10. Apollinæ a Romanis ludi exerceri consueuerant, tunc potissimum, cum exundante Tyberi, iidem in Circo Flaminio celebrari haud poterant; hæc autem sunt eius verba: *Nam ita abundauit Tyberis, vt ludi Apollinæ, Circo inundato, extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati sint. Ceterum ludo.*

Lii. dec. 3. l. 6.

Templum
Veneris Erycinæ.
Id. dec. 4. l. 10.

Porticus Templi Veneris Erycinæ.
Strab. l. 6.

Castrametatio Syllæ.

Appian. Alex. de bel. ciuil. l. 1.

Ouid. Fast. l. 4.

Ludi Apollinæ.

Liius dec. 3. lib. 10.

ludorum ipsorum die serenitate subito orta, Pompeia diu capta ad portam Collinam, reuocata, deductaque in Circum est, cum decessisse inde aquam nunciatum est. Hæc ille.

Simulachrum
Veneris Verticordelæ.

Marlian. l. 2.
cap. 19.
Luc. Faun. l. 1.
c. 9.
Ouid. Enst. l. 4.

9 Eodem pariter loco Veneris quoque Verticordelæ simulachrum extitit, quæ eam ob causam apud veteres eiusmodi sibi nomen vsurpabat, quia nimirum corda ab æstu libidinis reuocaret, vt Marlianus Fulv. & Lucius Faun. testantur. De quo simulachro hæc Ouidius recitat:

Roma pudicitia proaunorum tempore lapsa est,

Cumeam veteres consuluisse animum.

Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,

Inde Venus verso numine corda tenet.

Templum
Honoris.

Cic. l. 2. de leg.

10 Celberimum item Honoris Templum hac olim Via extitit, de quo Cicero de leg. Nostis, inquit, extra portam Collinam eadem Honoris & aram in eo loco fuisse memorie proditum est. Ad eam cum lamina esset inuenta, & in ea scriptum: DOMINA HONORIS, ea causa fuit ædis huius dedicande: sed cum multa in eo sepulchra fuissent, exarata sunt. Statuit enim Collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. hucusque Cicero. Verum vt recolendis Martyrum Actis, & sacris itidem Martyrologijs, in his quæ ad profanam persecutanda antiquitatem pertinent, inhæreamus; ex iisdem profecto 1x. kal. Iulij satis aperte Solis quoque simulachrum hac eadem Via-

Simulachrum
Solis.

S. Ioann. presbyter.

Martyr. 9. Iul.

presbyter sub Iuliano Apostata iuxta præmemoratum Templum martyrij palmam capitis obruncatione promeruit; hæc enim ibi recitantur: Roma S. Ioannis presbyteri, qui sub Iuliano Apostata, Via Salaria veteri ante simulachrum Solis decollatus est. Et corpus eius a Concordio presbytero iuxta martyrum concilia sepultum. Prolixior autem de eodem in perantiquis S. Bibianæ actis sermo incurrit, vbi post enarratam piam, sollicitamque Ioannis eiusdem in humandis beatorum Martyrum corporibus operam, scriptor recolendū ipsius martyrium ac sepulchrum his plane verbis exponere incipit: Ob hanc itaque causam iniquissimus Iulianus fecit eum teneri & duci foris portam Via Salaria in Via veteri, ligatis retro

A. S. Bibian.

manibus, in cliuo Cucumeris ante Templum Solis. Et cum noluisse sacrificare Deo Solis, ibi nulla mora, sed eum sine interrogatione decollari fecit. Cuius corpus collectum est a Concordio presbytero, & sepultum est in ipso sarcophago, in crypta, quæ est in eodem loco, cum hymnis & canticis spiritualibus iuxta Concilia Martyrum, &c.

11 Huiusmodi autem noua a veteri Via Salaria distinctio apud sacros duntaxat scriptores compertitur; haud vnquam vero apud profanos, quamuis Strabo & Publ. Victor Vias, Valeriam scilicet, atque Aureliam, antiquas pariter ac recetes peculiari situ, tractuque inter se diuidant, atque sciungant. Idem etiam Publius, dum singulas Vrbs vias nominatim recenset, vnã tantum adnumerat, quam peculiari vocabulo Salariam appellat, hæc autem apud Onuphrium pariter in inscriptione, quam in sua Roma recitat, vnica tantum fuisse legitur his plane verbis:

Via Salaria
Vetus, & noua

Strabo P. 5.
V. 11.

Onuph. in R. S.
descript.

L. RANIO. OPTATO. C. V. COS.
CVRATORI REIP. MEDIOLANENSIVM
CVRAT
REIP. NOLANORVM PROCOS.
PROVINCIAE
NARBONENSIS LEGATO AVG. ET
IVRIDICO
ASTYRIÆ, GRÆCIÆ CVRATORI VIÆ
SALARIAE. CVRATORI REIP.
VARINATIVM,
METAVRENSIVM LEGATO PROVINCIAE
ASIAE PRÆTORI. TRIB. PLEBEI
QVÆSTORI PROVINCIAE SICILIAE.

12 Affirmandum igitur est huiusmodi distinctionem Christianis sub Principibus post protensum Urbis ambitum, & campum Martium ad portam vsque Flaminiam ædificijs occupatum incœpisse, quod idem supra Aureliæ iridem Viæ obrigisse adnotauimus. Tunc enim ex recentista Urbis parte magis quidem opportune Pinciana, quam Salaria porta in Viam Salariam, sicut & nostris hisce temporibus, deducebat. Iure igitur merito existimare quis potest, Salariam veterem esse, quæ a Salaria porta ad pontem Salarium, indeque recto in Sabinos itinere ferebat; nouam autem Salariam esse, quæ diuerticulo a Pinciana (& quam vulgo antiquarij, licet perperam, Collatinam quoque appellatam existimant) in Salarium veterem ducit. Quæ Via non nisi Vrbes iam, vt diximus, ampliorem in sinum pro-

Quædam Viæ
Salariae sunt
Vetus & noua?

prolata vsui esse potuit. Sed alia inter-
 argumenta laud desunt, quæ con-
 trarium potius nobis innuere ac suadere
 videntur, Salariam nimirum veterem
 portæ, viæque Flaminiae proximam ex-
 titisse: quod ex Io: Diacono in Vita
 S. Gregorij Magni palam deduci & com-
 probari potest, vbi interceptam a qui-
 busdam monachis è claustro fugam,
 eiusdemque B. Gregorij indelesam
 iugiter in iisdem perquirendis vigilan-
 tiam enarrans, hæc scribit: *Subito eius
 consilium ortum est, vt eos in Salaria Via
 extra ciuitatem requirere debuissent. Igitur
 pergentes deflexerunt iter, & in Salaria eos
 veteri non inuenientes, per portam Flaminiam
 decreuerunt redire. Huc vsque Io. Dia-
 conus. Porro id ipsum & priuilegio
 quodam Caroli Magni Imperatoris,
 quod in Basilicæ Vaticanæ Archiuo
 asseruatur, satis vtique corroborari
 videtur. In quo dum ab ipso collata
 eidem Basilicæ donacæ munera recensentur,
 isthæc leguntur: *Sic denique possidenda
 tradidimus, donamus vnam Curtem, que dicitur
 Macevanum, que non plus longe videtur
 esse a supradicto loco, quam duodecim
 milliaria, iuxta Salariam veterem, que di-
 uiditur ad pontem Molui, &c. Idem plane
 a Willelmo Malmesburiensi asseritur,
 qui Pincianam extra portam, quæ ab
 eodem Potitiana, corrupto vocabulo,
 appellatur, Cluium Cucumeris sitū suise
 pronunciat: quem quidem locum, vt
 infra patebit, veteri Salaria Via extitisse
 certissimum est. Et his de Salaria Via
 lictori prælibatis, ad sacra iam inuesti-
 ganda Cœmeteriorum monumenta deue-
 niamus.**

CAP. XXVIII.

De celebri Priscillæ Cœ-
 meterio Via Sala-
 ria.

RES quidem præstan-
 tissimæ feminae, quæ
 vno, eodemque Priscillæ nomine olim
 insignitæ sunt, in sacris
 rerum historicarum
 paginis, ac Martyrum actis recensentur,
 Tom. II. Rom. Subt.



quæ varijs tamen, vt historiæ perhibent,
 temporibus vixere. Vna ex his beatissi-
 mi Apostoli Pauli discipula, & Aquilæ
 vxor fuit; cuius Lucas Act. 18. meminit,
 hæc dicens: *Posthæc egressus ab Athenis
 venit Corinthum, & inueniens quendam
 Iudæum nomine Aquilam Ponticum genere,
 qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam
 vxorem eius &c. Idem autem Apostolus
 in suis sæpe epistolis de eadem sermonem
 habet; & potissimum 1. Cor. cap. 6.
 vbi isthæc: *Salutant vos in Domino Aquila,
 & Priscilla cum domestica sua Ecclesia,
 apud quos hospitor. Et 2. ad Timoth.
 cap. vlt. Salutate Priscillam & Aquilam.
 Ad Romanos item cap. 16. Salutate
 Priscillam & Aquilam adiutores meos in
 Christo Iesu. Quorum itidem Priscillæ &
 Aquilæ in sacris Martyrologijs 8. Id.
 Iulij memoria colitur.**

2 Altera insuper huius nominis,
 Priscilla matrona Romanarum nobilissi-
 ma, vxor Punici, Pudentisque Senatoris
 parens, sub ipsamet Apostolorum tem-
 pora vixit, vt in eiusdem Actis sub Pas-
 toris nomine, alijsque Vaticanis M. S. Cod-
 icibus his planè verbis exhibetur: *Huius
 temporibus, Antonini scilicet Imperato-
 ris, Vir fuit in Vrbe Roma, nomine Pudens,
 genere nobilis, honestate præclarus, cuius
 pater vocabatur Punicus, mater autem Pri-
 scilla: quorum quidem arbitrio duxerat con-
 iugem nomine Sabinellam, illustribus æque
 ortam natalibus, de qua duas suscepit filias,
 pulchras specie, sed moribus pulchriores. Ter-
 tia demum Priscilla sub beato Marcello
 Papa in Ecclesia floruit; cuius Biblioth.
 in eiusdem S. Marcelli gestis meminit,
 hæc recitans: *Hic rogauit quandam ma-
 tronam, nomine Priscillam, & fecit Cœme-
 terium Via Salaria.**

3 Mente interim repetendum est,
 amice lector, id quod alibi adnotauimus;
 nimirum vbi dicitur *Fecit*, verbum istud
Facere pro instaurare, seu ampliare a Bi-
 bliothecario interdum vsurpari consu-
 uisse. Cœmeterium enim, de quo nunc
 acturi sumus, suum a B. Marcello ini-
 tium habuisse, aut ab hac Priscilla,
 quam tertio loco memorauimus, nomi-
 nis deriuationem sumpsisse, cum longe
 ante ipsorum tempora Cœmeterium
 hoc sub Priscillæ nomine, eadem hac
 Via extiterit, asseri nullatenus potest.
 Acta enim SS. Prædis & Pudentianæ

Priscilla pri-
 ma.

Act. 18.

1. Cor. c. 6.

2. ad Timoth.

ad Rom. 16.

Mart. Rom. 8.
 Id. Jul.

Priscilla secun-
 da,
 Punicus Pu-
 dens.

M. S. Cod. Vat.
 4. 9.

Priscilla ter-
 tia.

Bibl. in S. Mar-
 cello PP.

Cœmeteriū
 Priscillæ vn-
 de principii
 habuerit

Sancti in Cœ-
 meterio Pri-
 scillæ sepulti.

S. Pudens.

virginum, sanctissimum virum Pudentem Senatorem, qui centum & quadraginta annos beatum Pontificem Marcellum antecessit, in Priscillæ Cœmeterio conditum fuisse his verbis tradunt: *Sepelirunt autem eum solemniter in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria iuxta plures Christianæ fidei confessores. Quo subinde loco, post biennium circiter elapsum, a S. Pontifice Pio & Pastore presbytero, Pudentianam quoque Christi Virginem vnâ cum Praxede eiusdem sorore perhonorifice cõditam fuisse iisdem pariter in Actis hoc modo enarratur: Interea, post annos duos & dimidium virgo Christi Pudentiana migravit ad Dominum. Cuius corpus beatissima Praxedes diligenter inuolvens, atque aromatibus condens, beato Pio Episcopo, & viro Dei Pastore cum alijs Christi famulis debita obsequia celebrantibus occulte habuit in supradicto Titulo viginti octo diebus. Quibus denique euolutis, noctu transfulerunt illud, & posuerunt iuxta patrem suum in Cœmeterio Priscillæ, Via Salaria xlv. Kal. Ianuarias.*

4. In eodem autem Cœmeterio, B. eiusdem Praxedis opera S. Symitrij presbyteri, aliorumque duo & viginti Martyrum corpora, Actis iisdem attestantibus, condita fuere: sed ipsa nunc, si libet Actorum, verba in medium proferamus: *Quorum corpora noctu B. Praxedes colligens, sanguinem quoque spongia, quæ hætenus extat, de pavimento exbaurens, sepeliuit iuxta patrem suum ac sororem in Cœmeterio Priscillæ sub die 7. Kal. Iunias. Ibidem demum Praxedem ipsam conspicuæ sanctimonix virginem pia Pastoris presbyteri manu tumulto illatam fuisse, citata nuper Acta his serme notis loquuntur: Sacratissimum denique corpus eius sepeliuit B. Pastor, obsequentibus alijs Christianis, iuxta patrem suum Pudentem, & beatam sororem suam Pudentianam, in Cœmeterio supradicto, qui & ipse obiit 7. Kal. Aug.*

5. Haud vllatenus igitur a Priscilla, quam postremo loco descripsimus, Cœmeterium hoc vel initium, vel nomen, auspiciari potuisse prudens quisque rerum arbiter pronunciare potest: verum ab illa potius, cuius post primam mentio incidit, quæ dignissima S. Pudentis Senatoris mater extitit, & beatarum Praxedis ac Pudentianæ auia; quarum omnium

veneranda in sacrum hoc Cœmeterium, corpora illata fuere. Quibus eiusdem quoque secundæ Priscillæ, Punici eius viri, atque Sabinellæ Pudentis eiusdem vxoris, corpora aggregata postmodum fuisse probabilis coniectura suadet. Cœterum id accidisse potuit, vt a B. Marcello Papa hoc ipsum Cœmeterium ampliore in formam redactum, deinde a præmemorata Priscilla postremo loco instauraretur; cuius quidem mentio fit in Martyrolog. xvi. kal. Febr. ipsomet natalitio eiusdem B. Marcelli Papæ die his quidem verbis: *Romæ S. Priscillæ, quæ se suaque Martyrum obsequio mancipauit. Ab eadem quoque Priscilla, quam secundo loco recensuimus, Cœmeterium, quod apud Ecclesiam S. Praxedis in Vrbe extat, denominationem traxisse suo infra loco demonstrabitur.*

6. Illud porro indubitatum est, complura videlicet Sanctorum corpora in Priscillæ Cœmeterio Via Salaria tumulto excepta fuisse. Ipsa enim Priscilla, ac ambæ præclarissimæ virgines Praxedes & Pudentiana sorores cum studiosa iugiter opera humanis beatorum Martyrum cadaueribus institerint, id ab eisdem maxime in ipsarummet Cœmeterio præstitum fuisse quis ambigat? Etsi autem horum dumtaxat nomina in sacris Martyrologijs, ac Martyrum Actis recensita nouimus; nimirum Sanctarum Donatæ, Paulinæ, Rusticæ, Nominandæ, Hilariæ & Sociarum, de quibus Martyrol. pridie kal. Ianuarij; innumera plane, si probe quis nosset, iam memoratis subtexcnda suppetent. Haud ignorandum profecto est, quod diserte Bibliothecarius asserit, sanctos videlicet Marcellinum Papam, Claudium, Ciri-num, & Antoninum a Marcello presbytero, qui eidem postea Marcellino in Pontificatu successus est, in celebri huius Cœmeterij Cubiculo consēpultos fuisse; nam idem in ipsius Marcellini gestis hæc recitat: *Post hoc factum iacuerunt corpora sancta in platea ad exemplum Christianorum diebus triginta sex ex insu Diocletiani, & exinde Marcellus presbyter collegit noctu corpora cum presbyteris & diaconibus cum hymnis, & sepeliuit Via Salaria in Cœmeterio Priscillæ in Cubiculo Claro, quod patet vsque in hodiernum diem, quod ipse præparauerat (vel certe, vt*

AA. ss. Praxed
& Pud.

S. Pudentiana

Ibid.

S. Symitrij
Presbyter.

Duo & vigin-
ti martyres.

Ibid.

S. Praxedes.

S. Priscillæ
secunda.

Martyr Rom
16. Ian.

SS Donata,
Paulina, Ru-
stica, Nomi-
nanda, Hila-
ria, & Socia.

Martyr Rom.
Prid. kal. Ian.

SS Marcellini
Papæ, Clau-
dij, Ciri-
rius, & Anto-
ninus.
Cubiculum
Clarum.

Bibl. in Marc.
Pap.

qui-

quidam legunt, præceperat) *pœnitens dum traheretur ad occisionem, in crypta iuxta corpus Sancti Crescentionis.* hæc ibi.

7 Porro Cubiculum Clarum, de quo nobilis hic mentio incurrit, hoc plane titulo appellatum est, quod aliquo desuper extructo foramine, per quod introrsum subinde lumen demitteretur, clara illud luce omni ex parte perfundi atque illustrari contingeret. In eodem

item Martyrologio Romano xv. Kal. Octobr. Sancti Crescentionis vnâ cum B. Narcisso Martyre memoria recolitur; a quo deinde Baronius in suis ad Martyrologium Notis, idem Cæmeterium denominatum fuisse arbitratur; hæc autem sunt eius verba: *Erat nomine Crescentionis dictum nobile Cæmeterium*

Romæ Via Salaria, non longe a Cæmeterio Priscilla, vt indicant Tabule Vaticanæ, in quibus Cæmeteriorum nomina perlegimus. Ex recitata autem nuper Bibliothecarij sententia satis superque constat, haud peculiare huius nominis Cæmeterium

exitisse, sed quandam potius ipsius Cæmeterij Priscillæ partem hoc titulo appellatam, a sacro videlicet eiusdem corpore ibidem condito, iuxta quod & corpus deinde B. Marcelli Papæ honorifice pia fidelium manu depositum fuerat. Ex recensitis præterea B. Marcelli Papæ actis constiat, Crescentianum quoque

Martyrem a S. Ioanne presbytero in eodem Priscillæ Cæmeterio sepultum fuisse; verba autem hæc sunt: *Cuius corpus, Crescentiani scilicet, iussit iactari ante Cluuium Vrsi, ante Templum Palladis* (vel vt alibi legitur, Palatij) *In ipsa vero nocte venit Ioannes presbyter, & collegit corpus, & sepeluit in Cæmeterio Priscillæ, in arenario, Via Salaria v. Kal. Decemb.* Hoc pariter loco beatissimum Marcellum Papam ab eodem Ioanne presbytero, & Lucina matrona sepultura

donatum fuisse, quæ supra recitauimus, Acta testantur; quibus item Bibliothecarius, Ado, Beda & alij suffragantur. At vero eiusdem S. Marcelli sepulchrum merito honoris cultu S. Damascus auxit, & pietatis obtestandæ gratia carminibus hæc exornauit:

Veridicus Reclor lapsos quia crimina flere Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus. (dialites,

Hinc furor, hinc odium, sequitur discor-

Seditio, cædes, soluuntur federa pacis. Crimen ob alterius Christum qui in pace negauit,

Finibus expulsus patria est feritate tyranni.

Hæc breuiter Damascus voluit comperta referre,

Marcelli populus meritum cognoscere posset.

Hæc vtiq; obseruantissimi animi obsequia, & tanto digna Pontifice præconia laudum, ac monumenta S. Damascus vltro persoluit.

8 Locus insuper, vbi S. Pontifex depositus est, ad *sanctum Marcellum* exinde denominari contigit, vt ex ipsomet Bibliothecario constat, quide translatione corporis Vigiliij Papæ Syracusis, vbi iam obierat, in hoc Cæmeterium diserte agens, hæc recitat: *Cuius corpus, inquit, ductum est Romam, & sepultum est ad S. Marcellum Via Salaria in Cæmeterio Priscilla.*

9 Siluestrum item Papam sanctitatis prærogatiua insignem in hoc Cæmeterio sepulturæ locum sibi delegisse eiusdem acta his plane verbis testantur: *Ex iussu autem eius sepultus est in Cæmeterio Priscillæ Via Salaria, milliario tertio ab Vrbe pridie Kal. Ianuarias.* Hoc idem apud Bibliothecarium & alios expressum reperitur. Idemque sepulchri locus, ad S. Siluestrum pariter dici, ipso Bibliothecario teste, consuevit, in Adriani Papæ Primi gestis, vbi isthæc: *Pariter in eadem Via Salaria Cæmeterium S. Siluestri Confessoris atque Pontificis, aliorumque sanctorum multorum in ruinis positum renouauit.* Vbi & Ecclesiam in eiusdem

B. Siluestri honorem crectam postmodum fuisse Franciscus Albertinus asserit in libro, quem de mirabilibus Vrbs inscripsit, vbi Cæmeteria enumerans, ait: *Cæmeterium Priscillæ Via Salaria apud Ecclesiam S. Siluestri.*

10 Verum præter Pontifices iam recensitos, Liberium quoque, Siricium, & Cælestinum Romanos Præsules in hoc item Cæmeterio conditos fuisse ex eorundem apud Bibliothecarium gestis nouimus. Cælestini quidem præcipua mentio incurrit in Epist. 3. Adriani Papæ ad Carolum Magnum, vbi isthæc: *Sanctus Cælestinus Papa proprium suum Cæmeterium picturis decorauit.* Eiusdem

autem

Locus dictus ad S. Marcellum.

Vigilius Papa

Biblioth.

S. Siluester Pontifex.

Ad. S. Siluestri.

Cæmeterij S. Siluestri.

Bibl. in Hadr. I.

Ecclesia S. Siluestri.

Frant. Albert de mirab. Urb.

Liberius, Siricius, & Cælestinus Pontifices.

Sepulchrum Cælestini.

Epist. 3. Adri. Pap. ad Carol. Magu.

com. Mar. 15 al. O. Ab. Crescentionis.

Baron. in Not. ad Martyr.

A. B. S. Marcell. Pap. Cod. Lat. var. 3. 9. 7. 11. 17.

S. Marcellus Papa.

Bibl. in Mart. Pap. Ado. Beda in Martyr.

Epitaphium S. Marcelli. Antiq. inscrip. v. 1172. Baron. Annal. in append. to. 3. in. 309.

autem Cœmeterium hoc loco appellatur ipsemet locus in hoc Cœmeterio ab ipso Cælestino in sepulturam specialiter sibi delectus, vel certe hoc titulo communi omnium voce eiusdem post obitum (vti mos est) nuncupatus, quod videlicet ibidem a fidelibus conditus fuerat.

11 Vt studioso autem lectori singula ob oculos ponamus, quæ ad antiquorum temporum notitiam spectant, nec quicquam, quod sacram antiquitatē redolet, subterfugere patiamur, illud addimus, quod hac nostra ætate, Epitaphia quædam eorundem Siricij & Cælestini Pontificum sepulchris olim affixa, in lucem prodire, quæ apud Gruterum Antiqu. Inscript. & Baronium carminibus hæc expressâ leguntur:

Epitaphium
Siricij Papæ.

Sepulchralis Siricij Papæ lapis.
*Liberium lector mox & Leuita secutus
Post Damasum clarus totos quos vixit in
annis.*

*Fonte sacro magnus meruit sedere sacerdos.
Cunctis vt populis pacem tunc solidam
daret.*

Grut. antiq.
Inscript. pag.
1171.
Baron. an. 16,
p. 40. 378.

*Hic pius, hic iustus, felicia tempora fecit.
Defensor magnus multos vt nobilis ausus
Misericors, largus, meruit per secula nomen.
Ter quinos populum qui rexerat in annos
amore,*

*Nunc requiem sentit, Cælestia Regna po-
titus.*

Sepulchralis Cælestini Papæ lapis.
*Præsul Apostolicæ sedis venerabilis omni
Quem rexerat populo, decimum dum con-
deret annum.*

Epitaphium
Cælestini Pa-
pæ.
Idem ibid.
Baron. in apst.
10. 5. an. 432.

*Cælestinus agens vitam migravit in illam
Debita, que Sanctis æternos reddit ho-
nores.*

*Corporis hic tumulus, requiesunt ossa,
cinisque,*

*Nec perit hinc aliquid, Domino caro
cuncta resurgit.*

*Terrenum nunc terra tegit, mens nescia
mortis*

*Viuat, & aspectu fruitur bene conscia
Christi.*

Alij subinde Pontifices pari pietatis studio, ac munificentia sacerdotalis exemplo Cœmeterium idem instaurarunt, inter quos præcipuum sibi locum Ioannes Papa Primus, & Adrianus itidem Primus vindicant, vt Bibliothecarius in vtriusque vita testatur. Hoc vero reli-

Biblioth. 76. Pap.
1. et Hist.
Pap. 1.

qua inter Cœmeteria, vt infra patebit, amplissimum est, & complures eiusdem partes, in quas diuiditur, varijs passim nominibus appellantur, vel ab ijs, qui primam construendo manum operi admoerunt, vel certe a recolenda potissimum sanctorum memoria, quorum corpora recondi, ac seruari ibidem contigit, quod in Callisti pariter Cœmeterio supra adnotauimus.

12 Complura item sanctorum corpora inde in Urbem translata, ac plures Ecclesiæ pretiosissimis eorundem pigmentibus tunc potissimum temporis apprimæ auctæ ac nobilitatæ sunt, cum idem Cœmeterium magna iam ex parte, interlapsum temporum iniuria, collapsum omnimodam intuentium oculis vastitatem præferebat. Paschalis enim Primus in B. Praxedis Ecclesiæ corpora beatorum Cælestini, & Siricij Pontificum, necnon S. Crescentionis, sanctarumque virginum Praxedis ac Pudentianæ corpora transfudit, vt vetus ibi inscriptio lectorem vltro admonet. Sacrum vero B. Marcellini Papæ caput apud S. Mariæ Maioris basilicam hodie digno religionis cultu a fidelibus asseruatur. Corpus autem S. Marcelli Papæ in Ecclesiæ eiusdem nomine Via lata, celebrem translatum honorifice ibidem ad hanc vsque diem quiescit: cuius reliquijs plures itidem, eæque insigniores Christiani orbis Ecclesiæ ditatæ sunt.

Cœmeterio Priscille varia foritum est nomina.

Ex Cœmeterio Priscille multa sanctorum corpora in Urbem translata.

B. Marcellini Papæ caput.

S. Marcelli Papæ corpus.

S. Siluestri Papæ corpus.

Illud hoc loco addimus, beatissimi videlicet Siluestri Pontificis reliquias, tum in sacra S. Adriani æde, tum in alijs Ecclesijs asseruari, vt inscriptiones, quæ ibidem positæ sunt, legentibus fidem faciunt. Eiusdem quoque beati Pontificis reliquias extra Urbem, ad Nonantulanum præsertim Cœnobium translatae fuere. Quarum dignam, reccolendamque translationem hic M. S. Codicibus recensendam duximus, vbi post enarratum ipsius Pontificis obitum, & sepulturæ honorem eidem in Priscillæ Cœmeterio exhibitum, isthæc leguntur: *Quod de huius eminentissimi Papæ postmodum sacro actum sit corpore, indubia prorsus narratione dicimus. Anno etenim Dominice Incarnationis septingentesimo tertio, cum Longobardorum iam per Italiam sepepra fulgerent, vir quidam nomine Anselmus regali ortu prosapia, meritisque clarus, Aistul-*

M. S. Cod.

Aistulphum Italorum adijt Regem, per sororem scilicet suam, quae regio habebat thalamo. Huius nauaque imperatu tria non modica intra collationem paulo ante idem vir construxerat canobia, fratrumque decorarat agminibus. In quorum maximo, quod Nonantula haecenus vocitatur, monachorumque praepollet phalangis, cum sanctissimi vellet artus recordere Siluestri, eundem Regem Romuleam vsque comitatus ad Vrberem, petijt vt eos se exinde sineret transferre. Quid plura? Rex annuit. Abbas Slipatus perrexit fratribus, omni que pretioso obrizo de iam fato corpus immensa cum reuerentia sepulturae abtulit loco (ex Caemeterio scilicet Priscillae, cuius supra meminerat) Quamplurima vero miraculorum pariter fulserint prodigia, non est nostrae deponere facultatis. Ergo ad praefatum Nonantulanum caelesti venit cum thesauro Canobium, omni cum honore, multis delibutum aromatibus, ibidem nunc recondidit, eiusque sarcophagum multorum decorauit pondere metallorum. Haec ibi.

13 Recensita autem haecenus translatio sub Stephano Papa Tertio, Pauli Primi, eius germani, praedecessore contigit, qui cum satis aperte in edito a se diplomate testetur, ex eodem videlicet Priscillae Caemeterio B. Siluestri corpus vna cum alijs Martyrum corporibus, e varijs Caemeterijs in Monasterium, quod paternis in aedibus crexerat, & nunc S. Siluestri in Capite nuncupatur, a se translatum fuisse, vt illibatus veritati nitor ac robur sit, & congrue interim antiquis de rebus loquamur, non corpus vtique, sed sacras eiusdem beatissimi Pontificis reliquias Nonantulan delatas fuisse nobis palam fatendum est; sed vt congruam veluti iudex ipsemct lector sententiam ferat, diplomatis eiusdem hic verba, quae ad propositi institutum spectant, in medium proferre praestat, haec igitur ibi: Cum per euoluta annorum spatia diuersa sanctorum Christi Martyrum atque Confessorum eius, foras muros huius Romanae Vrberis sita antiquitus Caemeteria neglecta satis inuenerit diruta, contigit postmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus esse demolita, qui etiam & aliquanta ipsorum effodientes Martyrum sepulchra, & impie deuastantes, quorundam Sanctorum auferentes secum deportauerunt corpora; & ex eo tempore

omnino desidiose, atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam & quod dici nefas est, etiam & diuersa animalia in aliquantis eisdem sanctorum Caemeterijs aditum habentia: illic enim eorum existerant septa animalium, in quibus fatis egerebant squalorem. Vnde conspecta eorundem locorum desiliosa incuria, & ex hoc valde ingemiscens, atque plurima doloris attritus maestitia, aptum prospexi, Deo amnuente, eosdem Sanctos Martyres & Confessores Christi, & virgines ex istis dirutis auferre locis: quos & cum hymnis & canticis spiritualibus in hanc Romanam introduximus Vrberem, & in Ecclesiam, quam nouiter a fundamentis in eorum honorem construxi, intra muros scilicet in domo, quae mihi parentali successione obuenerit, in qua me natum constat, atque nutritum, eorum sanctissima collocans condidi corpora: vbi congregationem constitui monachorum specialis censura in honorem Stephani Papae & Martyris, atque Siluestri Papae & Confessoris Christi, in qua veneranda eorum requiescunt corpora, &c. Haec in diplomate, quod omnino integrum apud Moniales S. Siluestri ad hanc vsque diem asseruatur, & apud Baronium Annal. to. 9. an. 761. ad verbum recitatur.

14 Paulus igitur Pontifex huius nominis Primus reliquam corporis beatissimi Siluestri partem sub Stephano praedecessore, cuiusdem germano, diminuit, in suam perhonorifice Ecclesiam transtulit; ac tunc potissimum temporis, vel certe paulo post ex eadem sacras reliquiarum particulas desumi, ac enixe petentibus deuotionis gratia easdem subindidi ac impertiri coeptum est; ac caeteras Vrberis Ecclesias ijs ditari contigit, videlicet S. Adriani, S. Praxedis, & sanctorum pariter Siluestri & Martini in Montibus, & nonnullas alias, in quibus fere singulis, vt fama atque opinio perperam fert, ipsiusmet B. Siluestri corpus requiescit, ex confecta nimirum verborum formula, qua passim scriptores vtuntur, ac figurato loquendi modo, quem synecdochen appellant, cum pars videlicet pro totius significatione desumitur.

15 Porro Priscillae Caemeterium, (de quo nunc sermo recurrit) vastissimum olim erat, vt ipsemct Bosius oculatus eiusdem testis, ac explorator affirmat, & satis superque conijcere potuit ex his, quae inter inuestigandum

Stephanus Papa 3. Sanctorum corpora ex ijs in Vrberem transtert.

Baron. Annal. to. 9. an. 761.

Sacris S. Siluestri Papae reliquijs complures Vrberis Ecclesiae ditantur.

Caemeterij S. Priscillae vastitas ac amplitudo.

ea loca deprehendit, quod & a nobis suo loco prolixius enarrabitur, cum de Cœmeterijs a Bosio Salaria potissimum Via adiuventis agemus. In varias quippe partes veluti in membra hoc vnum diuidebatur, quæ deinde vel a beatis Martyribus ibidem sepultis, vel certe ab his, a quibus sacra eadem loca aut construi, aut instaurari contigit, nomen sumpsere. Id vero ea prorsus ratione huic accidisse putamus, qua Callisti Cœmeterio satis amplo contigit, & ex infra dicendis patèbit, cum de Cœmeterijs sermo erit, quæ Via Salaria sita sunt, & in hoc Priscillæ Cœmeterium velut lineæ a circumferentia ad centrum deriuabant. Quoniam vero de vasto huius Cœmeterij ambitu, ac circuitu nonnulla attigimus, haud a rei proposito alienum existimamus, hic demum paucis subtexere, quod Iacobo Abbati Crescentio primariæ inter Romanos nobilitatis viro inter perlustrandum hoc Cœmeterium olim contigit: quippe qui dum pia curiositate illectus spatiosum huius subterraneæ regionis ambitum haud peritum ad commonstrandas latentium viarum semitas ducem nactus percurrit, perlustratque, iam viam, & vitam pariter vnâ cum socijs desperauerat, nisi diuinitus illi Cælo monstrante illinc emergendi aditus patuisset, sed vt rem totam summam exponamus, hæc pauca interim accipe.

21 Crescentius Abbas, quem memorauimus, vir singulari pietate, ac eruditione conspicuus, S. Philippi Nerij discipulus, eidemque apprime charus, & de sacris Cœmeterijs optime meritis; quamplura enim ex his sæpè sapius ad perscrutandas B. Martyrum reconditas ibidem reliquias, sollicitè requisit, inuisit, perlustrauit, & demum veneranda multorum sanctorum corpora, ingenti labore cõquisita, haud vllis parcens expensis, sua manu è tenebris in lucem reuexit, & sacras præcipue S. Caij Papæ exuias recurrente eiusdem peruiugio non absque peculiari diuini numinis instinctu apud Callisti Cœmeterium feliciter adiuuenit. Hic igitur anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, dum Cœmeterialibus antiquorum Christianorum cauernis perlustrandis totus inhiat, a quibusdam, qui se

abditos loci sinus probe nosse iactabant, intra præmemoratum Priscillæ Cœmeterium deducitur, eam nimirum ob causam, vt multorum Martyrum, quæ ibi tumulata sunt corpora illi suspicienda, veneranda, & nonnulla alia recolendæ antiquitatis, quæ adhuc extabant, monimenta pio deuotionis studio, quod sumnopere cupiebat, contemplanda suppetere. Eiuscemodi spe ductus iuxta Salariam Viam vnâ cum amicis per foramen quoddam adeo angustum ingrediens, ad inferiora delabitur, vt haud exiguum incepti itineris pensum demisso corpore anguim instar rependo peragere opus fuerit. Verum dum iter ad quinque horarum spatia, huc illuc discurrendo, pertrahunt, a recto tramite prorsus aberrant. En tibi vir ille, qui se ducem iactabat, tandem exterritus inclamat: Heu rectam socij anisimus. Ad huius vocem expallescent omnes, pergentesque, ad locum tandem deueniunt, qui labyrinthi cuiusdam faciem intuentibus præferret. At dum anxij huc illuc cursitant, eoque semper redeunt, vnde discesserant, eodem insistentes loco, euadendi animum omnino despondent. Illud vero etsi corpore, animo tamen magis magisque fatigatos huiuscemodi inter angustias angebat, quod facibus, quæ lumen refunderent, iam penitus consumptis, cereus dumtaxat ad semidigitum supererat. Videbantur autem sibi intra mortis quodammodo fauces deprehensi, euadendi viam frustra querere, ac tentare, tunc, vt poëta ait, *gelidusque per ima cucurrit ossa tremor*, digito enim iam a morte distabant, nec spes vlla ad superos remcandi ipsas intra latebras dabatur. Dolor autem inde amplius augcebatur, quod cum ipsi clam, & nemine prorsus sciente ingressi illic fuissent, eorum corpora inter obliuionis tenebras conspulta haud cuiquam vlllo vmquam tempore innotescere contingeret, nec de ipsis quidquam amici suspicando assequi posthac valerent.

22 Cum igitur eiuscemodi inter angustias deprehensi, ac tortuosas viarum ambages cum imminente iam fato propius luctari cœpissent, auxilium è Cælo omni penitus ope destitutus adfuit. Abbas quippe bonam vel desperatis

In varia diuisum est membra varisque nomina sortitum.

Crescentij Abbatis pietas erga martyres.

S. Caij Papæ reliquias in Cœmeterij S. Callisti inuenit.

Priscillæ Cœmeterium ita dicitur.

Et multiplicium viarum ambagibus implicitus à recto tramite diu aberrat.

ratis inde rebus spem concipiens, his verbis socios alloquitur: Quorum animos ò focij despondimus, Deo fidamus, ipse enim viam errantibus monstrabit, vnanimes fundamus ei preces, subnixi meritis Beati Philippi Neri, & protinus nobis, vt spero, auxilium presto erit. Vixea, se humi omnes proiciunt, orant, inuocant, eidemque, eius patrocínio fidebant, vitam iam eum via perditam enixe commendant. Haud spe frustrari passus est suorum preces beatus Philippus: nam breuissimo temporis interuallo vix clafso, res mira; ipsummet foramen, per quod aditus primum illis patuerat, prompta manu offendunt, & inde quasi è profundo pelagi sinu in portum, è tenebris in lucem salui, atque incolames emergunt, postquam integro septem horarum spatio (quod incredibile dictu est) defessi in incertum perambulauerant. Verum postea haud beneficij accepti immemores, etsi dira premerentur fame, lassâ antequam membra recrearent, eiusdem beati Philippi facellum continuo adeunt, ibique gratiarum vota persoluunt, & vt resta tanta omnibus innotesceret, idem Abbas votiua ex argento tabellam eiusdem sepulchro ad perpetuum rei monumentum appendit. Et hæc interim in gratiam Cœmeterij Priscilla obiter enatrasse satis est. Iam, si libet, ad vltiora progrediamur.

CAP. XXIX.

De Cœmeterio SS. Felicitatis, Alexandri, Vitalis, & Marialis; Iordanorum item, ac septem virginum, necnon Chrysanthi & Dariæ nuncupato.

VM conspieuz sanctitatis mulier felici quidem omine ac nomine pariter Felicitas vnâ eum septem filijs Romæ sub

Antonino Imperatore, vt sacra Martyrologia testantur, martyrio coronata fuerit, & toties martyr extiterit, quot libens ante se filios ad martyrium præmisit, vt eam iure merito condignis laudibus sancti Patres concelebrant. Sepulchuræ vero locus, quo præstantissima post triumphum sæmina excepta est, in eisdem Martyrologijs desideratur. Nullius tamen menti dubitandum suppetit, celeberrimum eiusdem, ac filiorum Cœmeterium Via quondam Salaria existisse, eum id ex Bibliothecario aperte comprobetur, qui in S. Bonifacij Papa Primi gestis, eundem in Cœmeterio S Felicitatis Via Salaria degisse refert; hæc autem inquit: *Qui dum compulsi exissent, ipse nempe Bonifacius, & Eulalius schismaticus, habitauit Bonifacius in Cœmeterio S. Felicitatis Martyris, Via Salaria.* In eodem insuper Cœmeterio oratorium ab ipsomet Bonifacio constructum fuisse idem Bibliothecarius his verbis asserit: *Hic fecit oratorium in Cœmeterio S. Felicitatis iuxta corpus eius, & ornauit sepulchrum S. Martyris Felicitatis & S. Siluani, &c.* Addit insuper eodem quoque loco ipsummet Bonifacium conditum fuisse: *Qui etiam, inquit ille, sepultus est in Cœmeterio S. Felicitatis Martyris Via Salaria 8. Kal. Nouemb.* Idem plane probatissimi scriptores, Ado & Beda disertis verbis affirmant, qui itidem eundem iuxta ipsiusmet S. Felicitatis sepulchrum illatum fuisse asserunt.

2 Extant vero apud Gruterum in antiq. Inscript. & Baron. in Append. to. 5. Annal. anno 423. duo hæc Epitaphia, eiusdem olim Bonifacij sepulchro affixa, quæ in studiosi lectoris gratiam nunc in medium proferentur.

Primum Epitaphium.

Postquam mors, Christi pro nobis morte,
peristi,
In Domini famulis nil tibi iuris erit.
Pone trucem rabiem, non est seuire potestas,
Aut quid visa furis nil nocitura pijs?
Hoc siquidem melius demisso viuitor orbe,
Cum tamen vt viuat hic sibi quisque
facit.

Hic

Cœmeteriū
S. Felicitatis.

S. Bonifacius
Papa I.

Bibl. in S. Bonif.
I.

Oratorium in
Cœmeterio
S. Felicitatis.

Idem loc. cit.

Sepulchrum
S. Bonifacij I.

Idem.

Ado et Beda
in Martyrol.

Epitaphium
S. Bonifacij I.
Grut. in antiq.
in script. in ap-
pend. pag. 1164
Baron. to. 5.
annal. an. 423

B. Philippo
Nerio opul-
tante vitam
nunc reperit
& in lucem
per ac opus
ne citius
emergit.

tinam ex
argento ca
illam ad
allem fan-
sepulchri
neficij re-
em appen-

Felicitas,
ly.



Hic sita sunt Papæ Bonifacij membra sepulchro Pontificale sacrum qui bene gessit opus. Iustitia custos, rectus, patiensque, benignus, Cultus in eloquijs, & pietate placens. Flete ergo mecum Pastoris funera cuncti, Quos tædet citius his caruisse bonis.

Secundum.

Sedis Apostolicæ primævis miles in armis, Post etiam toto Præsul in Orbe sacer. Membra beata senex Bonifacius hic sua clausit, Certus in aduentu glorificanda Dei. Mitis adunavit diuisum Pastor ouile, Vexatos refouens, hoste cadente, greges. Iram supplicibus humili de corde remisit, Debellans cunctos simplicitate dolos. Egrot, ne sterilis Romam consumeret annus, Nunc orando fugans, nunc miserando famem, Quis te, sancte Parens, cum Christo nesciat esse, Splendida quem tecum vita fuisse probat?

Ecclesiæ SS. Felicitatis, Siluani, & Bonifacij Papæ.

Biblioth. in 3 Sy romac. Pap.

Id. in Hist. Pap. 1.

Cæmeterij Iordanorum.

3 Ecclesiæ quoque ibidem in honorem S. Felicitatis, ac sanctorum Siluani & Bonifacij Pontificis erectæ fuerunt. Nam Ecclesiæ S. Felicitatis ipse Bibliothecarius meminit, dum in Symmachi Papæ gestis hæc narrat: *Hic reparauit basilicam S. Felicitatis, quæ iam in ruinam imminebat. Vbi postea B. Gregorius Papa Homiliam tertiam in Euang. habuit. Verum Ecclesiæ beatorum Siluani, & Bonifacij idem in vita Adriani Papæ Primi meminit, qui memoratas hæc teneus Ecclesiæ unâ cum ipsius B. Felicitatis Cæmeterio instaurauit. Hæc autem inquit: Cæmeterium vero S. Felicitatis Via Salaria unâ cum Ecclesijs S. Siluani Martyris, & S. Bonifacij Confessoris, atque Pontificis, vno coherente solo, miræ restaurauit magnitudinis. Harum tamen Ecclesiarum nullum prorsus hac nostra ætate vestigium suspicitur.*

4 Hoc porro S. Felicitatis Cæmeterium, Iordanorum quoque nomen, quorundam appellatione, sortitum est: sub hoc enim titulo a Bibliothecario in

Symmachi Papæ gestis describitur, dum illud ab eodem instauratum fuisse enarrat: *Hic fecit Cæmeterium, inquit ille, Iordanorum in melius, propter corpus S. Alexandri. Qui quidem Alexander vnus fuit ex filijs S. Felicitatis. Verum aperte magis ad rem nostram Bibliothecarius idipsum in vita Adriani Primi explicat; vbi cum multiplicia ab eo Cæmeteria, quæ Salaria Via extrabant, restituta fuisse describat, hoc quoque interferit: Immo, inquit, & Cæmeterium Iordanorum, videlicet sanctorum Alexandri, Vitalis & Martialis martyrum, seu sanctorum septem virginum à nouo restaurauit. Ex quibus liquido, vt videre est, in ipsomet Cæmeterio, quod Iordanorum olim nuncupabatur, sacra beatorum Alexandri, Vitalis filiorum S. Felicitatis corpora, recondita, idemque Cæmeterium multiplicibus hisce nominibus appellatum fuisse, comprobatur.*

5 Nomina vero sanctarum septem virginum, hoc eodem loco quiescentium, a quibus denominari meruit, in Martyrologio Romano pridie Kal. Ianuarij his quidem verbis recensentur: *Rome Via Salaria in Cæmeterio Priscille sanctorum Martyrum Donatæ, Paulinæ, Rusticæ, Nominandæ, Serotinæ, Hilarinæ, & sociarum. In peruetusto itidem M. S. Basilicæ Vaticanæ Martyrologio earumdem mentio fit, & sociarum pariter, quæ in Romano desiderantur, singillarim nomina describuntur; hæc autem ibi: Rome Via Salaria in Cæmeterio Iordanorum natale sanctorum Donatæ, Paulinæ, Rusticæ, Nominandæ, Serotinæ, Hilarinæ, Rogatæ, Dominandæ, Hilarinæ. At vero lectori sacræ antiquitatis, ac veritatis pariter studioso negotium aliquod facessere videtur, virginum earumdem numerus in Romano Martyrologio indefinite descriptus, in Vaticano autem peculiariter auctus: verum cum in reliquis vtraque consentiant, nobis quidem credere par est, vel librariorum incuria, septem pro nouem apud Bibliothecarium descriptas fuisse, vel certe nomina ipsa Hilarinæ videlicet pro Hilaria, & Denominandæ pro Nominandæ perperam repetita fuisse. Nec autem inde scrupulus hic lectoris menti obrepat, quod in Martyrologio Romano legatur in Cæmeterio Priscillæ, apud Codicem*

Idem in Symmach. Pap.

S. Alexandri.

Cæmeteria Via Salaria sita.

Biblioth. in 3 Hadr. Pap. 1.

Cæmeterium sanctorum septem virginum.

Martyr. Rom. prid. Kal. Ian.

M. S. Cod. V. at. 4. 8. C. 1. SS. Donata, Paulina, Rusticana, Nominanda, Serotina, Hilaria Rogata, Dominanda, & Hilarina.

vero.

vero Vaticanum, in Cœmeterio Iordanorum; hæud utrisque cohærentibus, vt constât, inter se nominibus: nam vt iste difficultatis nodus facili negotio eludatur, quis nesciat sub amplissimo ac generico Priscillæ nomine, cætera frequenter, quæ hac Via Salaria existunt, Cœmeteria recenseri, cum reliqua eiusdem sint partes, in quas illud subdiuiditur, vti de hoc præsertim Iordanorum Cœmeterio pronuntiandum est. Nec demum quispiam dixerit Bibliothecarium de septem virginibus loqui, quæ huiusmodi nomine in Romano item Martyrologio v. Id. Aprilis prænotantur; cum illæ haud Romæ, sed Sirmij, vt expressis verbis ibidem legitur, martyrium pro Christi fide subierint.

6 Porro hæc ipsa nobilissima Cœmeterij Priscillæ pars, Alexandri quoque titulum sortita est, ob veneranda nimirum beati eiusdem Alexandri Felicitatis filij pignora ibidem condita, iisdem Bibliothecario, Adone, ac Beda testibus.

7 Eodem insuper Cœmeterio nobilissima Christi virgo & Martyr Susanna sub impio Imperatore Diocletiano celebri quondam martyrio coronata, vt iisdem Ado & Beda affirmant, tumuli obsequio excepta est, quod & in eiusdem Actis hæmet verbis legitur: *Hoc cum audisset Serena Augusta, cum gaudio noctu veniens, collegit corpus S. Susannæ Martyris, & sanguinem, quem effuderat in eodem loco, cum suo velamine detexit, & posuit in capsâ argentea in palatio suo; vbi diu nocturne furtiuus vicibus orare non cessabat. Corpus autem S. Susannæ ipsa manibus suis ornavit cum linteaminibus & aromatibus, & posuit iuxta corpora sanctorum in Cœmeterio Alexandri in arenario, in crypta iuxta S. Alexandrum in ciuitate Figlina 111. Id. Aug. In cæteris vero M. S. Basilicæ Vaticanæ Codicibus, in quibus hæc eadem acta recitantur, illud subtextitur, eandem videlicet apud sanctorum Chrysanthi & Dariæ corpora deposita fuisse; hæc enim ibi; *Corpus autem eius ipsa manibus suis ornavit linteaminibus, & condidit aromatibus, & posuit iuxta corpora sanctorum Chrysanthi & Dariæ Via Salaria in arenario, iuxta Sanctum Alexandrum in ciuitate Figlina 111. Id. Aug.**

8 Ex recensitis autem Cœmeto-

rium illud prope figlinas olim extitisse, manifeste conuincitur, quarum frequenter in pluribus sanctorum Martyrum Actis mentio iteratur. Et iste quidem locus, vt credere par est, ciuitatis forte nomen ob plurimas figulorum domos ibidem existentes obtinuit, quæ ciuitatis cuiusdam faciem intuentibus præferebant. Quod autem in hac potissimum regione figulorum officina olim extiterint, aperte, vt reor, ex ipsomet Viminalis Portæ, quæ proxime adiacet, nomine comprobatur, quæ, vt iam supra ostendimus, *Figulensis* dicebatur. Verum id lecto prænonendus est, in huiuscemodi videlicet Actis mendum irrepsisse, vt pro *Fidenæ* corrupto vocabulo *figlina* legantur. Salaria enim Via ad v. ab Vrbe lapidem Fidenæ erant, vetus ac celebre quondam oppidum, vbi nunc castellum extat, quod Iubileum nuncupatur. In his vero actis oppidi huius nomen in Figlinas, vel exscribentium, aut certe legentium inscitia, detortum, commutatumque esse crediderim. Alterum enim oppidum, quod *Ficulea* dicebatur, ex quo *Ficulensis* porta, Nomentana Via situm erat. Quapropter in epistola 7. Innocentij Papæ Primi pro vna eademque recensetur Nomentana, siue Feliciensis, vel Ficulensis Parochia, hoc quippe modo legendum isthæ videtur, cum alterum ex memoratis nominibus, velut quid sibi minus notum, librariorum imperitia, ipsorum verborum sensum ac literas immutando corruperit. Sed Fidenæ, vt diximus, Viæ Salarix, cum Ficulea Nomentanæ Viæ haudquaquam ab imperitis hominibus confundendæ sunt: ni forte, ob ipsius loci propinquitatem, hoc nomen promiscue usurpatum fuisse asseratur.

9 Cum iisdem igitur in Actis lectissimam virginem Susannam iuxta sanctorum martyrum Chrysanthi, & Dariæ corpora deposita fuisse describatur, fateri quoque necesse est, Martyrum eorundem Cœmeterium, ipsummet esse, quod Adrianus Papa huius nominis Primus, Bibliothecario recte, instaurauit: *Basilicam, inquit ille, Sancti Saturni Via Salaria positam vna cum Cœmeterio sanctorum Chrysanthi & Dariæ renouauit. Et Salaria quidem Via inuicti Mar-*

F f ty-

Figlinæ.

Porta Viminalis.

Porta Figulensis.

Fidenæ oppidum.

Epist. 7. Innoc. Papæ.

Cœmeterium SS. Chrysanthi, & Dariæ.

Biblioth. in. Adrian. 1.

Cœmeterij Alexandri.

Bl. Ado, & Beda in blar.

Susanna vir & martyr.

Ado & Beda Martyr.

S. Susannæ d. v. at. 465. c. 1.

Cod. S. R. C. P. Chrysanthi & Dariæ

Numerianus
Imp. obstructo
Cœmeterij aditu
Christianos inibi
latentes erue,
sar.

SS Diodorus,
Marianus &
socij.

AA. SS. Did.
& Mar. Cod.
Var. S. Petr. D.
Vell. 3. 10.

tyres Chrysanthus, & Daria sub Numeriano diris pro Christo pœnis affecti, inaudito ibidem crudelitatis ac supplicij genere viuentes adhuc terra obruti, ac sepulti sunt: ad quorum deinde sepulchrum cum numerosa populi multitudo ad celebranda eorundem natalitia confluxisset, eodem iubente Numeriano, obstructo Cœmeterij aditu, omnes, qui aderant, optatam pro Christo martyrij palmam assecuti sunt; inter quos Diodorus presbyter, & Marianus Diaconus præcipui erant, quorum duntaxat ex tam ingenti martyrum numero Christi fidelibus nomina nosse datum est, cum reliquorum, quæ adhuc ignorantur, digito Dei viui in vitæ libro scripta recensentur. Horum autem illustre ac reolendum iugiter in Ecclesia martyrium, eorundem in Actis his plane notis exprimitur: Tunc Numerianus Imperator non virtutibus diuinis hæc, sed maleficijs imputans, iussit eos duci Via Salaria, atque in arenario deponi, Chrysanthum nimirum & Dariam simul & illuc utrosque viuos terra & lapidibus obrui. Tunc beatissimus Chrysanthus cum beata virgine Daria deponuntur in foueam, psalmis & orationibus insistentes; facti sunt in passione sociati sanguine, sicut fuerant mente etiam coniuges, quasi in vno læclo, ita in vna fouea, in vna voluntate durantes. Talis fuit passio, quæ magis sepulturam Dei famulis intulit, quam pœnan ingessit. Accepit autem Deus hostiam viuentem, cuius gratia hoc factum est, vt qui simul fuerant in virginitate durantes, simul pertingerent ad coronam. Igitur cum multa beneficia Deus venientibus ad eorum sepulchra præstaret, euenit vt die natalis eorum insuuta populi multitudo concurreret, viri simul & mulieres, pariter & infantes, & inuuptæ puellæ, & iuuenes. Hoc cum fuisset Numeriani auribus intimatum, iussit vt in introitu, quo introierant in crypta paries leuaretur, quod cum fuisset impletum, desuper à Sabulone super eos montem deiecit. Omnes ergo pariter, dum communiter sacramenta perciperent, & martyrum gloriam celebrarent, ipsi quoque ad coronam martyrij pertigerunt. Inter quos erat Diodorus presbyter & Marianus diaconus, & plurimi clericorum. Populi autem multitudo nec numerum, nec nomina collecta sunt, quia & lacinosum & superfinum indicauimus. Vides hinc martyrum obse-

quo deditos, ac intra abdita Cœmeteriorum loca ad eorundem reolenda certamina, diuinorumque Sacramentorum participanda mytheria confluentes, martyrij palma, ac martyrum societate donatos.

10 Porro celeberrimum hunc martyrij locum a S. Damaso Papa nobili carminum præconio exornatum S. Gregorius Turonensis de glor. Mart. lib. 1. cap. 38. luculenta quidem oratione describit; cuius hic verba, vt pote quæ rei proposito mirum in modum consonant, recensere haud pigebit. Hæc igitur Gregorius: *Chrysanthus martyr, vt historia passionis declarat, post acceptam martyrij coronam cum Daria virgine, multa populis sanitatum beneficia tribuebat, & ob hoc etiam crypta super eos miro opere fabricata est, quæ in arcum modo transuoluta, summissima stabilitate subsistit. Denique cum ad eius festa populorum frequentatio confluxisset, iniquissimus Imperator ereclum in illius crypte introitu parietem, conclusa multitudine, iussit edem arena & lapidibus operiri: factusque est desuper mons magnus. Idque gestum certissime ipsius manifestant scriptæ certaminis. Quæ crypta diu sub hoc velamento permansit operta, donec Vrbs Romana, relictijs idolis, Christo Domino subderetur. Iam procedente tempore nulli erat cognitus locus ipsius sepulturæ, donec Domino Iesu reuelante patefactus est, cuius partem in vno loci interposito pariete, sepulchra martyrum Chrysanthi & Daria segregata parte, in alia sanctorum reliquorum cadauera sunt congregata. Veruntamen in pariete illo, qui est in medio positus, fenestram struclor patefactam reliquit, vt ad contemplanda sanctorum corpora aditus aspicienti patefceret. Ferrunt etiam, quod eo tempore, quo ad sancta solemnia accedentes inclusi sunt, vrceos argenteos ex metallo formatos, cum vino, quod ad oblationem sacrificij diuini offertur, secum homines detulissent, argentumque ibi remansisse manifestum est, idque hodie à conspicientibus cerni. Sed quia iugiter mens humana turpibus, erubescendisque cupiditatibus inhiat, subdiaconus quidam viso per fenestram argento, cogitat intra se, quod postero die, auaritia impellente, compleuit. Nocte enim confurgens, ingressus est basilicam sanctorum: deinde per fenestram ingrediens cellulam, ac per obscuritatem noctis palpans manibus, aliquos de vrceis cepit, deinde egredi cum-*

Locus martyrij SS. Chrysanthi & Dariae descripius

Greg. Turon. lib. 1. c. 38.

Auaritia subdiaconi argenti cum è crypta Cœmeterij furtim auferre nitentis puncta.

præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquam potuit aditum, vnde ingressus fuerat, reperire. Deo quippe scelcrum vindice avarus æque ac sacrilegus homo dum patrandi sceleri totus incumbit, vel nolens, vel inscius, vt ab argento manum & cor pariter ab impietate coerceret, carcerem patiebatur. Sed interim, quæ Gregorius subtexit, audiamus: Dato vero, inquit, die dum opera sua obtegi conscius sceleris voluit, iuxta illud Dominici oraculi dictum, quod omnis, qui male agit, odit lucem, vt non manifestentur opera eius, occultavit se in angulo cellule tota die, ne videretur: sequenti vero nocte quasi iterum aditum, sed reperire non potuit: sic per trium noctium curricula fecit. Tertia vero die, cum iam fame cruciaretur, accessit coram populo ad fenestram, & relicto argento confessus est opus suum; egressus est foras cum magna verecundia, nec latuit scelus, quod gesserat, populis qui aderant. Post multum vero temporis cognoscens hoc factum Damascus Antistes sanctæ Sedis Apostolicæ, iussit diligentius operiri fenestram, vbi et versibus decoravit locum, & ibi benedicitur Dominus noster Iesus Christus ad laudem nominis sui vsque in hodiernum diem. Hæc Gregorius Turonensis.

II Ex enarratis autem hæcenus a Turonensi, de argenteis vasis, quæ in præmiorato SS. Chrysanthi & Mariæ martyrum Cæmeterio asseruabantur, hic vel obiter contemplantibus palam fit, quam splendida ornamentorum genera apud primæuos Christianos vsui extitissent, quibus Ecclesia sub ipsismet persecutionum temporibus mirifice refulgebat. Si quis enim hæc mente altius repetat, vasa aurca, vel argentea ad sacrum altaris ministerium persecutionis tempore ab Urbano Pontifice facta esse ex eiusdem actis comperiet. Si vero de Diocletiani potissimum temporibus sermo sit, egregium illud apud sanctum Augustinum epist. 165. Monumentum extat, vbi proconsularibus ex actis legitur, inter vasa ad Ecclesiæ vsum composita lucernam argenteam, adnumeratam fuisse: & ipsemet Optatus Mileuitanus de sæuis Diocletianæ persecutionis temporibus agens, hæc ait: Extant ex auro & argento quamplurima ornamenta, quæ nec fodere terra, nec secum portare poterat, &c. Et Augustinus

ex proconsularibus item actis inter Ecclesiastica ornamenta calices duos aureos, & sex argenteos recenset. Vasa insuper argentea ministerialia è cryptis effossa, in quibus sancti Martyres (vt Baronius ait) sacra peragentes delitescabant, Gregorius Turonensis testatur de glor. Martyrum cap. 38. Hæc autem ante Christianos Imperatores: postea autem (vt idem Baronius adnotat) quam abundauerint Ecclesiæ vasis aureis & argenteis pretiosissimis, superfluum est dicere: crant enim ipsis gentilibus in admiratione. Vnde Iulianus Præfectus orientis auunculus Iuliani Apostatæ, illa Antiochiæ intuens, & obstupefcens dixit: *En quam sumptuosus vasis Filio Mariæ ministratur.* hæc ille apud Theodoretum hist lib. 3. cap. 17. Maximus igitur ornamentorum Ecclesiasticorum splendor apud Christianos, & ea in rebus diuino cultui dicatis pompa gentilibus obstupescens extitit, vt nil prorsus lector mirari queat, si argenteos, quos supra meminimus, vrcos Christianorum ministerio olim adhibitos fuisse perlegat.

12 At non vasa dumtaxat, sed loca ipsa Dei obsequio dicata, ingenti splendoris cultu habita, & mirifice a Christianis exculpta fũere, cuius quidem rei infensissimi Christianæ fidei hostes, & ipsiusmet nominis Christi aduersarij testes sunt, ita vt illud merito asseri possit: *Et inimici nostri sunt iudices.* Quo enim olim sumptu, qua impensa & ornatu isthæc peragerentur (vt Baronius ait) ex his certe, quæ Christianis infensissimus hostis (licet res nostras deridens, & carpens) ethnicus homo tradit, qui Apostolorum temporibus, ac etiam Traiani vixisse ex suis ipsius scriptis cognoscitur, aliqua saltem ex parte intelligi posse videtur: ac proinde qualis esset rerum nostrarum cultus, quantumlibet persecutio acrior vndique vigeret, idem auctor, licet aliud agens, penicillo quodam figurare videtur, nec adeo obscure, vt non liceat velut per rimulas quasdam rem ipsam aliqua ex parte cognoscere. Lucianus enim iste, de rebus Christianorum loquens Criticam quemdam introducit, qui cum ab aliquo fidelium Christianus fieri persuaderetur, ab eodem in locum, vbi Christianorum cætus peragebatur, deductus est, quem quidem ille locum satis splendidum hunc in modum eleganter

Baronius Mar
kom. die 16.
Aug.

Theod. hist. l.
3. c. 17.

Veterum Chri-
stianorum
splendida Te-
pla.

Baron. in 1. 40
an. 57. n. 101.

Apud Lucianum
in Diolop.

describit: *Pertransiimus, inquit, ferreas portas & area limina, multisque iam superatis scalis in domum aurato fastigio insuam ascendimus, qualem Homerus Menelai fingit esse: atque ipse quidem omnia illa contemplantur, quæ insularis ille adolescens. Video autem non Helenam, sed mebercule viros in faciem inclinatos, & pallescentes, &c.* Hæc quidem & alia apud Lucianum de Christianis derisionis gratia dicta leguntur. Ex quibus dum auro parietes, ac laquearia, & totus circumquaq; locus (vt ipse prolixius describit) fulgeret, Christianorum dumtaxat facies ieiunijs aridæ, & iugi carnis maceratione attritæ ac pallescentes horrorem intuentibus incutere videbantur. Et hæc sunt, quæ hic vel obiter in rem præsentem enarrasse voluimus.

14 Porro vt ad nostra redeamus, & perlustrato SS. Chrysanthi ac Dariae Cæmeterio, carmina, quæ beatus Damascus in eorundem martyrum honorem conscripsit, recensamus, hæc in Poëmatum eiusdem nuperrime edito opusculo leguntur, carm. xxxvi.

Ex carminibus
Dami. si Vesp.

*Hic votis paribus tumulum duo nomina
seruant*

*Chrysanthi, Dariae nunc venerandus
honor.*

Effera quæ rabies neglecto iure sepulchri, &c.

14 Sacrae huius cryptæ venerationis cultu dignissimæ vestigium omne, ac memoria exciderat, & licet Sanctorum meritis ac signis locus apprimè nobilitatus esset, inter obliuionis tamen tenebras incultus latuit vsque ad Stephani Papæ Sexti tempora, qui diuino lumine afflatus & locum, ac eorundem pariter Sanctorum corpora adinuenit, atque in Urbem (vt par erat) perhonorificè transtulit. Cuius recolendæ inuenitionis, ac translationis item historiam Surius exactè describit to. 1. 17. Ianuarij, & breui quodam compendio in sacris septem Urbis Ecclesiarum Monumentis, in Basilicæ videlicet Lateranensis descriptione, a Seuerano nostro recensentur; apud quam præcipue maxima sacrorum pignorum pars, vti pariter in Ecclesia Sanctorum Apostolorum nunc condigno honore asseruatur.

Suo. 10. 1.
17. Ianuarij.

Translatio
corporis S. Susannæ.

15 Porro præclaræ virginis & Martyris Susannæ corpus eodem Cæme-

terio in Ecclesiam eius nomini dicatam, translatum fuit; vbi & paterna quondam eiusdem domus fuerat, in regione scilicet Alæ semitæ Diocletianas prope Thermas; quo loco magnificètur ad nostra hæc tempora exornato, maiori sub ara conditum, summa Urbis totius, vt par est, veneratione colitur. In præmemoratae autem eiusdem olim Ecclesiæ Confessione versus huiusmodi insculpti legebantur:

Ecclesia eiusdem.

OLIM PRESBYTERI GABINI FILIA
FELIX.
HIC SVSANNA IACET IN PACE PATRI
SOCIATA.

Vetus inscriptio in Aede S. Susannæ.

16 In eandem postea B. Susannæ Ecclesiam a S. Leone Papa Tertio, sacrum quoque S. Felicitatis corpus delatum est, vt quemadmodum eodem in Cæmeterio beata corpora tumulata iacuerant, ita pariter eiusdem Ecclesiæ sinu, ac pari deuotionis cultu excepta, in Domino conuiescerent. Verum ipsemet B. Leo, cuius iam meminimus, Ecclesiam hanc vetustate penitus collabentem iterum a fundamentis extractam pristino decori restituit: cuius recolendæ instaurationis memoria maiori in apside his verbis musiuo opere olim intextis prænotabatur:

Translatio corporis S. Felicitatis.

BEATÆ SVSANNÆ MARTYRIS AVLA
COANGVSTO
ET TETRO EXISTENS LOCO MARCVERAT: QVAM
DOMINVS LEO PAPA TERTIVS A FVNDAMENTIS ERIGENS,
ET CONDENS CORPV S. FELICITATIS
MARTYRIS
COMPT EADIFICANS ORNAVIT ATQVE DEDICAVIT.

Vetus inscriptio in Ecclesia S. Susannæ.

17 At vero beati Alexandri corpus in Saxoniam sub S. Leone Papa Quarto delatum fuisse Abbas Vspergensis, & Crantzius asserunt. Reliqua filiorum beatae eiusdem Felicitatis corpora quampluribus ipsius Romæ Ecclesijs ditandis pariter ac illustrandis præsto fuere, inter quas merito Sacra B. Mariæ in Cosmedin, nec non Sanctorum Marcellini & Petri prope Latranum Aedes adnumerandæ sunt: in quibus sub Sanctorum Septem fratrum nomine, inscriptis ibidem titulis, eorundem reliquias asseruari perhibetur. Sed de his hæc tenus.

Translatio corporis S. Alexandri. Abbas Vspergensis, Crantzius.

CAP. XXX.

De Cœmeterio Nouellæ.

QUA potissimum de causa Cœmeterium, de quo nunc sermo incurrit, appellationem eiusmodi sortitum fuerit, ut quod verum est, fateamur, nos penitus latet: quamuis a religiosa quapiam muliere istius nominis sumpsisse deriuationem, merito arbitrari ac suspicari quis valeat. At *Nouelle*, vel certe *Noëlle*, ut alij legunt, nomine in sacris quidem Martyrologijs, ac sanctorum Martyrum Actis, quod nouerimus, nulla prorsus mulier inscripta legitur: quamuis in peructustis Gentilium inscriptionibus hoc utique nomen frequentissime repetatur. Ex quo, ut nobis probabilis quidem coniectura suadet, Cœmeterium istud a nobili quadam Romanarum illustrium matrona, Nouellæ titulum, ac nomen desumpsit. Quod item Cœmeterium tertio ab Vrbe lapide Via Salaria existit, eiusdemque scriptor actorum Liberij, & Damasi nominis, qui, additis insuper beati Pontificis Damasi carnibus, nuper editus est, & ab Onuphrio speciali titulo S. R. E. Protonotarius appellatur, qui eundem Liberium Pontificem Vrbe a Constantio eiec tum diu in hoc Cœmeterio habitasse his verbis constanter affirmat: *Tunc Liberius cepit Constantium publice redarguere, asserens eum post Christianæ professionis susceptionem Ecclesie Christi emolumenta, non incommode conferre debere. Vnde Constantius vehementer iratus, hunc extra ciuitatem, quasi in exilium deportari præcepit, & habitauit extra milharior tertio, in Cœmeterio, quod dicitur Nouelle, Via Salaria.* Et paulo infra, ut iidem in Actis fertur, ipse Liberius solemnè appropinquante dierum Paschalium festo, clerico ab Vrbe accersito, luculentum ac pastorali sollicitudine dignum sermonem ibidem habuit; hæc enim ibi recitantur: *Eodem tempore appropinquante solemnitate Paschali, qua in Christo renasci plurimi exoptabant, conuocauit Liberius*

Vrbis Episcopus vniuersos Catholicos Ecclesiastici gradus; sedensque in Cœmeterio supradicto, sic loqui exorsus est: Dies tribulationis & angustie, fratres charissimi, emerferunt: in quibus nauis Petri, ventis insurgentibus, perturbata, tanquam Christo dormiente naufragium pertimescit. Nam & piratæ vndique inuadunt, & interdicitur nobis gubernandi facultas. Necessè itaque est, ut Dominum clamoribus excitemus, quatenus eo nobis dexteram porrigente; & inimicorum reprimatur incursus, & omnis perturbatio conquiescat: cui spei præsumptio nobis sit, quod caput horum malorum Arrius est extinctus. Dum enim de exilio reuocatus cum fratre nostro Alexandro de filii causa confugeret, humane causa necessitatis ad locum publicum declinauit; ubi cum sederet, intestina ipsius, atque omnia viscera ab eius corpore defluerunt. Confidamus itaque in Domino, quoniam iniuorum capite, eo fauente, destructo, & membra reliqua facile destruentur. Ego interim, fratres, vobiscum esse nequeo præsentia corporali: habetis autem vicarium fratrem, & compresbyterum Damasum, virum utique fideiissimum, & cunctis virtutibus adornatum: cuius prudentiam & constantiam mihi publice prædicatus, eo præuio post Deum in cunctis vris vestris utamini. De Baptismo autem quid sit agendum, decernite, & in quo loco celebrandum est, pronidete, quoniam Paschalis instat solemnitas, in qua multi baptizari desilerant. Respondit Dionysius presbyter, & ait: Præsul sancte & innocens confice Christum in nomine illius, quem publice prædicas, & celebremus Baptismum. Respondit Damasus Vicarius, dicens: Certi esse possumus, quia non relinquet Dominus plebem suam, cum qua vsque ad finem mundi permansurum se esse promisit. Exhibe nobis ad presens celebrare Pascha. Ego in humilitate loquor, orus enim quod super te baciulas, nos subleuare non possumus, quia ignoras ubi baptizes. Nouæ Ioannes in deserto baptizabat? Patres quoque nostri in typo Baptismi per medium mare transferunt: nam & in fluminibus & in paludibus, maxime instante necessitate, conuenit baptizare. Hunc sermonem cum gaudio suscepit Liberius Episcopus, ita ut præ gaudio staret. Audiens autem per os beati Damasi, quem Vicarium ipse delegerat, diuinum consilium, & conuensus ad eum, dixit: Eris maior nuni.

Arrius Hæresiarcha extinguitur.

Damasi encomium.

Omnis locus Baptismo per agendum aptus ac conueniens.

Nouella matrona.

Acta Liberij & Damasi.

Onuphr.

Sermo Liberij Papæ in Cœmeterio Nouellæ.

ibid.

ministrorum, sicut ille, qui Baptismum instituit. Et ad clericum de illo ait: Qui est vester minor, maior fiet, & qui se humiliat, exaltabitur. Cum enim esset Pontifex, prophetauit, quod B. Damasus præ eminentia, humilitatis, & vigilantia ad culmen Sedis Apostolicæ esset quandoque prouehendus. Hæc ibi.

2 In alijs quoque M. S. Codicibus eadem vtique apud hoc Cæmeterium gesta, diuerso licet, ac immutato stylo, leguntur: in illis etenim quem ad Romanum clericum Liberius sermonem habuit, ab illis verbis orditur: *Nolite timere, quod ego vobiscum non habito, &c.* Ex quibus, vt vides, ad sacra obcundamunia, & ad Sacramentorum mysteria, peragenda, Baptismi videlicet, & Eucharistiæ, dum persecutionum tempora ingruerēt, fideles passim vnā cum ipsis Summis Pontificibus in Cæmeteriales latebras se recipere, ibidemque latitare consueuissē, exploratissimum redditur. Cum autem post hæc de præmemorato Nouellæ Cæmeterio, nec in sacris Martyrum Actis, neque apud Bibliothecarium, ac cæteros antiquos scriptores mentio vlla habeatur, hoc quoque, vt alibi diximus, Cæmeterij Priscillæ partem extitisse conijcimus, cum tertio ab Vrbe milliario recensetur, quanto, & illud ab Vrbe interuallo distat. Et hæc interim de celebri Nouellæ Cæmeterio, quod penitus antiquatum est, lectori indicasse sufficiat.

Cæmeteriū
Nouellæ pars
Cæmeterij
Priscillæ.

CAP. XXXI.

De Ostriano Cæmeterio.



A Ostoria Romanas inter familias præclarissima, cuius frequenter Tacitus, ac ipsemet Tertullianus meminit, Ostorianum hoc Cæmeterium initium traxisse, corruptoque deinde vocabulo, Ostrianum nuncupatum fuisse, aliqua nec quidem temere suspicio menti obrepit. Eiusdem vero in supra recitatis Liberij & Damasi Actis mentio incurrit, in qui-

Familia Ostoria.

Tacit. in hist. Tertull.

S. Petrus Ap. Baptizatus in Cæmeterio Ostriano.

bus fertur, hunc potissimum apud locum non Liberium dumtaxat, sed & Petrum ipsum Apostolorum principem aliquando baptizasse; hæc enim ibi: *Erat autem non longe à Cæmeterio Noëllæ, Cæmeterium Ostrianum; vbi beatus Petrus Apostolus baptizauerat.* Eodem ergo tempore habito consilio, baptizant ibi Liberius Episcopus promiscui sexus quatuor millia duodecim, quia non solum Romani, sed & Romanorum finitimi ab eo baptizari optabant. Quantum quotidie ad Christi fidem accessus fiebat, cum vel ipsas inter persecutiones tot millia hominum, vt sacris baptismi aquis abluerentur, vndique ad Cæmeteria conuolarent: sed hic quæso, quæ ad Baptismum pertinent, ex eisdem Actis repetamus: hæc enim infra de solemnitate eiusdem Liberij manu sub ipso Pentecostes die celebrato in Basilica Sancti Petri, suggerente Damaso, qui Baptismatis illic fontem parauerat, eisdem in Actis recitantur: *Et cum solemnitas Pentecostes aduenisset, multitudo promiscui sexus urgebatur ad Baptismum propter metum persecutionis. Volente autem Liberio in-*

As. Liber. & Damas.

Liberius baptizatus in eodem Cæmeterio.

prescripto Cæmeterio baptizare, ait ad eum Damasus: Quare opportunitate accepta non baptizas ad primum nostrum Pontificem Petrum Apostolum? Ex quo apertis vtique verbis, Cæmeterium hoc præcæteris verustissimum æque, ac præclarissimum esse constat, vbi Petrus Apostolorum Princeps accedentes baptizare consueuerat. Et quidem credere nobis par est, Ostrianum olim Cæmeterio Priscillæ adiunctum, eiusdemque partem fuisse, quod nimirum beatissimus Christi Apostolus frequenter in hospitis sui gratiam inuiseret, Prudentis videlicet Priscillæ filij, quæ Cæmeterium istud, vt iam supradictum est, diuino potissimum cultui, martyrum obsequio, ac publicæ piorum vtilitati construxerat. Sed nobilissimi Cæmeterij faciem lectori quam paucis delineasse, contemplandamque ob oculos exposuisse fati sit.

CAP. XXXII.

De Cœmeterio B. Hilarie .



CŒMETERIVM hoc sub Numeriano Imperatore ab Hilaria Claudij Tribuni vxore, in quodam eiusdem horto, tunc potissimum

temporis initium accepit, cum eundem Claudium, Iasonem ac Maurum filios martyrio coronatos eodem in horto marmoreis duobus tumulis perhonorifice deposuit: quo deinde loco ipsam et Hilaria eisdem pari sanguinis ac tumuli consortio iuncta, recondi meruit, quod in sanctorum Chrysanthi & Dariae Actis hunc in modum describitur: *Corpora autem filiorum collegit Hilaria relicta martyris Claudij, & singillatim condidit, Mauri & Iasonis in sarcophagis singulis collocavit. Quæ dum assiduis obsequijs circa sanctorum confessionem oraret Deum, tenta est: quæ dum traheretur, rogabat eos, qui se traherant, dicens: Obsecro vos, permitte me prius orationem meam complere, & veniam quocumque volueritis. Scitur dum fixisset gradum, accepit Sacramentum Domini, & expandens manus suas, dixit: Domine Iesu Christe, quem toto corde confiteor, modo me associa filijs meis, quos ex utero meo ad martyrium conuocasti: & hoc dicens proiecit se in oratione, & dum oraret, proiecit spiritum. Tunc illi, qui eam tenerant, dolentes super repentinum obitum eius, reliquerunt duas ancillas eius, quæ cum ea erant. Ille autem spelauerunt eam diligentissime sepulturae, & super eam breuissimam Ecclesiam fabricauerunt, quæ locus, in quo defuncta erat, eiusdem erat hortus Hilarie, & ex quo sancti passi fuerant, ibidem sibi mansionem collocarat. Id ipsum apud Bedam, Adonem, sacra item Martyrologia, & Petrum in Catal. lib. 1. cap. 23. legitur, qui beatam insuper mulierem Hilariam optatissimo apud filios tumuli consortio dignatam fuisse affirmat.*

2 Verum de hoc B. Hilarie Cœmeterio apud Bibliothecarium in Adriani Papæ Primi gefuis mentio agitur; vbi de

Ecclesijs, atque Cœmeterijs ab eodem Pontifice Via Salaria infrauratis isthæc recitantur: *Atque Cœmeterium sancte Hilarie inuouauit. Sepulchro autem S. Mauri, qui vnus extitit ex eiusdem Hilarie filijs, beatissimus Pontifex Damasus nobile huiusmodi epitaphium inscripsit, quod apud Gruterum in Antiq. Inscript. & Baronium Annal. to. 4. ann. 384. recensetur, & inter carmina S. Damasi n. 21. legendum occurrit:*

*Martyris hic Mauri tumulus pia membra retinet,
Quem Damasus Papa longo post tempore plebis
Ornauit supplex cultu meliore decorans,
Insontem puerum, cui pœna nulla deiecit.*

Sacra vero eiusdem Mauri, & Iasonis corpora a Paschale Primo ad S. Praxedis Ecclesiam translata fuisse appositæ ibidem inscriptio docet: quæ tamen postea vnâ cum S. Hilarie maris corpore Lucani ab Alexandro Papa Secundo delata, & in Ecclesia S. Martini, quam ipsemet Pontifex erexerat, condita fuisse, vt antiquissima eiusdem Ecclesie monumenta legentibus fidem faciunt, quibus Baronius quoque in suis Annalibus constanter adtipulatur. Sed his interim expediti, ad alia orationis stylym conuertamus.

CAP. XXXIII.

De Cœmeterio beatorum Thrasonis & Saturnini .



QVONIAM Cœmeterij beatorum Thrasonis ac Saturnini oportunc quidem nobis mentio incurrit, nonnulla hic, quæ maxime ad rei notitiam pertinent, antequam ad vteriora progrediamur, præmittere libet, quò singula deinde lector facili negotio assequi valeat. Repetenda igitur hoc loco sunt, quæ de S. Thrasone in M. S. sanctæ Susannæ Actis his quidem verbis leguntur: *Maximus autem omni noctu venundabat facultatem suam per quemdam amicum suum Thrasonem Christianissi-*

num,

Epitaphium S. Mauri.

Gruth. in ant. inscrip. in app. pag. 1171. Baron. annal. to. 4. an. 384.

Translatio corporum SS. Iasonis, Mauri, & Hilarie.

Bar. an. 10. 11. an. 1070.

S. Thrason.

M. S. AB. S. Susannæ Cod. S. Cecil. Petr. Natal. lib. 7. c. 49.

Hilaria.

S. Claudius.

S. Iason, & Maurus.

Hortus S. Hilarie.

AA. SS. Chryf. & Dar. Cod. Vat. S. Mart. D. Vall. 1. 3. 10.

Beilæ & Ado in Martyr. Petrus in Catal. lib. 1. c. 23.

Bibl. in Ad. Cap. 1.

num, togatum, qui occulte affidebat publico, habens in corde suo cum reuerentia religionem Christianam, quem ante multos annos Caius Episcopus baptizauerat: qui magis gesta Martyrum sanctorum colligens ornabat, & omnia nocturnis temporibus, pauperibus Christianis erogabat, circumiens per vicos & carceres & custodias. Idem plane in M. S. sancti Marcelli Papæ Actis exponitur his verbis: In ipso itaque tempore erat vir Christianissimus, nomine Thrason, vir potens, & facultatibus locuples, & vita fidelis. Hic cum vidisset affligi Christianos in fatigatione & labore, cepit in sua facultate sanctis Martyribus alimoniam, & victum ministrare per manus virorum Christianorum, Sifinnij, Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Vides quanto studio Christianorum fidei causa laborantium inopia subleuanda pij quique viri manum iugiter, atque operam suppeditarent. Ac demum de illustri Thrasonis eiusdem martyrio, quod sub Maximiano Imperatore contigit, in sacris Martyrologijs, & in Romano præfertim 111. Id. Decembr. præclarum

Aff. S. Mar.
Pap.

Martyr. Rom.

hoc elogium attexitur: Romæ passio sancti Thrasonis, qui cum Christianos laborantes in Thermis, alijsque operibus aleret, iubente Maximiano tentus, cum alijs duobus Pontiano & Prætextato martyrio coronatus est. Vt Euangelicum illud videlicet oraculum in eo adimpletum sit: Qui recipit prophetam in nomine meo, mercedem prophete accipiet. Hic enim martyres, ac pro fidei confessione strenue laborantes patrno sinu excipiens, martyrum mercedem martyr effectus recepit.

Prædium S.
Thrasonis Via
Salaria.

SS. Saturni-
nus, & Sifin-
nius.
Ad SS. Sif-
nij & Sat.

2 A viro igitur pietate ac meritis clarissimo, qui Thrason dicebatur, Cœmeterium, de quo nunc agimus, initium habuit. In quodam enim sui ipsius prædio, quod Via Salaria situm erat, illud extruendum curauit; vbi ipsemet vna cum Ioanne presbytero sacra beatorum Saturnini & Sifinnij Martyrum corpora sepeliuit, vt in eorundem Actis hismet verbis describitur: Eodem die dedit eis capitalem sententiam subire, & depositi de equuleo, ducti sunt Via Nomentana, miliarium secundo, & ibi capite sunt truncati. Quorum corpora collegit Thrason cum Ioanne presbytero, & sepeliuit in prædio suo Via Salaria sub die quarto Kalendarum Decembrium. Hæc ibi.

3 Dignissimum vero beati Saturni-

ni sepulchrum his iridem carminibus eruditissimus ille, æque ac piissimus Pontifex, Damasus inquam, exornauit, atque huiusmodi titulum, perpetui impensique erga Christi Martyrem obsequij locupletissimum veluti monumentum non tam ferro, quam calamo inculpsit:

Epitaphium
S. Saturnini.

Horum Martyrum cultor Damasus
Episcopus seruus Dei.

Antiq. Inscrip-
tio Append.
pag. 117.

Sola Dei nunc Christi fuerat crata cinis an.

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris.

Sanguine mutauit patriam, vitamque, genuisque

Romanum ciuem sanctorum fecit origo,
Mira fides rerum docuit post exitus ingens,

Cum lacerat pia membra, fremit Gratianus, vt hostes

Posteaquam fellis vomuit concepta venena,
Cogere non potuit Christum te sancte negare,

Ipsæ tuis precibus meruit confessus abire.
Supplicis hæc Damasi vox est, venerare sepulchrum,

Soluere vota licet, castasque effundere preces,

Sancti Saturnini tumulus quia Martyris hic est.

Hæc eadem carmina apud Gruterum in Appendice antiquit. Inscript. recensentur.

Grut. in app.
Antiq. Inscrip-

4 Cum vero eodem postmodum loco, ipsum supra Cœmeterium in honorem B. Saturnini Ecclesia erecta fuerit, ab vtriusque martyris nomine, Thrasonis videlicet & Saturnini Cœmeterium appellari contigit; quinimo ipso Cencio Camerario teste lib. quem de Censibus scripsit, immutato paucis titulo Cœmeterium Thrasonis ad sanctum Saturninum nuncupari itidem consuevit. Hanc porro Saturnini Martyris Ecclesiam incendio pene absumptam Felix Papa Quartus restituit, vt Bibliothecarius hæc scribens tradit: Huius temporibus, Felicis nempe, consumpta est incendio basilica S. Martyris Saturnini Via Salaria, quam a solo refecit. Subinde vero pari ratione ab Adriano Papa Primo; & demum a Gregorio Quarto hanc instauratam, suis-

Ecclesia S. Sa-
turnini.

Cenc. Camer.
lib. de cens.

Bibl. in Felic.
Pap. 4.

CAP. XXXIV.

De beatorum Martyrum
Hermetis, Basillæ, Proti
& Hyacinthi Cœ-
meterio .



CŒMETERIVM istud ,
cuius nomen , atque
origo ipsas inter ten-
bras nobis inuestigāda
proponitur , Via veteri
Salaria haud procul

ab Vrbe situm est , ac varijs quidem nomi-
nibus prænotatur . Hoc idem enim ,
vt breuiter singula repetamus , Herme-
tis quandoque Cœmeterium appellatur ,
id est , a beato Martyre Hermete Vrbs
quondam Præfecto , qui ibidem conditus
est ; hic enim cum a Sancto Alexandro
Papa ad Christi fidem traductus fuisset ,
illustre sub Adriano Imperatore , atque
Aureliano Iudice martyrium capitis
obtruncatione promeruit : de quo in
probatissimis Beati eiusdem Alexandri
Papæ actis huiuscemodi mentio sub-
textitur : *Tunc data sibi opera cum summo
studio ac desiderio magno peruenit ad illa
Vincula (S. Petri scilicet , quæ S. Alexan-
der inquiri iusserat) S. Balbinæ , deditque ea
Theodore illustrissimæ fœminæ sorori S. Her-
metis Præfecti Vrbs ; qui cum ab Aureliano
decollatus fuisset , corpus eius Theodora
collegit , & in Salaria veteri sepeliuit , non
longe ab Vrbe Roma , die v. Kalendarum
Septembrium .* Hæc ibi . Idem plane
scriptores cæteri , Ado , Beda , & Petrus de
Natalibus lib. 7. cap. 129. testantur , qui
insuper apud eundem Christi Martyrem
Hermetem , Theodoram quoque foro-
rem eius tumulo illatam fuisse addunt :
quibus Martyrologium Romanum Kal.
Aprilis his verbis egregie adstipulatur :
*Roma passio Sanctæ Theodoræ sororis illu-
strissimi Martyris Hermetis , quæ sub Ha-
driano Imperatore ab Aureliano Iudice
affecta martyrio , sepulta est iuxta fratrem
suum Via Salaria non longe ab Vrbe .*

2 Idem Cœmeterium Basillæ nomi-
ne a quibusdam nuncupatum est ; a
Basilla videlicet inter Vrbs Martyres

fuisse idem Bibliothecarius asserit . In
Vaticanis insuper tabulis Nicolai Papæ
Quarti diploma recensetur , in quo Pon-
tifex plenissimam è thesauro meritorum
Christi indulgentiam impartitur his , qui
descriptam hætenus beati Martyris
Saturnini Ecclesiam inuiserent , apud
quam nonnulli tunc Ord. S. Benedicti
eremitæ morabantur ; expressisque in
eodem diplomate verbis præmemora-
tam Martyris Ecclesiam in Priscillæ ac
Basillæ Cœmeterio existere pronuncia-
tur ; ex quibus aperte item colligitur , hoc
ipsum Thrafonis Cœmeterium , Cœme-
terij pariter Priscillæ quod dicitur , par-
tem computari , & cum eiusdem ambitu
protendi , eidemque pariter protenso
circuitu iungi .

5 Porro antiquissima hæc vnà cum
eodem Cœmeterio Ecclesia , longo
temporum interlapsu ruinis obruta ,
pretiosissima Sanctorum Martyrum
Saturnini ac Sisinnij corpora inde in
Vrbem transferri contigit : Beati nimi-
rum Saturnini corpus in Pammachij
titulum , qui hodie sanctorum Ioannis &
Pauli nuncupatur , quamuis venerandum
eiusdem caput apud Eudoxiæ titulum ,
hoc est , ad sacram ædem B. Petri ad
Vincula , condigno venerationis cultu
seruetur . Pretiosa autem B. Sisinnij
Martyris pignora a Sergio Papa Secundo
in Equitij titulum , ad Ecclesiam
videlicet Sanctorum Martini & Silue-
stri in montibus honorifice delata fuisse
vetus , quæ ibidem exculpta est , in-
scriptio testatur : in qua & corpus item
gloriosi Martyris Thrafonis illatum illuc
fuisse narratur . Et quidem , vt quod
verum est , fateamur , verisimile satis rem
altius perscrutanti redditur , beatif-
simum videlicet Martyrem hunc

haud alibi , quam ipsomet sui
nominis Cœmeterio pia
fidelium manu
condi-
tum fuisse . Et de
his hæte-
nus .



S. Hermes Vr-
bis Præfectus

Ad. S. Alex.
Pag.

Ado, Beda,
Petr. de Nat.
lib. 7. c. 129.

S. Theodora .

Martyr Rom.
Kal. April.

S. Basilla.

in clyta, ac regijsorta natalibus, quæ sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus nobili martyrio coronata, ibidem pariter condita est. Cuius memoria in Martyrologio Romano XI I I. kal. Iunij recolitur. Alio item titulo Cœmeterium sanctorum Proti & Hyacinthi Eunuchorum S. Eugenijæ locum hunc a quibusdam de nominari quandoque contigit. Ibi enim eisdem sub Imperatoribus hi Martyres coronati, tumulo excepti fuerant, vt apud Adonem videre est, & in Romano Martyrologio I I I. Id. Septembr. expresse adnotatur. Quorum sacræ Confessionis locus in ipsoniet Cœmeterio ipsius Symmachi Papæ munificentia argento exornatus, vt Bibliothecarius in eiusdem Symmachi Papæ gestis refert, in splendidiorem formam redactus est.

3 Quod autem Cœmeterium, de quo nunc agimus, varijs quidem nominibus appellatum vnum, idemque sit, satis perspicue ex eodem Bibliothecario in Adriani Papæ Primi gestis comprobatur, a quo Cœmeterij ipsius basilicam instauratam esse his verbis asserit: *Basilicam Cœmeterij Sanctorum Hermes, Proti & Hyacinthi, atque Basilæ miræ magnitudinis innotauit*. Quod utique nomen *Basil.* hac ratione decurratis literis exaratum, in M.S. Codice Vaticano, *Basilæ* interpretandum est, non autem *Basilicam*, vt ex recentioribus nonnulli, etsi perperam, autumarunt, & sanc in quibusdam codicibus, vbi singulæ exprimuntur notæ, quæ integrum nomen significant, palam legitur; frustra enim vox illa, *Basilicam*, iteratis ibidem vicibus inscriberetur; his adde, quod in sacris Martyrologijs I I I. Id. Septembris natalis horum Sanctorum Martyrum dies in Cœmeterio Basilæ recensetur; hæc enim ibi: *Rome Via Salaria veteri in Cœmeterio Basilæ natalis sanctorum Martyrum Proti & Hacinthi fratrum, &c.* Quapropter mendum aliquod in Cenci Camerarij codicibus irrepsisse putamus, vbi hoc ipsum Cœmeterium Hermetis ac Domicillæ, pro *Basilæ* denominatur: Domicillæ enim Cœmeterium alibi extare iam supra, si bene lector meminit, demonstrauimus. Quod quidem mendum ex consimili vocum desinentia, conscriptis paginis obrepisse credendū

est, vbi apud quosdam e recentioribus, Sanctorum eorundem corpora in Cœmeterio *Priscillæ* pro *Basilæ* condita fuisse legitur; longo tamen intervallo hæc vtraque Cœmeteria ab inuicem distant, cum Priscillæ Cœmeterium Via Salaria noua, & iuxta pontem Salarium, vt pater oculis, situm sit: hoc autem quod Basilæ dicitur, Via Salaria veteri extat, quæ pontem Miluium respicit. Quamuis ex quodam indulgentiarum diplomate ipsius Nicolai Papæ Quarti, in quo Cœmeteria *Priscillæ*, *Basilæ* pariter & Saturnini vnà simul coniunguntur, arguere quis possit, sub ipsa videlicet persecutionum tempora, Cœmeteria isthæc seiuncta olim fuisse, ita vt vnum ab altero haud modico itineris tractu distaret; at suborta deinde Christianorum Reipublicæ, ac Romanæ Ecclesiæ pacis tranquillitate, cum ipsamet Cœmeteria humandis piorum cadaueribus inferuire iugiter consueverint, & hanc præcipue ob causam cæteræ pariter vtrasque inter Vias cryptæ effoderentur, haud minus probabili quidem argumento contigit, vt post longa euoluta annorum curricula, vtraque in vnum Cœmeteria coalescendo indistincta, eorundem nomina passim a fidelibus vsurparentur, ac sub Priscillæ potissimum nomine, quod Cœmeterium cæteris amplitudine præcellit, singula deinde nuncuparentur.

4 Studioso interim lectori adnotandum est, duo videlicet epitaphia a beatissimo Pontifice Damaso conscripta, & sepulchro quondam sanctorum Proti & Hyacinthi insculpta, in hæctenus recitato Antiq. Inscript. Grutheri libello recenseri, ex quibus studiosus lector probe didicerit, Cœmeterium hoc quoddam sub colle olim extitisse, ac ipsummet beatorum martyrum sepulchrum a Theodoro presbytero ornamentis quameleganter excultum fuisse. Epitaphia vero martyrum sepulchro affixa, hæc sunt.

Rom. Martyr.
13. kal. Iun.

SS. Protus,
& Hyacinthus,

Ad. in rom.
Martyr. Rom.
3. Id. Sept.

Bibl. in Sym.
m. ar. Pap.

Ecclesia SS.
Hermetis, Bas.
sillæ, Proti,
& Hyacinthi.

Bibl. in Adr.
Pap. 1.

Mart. Rom. 3.
14 Sept.

Cœmeterij
Priscillæ.

Cœmeterij
Basilæ.

Diplom. Nicol.
Pap. 4.

Inscriptiones
sepulchris SS.
Proti, & Hyacinthi a B. Damaso affixæ.

Primum Epitaphium,
quod à B. Damaso
conscriptum
est.

Extremo tumulus latuit sub aggerem
montis
Hunc Damafus monstrat, seruat quod
membra piorum,
Te Protum retinet melior sibi regia celi,
Sanguine purpureo sequeris Hyacinthe
probatas.
Germani fratres, animis ingentibus ambo.
Hic victor meruit palmam prior, ille
coronam.

Alterum B. Damasi
Epitaphium.

Adspice descensum, cernes mirabile factum,
Sanctorum monumenta videns patefacta
sepulchris.
Martyris hic Proti stimulus iacet, atque
Hyacinthi,
Quem cum iam dudum tegeter mors, terra;
caligo,
Hoc Theodorus opus construxit presbyter
instans,
Ut Domini plebem opera maiora tene-
rent.

Hæc sunt, quæ Damafus in martyrum
Christi obsequium metro cecinit.

5 Cæterum venerandas sanctorum
Hermetis, Proti, & Hyacinthi reliquias
sub Gregorio Papa Quarto in Gallias
ob deuotionis cultum translatas fuisse,
Eginardus Caroli Magni Cancellarius
refert: sacrum enim corpus martyris eius-
dem beatissimi Hermetis in titulum D.
Marci pristino nitore redditum idem
Pontifex transtulit. Cuius translatio-
nis historiam prolixo sermone a Surio
ro. 3. 2. Iunij in SS. Marcellino & Petro
lib. 4. cap. 25. descriptam, quippe quæ
ad instituti propositum facit, hoc potis-
simum loco recensere operæ pretium
duximus, hæc igitur ibi: *Gregorius Ro-*
mane Urbis Episcopus, qui Eugenio simul-
que Valentino in Pontificatus honore succe-
dit, cum titulum S. Marci Euangeliste, in

quo presbyter fuerat, ampliare, & in eom-
nasterium vellet extruere, quæsiuit per Cæ-
meteria, & Ecclesias longius ab Vrbe con-
stitutas, sicubi Sanctorum Martyrum cor-
pora posset inuenire: inuentaque Titulo,
quem opere magifico extruxerat, curauit in-
ferri. Casu igitur factum est, ut eo tempore,
quo sepulchrum beatissimi Hermetis erat
aperturus, & sicrum illius corpus erat inde
sublaturus, vnus ex nostris, qui eodem anno
supplicandi gratia, ut moris est ponitentibus,
Romam venerat, congregatæ ad basilicam
martyris multitudini cum cæteris peregrinis
interesset. Is negotio, quod agebatur,
diligenter inspecto, spem adipiscendarum
memorati Martyris reliquiarum, licet corde
simplici, non tamen sine causâ concepit; &
Deusdonam diaconum adiens, obnixè rogauit,
ut ex his quantulumcumque a custodibus loci
acciperet, mihiq; deferendum sibi præsta-
ret. Qui confestim precibus eius annuens,
id se sine mora facturum pollicetur: datoque
custodibus pretio, non solum S. Hermetis,
sed etiam Sanctorum Proti atque Hyacinthi,
quorum in eadem basilica corpora erant posita,
reliquias accepit, &c.

6 Ex his igitur manifeste patet,
vnum, idemque esse Sanctorum eorun-
dem Proti, Hyacinthi, Hermetis, ac
Basilicæ Cæmeterium: & veneranda
martyrum eorundem corpora in præ-
dicti Cæmeterij basilica recondita simul
fuisse. Porro Hermetis Martyris corpus
in Diui Marci Ecclesia, in quam trans-
latum fuerat, condigno adhuc honore
asseruatur: beatorum vero Proti &
Hyacinthi reliquiæ sub Clemente Octa-
uo ab Ecclesia Sancti Saluatoris, quæ iux-
ta pontem Sanctæ Mariæ est, ad Eccle-
siam Sancti Ioannis Baptistæ Florentino-
rum, solemnè ritu ac pompa, perpetuo
illic asseruanda, delata fuere. Demum
S. Basilicæ corpus suo è Cæmeterio leua-
tum, in Ecclesiam S. Praxedis à Paschale
Papa I. transferri contigit, ut in-
sculptus ibidem marmorè ti-
tulus legentibus fidem
facit. Et hæc de
Cæmeterio
Basilicæ
lectori indicaf-
se volumus.

Translatio
corporum
SS. Proti, &
Hyacinthi.

Translatio
corporis S. Ba-
silicæ.

CAP. XXXV.
De Cœmeterio ad Clivum Cucumeris.

Clivus Cucumeris.



CŒMETERIVM, quod ad Clivum Cucumeris dicitur, veteri Via Salaria secundo circiter ab Vrbe lapide extructum fuit. Hoc autem titulo idcirco (ut eius originem altius repetamus) inscriptum, appellatumque eâs vel quod sub clivo quodam situm erat, qui cucumeris formam intuentibus præferret; vel certe quia id genus poma ab agricolis ibidem ieri consueverant; vel demum, ut nil prorsus lectorem lateat, ob pomi eiusdem formam alicui lapidi, vel ædificio insculptam, ex quo subinde locus nomen traxerit, quod plerisque alijs in Vrbe locis contigit; & his præcipue, qui ab antiquis multipliciter denominati sunt, ut exempli gratia, *Vrsus Pileatus, Capita bubula, Caput tauri, Ad Pyrum, ad Malum Punicum, Inter duas lauros*, & alia eiusmodi nomina, quæ ab antiquis deriuata ad nostra vsque tempora peruenierunt.

2^o. Martyres.

Martyres ad custodiendas arenas damnati.

Via Salaria vetus.

Cod. Lat. Vat. S. S. Petr. A. F. Vall. v. 5.

2 Porro huius Cœmeterij mentio in Actis præsertim Sanctorum ducentorum sexaginta Martyrum agitur, qui primum sub Imp. Claudio, anno Christi 270. ad effodiendas Via Salaria arenas damnati, demum a militibus in Amphitheatro, vniuerso populo inspectante, sagittis confixi suere; quorum corpora a BB. Mario & Martha coniugibus vna cum Ioanne presbytero veteri Via Salaria, ad Clivum hunc Cucumeris tumulata fuisse M. S. eorundem Acta, quæ vulgo sub nomine S. Valentini circumferuntur, his plane verbis enuntiant: *Eodem itaque tempore iussit Claudius, ut ubicunque Christiani inuenti fuissent, vel in vulgo, aut in custodia, sine interrogatione punirentur. Ipso præcepto diuulgante, tenuit ducentos sexaginta Christianos Via Salaria, qui arenam fodientes damnati fuerant pro nomine Christi: quos iussit ut in sagittas*

foras muros porte Salarie in eodem loco includerentur in Amphitheatro, & iussit ibi eos milites sagittis interficerent. Quod cum factum fuisset, contristati sunt nimis Marcius & Martha vxor eius, & duo filij eorum Audifax & Abacum: qui venerunt ad locum, vbi corpora Sanctorum interfecta fuerant, vna cum beato Ioanne presbytero, & inuenerunt super corpora Sanctorum ignem super positum, & sumentes ceperunt super corpora subtrahere, & sepelire cum linteaminibus ex facultatibus suis, quia locupletes erant: & sepelierunt eos IN CRYPTA VIA SALARIA IN CLIVUM CUCUMERIS, & sepelierunt cum eis Tribunal quendam Claudi, Blastum nomine, & in eodem loco vna cum Ioanne presbytero, vigiliis & orationes celebrauerunt. hæc ibi in Actis.

3 De eisdem quoque Romanum Martyrologium agit Kalendis Martij: & celeberrimum ipsorum certamen Metellus Tersegenis antiquissimus inter scriptores carminibus concinne, eleganterque in suo Quirinali cecinit: quæ Canisius, ut recolendæ antiquitati prospiceret Antiquit. lect. Tomo primo collegit, eademque ex parte saltem nobis hoc loco recensere haud pigebit. Postquam igitur acerbissimam temporum ac persecutorum immanitatem oculos posuit, isthæc de beatorum Martyrum certaminibus Metellus subinfert:

Martyr. Rom. Kal. Martij.

Metell. Tersegen. in suo Quirino, apud Canis. to. 1. Antiq. lib. 2.

*Istud edictum procul euulgat, vbi satelles
Vrbe foroque toto
Bis decem tredecies catholicis trahuntur
Ante diu metallis
Mancipati pro fide robore fortiori
Porte Salarie, qua
Transseunt Vrbe foras euehit ad metalla
præter eos tenentes,
Plurimi quos Theatro dispositos sagittis
Enecuerunt cunctos.
Concremandis corporibus ligna supra
struentes
Igne, ferro perarant
Insecta noctepij diripere Perse
Corpora Sacra flammis
Et Ioannem presbyterum sollicito vocantes,
Exequias agebant.
De suo Sanctis pretioso satis apparatus
Linteasericasque
Tinxerat pallas sanie purpurea sacrandas
Nec saraballachara*

Abstinebant obsequio religionis huius

Sic tumulantur beatos

In sinu cryptæ postos, cui iuga montis instant

Plena cucurbitarum

Sobrio lectu celebrant funera digna digne.

Ex quibus satis aperte, ut iam diximus, Cœmeterium illud olim in Clivo Cucumeris situm fuisse conuincitur, qui locusa Metello Cucurbitarummons alio vocabulo nuncupatur.

4 Ex iisdem insuper carminibus, & ex Romano item Martyrologio Acta, quæ supra citauimus, corrigenda a nobis sunt, ubi ipsorummet librariorum incuria martyresducentosexaginta duos pro ducentis ac sexaginta, pro Christo pœnis affectos fuisse legitur. Ut enim asseritionis veritas eluceat, alij prorsus ab his milites illi ducenti sexaginta duo extitere, qui haud sub Claudio, sed sub Diocletiano Imper. coronati sunt, de quibus suo infra loco agemus. Sub eodem item Claudio in hoc ipso Cœmeterio quadraginta & sex pariter milites post consummatū nobilis martyrii agonem depositi sunt, vt M. S. eorundem

Acta his verbis enunciant: *Tunc obtulit B. Iustinus milites quadraginta sex ad Baptismum venerabili Dionysio Episcopo Vrbs Romæ, & baptizauit eos in nomine Trinitatis. Et paulo infra hæc ibi subrextunt: Eodem tempore iussit Claudius exercitum armatum in palatium Sallustij includi, & iussit sibi milites presentari, qui baptismum perceperant, & præcepit exercitui, vt educerent eos foras muros portæ Salaria in ciuitate felina, & ibidem eos capite cedi. Qui decollati sunt omnes pro Christi nomine, numero quadraginta sex, extra vxores eorum. Quorum corpora noctu collegerunt Beatus Iustinus presbyter, & Ioannes, & sepelierunt in crypta cum multitudine Christianorum, Via Salaria veteri, in Clivum Cucumeris*

VIII. Kalend. Nouembris: ubi florent orationes eorum vsque in hodiernum diem; cum alijs centum viginti Martyribus; inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus & Petrus. Hi videntes ad se armatos venire, dicebant rogantes omnes, vt primus a primo decollaretur, cum intentione feruentes morilati, quam viuere male. Idem plane apud Adonem, Bedam, Viardum, & in Martyrolog. item Rom. vi i i. kal. Nouemb. vbi tamen centum & viginti

Martyrum numero, quos iuxta eodẽ quadraginta sex tumulatos fuisse eorundem exhibent Acta, vnus insuper adscribitur, ac centum viginti & vnus adnunciantur: qui omnes sub Maximiano Imp. gladio consumpti fuerant, vt in B. Marcelli Papæ Actis perhibentur, & apud Baronium & Petrum in Cat. videre est. Ex his autẽ illud profecto colligi potest, recensitos videlicet Martyres clarissimi illius Maximi milites fuisse, qui B. Marcelli Papæ & Ioanis presbyteri manu in hoc eodẽ Cœmeterio sepulturæ traditi sunt, iuxta aliorum cineres suorum e numero militum Dei charitate successi, flammis pro fide absumpti, millenarium quidem numerum complebant. Ex eorundem autem Actis recensere hic præstat, quæ ad rei historicæ propositum faciant, & quibus iam supra enarrata, valide comprobantur; hæc igitur iisdem in Actis: *Quorum primo Maximus, qui Comes millenarius erat, ab infantia sua Christianus, ex parentibus Christianis exortus, centum & viginti ex suis militibus conuersos a S. Marcello Papa baptizari fecit. Quod audiens Maximianus, eundem Maximum comprehensum, vna cum dilectis centum & viginti militibus damnauit ad arenam fodiendam; & post menses nouem, dum Marcus Tribunus comperisset, Maximus Comes ceteros suos milites, qui ex millenario residui fuerant, qui ad eum visitandum accesserant, conuertisset, fecit Maximum in carcerem mitti; deinde educlum fustibus cedi iussit; & cum caderetur, Tribunus excæcatus est: quod Maximianus Imp. audiens, & moleste ferens, Maximum Comitẽ cum centum viginti militibus ad arenam damnatis, fecit decollari. Reliquos vero ex mille militibus conuersos, in arenario missos, flammis iussit incendi. Quorum corpora Sanctus Marcellus Papa cum Ioanne presbytero sepeluit in Clivo Cucumeris, secundo ab Vrbe milliario.*

5 Celeberrimo item hoc Cœmeterio tres alios & viginti milites, qui sub Diocletiano ob martyrii palmam strenue decertauerant, humatos fuisse Romanum apud Martyrologium Nonis Aug. his plane verbis legimus: *Roma passio Sanctorum Martyrum viginti trium, qui in persecutione Diocletiani, Via Salaria veteri, capite truncati, ibidem sepulti sunt ad Clivum Cucumeris. Eorundem item in Beatorum Abundij & Abundantij Actis, quibus martyrii consortio sociati sunt,*

Acta S. Marcell. Pap. Euron annal. 10. 2. an. 298. Petrus le nas in catal. lib. 3. 6. 41. S. Maximus.

Mille milites martyres.

Acta S. Marcell. Pap.

Tres & viginti milites martyres.

Rom. Martyr. Non. Aug.

SS. Abundius, & Abundantius.

men-

Quadraginta ex milites martyres.

Cod. Vat. 374. Petr. C. 1. 1.

Centum viginti martyres.

S. Theodorus, Lucius, Marcus, & Petrus.

de Bedam, Viardum, & in Martyrolog. Rom. vi i i. kal. Nouemb.

mentio recurrit. Hæc autem ibi enarrantur : Tunc iratus Diocletianus iussit amoveri sanctos Abundium & Abundantium, & in carcerem recipi in custodia Mamerтини : ceteri vero viginti tres fideles in Christo, iussit duci foras muros civitatis Romæ Via Salaria veteri, & ibidem capite truncari : Martyres vero inelyti Christi dulcicum gaudio ad perfectam & sine dubitatione viam, prospicientes in calum, dixerunt : Deus omnium, & Domine vngente &c. Et hæc paulo infra : Orantes vero, & signaculum Christi in fronte sibi facientes, tendentes simul capita sua, prompte cum letitia magna finem huius seculi susceperunt ; & sic per proprium sanguinem gratia Dei sibi ipsis memoriam æternam instruxerunt Nonis Aug. Quorum corpora tunc collegit Ioannes presbyter, & Theodora matrona, & sepelierunt ea in crypta in CLIVO CVCVMERIS. Tunc beata Theodora venit ad carcerem ad beatum Abundium presbyterum & Abundantium Diaconum, & narrauit eis quomodo constanter suscepissent Sancti martyrium ; & quomodo venisset Ioannes presbyter una cum ea, & collegisset corpora sanctorum, & cum aromatibus & linteaminibus sepelisset eos in CLIVO CVCVMERIS, in crypta, & post sepulturam eis exhibitam cum gloria illic celebrasset diuina mysteria in pace. Incruentum quippe altaris Sacrificium a Christianis iugiter, vt diximus, in honorem martyrum offerri consueuerat.

Martyr. Rom.
15. Kal. Iul.
Ducenti &
sexaginta duo
martyres.

Id. Bedæ
Vitar. d. 17.
Martyr.

M. S. Cod. Vall.
Martyr. Rom.

7. Kal. Aug.

6 In Romano item Martyrologio xv. Kalend. Iulij ducenti & sexaginta duo illi Martyres, de quibus supra & qui sub Diocletiano quondam coronati fuerant, eodem hoc Cæmeterio depositi recensentur : ijdemque pariter apud Adonem, Bedam, Vsuardum & alios ipsamet die adnumerantur. In quodam insuper peruetusto nostræ Vallicellanæ Bibliothecæ eodice beati Pastoris Martyris, discipuli sancti Erasmi Episcopi actarecitatür, qui e Nicomedia Romam adueniens, sub Diocletiano, Salaria Via martyrio affectus hoc eodem Cæmeterio VII. kal. Aug. sepultus est ipsamet die, qua in Martyrologio natalitius alterius Pastoris presbyteri dies ascribitur ; hæc autem de eo ibidem recitantur : Audiens autem Maximianus Imperator famam beati Pastoris, iussit eum comprehendi, & ad se duci ; & cum multa illi intulisset supplicia, & illum immobilem inuenisset,

fecit eum recludi in custodia publica, vbi per totam noctem psallere Domino non cessauit. Mane vero presentatus Imperatori, & de sua fide interrogatus, cum constantissimus fuisset inuentus, in candentem fornacem missus est, vnde adiutus diuina virtute B. Pastor exiit illesus. Ad quod miraculum obstupuit Imperator, & maxima Domino credidit multitudo. Tandem iussu tyranni beatus Pastor extra portam Salariam ductus, & ad collum equi indomiti ligatus, ac per saxa & spinas tamdiu tractus est, donec Domino spiritum redderet. Cuius corpus noctu Ioannes presbyter tulit, & in xta CLIVVM CVCVMERIS sepeliuit VII. Kal. Aug.

7 Demum sub impio Apostata Iuliano idem Ioannes presbyter, cuius supra meminimus, nobili ibidem consummato martyrio, honorifico pariter tumulo piorum manibus conditus est, vt M. S. sanctæ Bibianæ Acta. hismet verbis edocent : Ob hanc itaque causam, quod scilicet martyrum corpora noctu raperet, & sepulture mandaret, iniquissimus Iulianus fecit eum teneri, & duci foras muros portæ Salarie in Via veteri, ligatus retro manibus, in CLIVO CVCVMERIS ante Templum Solis ; ibique nulla mora, sed eum sine interrogazione decollari fecit. Cuius corpus collectum est à Concordia presbytero, & sepultum est in ipso sarcophago in crypta, quæ est in eodem loco, cum hymnis & canticis spiritualibus, in xta concilia martyrum sub die x. Kalend. Ianuarij. huc vsque eadem Acta. Willelmus quoque Malmesburienſis in lib. quem de gest. Angl. scripsit lib. 4. alios insuper Martyres enumerat, qui eodem in cliuo post agonem, tumulo recepti fuere. Quem quidem ipse loem, Pincianam extra portam, ab ipso Portitianam corrupto vocabulo appellatam, statuit ; hæc autem inquit : Tertia porta Portitiana, & Via eodem modo appellata : sed cum peruenit ad Salariam, nomen perdit, & ibi prope in eo loco, qui dicitur Cucumeris, requiescunt Martyres, Festus, Ioannes, Liberalis, Diogenes, Blastus, Lucia, & in vno sepulchro ducenti sexaginta, & in altero, triginta. Hinc profecto, vt videt optime lector, Salarie veteris, ac nouæ, de qua supra egimus, satis perspicue discrimen agnoscitur, & rem altius expendenti luce elarius apparet. Et hæc interim sunt, quæ de antiquo Cæmeterio, quod ad Cli-

S. Ioannes
presbyter :

Act. Pass.
A. S. Bibian.
M. S. Cod. S.
Mar. ad Mart.
V. tit. 5. 6. 7.
V. all. 5.

V. uill. Malmesj
de gest. Reg.
Angl. lib. 4.

SS. Festus,
Ioannes, Li-
beralis, Dio-
genes, Blastus
& Lucia.
260 Martyres
30. Martyres.

Glium Cucumeris dicitur, studiose le&ori delibanda proposuimus.

CAP. XXXVI.

De Martyribus, qui Salaria Via coronati, aut certe conditi sunt.

V gloriosa hic eorum præcipue nomina recensemus, quorum vel triumphis, vel certe sacris pignoribus Salaria præstritum Via

illustris, ac toto orbe terrarum celebris redditur. Quis quæso nesciat præter eos, quos supra nominatim descripsimus, in Martyrologio Romano 1v. Id. Iunij natalitium beati martyris Getulij & fociorum diem, Cerealis nempe, Amantij, & Primitiui, Salaria Via recoli, quos martyrio ibidem affectos, eorundem apud Surium Acta tom. 3. 10.

Iunij his plane verbis testantur: *Ducti sunt ergo sancti Martyres ad tredecim miliaria ab Vrbe Roma, & illic ligatis manibus, & pedibus ad flumen Tyberim in ignem coniecti sunt. Cum autem B. Getulium flamme non contingerent, & ille magis etiam in Domino confortatus, solutus vinculis, Christum Dei Filium glorificaret, milites caput eius fustibus confregissent, & sic inuocans Dominum, emisit spiritum. Cuius sacrum corpus colligens Synphorosa uxor eius, honorifice eum sepeliuit in arenario prædij sui. Eadem quoque Acta eruditissimis annotationibus aucta denum edita supra Cardulo. Eorundem insuper meminit Ado, qui claris utique verbis eorundem martyrij locum edocet, dum hæc inquit: *Consummata sunt beati Martyres in fundo Capreolis Via Salaria, ab Vrbe Roma plus minus milliario tertio decimo, supra fluium Tyberim in parte Sabinenisum. Idipsum Petrus in Catal. lib. affirmat.**

2 Haud item silentio prætereundum est, Romanum quoque inuictissimum Christi Martyrem Via Salaria nobile sub Valeriano martyrium consummasse; quamuis eiusdem deinde corpus Tyburtina Via conditum sit, ut in B. Laurentij Actis legitur. In ipso au-

tem martyrij loco postmodum in eius honorem Ecclesia erecta fuit, cuius eisdem in Actis mentio his recollitur verbis: *In loco autem, ubi capite truncatus est, sedata persecutione, pa nam Ecclesiam Christicole condiderunt, que usque hodie beati Romani militis martyrij memoriam repræsentat. Eiusdem Ecclesie Bibliothecarius quoque in Sergij Papæ Secundi gestis, qui & eandem instaurauit, in hæc verba meminit: Nam & basilicam beati Romani Martyris, que non longe ab Vrbe foris portam Salarian sita est, a fundamentis perfecit.*

3 Eadem quoque Via sub Numriano Imperatore, pro fide viriliter decertantes B. Claudij Tribuni milites gladio consumpti sunt, qui Christi fidem amplexati eum crebra miracula cernebant, quibus gloriosum B. Chrysanthi certamen diuinitus illustrabatur, datis pro Christo ceruicibus, securi percussis sunt, & sacra eorundem corpora hac ipsa Via, in Subterraneo quodam cuniculo, qui ibidem extabat, condita fuere, de quorum tumulo hæc in M.S. Sanctorum Chrysanthi & Dariae Actis recitantur: *Erat autem in loco, ubi decollati sunt cuniculus antiquus: hunc emanantes & pernoctantes Christiani simul in unum omnia corpora sepeluerunt non longe ab Vrbe in Via, que Salaria nuncupatur.*

4 Salaria eadem Via strenue pro Christo ad sanguinem usque inuictissimus sub Diocletiano puer ille Crescentius decertauit; cuius digna in Martyrologio præconia xvi 11. Kal. Octobr. celebrantur. Sanctus item Apronianus Commentariensis ibidem coronatus est, ut in eodem Martyrologio 1v. Nonas Februarij, de quo potissimum in B. Marcellini Actis mentio repetitur, quæ sub nomine S. Marcellia Surio Tomoprino recitantur. Eisdem insuper in Actis, hac eadem Via a Ioanne presbytero corpora Sanctorum Cyriaci, Largi & Smaragdi, aliorumque numero viginti condita fuisse perhibetur: quæ in Ostiensem viam, ut iam diximus, honorifice postmodum deferri contigit. Sub eadem quoque immanissima Imperatorum Diocletiani & Maximiani persecutione, martyrij palmam eadem Salaria Via Anthymus presbyter, Maximus, Bassus & Fabius adepti sunt, quorum dies natalitius in Martyro-

Æt. Rom. Mart. Coh. Vall. 7.

Ecclesia B. Romani.

Bibl. in Serg. Pap. 2.

Milites Claudij Tribuni martyres.

M.S. Æt. SS. Chryf. & Dar.

S. Crescentius puer. S. Apronianus. Martyr. Rom. 18 Kal. Octob.

Martyr. Rom. 4. Non. Febr.

Sur. tom. 1.

SS. Cyriacus, Largus, & Smaragdus.

Anthymus, Maximus, Bassus, & Fabius.

S. Getulius, Cerealis, Amantius, & Primitius.

Sur. to. 3. 10.

Card. in an. ad acta. Getul.

Ado.

Fundus Capreolis.

Petr. in Catal.

Romanus.

Martyr. Rom.
9. Id. Maij.

Sor. 10. 3.

Prædium Pi-
niani.

Oratorium
S. Anthymi
Via Salaria.

M. S. Cod. V. 41

libid.

Porta S. Silue-
stri.

Martyres Via
Salaria.


V. cill. Malmes-
de ge. R. Reg.
Angl. lib. 4.
SS. Hermes,
Basilla, Protus
Hyacinthus,
Maxilianus,
Herculanus,
& Crispus.

SS. Pamphi-
lius, & Quiri-
nus.

rologio Romano v. Idus Maij recolitur ; eorundemq; Acta Surius eadem die Tomo tertio recenset, in quibus hæc præsertim enarrando profert : Porro Anthymus presbyter non longe ab Vrbe, Via Salaria latitabat apud prædia Piniani (viri scilicet S. Lucinæ) Et infra de beati eiusdem viri certaminibus loquens, addit : Ligato ad collum saxo in medium Tyberim eum iactauerunt. Angelus autem Domini apparuit ei, & ruptis vinculis reduxit eum in cellam Oratorij sui. Enarrato demum prolizioribus verbis nobili eius ac sociorum martyrio hæc subtexit : Atque ita omnes isti, Anthymus, Maximus, Bassus, & Fabius illis locis caesi sunt, in quibus orare consueverant, Via Salaria, quæ mittit ad Picenum. Hic interim, amice lector, de veteri Salaria Via, vt nos supra ostendimus, quæ dicuntur, intellige. Eadem quoque Acta in M. S. quodam Vaticano Codice inseruntur, vbi isthæc de Beati Anthymi sepultura : Cuius corpus populi, qui per eum conuersi fuerant, in suo oratorio, vbi orare consueverat, posuerunt Via Salaria, milliario ab Vrbe vigesimo octauo, territorio Sabinenfi; in quo loco exuberant orationes eius ad salutem omnium in Christo credentium. His adde, vt libet, quæ de Maximi Martyris sepulchro ibidē hinc verbis enarrantur : A Christianis autem ereptum corpus eius, positum est Via Salaria, milliario ab Vrbe Roma octauo decimo, in eodem loco, vbi orare consueverat.

5 Vt tandem eiusmodi narrationi coronidem imponamus, quam de Martyribus ac sacris Salarix Viæ monumentis trophæorū instar contexamus, enarratis hæc tenus adijcere præstat, quæ Wilhelmus Malmesburienfis de eadē loco citato luculēter scribit: hic enim Ecclesias singillatim recensens, quæ extra Salariam portam beati Siluestri ab ipso nuncupatā, suo adhuc æuo adnumerabatur: ac sanctorum pariter corpora in iisdem Ecclesijs condita describens, isthæc in rem præsentem ait : *Quarta porta est Via Salaria, quæ modo S. Siluestri dicitur: ibi iuxta Viam Sanctus Hermes requiescit, & Sancta Vasella (sic ille Basillam intelligens) & Protus & Hyacinthus, Maxilianus, Herculanus, Crispus: in altero loco prope requiescunt sancti Martyres Pamphilus & Quirinus, septuaginta gradibus in- imo tertæ. Deinde basilica Sancta Felicitatis,*

vbi requiescit illa, Siluanus filius eius, & non longe Bonifacius Martyr. Ibidem in altera Eccl. sicut Chrysanthus & Daria, & Saturninus & Maurus, & Iason & mater eorum Hilaria, & alij innumerabiles: & in altera basilica sancti Alexander, Vitalis, Martialis filij sanctæ Felicitatis, & sanctæ virgines, Saturnina, Hilaria, Dominanda, Rogantina, Serotina, Paulina, Donata. Deinde basilica Sancti Siluestri, vbi iacet marmoreo tumulo cooperus; & Martyres Celestinus, Philippus & Felix: & ibidem Martyres trecenti sexaginta quinque in vno sepulchro requiescunt; & prope Paulus & Crescentianus, Priscilla et Symmetrius, Praxedes, Pudētiana pansant. Hæc Malmesburicnfis, ex quibus videas, lector pijsime, quam deploranda sit nostrorū præcipue temporum calamitas; cum ex tot Ecclesijs hic a probatissimo auctore descriptis, & tot sacris beatorum Martyrum pignorbis in iisdem honorifice conditis, nulla penitus ad hodiernam vsque dicm memoria peruenerit, nec vllum profus sacræ ac recolendæ antiquitatis vestigium, quod sciamus, supersit. Hinc demum reuoluta iam annorum curricula perlustranti compertum fit, quam dira & acerba clades, & quam graue detrimentum, quod refici vix vnquam possit, Romana Ecclesia ex commigratione & diutina Romanorum Pontificum commoratione Auentionensem apud vrbem perpesa sit. Ad illa enim vsque tempora salua & facta recta sacrorum locorum ac rerum Ecclesiasticarum recolenda iugiter memoria extitit; quæ longæua subinde Pontificum, ac totius Romanæ curiæ absentia miscrandi in modum plane intercidit: cum antiquissimæ interini Ecclesiæ profanum in vsum redactæ, dirutæ, ac penitus haud infidelium, sed fidelium ipsorum manu atque iniuria, vel potius incuria euerfæ, ac humo æquata sint, ita vt posthac nec nomen quidem, nec vlla sacram & antiquam in Vrbe vrbem explorantibus recolenda ac contemplanda vestigia, extit. Et de his hæc- nus.



SS. Felicitas,
Siluanus, &
Bonifacius.
SS. Chrysan-
thus, Daria,
Saturninus,
Maurus, Iason
& Hilaria.
SS. Alexan-
der, Vitalis,
Martialis, Sa-
turnina, Hila-
ria, Dominan-
da, Rogantina,
Serotina, Pau-
lina, & Dona-
ta.
SS. Siluester,
Celestinus,
Philippus, &
Felix.
365. Marty-
res.
SS. Paulus,
Crescentia-
nus, Priscilla,
Symmetrius,
Praxedes, &
Pudentiana.

CAP. XXXVII.

De Cœmeterijs à Bosio
Via Salaria noua &
veteri reper-
tis.

INDEFFESO iugiter ani-
mi studio explorandis
venerandæ antiquita-
tatis, quæ extra Vr-
bem sunt, vestigijs
Bosius insitit, nec a
proposito, quod semel imbiberat, vl-
lo vel tædio, aut labore retardari po-
tuit. Cum totus igitur Cœmeterijs Ro-
manæ Urbis vbique locorum perquiren-
dis operam daret; nec iam adiuuentis
pia ac studiosa eiusdem sollicitudo ex-
pleretur, omnem penitus lapidè mouit,
vt singulos fere in dies noua, & quæ Vrbi
hactenus inuisa, atque incognita essent,
ipsâmet tenebras explorando, in lucem
proferret. Quapropter semel atque
iterum omnem illam regionem perlustra-
uit, quæ inter Pincianam ac Salariam
portam concluditur, a quibus eiusdem
nominis Via, vctus scilicet & noua in-
itium sortitur; & dum subterraneis locis
indagandis instat, cryptas quamplures,
Cœmeteria insuper & Arenaria pene-
trauit, quæ in proximo regionis ambitu
innumera fere existunt, ita vt regio ipsa,
(mirum dictu!) pensilis quodammodo
omni quidem ex parte subsistere videat-
ur. Vbicunque enim ad aptandas, in-
ferendasque vineas humum effodi opus
est, ibi latentis cuiuspiam cryptæ adi-
tum effodientibus occurrisse experien-
tia ipsa per se edocuit: quæ quid-
dem subterraneæ cryptæ vsque ad ipsius-
met Urbis mœnia pertingunt: ex qui-
bus nos permoti, vltro fateri cogimur,
quod & alibi præmissimus, huius nimi-
rum Viæ Cœmeteria, quamuis inter se
discreta olim, seu in ætaque ab inuicem
suerint, temporum tamen decursu ob
noua ac multiplicia Christianorum se-
pulchra, quæ in eisdem, vel ipsius
secundarum rerum tranquillitate Ec-
clesiæ oborta, effodi necessitas compu-

To. II. Rom. Subt.

lit, mirum in modum aucta & dilata-
ta, cuncta simul iungi, atque inter se
copulari contigit. Quoniam vero hac
nostra ætate Ecclesiæ, quæ supra eadem
Cœmeteria erectæ fuerant, iam omni-
no exciderunt, & peructusti eorundem
Cœmeteriorum aditus penitus igno-
rantur, singularum, quas ille passim per-
lustrauit, cryptarum descriptionem si-
lentio obuolentes, illa dumtaxat loca,
in quibus quid admiratione dignum sup-
petit, recensere videmus, & primum quidem
Monimenta hic, quæ contemplanda se-
se offerunt, Via Salaria noua, Nomen-
tanæ propiori, subinde vero illa exacte
describemus, quæ in ijs potissimum Cœ-
meterijs suspicere licuit, quæ veteri pa-
riter Via Salaria continentur.

2 Vt huius igitur itineris initium a
Thrasonis Cœmeterio ad S. Saturninum
desumatur: extant adhuc supra illud
perantiquæ B. Martyris Saturnini Ec-
clesiæ parietinæ quædam, haud procul
videlicet a Collina porta, Via Salaria
noua, qua sinistrorsum ad pontem eius-
dem nominis itur: qui quidem locus in-
ditum sibi ab antiquis recolendam bea-
ti Saturnini nomen adhuc retinet, &
vulgo S. Citronina, corrupto vocabulo,
appellatur. Subterraneus vero quidam
aditus ibi extat, per quem olim ab
Ecclesia in Cœmeterium descende-
batur, scala scilicet permultis distincta
gradibus, fornice desuper obducta, ac
varijs picturis affabre exornata, quam-
uis iam præ temporum iniuria acciden-
tibus imperuia omnino reddatur. Ve-
runtamen per huiuscemodi aditum hu-
mi reptando Bosius descendens, Cœ-
meterium, quod in imo latet, multis fa-
tigatus incommodis penetrauit. At trui-
nis eum in modum obstructum, de-
formatumque offendit, vt haud vltra pro-
gredi licuerit. Dum autem singula lyn-
ceis oculis perlustrat, Cœmeteriales ibi
semitas quamplures comperit, quæ se-
pulchra hinc inde ex more in topico ex-
cauata continebant. Alio interim, etsi
fortuito, haud longe ab eadem Ecclesia
patrefacto inter perferendum aditu,
& altero pariter alibi referato, cum in-
gressus eosdem fuisset, complures pro-
fundissimi Cœmeterij partes diligenter
perlustrans, miræ quidem amplitudinis
illud esse, cæterisque eiusdem Viæ Sa-

Cœmeteriū
Thrasonis ad
S. Saturninū.

Locus dictus
S. Saturnini.

Aditus Cœ-
meterij.

H h la-

larix veteris ac nouæ pariter adiungi deprehendit.

Cubiculis Cœmeterialia.

3 Innumera vero ibi cubicula, & arcuata monumenta, ornamentis fere omnibus destituta, & pleraque ruinis impia fossorum manu addicta contemplatus, vehementer indoluit. Porro sacra quamplures, vt traditio fert, in eisdem picturæ olim extabant, argenteæ item lucernæ Christi nomine insignitæ; columnæ insuper ex alabastro: inscriptiones quoque Græco idiomate, ac characteribus expressæ: in quarum altera, quam ibi reperiri contigit, hæc quidem notæ legentur:

Inscriptio Græca in Cœmeterio.

K P A T E I A
O T T A T P I
Γ A T K T T A I.

Plura id genus alia ibi quondam studioso viro contemplari licuit, quæ sane nobilissimam huius Cœmeterij faciem, ac religiosum quendam sanctimonix cultum adstantium animis ingerebant. Quædam enim Vasa inde fossorum manu ipso videte Bosio extracta suere, ossibus beatorum utiq; Christi Martyrum igne absumptis referta. Salaria item Via dum pontē, qui Salarius dicitur, viator eūdo respicit, & quingentorum circiter passuum intervallo a dirutis B. Saturnini Ecclesiæ parietinis, quæ ibidem existunt, villa quædam sita est, quæ ad conspicuam inter Romanos gentis Crescentiæ ditionem sub Lateranensis basilicæ proprietate olim spectabat; in cuius loci umbilico iuxta, quandam domunculam subterraneæ quædam cōstructiones, quæ duas coherentes sibi Ecclesias, diuersæ tamen formæ, præferunt. Prima autem, per quam ad alteram ingressus patet, sphericæ formæ est: altera vero figura quadrangulæ constat, geminarum videlicet adinstar Ecclesiarum BB. Mart. Cosmæ & Damiani, quæ in foro boario, iuxta Pacis Templum mutuo sibi copulatæ adhærent. Et argumentis

Nuæ Ecclesiæ contiguar.

quidem satis probabilibus quidam adducti has Ecclesias ipsasmet esse coniiciunt, quæ Sanctorum Siluani & Bonifacii quondam dicebantur, & ipso Bibliothecario teste, vno eodemque solo iniuicem cohærent, quarum altera primum quidem in B. Felicitatis honorem extructa, postmodum S. Siluani eius filij nomine nuncupata est.


Ecclesiæ Siluani & Bonifacii.

Ecclesiæ Felicitatis.

4 Prima igitur, quæ Sphericam, vt diximus, formam præfert, fornicem, seu tholum habet, in cuius mediâ parte foramen rotundum cernitur, per quod in interiorem sacri eiusdem loci sinum, lumen desuper immittitur. In eiusdem vero Ecclesiæ ambitu septem arcus, iidemque testudinati in sublime tolluntur, qui totidem ibidem facella aspectu ipso repræsentant. In altero autem ex præmemoratis arcubus porta quædam humo, maceris, ruderibusque e loci summitate delapsis iam penitus obscurata conspicitur, quæ olim aditus, vt par est credere, in templum descendentibus pandebatur. Hoc porro altum palmis xxx; totidemque, vel paulo amplius latum est. Ab vno eorundem Arcuum, referato, liber ad aliud quadrangulæ formæ templum ingressus suppetit, quod quidem longitudine constat palmis xxxvi r. cum dimidio, latitudine palm. xxv r. r. altitudine vero palm. xxi r. cum dimidio. In cuius mediâ fornicis parte quoddam item foramen quadratæ formæ ad excipiendum lumen artificum manu aptatū cernitur. In primario vero huius templi pariete arcus quidam satis amplus suspicitur, vbi sacram olim extitisse aram ipsi loci facies intuentium oculos commonefacit. Porta ibidem saxi & muro obstructa subest, per quam ad Cœmeterium infra describendam olim descendebatur: quæ singula diligenter in earundem Ecclesiarum ichnographia, hic typis impressa exhibentur.

Prima Fœlix à Bonifacii delapso.

- A Ostium, per quod aditus descendentibus in Templum olim pandebatur, humo ac rudibus nunc obscuratum.
 B C D E F Arcus quinque testudinati, qui cum duobus alijs ad alteram partem subsistentibus numerum septenarium efficiunt, quorum aliqui in hac Ecclesia sacellorum, & altarum vicem proculdubio præstabant. Singuli autem hi arcus alti sunt palmis septendecim.
 G Foramen sphericæ figuræ in medio fornicis fabricatum, quæ lumen desuper admittitur.
 H Ostium, quæ in aliam ei contiguam Ecclesiam ingressus patet, altum autem illud est palmis vndecim, latum vero sex cum dimidio.
 I Foramen quadratæ formæ ad excipiendum lumen in fornice alterius illius Ecclesiæ adaptatū.
 K Arcus è conspectu memoratæ Ecclesiæ altitud. palm. xxv r. latitud. xv. & profund. x.
 L Ostium, per quod aditus in Cœmeterium patet.



5 Per hanc item porram cum nultatenus ad Cœmeterium ingressus nunc pateat, alia subinde explorando loca, aditum perquirendo assequi opus fuit: quem sane eadem in vinea ad ipsius scēpem, qua quis ad læuam ingreditur, nec longe ab ipsidem Ecclesijs reperiri tandem contigit: ibi enim serobs modica inuestiganti sese obrulit, in quam cum Bosius anno Christi 1594. ingressus, aliquantulum processisset, ad arenarias primum cryptas, & paulo post Cœmeteriales ad semitas peruenit, quæ effossa vndique in topho sepulchra de more exhibent. Ipsum vero Cœmeterium satis quidem amplum quondam extitisse intelligere vnusquisque poterat. Alii item Cœmeteria in inferiori adhuc terræ sinu latere, etsi formæ satis angustæ, Bosius explorando animaduertit.

Arenarix
cryptæ.

6 Porro in sepulchris eadem Christiani nominis signa videre est, quæ in cæteris hæctenus descriptis conspiciuntur; eburnei item annuli, ampullæ vitreæ, lucernæ fictiles, & id genus alia. In hoc insuper Cœmeterio cuniculus quidam

Cuniculus
sepulchra-
martyrum.

subest, haud tamen aptatis de more sepulchris auctus, valde quidem depressus, intuentium oculis aquæductus formam præ se ferens, quem cum quis perlustrauerit, alia subinde Cœmeteriales semitæ sese offerunt. Ex pictis autem imaginibus, quæ adhuc ibidem extant, & viros quosdam militari habitu, ac militiæ ducum indumento insignitos exhibent, profecto hunc ipsummet cuniculum esse conijcitur, vbi quondam inuicti illi sexaginta duo Claudij Tribuni milites conditi fuerunt, qui prompto, libentique animo pro fidei confessione martyrium, vt iam enarrauimus, sub Numeriano Imperatore subierunt.

Sexaginta du-
milites mar-
tyres.

7 In plerisque autem eiusdem Cœmeterij semitis parua, ac perexigua excipiendis infantium duntaxat ac puerorū corpusculis disposita, atque aptata sepulchra conspiciere licet: inter duos vero ex his breues quidem, atque angustos loculos quendam in topho incisum malleum, etsi nos rei causa omnino lateat, contemplari quis valet.



In quodam autem marmoreo fragmento inscriptionis huiusmodi incist:

Sepulchra-
cum inscri-
ptionibus.

S. AVR. IRE
IXIT AN. XX
PLACIDO ET
CONSS.

Verum Huius Placidi Consulatus vnacum Romulo eiusdem collega sub Constantio & Constante Imperatoribus contigit, anno Christi cccxl. Iulij Papæ vi i, iplo teste Baronio Annal. To. 3. sub recensito hæctenus anno. Sepulchrales item aliæ inscriptiones lapidibus incisæ, & permultæ quidem ibi conspiciuntur; sed quoniam Consulatum nominibus

Baron. Annal.
103. no. 340.

carent, eandem nos quidem consulto omittimus; ex quarum numero si præcipuas studiosus lector nosse cupit, has videlicet è Subterranea Roma selectas repetat.

MACEDONIVS
IVLIANVS
MACEDONIE PRO
TINE SORORI ET SIBI

In alia insuper Tabula marmorea duobus circiter palmis cum dimidio longa, alta autem vno duntaxat, eiusmodi inscriptio legitur:

SEVERO BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANN. 6 I MENS 6 V. 6
DIES III. 6 D K OCT

Arcuata vero Monumenta ac Cubicula in eodem Cœmeterio haud pauca numero existunt, quæ mox sub Cœmeterij Pri-
scil-

scillæ titulo describenda a nobis erunt, cum reliqua, vt iam exposuimus, eidem cohæreant, quibus peculiare, quo prænotantur, nomen inscribere nullatenus in tanta rerum caligine, etsi cupientibus, facultas suppetit.

Cubiculum primum Cœmeterij Priscillæ, aliorumq; SS. Martyrum Via Salaria noua describitur.



CUBICVLVM hoc magna quidem ex parte dirutum, calce olim oblitum, ac picturis excultum fuisse ipsemet loci adspetus inuenientes admonet; picturæ tamen fere omnes longo temporum decursu excidere penitus, atque abolitæ sunt: quæ

vero in arcuato quodam Monumento illibatæ adhuc perseuerant, sequenti Tabula describentur. Cubiculi eiusdem structura altitud. palm. viii. latitud. xi. cum dimidio, longit. x. cum dimidio constat. Porta, per quam accedentibus in ipsum Cubiculum ingressus patet, palm. i. v. cum dimidio lata est, profunda ii. alta viii. ad eiusdem vero Cubiculi mensuram attollitur, & ad fornicem vsque pertingit. Primario subinde in pariete ipsius è conspectu ostij arcuatum quoddam Monumentum extat, haud tamen omni ex parte dirutum, vbi adhuc pictæ aliquot imagines suspiciuntur, atque sepulchrum aliud in topho ibidem excisum apparet. In altero item pariete ad læuam ingredientibus arcuatum pariter Monumentum contemplandum exhibetur, in quo tria ite in topho sepulchra effossa conspicerelicer. In alio huius è regione parietis quoddam magna quidem ex parte dirutum Monumentum existit, illud tamen olim, vt ipsamet rei facies perspicue comprobatur, picturis exornabatur.





- A Monumentum arcuatum, quod in pariete primario visitur, in quo figuras, quæ proxima sequenti Tabula exhibentur, contemplari licet.
- B Monumentum arcuatum in pariete ad dexteram ingredientis, quod olim, ut prompta est coniectura, picturis exornatum floruit, nunc autem stolidi fossorum incuria vehementer labefactatum squalet.
- C Aliud Monumentum arcuatum in pariete obuerso.
- D Sepulchra in ipsismet Monumentis arcuatis in tophe excisa.
- E Ostium, per quod in Cubiculum aditus patet, representatum à parte exteriori, antequam illud ingredimur.
- F Ostium à fossoribus dirutum.
- G Monumenta utrimque per semitam, in cuius termino præfens hoc Cubiculum situm est, excisa.





VBI CVIVM PRIMVM COEMETERII PRISCILLAE
VIA SALARIA



Vnica Cubiculi primi Tabula.

Arcuatam hac Tabulam Monumentum repræsentatur, quod in primario ipsomet pariete aptatum est, ac imagines insuper, quæ in eo ipsas inter ruinas persisterent.

- I. In medietate ipsius Monumenti, cum ipsa parietis superficies, quæ coloribus olim imbuta erat, humore nimio labefactata corruerit, veneranda ibidem, ut conijcimus, Christi Seruatoris panes diuina virtute multiplicantis effigies desideratur: ad quod asserendum nos eo potissimum argumento ducimur, quod videlicet iuxta viros illos humi procumbentes, septem sportæ aut cophini panibus referti, affabre coloribus efficti, exprimentur.
- II. Trium puerorum in Babylonica fornace pfallentium imago contemplanda illic etiam proponitur.
- III. Iuuenes quidam, vel potius adolescentuli, qui in genua humiliter procumbunt, & septem plane numero exhibentur: quæ quidem figura vel septem B. Felicitatis filios indicat, vel certe sacras totidem numero virgines, quæ, ut supra dictum est, eodem olim Cœmeterio conditæ fuere, vel forte, si altius rem interpretari libeat, selectos turbæ illius homines, qui multiplicatis à Domino panibus refici meruerunt.
- IV. Septem cophini fragmentorum, quæ superfuerunt de septem panibus à Christo Domino diuinitus multiplicatis.





TABVLA VNICA CVBICVLI PRIMI COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIAE

Cubiculum secundum
Cœmeterij Priscillæ
Via Salaria de-
scribitur.




CUBICVLVM istud quadratæ formæ est, latitud. palm. XI. longitud. X. cum dimidio, altitud. totidem, aliqua item ex parte cœterorum more ealce læuigatum. Primario in pariete, ipsius e regione ostij, arcuatum Monumentum

extat; supra quod sepulchrum quoddam in topho excavatum subsistit, cui alterum haud ab simile, in ipsa pavimento planitie, monumento eidem subternitur. In pariete vero, in quo ostium aptatum est, undecim numero Sepulchra paruulorum apta corpuseulis conspiciuntur: in quorum altero palma, & venerabile Christi nomen; in altero vero impressi tres numero annuli cernuntur. Dexteram autem ipsius loci partem ingredientibus arcuatum Monumentum occurrit, quod aliorum instar picturis decoratur, supra quod aliud consuetæ formæ monumentum, quandam in medio palmam impressam continens, extat.

- A** Monumentum arcuatum, quod ad dexteram ingredientium in pariete fabrefactum conspicitur, estque picturis, ut inferius exhibebitur, adornatum.
- B** Monumentum arcuatum, quod in pariete præmemorati ex aduerso visitur, tectorio, albarioque expolitum.
- C** Monumentum arcuatum tophinum in pariete è regione ostij.
- D** Sepulchra excisa subter, ac supra iam dicta Monumenta arcuata.
- E** Undecim paruulorum sepulchra, quæ in pariete, cui ostium inest, existunt, inter quæ vnum pusillum admodum conspicitur.
- F** Ostium Cubiculi.





Vnica Cubiculi Secundi Tabula .

- I. Sacræ in hac Tabula imagines delineantur , quæ arcuatum idem Monumentum ambiunt , atque exornant : cuiusdam nempe adolescentis ad pectus vsque denudati effigies miro artis studio ad viuum exprimitur , qui quoddam pariter linteum , humeris præferre videtur . Vt nobis autem in rem præsentem opinari licet , recensita hæcenus Ducis cuiuspiam bellorum gloria , ac triumphis inelyti imago extitit , qui eodem Monumento clausus reconderetur . In arcu enim , & angulis ipsius Monumenti palmæ , coronæ , alatæ victoriæ , currus triumphales , aliaque id genus rerum militarium insignia coloribus adumbrantur . Quamuis autem nullo sepulchrali titulo prænotetur , ex cæteris tamen militum imaginibus , quæ infra lectori contemplandæ apponentur , probabilibus adducti rationibus , hic sanctorum militum Martyrum sepulchra extitisse conijcimus , de quibus supra egimus .
- II. III. Porro ex utroque descriptæ iam imaginis latere mulieres binæ adstant , quæ volumen quoddam explicitum manu præferunt , in quo nimirum præclara inuicti huius Ducis gesta , ac laudum eiusdem præconia ad perennem nominis gloriam adnotari fortasse contigit .
- IV. V. Currus Triumphales , quibus insident viri duo , qui palmas , ac coronas , vt vides , præferunt .
- VI. VII. Victoriæ alatæ cum palmis item ac coronis .





TABULA VNICA CVBICVLI SECVNDI COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA

Primum arcuatum Monu-
mentum Cœmeterij
Priscillæ Via Sala-
ria describitur.




HAVD procul a secundo Cubiculo arcuatum primum hoc Monumentum occurrit, altitud. pal. 4. cum

dimidio, latitud. 8. profund. 4. In cuius pariete bina infantium apta inferendis cadaueribus sepulchra apparent: quorum extruendorum gratia picturas inco existentes magna ex parte labefactari contigit. Intra idem vero Monumentum, aliud in topho excavatum sepulchrum conspicitur. Porro hæc potissimum imagines recensentur, quæ arcuatum Monumentum ambientes ad hæc usque tempora supersunt.

- I. Totius in primis præmemorati Monumenti orthographia.
- II. Militis altera manu hastam tenentis, altera vero globum, tangentis effigies, cui adolescentulus quidam præsto est, exiguum quoddam instrumentum gestans, quod haud facile deprehendi potest, an globulum, vel certe tympanum bellicum repræsentet.
- III. Vir quidam insuper virgam manu præferens exprimitur, quem quis ipsum forte Moysen Hebræorum ducem interpretari queat, iuxta quem bini adstantes viri confabulari ac simul miscere colloquia videntur.
- IV. Alterius ibidem militis imago conspicienda exhibetur, qui proeclatæ quidem ætatis est, vt ex aspectu dijudicari potest, militari autem purpura, ex more indutus, bellicam manu hastam tenet.
- V. Illic demum Abraham contemplari licet, qui euaginatam gladium vibrat, ac dulcissimi Isaaci in genua super lignorum struem prouoluti ceruicibus imminet: iuxta quos corona ab alto, certum utique victoriæ omen, pendet, quæ ex insigni obedientiæ merito portendebatur; iuxta id quod diuinæ Scripturæ loquuntur: Vir obediens loquetur victorias.



MONUMENTVM PRIMVM ARCIVATVM COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA




Secundum arcuatum Mo-
numentum Cœmeterij
Priscillæ Via Salaria de-
scribitur.

cum dimidio . Picturis quoque fatis
conspicuum redditur, & imagines, quæ
hic a nobis describentur, con-
templandas exhi-
bet .

MONUMENTVM istud latitudin. est
palm. 8. altitud. 4. profund. 4.

- I. Totius Monumenti arcuati Orthographia.
- II. Stolata quædam mulier, eleuatis ex more manibus orans,
ac veste adinstar casulæ induta, affabre coloribus exprimitur.
- III. Abrahamus item & Isaacus, qui hirco iuxta eosdem ad
holocaustum perficiendum consistente, exporrectis item ma-
nibus orantes, condignas Deo gratiarum actiones persoluunt.
- IV. Consuetum quoque Euangelici Pastoris symbolum ouem
humero gestantis intuentium oculis proponitur.
- V. Moyses, qui virga, quam manu tenet, petram quatens,
ex ea desertas inter regiones vberissima aquarum fluentia edu-
cit.





MONUMENTVM ARCVATVM SECVNDVM CEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA

Verum enimvero cum hæc interper-
lustrandum Bosiusprehendisset, haud
a proposito vltiora inuestigandi loca,
vt pote in sacrarum antiquitatum vesti-
gijs perquirendis adco iugiter lyncus,
desistit. Cumigitur iuxta vineam, quam
nuper descripsimus, curiosius abdita
quæque perscrutaretur; en tibi, in altera
quæ pontem Salarium respicit, alios quo-
que ad alteram eiusdem Cœmeterij par-
tem aditus offendit: quibus, qua maxima
potuit, celeritate patefactis, cum in sub-
terranea illa loca se vltro infudisset,
Cubicula ac monumenta ibidem integra
haud numero pauca, inscriptiones pari-
ter, atque innumera fere epitaphia mar-
mori incisa, consuetisque religionis
Christianæ signis ac symbolis prænotata
reperit. Quamplures autem imagines
miro artis studio effictæ ibidem extant:
nonnulla item martyrij instrumenta,
& quædam insuper ex ijs, quæ olim arti-
ficum vsui inferuire consueverant: Pi-
scis item, nec non columbæ pennicillo
exprimuntur, a quibus hinc inde velami-
na ornamentis gratia fulciuntur; colum-
bæ item nonnullæ, quæ oliuarum ramos
deserunt, & id genus alia: quæ singula
tabulis ad vnguem excerpta in sexaginta
& octo inscriptionibus tum Græco tum
Latino idiomate conceptis in hoc secun-
do Subterraneæ Romæ volumine exhiben-
tur. Nos interim ijs, in quibus Con-
sulum nomina desiderantur, postremo
loco reiectis, hic primum vnicam recen-
sebimus, quæ olim quidem ethnicorum
vsui destinata, marmorea subinde tabula
inversa, & meliorem in vsu traducta, ip-
sorum Christi fidelium sepulchro inferui-
re cœpit. Sepulchralis autem huiusce-
modi titulus ex vno latere hæc legenda
præfert:

PRINCIPALIS
QVI VIXIT ANNIS
XLV. MESIS II. DEPO-
SITVS NATALE SVSTI
BENEMERENTI CESQVET IN PACE.


Porro idem lapis apud ethnicos quon-
dam inscriptus, altero ex latere notis
hisce insculptus est:


D. M.
VLPIÆ KAPVENI
M. VLPIVS
FAOR. CONIVGI
KARISSIM. FECI

CON. QVA VIX. AN.
XX. ET MENS.

Subsistendum interim nobis hic
paululum, amice lector, & quidem, vt
ipsemet Bosius ait, dolendum est, quod
hæc vna videlicet præclarissimi Cœme-
terij pars, quæ diu illibata persistit,
ingenti plane ipsius recolendæ antiqui-
tatis detrimento, auara dixerimne, an-
impia, atque sacrilega fossorum manu,
(ô manus, inquam, abscindendæ, quæ lu-
gubrem sacro huic loco cladem, atque
excidium intulere!) ipsa quoq; sub om-
nium oculis ruinis ac vastitati addita,
sit: sed ob immane facinus, ac maxime
detestandum, Deo loci iniuriam vindi-
cante, hi haud impunes euaserunt, sed
condignas vltro sceleris pœnas dedere;
postmodum enim diutino carceris squa-
lore confecti, inopia atque omnibus fe-
re incommodis absumpti, piaculum,
quod patrarant, vel in pœnis, quas in-
iuiti tolerabant, agnoscere compulsi
sunt. Sepulchrales vero lapides, qui suo
è loco per summam iniuriam auulsi, ac
pretio distracti fuerant, Deo dispen-
tente, in manus Horatij de Valle magna
quidem ex parte deuenerunt, & Bo-
sius ipse ingentem eorumdem nume-
rum oblata vltro pecunia sibi com-
parando congescit. At reliquos se-
pulchrales titulos, quos diligenter eo-
dem in Cœmeterio adnotare licuit, ex
Opere hætenus edito excerptendos, &
hic studiose lectori proponendos volui-
mus.

TIGRINIANO CONIVGI
BENEMERENTI PRO FVTVRA
FECIT QVI VIXIT MECVM
ANNIS XXV EGIT AVTEM VITA
ANNIS LVIII IN PACE


 FILI MATRI SILVESTRE
FECERVNT NOSTRE IN PACE

 MARCELLA QVE VIX CVM
MARITVM SVNT ANNOS XXX
CVM MARITVM IV VM
ISTEFANV.


Solemnia
Christianorum
symbola in
sepulchris.

Inscriptio
& Christiano-
rum veteri
sepulchris


RESPECTVS QVI
VIXIT ANNV ET
MENSES VIII
DORMIT IN
PACE




AVRELIVS VEKVS
AVRELIAE LVCINAE
CONIVGI




MAXIMINO FILIO VIXIT ANNIS XXVI
VENERIA MATER
FECIT



VRBICO FRATRI BENE
MERENTI QVI VIXIT
ANNIS XV. DIB. XXXIII
FELIX FRATER
IN PACE




CAVDENTIO FECERV
FRATRI QVI VICSIC ANNIS DM
XXVIII M VIII DXVII




EGREGIVS. FILIE. K M
BONIFATE


QE. VISXE
ANIS. IIII.
D XI q
MATER. I PACE. CES.



PRMMMFECIT PRME
VENEMERENTI QVAE VIXIT
ANNIS LI MES IDVS V DIEBVS



IRENETI BENEME
RENTI COIVGI
MARITVS
FECIT
IN PACE



IVLIANO
QVI VIXIT
ANNIS. VI
MENSIBVS IIII




FILIO CARISMO
CESANO PARENTES
FECERVNT BENE
MERENTI IN
PACE

CONSTANTSO FILIO
INNOCENTISIMO QVI BXANVS
VII ME VI DI XVII IN PACE

DEC XIII KAL SEPT.

CLODIO DISCOLIO
BENEMERENTI QVI
VIXIT ANNIS XXI
M X D XII FRATRES
FECERVNT IN
PACE



NARCISANE
PERIT ANNO
RVM PLVS
MINVS XIII



VIXIT ANNIS XX ET
VNV MENSIS SEX
DIES XX ET SEX
DICESSIT DIE. V.
KAL OCTOBRES

SCAMNA
TIVS IN
PACAE



Hæc in præfens reperitur in Villa Sixti V.



PARENTEI PART
ENIO BENEMEREN
TI 91 BIXIT ANNI XIII

HOCTAV
IE COIVGI
NEOFITE BI
SOMV MA
RITVS FE
CIT.

*Hæc cum septem proxime sequentibus
apud Horatium de Valle
extat.*

IANVARIO DVLCI ET BONO
FILIO OMNIBVS
HONORIFICENTISSIMO ET
IDONEO QVI VIXIT
ANNIS. XXIII M. V. D XXII.
PARETES

DONATVS. QVI BIXIT. ANIS. XXX
MENSIS. VI. DIES XVIII.
DEPOSITIONE. NONY. KL. IwIAS
QVESQVI. IN PACE

KY. PA. KE. ♣Y. XH. KA. ALL. XPI.
TOG. OE. TA. COY

PETRONI ANIMA INNOX
EV ANN. III. X VIII. D
PARENTES FILIO
IN PACE

SIMPLICIO BONE MEMORIA. Q.V.
ANNOS XXIII D XLIII.
IN PACE FECERVNT
FRATRES.

RIMENIVS QVI VIXIT
ANNIS XVIII IN PACE

VRBICO BENE
MERENTI
Q AN III
X XI
IMP

PREICTVS BIZINVS QVI VIXIT
AN. VI. M. V. ET DIES XXVI
DVLCISSIMO PARENTES
POSERVNT

EVPLIAE KAR.

LARONI COPARI BIRGINIO QVI
BIXIT. ANVS MECV XXVII
IM PACE

§ IANVARIVS MATRONAE
CONIVGI §

CALPVNIVS. PELACIVS
AVRELIAE. SOFIATI. COIVGI
BIXIT
MERENTI. POSVIT. AN. XXX



B
NAVTICO. O
NIS. VIII. M. II. D XX.

ZOSIMO BENEMERENTI COIVGI IN
PACE CVM QVEM VICXIT
ANNIS XXXVIII

*Huius Inscriptionis characteres lapi-
di incisi non sunt, sed auro exarati:
in praesens exiat apud Horatium
de Valle simul cum 21. proxime
sequentibus.*

LVCRETIVS GERMANVS CEPASIAE
COIVGI ET SIBI IN PACE

FORTVNATVS. PATER. FECIT
FROCTOSE. FILIAE.
DVLCISSIME ET CARISSIME
DECESSIT ANNOR XIII

BITALI IN PACE QVE BIXIT
ANNIS XVI.

AVR. TIGRIS C. F. AVR
FELICIANO V. P. MARITO
INCOMPARABILI CVM C. VI
XI ANNIS XXI. SINE VLLA
DISCORDIA BENEMERENTI
CVM DOLORE MEO
ISSCVLPI IVSSI.

FLORENTIAE PIENTISSIMVS
CONIVGI SVE BENEMERENTI
QV AN XL^q M X D X

COIVGI BENEMERENTI §
IN PACE SEVERIANO

✠ DOMINO FILIO INNO
CENTISSIMO ET ✠
DVLCISSIMO BO
NO, SAPIENTI.
PELAGIO. QVI. VIXIT.
ANNIS. VI. M. VII. D. XIII
H. VIII. SOCRATIANVS. ET.
YRENE. PARENTES. B. QVES.
IN PAC

GENEROSA CONIVGI SVO
FILOSTORGO QVI BIXIT
AN. OCTOGINTA

PLACIDE COIVGE
ME MARITVS FECIT
CVM PACE



CORENTIANO INNOCENTI
QVI V. AN III.

HERCVLIO. INNOCENTI
IN DM ✠
QV AN III ✠ VIII
IENVARIA. ALVMNO MERE.
IN PACE

SECVNDIVS QVI VIX ANN
PLVS M. LXII IN P.

DOMITIANAE FORTVNATE
VENEMERENTI TE IN PACE.

SECVRA QVAE VITXIT
ANNIS. VI. ET DEFVNTA EST
IIII KA. NOMEMB. RES.

LEONTIA FILETO COIVGI
BENEMERENTI IN PAC

AELIAE. SEXTAE, FILIAE DVLCIS
SIME QVAE. VIXIT. ANNIS. XXI ~~XX~~
V. ~~VI~~ XXII. H. V. AELII. CALLISTVS.
ET PROFVTVRA PARENTES

PETRONIANI MA INNOX
~~EV~~ ANN. III. ~~M~~ VIII. D. XX
PARENTES FILIO IN PACE

REGINA VIBAS
IN DOMINO
ZESV

FLAVIO ~~S~~ ITALO ~~S~~
INNOCENTISSIMO PVERO ~~S~~

FILI PATRI, BENEMERENTI
FECERVNT. IN PACE. FAVITINO
QVI BIXIT ANNIS. L. d. XXX
ORAT. ~~q.~~

INNOCENTIVS. INNOCENTIO
FILIO PRO INNOCENTIA
SVA BENEMERENTI QVI
VIXIT ANNO VNO DIEBVS
Xciii ORAS III 8 IN PACE. ~~S~~

AGAPE COIVGI
BENEMERENTI IN PACE



FAVTINA
QVE VIXI ANNVS TRES
ET MESIBVS TRES
ET DIES XIII IN PACE.



LOCVS BENEDIC
TI QVI VIXIT AN
P M XXX BENEME
RENTI IN PACE.

DOMVM AETERNE
VALERIANE MERENTI QVI VIXIT
ANNIS XXXIII MESIBVS DVO
DIEBVS XII MARITVS ET CENVVS
AEIV MERETI FECERVNT
IN PACEM

CONSTANTIVS
DECIAE CONIVGI
QVE VIXIT MECVM
ANNOS XXXIII.



HEYMHPPOYΟΥΓΑΤΡΙ
ΑΓΑΠΗΝΗΕΤΩΝ
ΕΓΟΝΕΙΣΕΓΟΙΗΣΑΝ



ΡΕΚΕΙΤΟΣ ΕΝΕΡΗΝΗ
ΠΡΟΑΓΕΛ

ΑΕΩΝ ΝΙΚΟΝ ΠΑΚΕ



8 Verum ut ad susceptam Cœmeteriorum enarrationem revertamur, a qua diu cætera exponendo, nostra deflexit, imo potius aberrando substitit oratio: haud hic obuolendum silentio duximus, quod Cœmeteriorum gloriam, nec non antiquitatis recolendæ splendorem, mirifice adauget, ac posteris apprime commendat: nam prope eiusdem regionis ambitum, qua pontem Salarium spectat, dum sub Christi annum quingentesimum septuagesimum octauum, supra millesimum in Villa Illustrissimi Præsulis de Ruucre, arena, uti mos est, effoderetur, aditus quidam ad Cœmeterium, quod ibidem in subiecta loci arca latebat, patefactus est, cuius rei fama ubi primum percrebuit, tota fere Vrbs turmatim suis è sedibus profliliens, quantocyus ad illud inspectandum se contulit, ut Alphonſus Ciacconius oculatus rei testis Bosio deinde perantiquis eiusmodi Cœmeterijs indagandis, perlustrandisque incumbenti narrauit. Tunc enim temporis cum Cœmeterium præmemoratum innôtuit, Bosius ipse triennis adhuc ætate puer erat; qui insuper a grauissimo, ac studiosissimo alioqui viro, quem memorauimus, se accepisse refert, Cœmeterium istud magna ex parte ruinis oblitum perſcrutantibus patuisse: sepulchra item omnia perſcrutantium manu referata, ac marmora, quæ exſculptis titulis inſcripta erant, omnino contracta, atque humi passim proiecta, ab exploratoribus loci reperia fuisse. Ex his tamen sepulchralibus titulis octo duntaxat integros, illibatofque tot inter ruinas feligere licuit, qui in Opere hæctenus edito typis demandati sunt. Hos autem cum ex eodem Ciacconio Bosius acceperit, hic pariter, ut plene studiosi lectoris desiderio fiat satis, & ne quid eundem rerum antiquarum lateat, repetendos esse decreuimus:

ΤΟΠΟΣ ΑΝΑΠΑΥΣΑΙΩΣ
ΑΜΜΟΝΙΟΥ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΙΟΥ
ΕΡΕΤΟΥ id est
LOCVS QUIETIS
AMMONII ET EUTYCHETIS
NUTRICIS

ΙΑΝΟΥΑΡΙΩ ΕΡΕΤΩ
id est
IANVARIO NUTRICIO

ΕΡΟΣ ΗΙΛΑΡΑΕ ΒΙΔΒΕ ΦΕCΙΤ

QVINTINIAE VRVLAE CONIVGI
BENEMERENTI AMVLIVS
MELIOR FECIT

RVFINAE FILIAE BENEDICTAE

..... ΜΥΡΔΙΩΣ ΚΑΜ
ΡΥΦΩΣ ΦΟΝΤΕΙΑΔΑΔΑ
ΚΟΝΙΧ

VITALIANO
ALVINO
K A R O
EVTROPIVS FECIT

GREGORI
SILICIA FAVSTIN
VIXIT ANN. IIII
M. V. DIE VNO

Villa Præsulis
de Ruucre.

Sepulchrales
Cœmeterio-
rum tituli.



At vero, vt breuiter singula huius Cœmeterij complectamur. Vitreas nonnullas quibusdam in Monumentis imagines, sphericæ vtique formæ, necnon affabre circumdeauratas reperiri contigit, quæ ab exteriori parte valido calcis glutino obfirmatæ erant; quarum ectypa hic contemplanda subiicimus.

I. Fragmentum vitreum deauratum in sepulchris Cœmeterij Priscillæ Via Salaria repertum.

II. Aliæ pariter huiuscemodi inscriptæ notis adiuuentæ sunt.
CVM TVIS PIE ZESES.

Quas notas Bosius ipse alijs secum ad ferendam obscura super re sententiam adhibitis, hoc plane modo legendas, explanandasque duxit: PIE IESVS.

III. Vitrum antiquum è nobili, ac celebri Equitis Francisci Gualdi Arimin. Musæo, quod nunc præclarior, mutato nomine, & sede, Regium in Monte Pincio Musæum vulgo nuncupatur; ex quo videlicet idem Gualdus illud Ludouico XIV. Galliarum Regi dono dedit, atque in Cœnobium PP. Minimorum nationis Gallicanæ in vertice montis Pincij situm transferre cœpit. Vitrum autem, vt vides, Christiana bene precandi formula circumscriptum est. At si quæris, quid sit istud SIRTCA. Si ordine inuerso legeris, & secunda litera pro Græco sigmate acceperis, scies. Igitur LVCIFER ZESES est Iesus Christus: capita, quæ coronantur, sunt eius Altra.


IV. Altera itidem vitrea imago in lucem prodijt, in qua ista potissimum verba leguntur: PIE ZESES. Veruntamen in inscriptione hac haudquaquam sacrum IESVS nomen continetur, nam *Zises* Latine idem sonat, quod VIVES, seu VIVAS: perantiquus autem hinc illius seculi vsus conuincitur, cum vtraque nimirum lingua vulgo, vt videre est, vsitato loquendi more confunderetur.

V. Vitrum antiquum eodem ex Cœmeterio erutum, cui effigies, & nomina eorum, quos inibi sepultos credimus, inscripta leguntur, videlicet Petrus, Paulus, & Peregrina.


VI. Vitrum, in quo binæ effictæ visuntur imagines, absque vlla tamen inscriptione.

VII. Vitrum, in quo BB. Petri, Pauli, Laurentij, Cypriani, Iusti, & Hippolyti imagines, additis insuper eorumdem nominibus, exhibentur. In medio autem eiusdem sinu duæ aliæ imagines extrabant, quarum capitibus Angeli ibidem efficti manu coronæ, seu diademata imponebantur.

VIII. IX. X. Earundem quoque sacrarum imaginum fragmenta id genus quamplurima reperta ibidem fuere. Perexiguæ insuper nonnullæ ex vitro itidem confectæ imagines, in quarum singulis virorum quorundam effigies delineantur, qui manu quidpiam, Magorum adinstar Regum Deo infanti munera deferentium, præferunt. Quas quidem singulas imagines in editis Subterraneæ Romæ lucubrationibus impressas etiam videre quis potest, tamen, vt sacrarum antiquitatum, lector quicumque es, oculus sis testis, hic earundem quoque typum ad libitum contemplare. sed de his hæc tenus.



IMAGINES VITREAE DEARANTE IN SEPULCHRIS
 COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA REPERTAE



9 Marmorei quoque ibidem Sarcophagi minutatim contracti extabant : in altero ex his funeralis Agape , vti mos erat antiquis , impressa suspiciebatur : in altero autem Euangeliei Pastoris apprime commendati , qui ouium custodiæ insistit , imago contemplan-
da exhibebatur .

Inscriptio Græca Latine reddita , hæc profusè ratione interpretanda est :

HIC PAVLINA
IACET BEATORVM
IN LOCO.
QVAM SEPELIVIT PACATA
SVAM NVTRICEM
DVLCIEM
SANCTAM IN CHRISTO.

Ex hæc vero inscriptione validissimo ex antiquitate petito argumento , Sanctos olim in venerabili hoc Cœmeterio conditos fuisse satis aperte verbis illis con-

uineitur : *Hic Paulina iacet Beatorum in loco* . Eundem enim loquendi modum apud Græcos vsurpatum frequenter inuenimus , & præsertim apud Gregorium Nazianzenum Oratione funebri , quam in Basilij laudem conscripsit , vbi isthæc recitat :

οὐ μὲν ἀναίρων
Θήσεις ἐς μακάρων , σὺ δὲ χορησασίλω .

Id est :

non me sursum tollens
Pones ad Beatorum , tuamque chori stationem .

Idem plane in Epigrammatum Græcorum lib. 5. Epigr. 5. legitur .

ἀλλὰ σε χόρησ
Ἀμβροσίου ἀθανάτων ἁγίων ὑπέδειξε καμόνῳ

Id est :

sed te locus
Immortalis immortalium sanctorum suscepit defunctum .

Greg. Nazianzenus
oratio funebri
in Basilij laudem

Lib. 5. epigr.
Græc. epigr. 5.





SARCOPHAGVS MARMOREVS EX COEMETERIO PRISCILLAE
VIA SALARIA EFFOSSVS

SARCOPHAGVS ALTER MARMOREVS EX EODEM COEMETERIO PRISCILLAE
VIA SALARIA EFFOSSVS

ΕΝΘΑ ΕΙΜΑΙ ΕΝΙ
ΚΕΤΑΙ ΜΑΚΑΡΩΝ
ΕΝΙ ΧΩΡΩ
ΗΝΚΗΑΥΘΕΙΑΚΑΙΑ
ΓΗΝΘΡΕΙΙΤΙΡΑΝ
ΙΥΚΕΡΗΝ
ΑΙΙΑΝ ΕΝ ΧΡΩ

Cœmeterium
Ostrianum .

Monumenta
arcuata .

IO Porro Cœmeterium istud a Ciaconio & alijs, qui hæc de re luculenter scripsere, vt probabiles quidem rationes vltro suadent, ipsummet Ostrianum esse creditur, vbi quondam B. Petrus Apostolorum Princeps, vt iam diximus, recens ad Christi fidem tractos baptizabat: ex illius enim vineæ humo crySTALLINA jugiter aqua emanat, quæ in idem vbertim Cœmeterium influit. Septena in eo arcuata tunc monumenta visa sunt. Imagines autem, quæ inibi existebant, a Philippo Vinghio, & Alphonso Ciaconio inde quam diligentem excerptas, cum eorundem e manibus Bosius accepisset, ne condigna rerum huiusmodi memoria penitus excideret, typis consignandas curauit; & nunc in isto Subterraneæ Romæ volumine edito inter recolenda Cœmeterij Priscillæ monumenta iure quidem merito recensentur, cui Cœmeterio istud quoque successu temporum iungi, & copulari contigit. Interim vero notandum est, quod priusquam Bosius conscribendo

rerum Cœmeterialium operi animum pariter ac manum applicuisset, impio fossorum, vel perfossorum potius, vt ita loquamur, conatu antiquum hoc, venerandumque Cœmeterium (plane instigante dæmone, ac Deo permittente) omnino dirutum, atque abolitum est, qui subinde ob perpetratum tam immane facinus vlticem de cælo, vt crimini par erat, manum haud effugere: dum enim impij homines humum altius effodiunt, & totis viribus operi instant, ingenti collapsa desuper ruinarum mole, beatorum effosores sepulchrorum tanquam luce prorsus indigni, condigno plane suppliciorum genere terra adhuc viuentes absorpti, spirantesque needum mortui sepulchro, dum Martyrum sepulchra demoliuntur, cælo vindice, illati sunt. A nobis vero, qui hætenus descriptam Monumentorum seriem prosequimur, Monumentum hoc, vt probe ordo teneatur, huius quidem Cœmeterij primum, Priscillæ vero tertium adnumerandum, atque inscribendum est.

Tabula prima Monumenti tertij in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria.

- I. Totius in primis Monumenti arcuati orthographia in conspectum, vt vides, hic datur. In eo autem sacræ infra exponendæ, coloribus historiæ adumbrantur, videlicet:
- II. Christi Domini Seruatoris Lazarum à monumento excitantis.
- III. Moyſis supra septenas mannæ sportas, seu cophinos dexteram protendentis, vel potius dixerim, ipsiusmet Christi Domini panes diuinitus multiplicantis.
- IV. Eiusdem iterum Moyſis petram virga ad aquarum venas inde eliciendas percutientis imago illic visitur.






TABULA PRIMA MONVMENTI TERTII ARCVATI CEMETERII PRISCILLA ET ALIOR. SS. VIA SALARIA

Tabula secunda Monumenti tertij in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria.

- I. Hæc quidem Tabula consuetum Pastoris Euangelici symbolum dilectam humeris ouem deferentis exhibet.
 II. Mulier quædam præterea eleuatis manibus orans exprimitur.
 III. Noëmi insuper, dum vniuersalis aquæ diluuij inundarent, intra arcam recepti, & manus vltro ad excipiendam vna cum oliuæ ramo redeuntem ad se columbam porrigentis effigies.
 IV. Daniel quoque eundem in modum inter rabida leonum fame exasperatorum ora Deum impense deprecans.





LABYLA SECUNDA MONUMENTI TERTI ARCVATI CEMETERII PRISCILAE ET ALIBONSS. VIA SALARIA

Tabula vnica Monumenti quarti in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria .

- I. Monumentum arcuatum.
- II. Hic itidem mystica ac recolenda Euangelici Pastoris forma intuentium oculis subijcitur.
- III. Beatus quoque Apostolus Paulus sacro diademate redimitus , huiuscemodi hinc inde titulo decoratur , ab vno videlicet latere hifce notis exculptis: PAVLVS PASTOR , quibus ab altero istæ pariter respondent: APOSTOLVS.




TABULA VNICA MONVMENTI QVARTI ARCZATI IN COEMETERIO PRISCILLA VIA SALARIA .



Tabula vnica Monumenti quinti in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria.

- I. Monumentum arcuatum.
- II. Moyfes vberes aquarum riuos è filice virga exhauriens proponitur.
- III. Daniel, qui sæuos inter leones illibatus degit.
- IV. Ionas quoque, qui amœno sub vmbraculo dulces recubando somnos carpit.








TABVLA VNICA MONVMENTI QVINTI ARCVATI IN COEMETERIO PRISCILLÆ VIA SALARIA

Tabula prima Monumenti sexti arcuati in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria .

- I. Hac Tabula totius in primis Monumenti arcuati orthographia oculis subiicitur .
- II. Christus deinde Seruator sublimi quodam throno medius inter duodecim Apostolos confidentes exceptus exhibetur .
- III. Ionas , qui ab immani ceti aluo incolumis ad maris litus proijcitur .
- IV. Ipsemet iterum Ionas sub vmbraculo admota capiti dextera consistens contemplandus obijcitur .



TABULA PRIMA MONUMENTI SEXTI ARCVATI IN COEMETERIO PRISCILAE VIA SALARIA



Tabula secunda Monumenti sexti arcuati in
Cœmeterio Priscillæ Via Salaria.

- I. Mulier quædam hoc loco exporrectis in altum manibus orans coloribus exprimitur.
- II. Abrahamus quoque euaginatam vna quidem manu gladium, altera vero Isaacum filium mox immolandum tenens, iuxta quos hircus omnem præter spem sacrificio illi sufficiens adumbratur.
- III. Tres insuper pueri in Babylonicam fornacem iniecti, & pileum, vt Persarum mos est, impositum capiti gestantes præsentantur.



TABVLA SECUNDA MONVMENTI SEXTI ARCVATI IN COEMETERIO BRISCIJLÆ, VIA SALARIA

II



I



III



Tabula vnica Monumenti septimi arcuati in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria.

- I. Monumenti arcuati orthographia.
- II. Consuetum Pastoris dominici symbolum hic pennicillo delineatur.
- III. Daniel insuper deuorandus leonibus obiectus.
- IV. Ionas è nauì, Deo eius inobedientiam vindicante, in mare præceps deiectus, & vastissimi subinde ceti aluo exceptus.





LABYRINTHUS VNICA MONVMENTI SEPTIMI ARCVATI IN COEMETERIO PRISCILLÆ, VIA SALARIA

Tabula vnica Monumentorum octauæ & noni
in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria .

Hac vnica Tabula duorum Monumentorum imagines vna simul delineatæ sunt .


- I. Monumentum octauum .
- II. Monumentum nonum .
- III. In octauo autem hæc potissimum figuræ exprimentur, sanctissimi videlicet Patriarchæ Noëmi columbam intra arcam vna cum oliuæ ramo excipientis .
- IV. Viri cuiuspiam eleuatis de more manibus orantis effigies .
- V. In nono autem Monumento fossoris cuiusdam dextera malleum gestantis imago exhibetur , huiuscemodi inscriptionis titulo prænotata , videlicet: FOSROTOFIMVS; quæ verba innuunt fortasse ac sonant: FOSSOR TROPHYMVS: hoc enim nomen in ipsa quoque Dorothei synopsis , septuaginta inter discipulos legitur , eiusdemque meminit D. Paulus in 2. epistola, quam ad Timoth. scripsit, cap. 4.

*Apost. 2. ad
Timoth. c. 4.*

*De 7. grad.
Eccles.*

Porro fossorum munus, quibus videlicet defunctos humandi cura erat, primum quidem ac præcipuum inter cætera Ecclesiæ munia, Hieronymo teste, locum antiquitus obtinebat. Et sane, vt nobis credibile fit, horum tam numerus, quam ministerium magnum, ijs præsertim temporibus, extitit, cum Christiani omnes in subterraneis Cœmeteriorum cryptis sepulturæ demandarentur: sine quorum opera ac labore tot cuniculi effodi, tot viarum semitæ instrui, tot cubicula excuari, tot numero sepulchra aptari, atque disponi, quot ibi cernuntur, tam ingens terræ moles ab imis visceribus egeri nullatenus potuit. Sed de fossoribus Cœmeteriorum hæcenus: nunc quæso ad rem nostram, si libet studiose lector, reuertamur .





LABIA VNICA MONUMENTORVM OCTAVI ET NONI AECVANTORVM IN COMETERIO PRISCILLAE VIA SALARIA

10 Eadem Via Salaria, cuius nunc sermo recurrit, si quis dexteram in partem, & pontem versus progredietur, in villa quadam duo ad inferiorem Cœmeterij cuiusdam sinum, accedentibus quidem satis commodi ac faciles aditus patent, eum in modum dispositi, ut vel ab his, qui a Cœmeterij ipsius ingressu abstinere, ex ipsomet loci prospectu, ipsæ Cœmeteriales semitæ conspiciantur. Sepulchra autem, quæ ibi sita sunt, licet consumptis omnino ac fragilibus cadauerum ossibus adhuc scateant, reserata tamen, ac repagulis omnino sublatis patentia se offerunt: cum ossa interim, quæ in interiori parte subsidunt, vel leuissimo tactu penitus soluantur, atque in pulucrem abeant. Complura illic arcuata monumenta, sed picturis omnibus destituta, & dealbata duntaxat videre est: Cubicula vero ibidem numero pauca. Porro fragmenta quamplurima intra eiusdem loci ambitum vbiq; passim dispersa intuentibus contemplari

Aditus Cœmeteriales.

Sepulchra in Cœmeterijs.

Monumenta arcuata.

fas est: ex quibus plane conijcitur, huic quoque Cœmeterio sua olim decoræ, atque ornamenta haud defuisse, quibus cæterorum instar excultum, ac conspiciuum pariter redderetur.


11 Consuetæ vero in sepulchris Christiani nominis signa prænotantur, videlicet



Annulos quoque, conchylia, ac vitæ rotunda haud hic quoq; desiderari contigit: in quibus quædam, etsi nimiam vetustate abolitæ, imagines conspiciantur: eburnæ item imagniculæ sepulchrorum angulis, terminorum instar, affixæ: lucernæ quoque fictiles, ac vitæ ampullæ, & id genus alia, sacræ recolenda antiquitatis indicia extabant. Tot autem inter fragmenta vnus dumtaxat sepulchralis integer lapis adinuentus est, hac videlicet inscriptione notatus:

Solemnia Christianorum signa.

Inscriptione sepulchrorum.



Verum ipsidem coniecturarum argumentis innixi, quibus eam, quam supra enarrauimus, Ostriani Cœmeterij partem esse asseruimus, hanc quoque Cœmeterij Nouellæ partem recensendam fore arbitramur. Ambo enim Cœmeteria hæc mutuo propinquitatis nexu sibi quodammodo cohærebant, & pariter vtrumque interuallo, tertio videlicet ab Vrbe lapide, distabat, quoto pariter &


Cœmeterij Nouellæ.

illud Priscillæ ab ipsis mœnijs distat. At longa postmodum recurrente temporum serie, singula in vnum tandem coaluisse, probabiles quidem rationes conuincere, ac suadere videntur. Potro vnicum duntaxat in hac Cœmeterij parte Monumentum arcuarum, altitudinis palm. III. latitud. VII. profund. III. cernitur, pictasq; eiusdem imagines vnica, quam subiicimus, Tabula præferret.


Tabula vnica Monumenti decimi in Cœmeterio Priscillæ Via Salaria.

- I. Totius in primis Monumenti orthographia.
- II. Euangelicus hic Pastor describitur, duas inter arbores consistens; quem binæ ad dexteram oues, ac bini hinc inde galli ambiunt.
- III. Quædam item mulier eleuatis de more manibus orans, ac velo capiti circumamicta exprimitur.
- IV. Pano quoque versicoloratis in gyrum pennis conspicuus.
- V. Noëmus insuper pennicillo adumbratur, qui in arca consistens, protensis manibus columbam ad se cum oliuæ ramo redeuntem festiuo vultu excipit.

Sed



MONUMENTVM ARCVATVM DECIMUM COMETERII PRISCILLAE
VIA SALARIA



12 Sed ne minutis quibusque rebus diutius enarrandis immoremur, hæc interim retulisse sufficiat: susceptum autem vna cum Bosio iter, cætera quæ latent, perscrutaturi prosequamur. A villa igitur, quam nuper descripsimus, pedem ad lauam mouentes, qua scilicet ad pontem Salarium itur, altera eunti vinea, ab ea, quam nuper lustrauimus, quadraginta circiter passibus distans occurrit, quæ inter prædia olim familiae de Cuppis adnumerabatur. Hæc autem vna ex parte cum in modum decliuus est, vt per exiguum quendam collem efformare videatur, qui quidem ab omnibus nobili ac pretioso vocabulo Gemmarum mons, vulgo Monte delle gioie, nuncupatur; & iure quidem merito, neque casu aut temere, sed condigno diuinitus omine accepto, pretiosum hoc nomen locus ille sortitus est; cum gemmas sere innumeras sua intra viscera haud vllò cõsumandas pretio, sinus iste beatissimus recondens, concludat. Sacra nimirum, ac veneranda purpuratorum Christi Martyrum pignora, quæ in Cœmeterio Priscillæ, quod ibidem situm est, requiescunt. Hanc autem, quippe quæ præstantior eiusdem Cœmeterij pars est, Priscillæ olim Cœmeterium appellatam fuisse arbitramur. Cum hæc vna ex omnibus vastissimi huius Cœmeterij partibus Salario ponti proximior sit, quo potissimum loco antiqui rerum Ecclesiasticarum scriptores, & præsertim Cencius Camerarius vna cum alijs nonnullis Cœmeterium hoc statuunt; hæc quippe Cencius scribit: *Cœmeterium Priscillæ ad Salarium*. Quibus Baronius quoque, ac Ciaconius pari sententia ad stipulantur.

13 Hanc igitur villam maximo animi, ac præcordiorum ætù, utpote renu sibi optatissimam nactus, cum Bosius ingressus fuisset, dexteram tenens partem, parietinas complures introscepit; quæ quoddam ibi templum extitisse vel ipsomet adspectu testabantur; hoc autem ipsummet, quod B. Siluestro diearum erat, haud quis temere pronunciauerit, cum supra Cœmeterium eiusmodi olim templum erectum fuisse constanti assertionem præmiserimus. Haud procul igitur ab his ruinarum vestigijs, ad dexteram progrediendo, inter alias, quæ con-

densis hederæ folijs operiebantur, parietinas, latentem ad Cœmeterium, de quo sermo nunc est, aditum inuenit. Hinc ad subterraneam loci aream delapsa humo repletam festinus descendit: vbi alij duo aditus ad occidentem vltro respicientes patent. In altero autem ex his Cubiculum calce, vt mos est, inerustatum perscrutantibus se primo obtulit; in cuius tholi umbilico quoddam quadratæ formæ ad lumen excepiendum foramen studiosa artificum manu aptatum conspicitur; quod nunc quoque inter ipsius loci ruinas superstes est: & iuxta hoc eodem in tholo foramen aliud sphaericae pariter formæ, palm. circiter sex obseratum suspicientibus contemplari licet.

14 Porro in eiusdem Cubiculi ambitu, vt videre est, plures quondam aditus patebant, qui accedentibus nunc omnino imperuij, utpote humo ac macerijs obducti, red duntur. Horum igitur alterum Bosius ingressus, arctum quidem adeo, ac per angustum, vt non nisi demisso humi corpore, cõtractis quæ genibus progredi alicubi liceret; ad alterum consimilem aditum deuenit: inde ad abditos quosque eiusdem loci sinus explorandos contendenti semita quidæ altiores terendæ sese obtuleret, quas cum auidis interim oculis perlustraret, erecto corpore, huc illuc incedendo, excurrere potuit. Cœmeterium autem istud fatius quidem amplum est, longo item circuitu protenditur, semitisque compluribus, etsi magna ex parte obseratis, distinguitur: quo plane argumento, (vt cætera sileamus) valide assertionis nostræ propositum obfirmatur; Cœmeterium videlicet hoc, quod plures in partes veluti corpus in membra subdiuiditur, cæteris eiusdem Viæ Cœmeterijs iungi & coherere. Verum quam plurimas ibi parietum constructiones, ex topho nimirum, lateribusque calcis glutino compactis, videre est: in his autem monumenta de more excisa, bases quoque & columnas id genus ad Cœmeterium suffulcendum affabre coniecinatas intuenti passim facultas datur; & vt de cæteris taceamus, quodam præsertim loco ingens æque ac validus quadratæ formæ paries inter perferendum visitur: in quo portæ ad numerum quatuor sphaericam singulae formæ præferentes in quatuor parietis eiusdem,

late-

Mons Gemmarum.

Pars Cœmeterij Priscillæ.

Cenc. Camer. de Cœmet.

Baron. & Ciaconius.

Ecclesia S. Siluestri.

Aditus Cœmeterij Priscillæ.

Spiracula Cœmeteriorum quæ in terræ excurrunt.

Descriptio Cœmeteriorum.


lateribus aptatæ, dispositæque subsistunt; e quibus reliquæ subiacent viarum, quæ sibi inuicem respondent, semitæ deriuantur. Substructiones vero, quas hæcenus memorauimus, posteriorum proculdubio Pontificum iussu perfeci contigit; quibus Cœmeteria hæc ruinam minitantiã vltro suffulciri voluere: atque huiuscemodi quidem restauratio- nes potissimum Leonis, Adriani, alio- rumque Pontificum Romanorum studio præstitæ sunt, quas passim in ipsorum Pon- tificum gestis Bibliothecarius memorat. Sed ad vltiora quæso Cœmeterialia, perferenda loca progrediamur.

15 Si quis enim ad plagam orienta- le respiciens arrepti cursum itineris pro- sequatur, Viam muro hinc inde munitam, dealbatamque offendet, haud tamen vlla ibi cadauerum sepulchra videre est, quinimo, vt indita menti opinio fert, hæc quidem præcis temporibus aquæ ductus vsui, vel certe pluuiialibus colli- gendis, seruandisque aquis deseruiuit. Quoad cætera vero, quæ peruestigando adnotare licuit, Cœmeterium hoc reli- quis plane consonat, atque eiusdem formæ vias pariter ac sepulchra con- tinet. Porro tenues quidam ac per- exigui arcus alicubi calce obliiti con- spiciuntur, in quibus ad sacros de more peragendos Christianorum cœtus lam- pades apponcbantur. Sepulchra vero, quæ ibidem sunt, singula intuentibus pa- tent, in quorum nonnullis adhuc de- functorum ossa substernuntur: in alijs vero nedum ossa, imo nec tenuissimus quidem puluis perstat, sed monumenta omni ex parte diligenti manu tersa atque expolita subsistunt. Quod nobis argu- mento est, sacras olim Martyrum iisdem in loculis reliquias inclusas atque asser- uatas fuisse, indeque studiosius pia- fidelium opera gratia honoris collectas alio asportatas fuisse. Nobilissimum vero ac præ cæteris celeberrimum Cœ- meterium hoc extitisse, ex marmoris columnarum, & Sarcophagorum innu- meris fere fragmentis, ac cæteris huius- cemodi, quæ extant, vestigijs conijcere prudens quisque potest: quæ singula, miro artis studio cæmentariorum manu elaborata in eo passim conspiciuntur. Complures itidem ibi Inscriptiones, sepulchrorumque titulos absque nume-

ro quidem adnumeratos olim fuisse cre- bra, quæ occurrunt ad manus fragmenta, edocent. Ex quibus omnibus vnicum, dumtaxat integrum, imaginem quandam insculptam contemplantibus exhibens reperiri contigit; quæ sacrum Christi nomen ea, vt infra vides, ratione excul- ptum, delineatumque nobilis instar tro- phæi manu sustentat: characteribus au- tem hæc titulus prænotatur:

Item Inscr-
ptiones sepul-
chrales.

Sacrum Chri-
sti nomen in
sepulchro vete-
ri insculptum



16 Porro Inscriptionis huius Baro- nius quoque meminit Annal. to. 3. ann. 312. vbi & ipsammet typis imaginem ex- pressam refert, e perantiquo Priscilla Cœmeterio, vt ipse inquit, excepam. In ea tamen deinde imprimenda ipsiusmet delineatoris error irrepit; quem Bosius candidæ veritatis, ac illibatæ pariter antiquitatis amator, ex ipso met pro- totypo studiose corrigendum curauit, vt nunc in exculpta operis imagine sua reddita integritati videre est. Porro Arbætionis, & Lolliani Consulatus, qui hac potissimum inscriptione prænotatur, anno Christi 335. contigit Liberij Papæ 1v. Constantis Imperatoris xix. vt Ba- ronius locupletissimus loco supra citato testis est.

Baron. annal.
to. 3. an. 312.

Arbætionis &
Lolliani con-
sulatus.

Baron. annal.
to. 3. an. 335.

17 Alter subinde inscripti lapidis titulus sacro Christi nomine hac item- ratione exculptus, haud vllam tamen imaginem præferens, ibidem visitur:

Ⲡ

REDEMP-
TA
POLYXENE

Fragmentum quoque cuiusdam Sarco- phagi ibidem repertum est, cui bini- dum-

in gessis
ant.

locu-
in Cœme-
terio.

sepulchra
in Cœme-
terio.

signa mar-
maris frag-
menta in hoc
Cœmeterio.

dumtaxat delphini insculpti conspiciantur cum ea, quæ proxime sequitur, inscriptione :

L. SEPTIMVS AVLV
ZANVS. G. COH. VI. VIG.
OCTAVIE PETRONIE
DEMETRIE CONIVGI
DYLCESSIME BENEME
RENTI FECL.

Elementa, seu verba dimidiata, quæ secundo versiculo huius Inscriptionis habentur, ita legenda sunt : CENTVRIO COHORTIS SEXTÆ VIGILVM, De quibus Centurionibus, & Vigilum cohorte, eorumque munere Wolphanghus Latus pluribus agit.

Eodem in Cœmeterio proxima isthæc inscriptio characteribus minio tinctis in pariete depicta visitur, tribus pariter appictis vasculis, vt hic videre est.

SALVTIAE CO
IVGI BENEME
RENTI S

IVSTVS SE
RENV PO
VALERIAE
VICTORINAE
FILIAE G



In quodam insuper marmoris fragmento, quod è Cœmeterio hoc erutum, in luccm prodire contigit, & nunc in porticum domus eiusdem villæ incultum, neglectumque iacet; cæteris omnibus vetustate abolitis, hæc duntaxat, quæ supersunt, inscriptionis notæ leguntur :

POSITVS EST PETRVS VIII. IDVS
TIAS QVI VIXIT ANNIS XVIII
DEP. IN PACE PHILIPPO ET SALIA
COSS. DVO FRATRES
ANTIVS LECTOR DE PALLACINE
QVI VIXIT
EP. XII. KAL. SEP.

18 Et Philippi quidem, & Sallia Consulatus in Christi annum cccxlii. Iulij Papæ xlii. Constantij & Constantis Imp. xlii. incidit. Vt congruam autem verbis illis, quæ in hoc inscriptionis titulo recitantur, commodamque & plenam explanationem in medium afferamus, illis, inquam, verbis, videlicet LECTOR DE PALLACINE; studioso vtique lectori memoria-

Cassiod. in
Chron. Baro
anno. 3. ad.
348.

repetendum est, Romæ olim iuxta B. Marci Ecclesiam monasterium quoddam, cui nomen Pallacinum, D. Laurentio Martyri dicatum extitisse, cuius Biblioth. quoque in Adriani Papæ Primi gestis meminit: ibi enim cum Tyberis alluionem quandam prolixius enarrat, hæc ad rem habet: *Atque ultra basilicam Marci remeant, & porticum, quæ vocatur Pallacini per plateas se extendit, &c.* Et clarioribus item verbis vitur, dum Nicolai Papæ I. gesta recensens, atque in his inundantes pariter Tyberis eiusdem iterum aquas describens, isthæc subtexit: *Exinde remeans ingressus est per porticum, quæ est ante Ecclesiam S. Marci; inde impetum faciens, cupit decurrere in cloacam, quæ est iuxta monasterium S. Laurentij Martyris, quod vocatur Pallacini.* Eiusdem insuper loci ipsemet B. Greg. Magnus in suo registro meminit lib. 5. ep. 44. Ind. 14. & lib. 7. ep. 44. Ind. 2. cum de muneribus monasterio suo collatis verba faciens, isthæc inserit: *Tabernam in hac Vrbe, quæ est posita iuxta Pallacinas.* Sed iam ad locum quæso, vnde primum discessit, oratio reuertatur.

19 Aliæ quoque eodem in Cœmeterio inscriptiones visuntur, & vna præ cæteris exiguo marmori incisa, in quo & piscis item ferro insculptus exhibetur, & hæc tantummodo verba perleguntur:

CONSTANT
FVLICIS

P. AVFIDI. P.
SALVI



Alterius vero sepulchralis tituli fragmentum, quod superest, huiuscemodi inscripta legenti carmina præferret:

O FELIX DVM VITA FVIT QVAM DI...
MARITO...
VRBICA SVBTRAHERIS CVNCTIS
DEFLENDI PROPINQ...
REDDITA PRO MERITIS CAELESTIA
REGNA RETENTA...
BENE SERVARE FIDE CONSCIA
CHRISTO...
IN EA PERMANIT QVÆ DOCVIT
ALTVS...
CERNVTVR PLVRES VT VNVS
EVADAT...
AVXILIVM CHRISTI CASTA PROBATVR
AB.....

VRBICA
QVÆ VIXIT
ANN. XXXV.

DEPOS.

Inter

Biblio. v.
Had. Pap.

Idem in Nic.
Pap. 11.

S. Gregor. in
reg. 5. ep. 44.
Ind. 14.
lib. 7. ep. 44.
Indic. 2.

20 Inter marmorea vero Sarcophagorum fragmenta, quæ antiquis temporibus ibidem asseruabantur, quoddam præcipue repertum est, ubi Ionæ sub umbraculo quiescentis insculpta imago cernitur;

iuxta quem eadem in Tabula draeco, vel certe marinus cetus aut balæna sub immani illa draconis specie exprimitur; a quo videlicet prophetam Ionam sacre historiarum pagine absorptum fuisse enarrat.



21 Vt antiqua autem maiorum traditio præfert, quæ ad nos quoque per manus, vt ita dicam, transmissa peruenit, Sarcophagi quamplures, & quidam ex his omni ex parte integri atque illibati, nonnulli autem perfracti, tunc primum inde extracti fuere, cum Cæmeterium hoc longa post secula in lucem quodammodo rediitum prodiret, ipsius Vrbi ac Orbi pariter innotuit. In his porro Sarcophagis sacrarum plerunque rerum historiarum studiosa artificum manu insculptæ, trium præsertim puerorum, Moysis, ac Danielis intuentium oculis contemplandæ exhibebantur; qui omnes tanquam digna recolendaque antæctorum seculorum monumenta, trophæorum instar, Christianæ tum pietatis, tum antiquitatis suspicienda in Urbem delata sunt.

22 Vt hic vero singula, quæ ad memoratum Cæmeterium pertinent, breuiter perstringamus, studiosum lectorem latere nolumus, hoc videlicet, de quo sermo est, aliud sub se eiusdem amplitudinis Cæmeterium continere; ad quod aditus per foramen quoddam in topho exitum patet; ubi descensus eum in modum profundus, vt credi vix possit, eiuſdem instar scælæ topho, ac lateribus extructus, fornice desuper obducto, occurrit; gradus tamen ingesta desuper humo requirentibus haud apparent. Eo autem loco, ubi descensus iste suo, vt mos est, termino concluditur, tres quidem portæ lateribus pariter compactæ perferuntium oculis obijeuntur; ex quibus deinde plures, ac longissimæ viarum semitæ de-

riuantur. Cubicula interim, consuetaque ornamentorum genera, vt in cæteris mos obtinuit, hic omnino desiderari contingit: vnicum duntaxat arcuatum Monumentum perexiguis versicoloratorum marmorum fragmentis tessellato opere simul compactis affabre excultum contemplari licuit: alterum insuper consuetae formæ sepulchrum a perscrutantibus ibidem adnotatum est; in quo defuncti cuiusdam corpus linteo obuolutum iacebat; cæterum sepulchralis, vt in reliquis mos est, inscriptio deerat. In descripto autem loco haud quid præterea admiratione dignum reperiri contigit. Quocirca rem altius consideranti, Cæmeterium quidem, quod in superiori parte situm est, inferiori altero, quod subest, longe præstantius, magisque conspicuum pronunciandum est. Vt probe enim prudens lector inter vtrumque perse dijudicare queat, innumera sere arcuata in eodem monumenta existunt, cubicula item quæplura, etsi perexigua, ac satis angusta, adnumerantur, in quibus portæ, quæ subsistant, supitibus, ac peristylis marmoris exornantur; & ipsa parietum superficies, ealce desuper obducta, artificumque manu dealbata, conspicitur. Quatuor ex recensitis hætenus Cubiculis pictorum manu cæterorum instar exulta videre est: vt ordo autem a nobis seruetur, descriptis iam supra, Cubiculis istius descriptionem subtexendo, quod huius quidem Cæmeterij primum est, si quis numerum attendat, tertio plane in ordine respondebit.

Cubicula Cæmeterij Præfællæ Via Salaris.

rus Cæmeterium.

Cubiculum tertium Cœmeterij Priscillæ
Via Salaria describitur.

CUBICVLVM istud haud longe ab aditu, quem supra memorauimus, situm est: altitudine pal. x. cum dimidio, latitudine x i i. longitudine i x. constat.

Quadratam ostium formam præferet; latum præterea est palm. i i i. cum dimidio, altum i x. profundum vero i i. super quod ipsius intra Cubiculi ambitum corona quædam ex floribus, frondibusque virentium instar contexta suspicitur. Cubiculum ipsum calce dealbatum quampluribus varijcoloratis lineis, auibusque studiose effictis circumdatur. Primario in pariete arcuatum.


quoddam monumentum situm est, quo fossorum manu diruto, locus quidam calce nunc dealbatus contemplandus obijcitur, in quo subinde nonnulla sepulchra incisa fuere. Paries vero, qui ad læuam cernitur, quatuor consuetæ quidem fornix monumenta in topko excavata continet: in altero vero pariete, qui huic e regione respondet, locus quidam discretus a cæteris parui ad instar Cubiculi, fornice desuper obductus visitur, quem per circuitum sepulchra ferro de more excisa, ornamentis tamen omnibus destituta, ambiunt. Cubiculi fornix varijs picturis, atque imaginibus infra describendis mirifice decoratur.

- A** Cubiculi fornix varijs picturis, atque imaginibus adornatus.
- B** Mulier orantis in modum, quæ ad dexteram intrantis in pariete depicta cernitur.
- C** Alia item mulier veluti orans, quæ ingredienti ad læuam occurrit.
- D** Ostium, per quod aditus in hoc Cubiculum patet.
- E** Monumentum arcuatum, quod è conspectu ostij huius Cubiculi situm est, à cuius parte posteriori locus quidam exiguus, in quo nonnulla sepulchra visebantur, repertus est.
- F** Locus quidam ad læuam intrantis, pusilli ad instar Cubiculi, concamerato structus opere, quem sepulchra ferro excisa, circumeunt.
- G H** Bina sepulchra in area pauimenti effossa.
- I** Sepulchra vulgaria in topko excisa.






CVBICVIVM TERTIVM
COEMETERII PRISCILLAE
VIA SALARIA




Tabula vnica Cubiculi Tertij Coemeterij Priscillæ
Via Salaria.

- I. Euangelicus ille, qui toties Dominico ore celebratur, Pastor, duas inter arbores consistens, binisque custodiendis ouibus operam impendens, coloribus adumbratur, qui charam sibi, selectamque ouiculam dorso gestat: cuius item ab humero pastoralis fistula suspenditur.
- II. III. Binæ item hinc inde mulieres expansis de more manibus Deum precantes intuentium oculis exhibentur.






II



I



III

TABVLA VNICA CVBICVI TERTII COEMETERII PRISCILLÆ VIA SALARIA




Cubiculum quartum Cœmeterij Priscillæ
Via Salaria describitur.

CUBICVLVM hoc, quod meridicm respicit, longitudo. est palm. xvi. cum dimidio. latitud. xv. pariter cum dimidio, altit. ix. cum dimidio. Ostium autem Tyburtino è lapide aptatum est, altitudine palm. vii. latitudine. i. v. profunditate totidem constat; super quod satis breue, atque angustæ formæ monumentum cernitur. Cubiculi eiusdem fornix picturis conspicuus redditur. Sacellum quoddam ad dextram ingredientibus, etsi per angusto spatio

inclusum, occurrit. Parietamen, qui primarium inter ceteros locum tenet, picturis affabre excolitur. In ipsius vero ad læuam Cubiculi pariete, obuius quondam ad semitam, quæ sepulchris referta est, aditus panditur. In altero autem pariete, qui portam respicit, consuetam Evangelici Pastoris imaginem pictam quondam fuisse conijcitur; quamuis magna iam ex parte præ iniuria temporum hæc exoleuerit: istiusmodi vero, quas recensuimus, imagines, duabus infra Tabulis lectori contemplandæ subijciuntur.

- A Cubiculi fornix depictis imaginibus excultus.
- B Sacellum fornicata exadificatum structura, in quo Ionæ Prophetæ, & Lazari ad vitam redeuntis imagines conspiciuntur, vt Tabula secunda exhibetur.
- C Locus à fossoribus dirutus, vbi, vt coniectura est, Evangelicus Pastor cum ouicula in humeris depictus extabat.
- D Eiusdem Cubiculi fornix super ostium, in quo hirci effigies coloribus adumbratur.
- E Ostium, per quod Cubiculum ingredimur.
- F Aditus in semitam quondam, quæ exitu caret, estque sepulchris plena.
- G Sepulchra in thopho excisa.
- H Sepulchrum in planicie pavimenti ad ingressum eiusdem, Cubiculi effossum.





CVRICIVM QVARTVM
COEMETERII PRISCILLAE
VIA SALARIA

Prima Cubiculi quarti Tabula.

Tabula hæc pictas ipso in fornice imagines exhibet ; mulieris nimirum cuiusdam sedentis effigiem , ante cuius conspectum vir quidam stans, protensaque manu quid indicans, vel certe quidpiam sedenti exporrigenens exprimitur .






TABULA PRIMA CVBICVLII QVARTI COEMETERII PRISCILLÆ VIA SALARIA

Tabula Secunda Cubiculi quarti in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria .

Hac potissimum Tabula imagines , quibus sacellum ipsum spectabile intuentibus exhibetur , ordinatim repræsentantur .

- I. In ipsius igitur arcus fornice Christum Dominum pennicillo adumbratum videre est , qui Lazarum è tumulo excitat .
- II. In sinistro autem arcus eiusdem latere Ionam , qui sociorum manu in mare præcepit deijcitur .
- III. In dextero subinde ipsummet Ionam , qui post triduum è Ceti aluo vegetus in auras profilit .
- IV. In primario autem sacelli eiusdem pariete eodem in arcu idem , qui supra Ionas , sub umbraculo dulci correptus somno exprimitur .





TABVLA SECVNDATA ET VLTIMA CVBICVLI QVARTI CEMETERI PRISCILLAE VIA SANAARIA.


Cubiculum quintum Cœmeterij Priscillæ
Via Salaria describitur.

DOST perlustratum Cubiculum, quod paulo ante enarrauimus, excurrenti semitæ aliquot vltro se offerunt, quæ ad meridiem respiciunt. Si recto quis igitur tramite easdem terendo semitas iter progrediatur, sinistrorsum quidem ad orientalem plagam quintum istud in ordine Cubiculum, quadratæ nimirum formæ, altitud. palm. XI. latitud. IX. longitud. IX. cum dimidio occurrit. Porta eius sphericæ formæ est, altitud. ad Cubiculi mensuram, latitud. palm. V. cum dimidio, profund. IV. Vt de Cubiculo autem loquamur,

magna illud ex parte labefactatum ad præsens cernitur, quamuis calce olim oblitum ac picturis curiose concinnatum fuisse quædam pars, quæ sacrilegas fossorum manus euasit, vltro respicientes admoneat. Ipsi enim Cubiculi fornix, portæ arcus, lunulæ quoque in ipsamet parietum summitate colores adhuc & picturarum vestigia præferunt. Duodecim duntaxat consuetæ formæ sepulchra continet; tria videlicet in primario pariete ipsius e regione portæ; quatuor in dextero; quinque autem in pariete altero, qui ad læuam ibidem situs est. Quas quidem singulas tribus infra Tabulis imagines describemus.

- A Cubiculi fornix varijs depictis imaginibus conspicuus.
- B Ostij fornix figuris item adornatus.
- C Imagines, quæ in pariete primario e regione ostij, in sublimi prope fornicem loco conspiciuntur.
- D Imagines, quæ in pariete ad læuam intrantis in hemisphærio coloribus adumbrantur.
- E Imagines, quæ in altero hemisphærio superiori aduerso conspici dantur.
- F Ostium formæ sphericæ, per quod aditus in Cubiculum patet.





CVBICVLVM QVINTVM COEMETERII PRISCILLAE
VIA SALARIA




Tabula prima Cubiculi quinti in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria.

- I. In huius quidem Cubiculi fornice consuetum Euangelici Pastoris symbolum, pastorem è collo fistulam, & hircum, quendam humeris, haud ouiculam de more gestantis, ad viuum coloribus adumbratur. Ad cuius læuam alter pariter hircus, ouicula vero ad dexteram cernitur, cui manum in beneuolentiæ signum expandere videtur: ipse interim duas inter oliuarum arbores consistit, quibus candidæ hinc inde columbæ subsidunt, ac si earundem arborum ramos excerpere rostro gestiant.
- II. In portæ ipsius arcu Ionas à ceto incolumis tandem proiectus exprimitur: in eiusdem vero portæ lateribus bini hinc inde arietes, ac binæ itidem columbæ effictæ coloribus exhibentur, quæ singulæ virentis ramum oliuæ pacis vtique symbolum rostro deferunt.





TABULA PRIMA CVBICVLI QVINTI COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA



B

Tabula secunda Cubiculi quinti Cœmeterij
Priscillæ Via Salaria .


I. Insculptas hic ferro imagines, lector, inspicere, quæ in primario Cubiculi huius pariete existunt, & primo quidem loco stolata quædam mulier, expansis consueto orantium more brachijs precationi insistens, oculis contemplanda proponitur. Et symbolice quidem ipsa extensio manuum salutare, quod tam frequens est in Cœmeterialibus imaginibus, crucis signum intuentibus præfert, ut Iustinus Mart. satis erudite edocet, dum in cunctis fere crucis signum, ac symbolum designari affirmat: Considerate, inquit, omnia, quæ in mundo sunt, an sine hoc crucis signo gubernentur, aut possint præbere sui usum. Mare enim non scinditur, nisi malus saluus in naui maneat; terra non aratur sine eo signo: humana figura à belluis differt, quod erecta sit, & manuum extensionem habeat. Quod idem apud Ambr. ser. 6. prolixius videre est. Imago autem hæc, quæ nobis contemplanda occurrit, ut quorundam haud contemnenda quidem opinio suggerit, ipsammet sanctissimam sceminam Priscillam præfert, cui hoc idem pariter Cubiculum dicatum, fuisse ex scriptoribus nonnulli constanter asserunt; in quo videlicet & illa vnà cum beatis virginibus Pudentiana ac Praxede condigno tumuli honore excepta fuit. Quod quidem ipsemet Bossius vir alioqui prudens, atque oculatus, vel ex hoc vno coniectari non timuit, quod nimirum haud casu, haud temere, sed Deo prorsus disponente, ipsomet natalitio recurrente Beatæ eiusdem Priscillæ die, 17. nempe Kal. Febr. Cubiculum hoc inter tenebras perscrutando deprehendi, adinueniri, ac delineari contigit. Quam sane coniectandi rationem duæ pariter pictæ ibidem imagines valide confirmare videntur. Quippe quæ sacrum velandarum virginum intuentibus ritum exhibent.

*Infin.
Mart. in
Apolog.*

II. Præmemorata autem imago (si quis rem probe discutiat) Praxedem, aut Pudentianam eius sororem præfert, quæ ambæ illibato animi candore, firmoque mentis proposito suam Christo virginitatem deuouere. Verum ut altius rem expendendo, ipsum lector veritatis tramitem assequatur: contemplanda ibidem oculis intuentium subiicitur mulier stans, velamen quoddam manu gestans, cui Pontifex (ipse forte beatus Pius Papa) throno receptus manum imponit; iuxta quem presbyter quiddam erecto item corpore exprimitur, Pastor videlicet, si ita nobis interpretari fas est.

III. Subinde ad eiusdem Tabulæ læuam mulier confidens, infantemque sinu gestans conspicitur, quæ Deiparam Virginem vnà cum Deo infante in vlnis, ut nobis credere par est, representat.

Tabula



TABULA SECUNDA CVBICVLI QVINTI COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA

23 Quoniam vero de sacro velamine, quo Christianæ olim virgines dicari Deo consueverant, opportunam nobis proposita Cœmeterialis imago mentionem ingerit, hic nonnulla sacris è paginis in recensitæ imaginis elucidationem repetenda videntur. Porro sacrum velamen, quo dicatæ olim Deo virgines erant commune, densiori enim tela contextum, ex nulla prorsus parte perspicuum reddebatur, de quo & Ambrosius isthæc: *Attollant mentis, & corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integritatis, consilium virginitalis. Non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen, vsu nobile castitatis, non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis.* De eiusmodi autem velaminis genere hæc & Tertullianus apte in rem præsentem ingerit: *Vera, & tota, & pura virginitas nihil magis timet, quam semetipsam: etiam feminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat adversus idus tertationum, adversus iaculæ scandalorum, adversus suspiciones, & susurros.* Illud quoque solemne habuit sacerarum virginum velamen, quod a sacerdote peculiari precum ritu benedici consuevit; quapropter Hieronymus ad Demetriadem: *Scio, inquit, ad imprecationem Pontificis flammæ virginale sanctum operire cæput.* Quibus nonnulla item verba, quæ tunc temporis, cum sacræ virgines obtegerentur, tum a sacerdote, tum a virgine dici consueverant, subiungit. Pari autem ratione dum sacerandæ Deo virginitalis ritum Ambrosius commemorat, inter alia hæc de sacro velaminis ornamento inserit: *Sacro, inquit, velamine tecta es.* Solemni enim ritu, & nonnisi certis diebus, ut Gelasius monuit, id fieri moris erat: & secularium instar nuptiarum, ut Baronius ait, magna velationis dicandæ Deo virginis celebritas habebatur. Augustinus quippe dum Demetriadis nobilissimæ virginis meminit, hæc post multa subrexit: *Velationis Apophoretum gratissime accepimus.* Apophoreta enim nonnisi in sumptuosissimis conuiujs, quæ post cœnam secum conuiuæ domum referrent, exhiberi consueverunt.

24 Hæc enim festiua solemnitas

haud alio quam nuptiarum nomine, quod virgines videlicet Christo spiritaliter nubent, apud Christianos dei consueverat. Christo enim eas potissimum nubere, quæ ipsi perpetuo virgines dicantur, antiquo in Ecclesia loquendi vsu receptum fuit: vnde & Tertullianus: *Nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi desponsasti maturitatem tuam. Incede secundum Sponsi tui voluntatem.* Quapropter cuiuscumque virgines, quæ Christo se perpetuo deuouerunt, si præuaricata fuerint, Cyprianus contumeliosus, sed apto quidem titulo Christi adulteras appellat: *Quem dicendi modum, ut Baronius ait, Basiliius, Gregorius Nazianzenus, Nyssenus, ac Grecorum ceteri, & Latinorum Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac demum reliqui imitati sunt.* Ad mysticum autem hoc nubendi genus, & ad cælestem nuptiarum formulam Optatus Mileuitanus verbis illis argute alluisse visus est: *Spiritale, inquit, nubendi hoc genus est: in nuptias sponsi iam venerant: voluntate & professione sua, & ut secularibus nuptijs se renunciasse monstrarent, spiritali sponso soluerant crines: iam cælestes celebrauerant nuptias.* Idem quoque Innocentius Papa ad Victricium scribens, hunc in modum asserit: *Quæ, inquit, Christo spiritaliter nubunt, & a sacerdotibus velantur, &c.* Quæ plane de mysticis virginum nuptijs loquendi formula Hieronymus eo progressus est, ut ipsamet virginis Christo sacratæ matrem honoris, ac prærogatiuæ singularis gratia, Dei socrum nominaret: quod tamen Ruffino modum in scripto quærenti displicuit.

25 Porro ut res ipsa, ac ratio apte nomini consonet, ideireo virgo, Christi sponsa appellata est (ut egregie Baronius adnotat) quod sicut iuncta coniugio cogitat, quæ viri sunt, quomodo, ut ait Paulus, *placeat viro, ita ista veluti altero coniugio obligata, Christo nimirum oppignorata, cogitat tantum quæ sunt Dei, nempe, ut sit sancta corpore, & spiritu.* Erant hæc Christianarum virginum voces, quæ ne dispendium paterentur virginitalis, libentius martyrium opperent; nefas elamantes, Christo semel desponsatas hominis cuiaspian iungi consortio. Quocirca B. Agnes eum ad nuptias expetere: *Ipsi, inquit, sum desponsata, cui*

Velamen virginum.

Ambrosius ad Sym. epist. 12. edit. Rom. c. 1.

Tertullianus de virginum veland. c. 15.

Hieronymus ep. 8.

Ambrosius ad virginem laps.

Gelasius ad ep. Luc. c. 14.

Augustinus ep. 179. in fine.

Festus virginum velatio nuptiæ castitatis dicuntur.

Tertullianus de veland. virginum. c. 16.

Cyprianus ep. 62. lib. de discip. et habitis virginum.

Optatus Mileuitanus.

Innocentius ep. 2. c. 12.

Hieronymus ep. 27.

Ruffinus inuestigat in Hieronymo.

Christi sponsa virgo.

1. ad Cor. 7.

In 2. B. S. A. tit. 4. m.

angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, ipsi soli seruo fide cuius mater virgo est, cū pater feminam nescit. Et itcm: Et hæc sponsi iniuria est expectare placituram, qui me prior sibi delegit, accipiet. Ex quo hæc Ambrosius: Caterum quæ se sponddit Christo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortalī iuncta est viro, & iam si voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Ad hæc sacratas Deo virgines non tantum tegi sacro velamine, sed nigra indui veste & operiri pallio, olim in Ecclesia consuetudo fuit. Qua de causa apud S. Asterium, de S. Euphemia nobilissima martyre Chalcedonensi, coram iudice assistente id habes: Adstabat virgo pulla veste, & pallio philosophiam professæ. Et Hieronymus: Solent quædam cum futuram virginitatem spondderint, pulli tunica eam induere, & furuo operire pallio, auferre linteamina. Et alibi: Vili tunica induitur, vihorū tegitur pallio. Et ad Marcellam: Pulla tunica minus, cum humi iacuerit, sordidatur. Ibi & de cingulo: Cingulum laneum, & tota simplicitate purissimum, quod possit magis adstringere vestimenta, quam scindere.

26 Quoniam vero in præmemorati Cœmterij imagine virginis vlandæ, quam describinus, virgo caput crinibus vtrique refecandis, & velo obtegendum Pontifici offerre videtur, haud abs re videatur, si aliqua interim antiquæ refecandorum crinium consuetudinis in medium proferantur. Si quidem in aliquibus; Syriæ præsertim, & Egypti Ecclesijs, tam virgo, quam vidua, quæ se Deo vouissent, & seculum calcaissent (inquit Hieronymus) crinem monasteriorum matribus offerunt descendum, non intecllo postea contra Apostoli voluntatem incessuræ capite, sed ligato pariter, & velato. Nec id quidem, vt Vestales imitentur Romanorum virgines (sicut Baronius adnotat) quæ incisos sibi capillos ad arborem Loton suspendebant, sed alijs ex causis, quas Hieronymus recenset: imino & propter mysterium. Cum enim in signum subiectionis dati sint illis capilli: Christo iam desponsatæ, in libertatem vindicatæ, nequicquam amplius viris debent. Nec de his dicit Apostolus: Mulier, si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine dati sunt. De

illis enim, quæ viro sunt obligatæ, Paulus loquitur: Porro, quod superius ait, si turpe est mulieri tonderi, vel decaluari, vellet caput suum. Sacro iam velamine cum illarum caput obducatur, capillis, quibus tegantur, non indigent, & cum nec capillorum cultu viris placere cupiant, quæ Christo tantum morum probitate gratæ esse student eo dispendio pulchritudinis, cælesti sponso magis acceptæ redduntur. Verum enimvero quam Deo capillorum ornatus, & nimius corporis cultus in virgine displiceat, quæ virginitatis propositum seruandum arripuit, pauendum plane de Prætextata Romanarum fœminarum nobilissima in medium afferre exemplum possemus, quod ab Hieronymo ad Lætam scribente didicimus, sed ad eum studiosum ac cupidum lectorem remittimus. Quod autem nunc reliquum esse videtur, hic haud omitimus de incidendis videlicet crinibus non eandem omnium in Ecclesia consuetudinem extitisse: apud alios enim in delicti pœnam, si lapsa virgo ad pœnitentiam redacta fuisset, crines eidem amputari solitos, Ambrosius testatur, quod & in capitularibus Francorum expressum habetur.

27 Sanc quod ad mulierum capillaturam attinet, turpe quidem esse mulieri tonderi, ac decaluari significat Apost. 1. Cor. c. 11. Et penes ipsos gentiles id olim ignominiosissimum extitisse satis docet Apuleij sententia de asin. aur. lib. 2. cuius hæc sunt verba: At vero (quod nefas est dicere, ne quid sit vllum huius rei tam durum exemplum) si cuiuslibet, eximiaque pulcherrimeque fœmine caput capillo spolaueris, & faciem nativæ specie nudaueris, licet de Cælo eieclta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnamum fragrans, & balsama vorans, si calua processerit, placere non poterit, ne Vulcano quidem suo. Et inferius isthæc: Tanta denique est capillamenti dignitas, vt quamvis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri. Hæc ille, & in eandem sententiam Cyprianus his verbis: Est & Venus calua multo hic turpior, quam apud Homerum vulnerata.

Ambros. l. 1. de virg.

Ambros. ad virg. l. 1. Cæc. Nicen. ep. 4.

Hier. ep. 23.

dem ad D. m. ep. 8.

ad Marcell. l. 2.

capill. rum.

er. ep. 48.

lib. 4. 44

Cor. 11.

Hieron. ad Læt. ep. 7.

Ambros. ad virg. l. 1. cap. 8. In cap. Reg. Fran. l. 2. c. 5.

Turpe mulierem tonderi. 1. ad Cor. c. 11.

Apul. l. 2. de asin. aur.

Cyprianus lib. de uol. uan.

28 Sed tam apud Gentiles, quam etiam apud Christianos, vt Baronius ait probauit vsus, vt quæ opinione hominum viderentur contemptibilia, ac ludicra, si religionis causa fierent, non tantum honesta ac digna, verum etiã sacrosancta haberentur, vt S. Ambrosius pluribus disputat in epist. 30. ad Sabinum lib. 6. edit. Rom. vnde & Gentiles etiam suas Vestales virgines tondere consueuerunt, vt scribit Plinius. Id ipsum etiam in Ecclesia hæcenus fieri moris esse, omnes norunt. Porro diuersimode ab Ecclesia tum occidentali, tum orientali id olim seruatum fuisse ipsæ rerum historicarum paginæ testantur, & in Ægypto quidem, & Syria morem hunc vsu fuisse receptum, vt virgines capillos tonderent, S. Hieronymus ep. 48. ad Sabinianum his verbis testatur: *Moris est in Ægypti, & Syriæ monasterijs, vt tantum virgo, quam vidua, quæ si Deo vouerint, & seculum conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum, non in teelo postea contra Apostoli voluntatem incefura capite, sed ligato pariter, & velato, nec hoc quisquam præter tondentes nouit, & tonsas: nisi quod quia ab omnibus fit, pene scitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob causam ex consuetudine versus est in naturam, vel quia lauacrum non adunt, vel quia oleum nec capite, nec ore norunt, ne a paruulis animalibus, quæ inter cutem & crinem gignit solent, & consuetis sordibus opprimantur. Crinem vero Tabennensiotas sanctissimas virgines, quas S. Pachomius ab angelo monitus instituit, crinem amputate consueuisse auctor est Palladius in Lausis.*

29 Porro de velamine, quod a sacris virginibus deferri olim consueuerat, dum Ambrosius sermonem habet, id exemplo S. Soteris mart. in exhortatione ad virgines his verbis confirmat: *At illa vbi audiuit hanc vocem, velum aperuit, soli inuelata & in tecla martyrio, & velens iniuriæ occurrit, vt ibi martyrij fueret sacrificium, vbi solet esse tentamentum pudoris. Idemque plane Hieronymus inuelet ad Eustochium scribens: Excusis licet atque causeris, obdueto velamine ora contexi. Et paulo inferius: Dimittunt, inquit, supercilium, & operta facie, vix vnum ocu-*

lum liberant ad videndum. Verum haud omnes velamine, sed & complures pallio obtegebantur, vt supra ex Hieronymo diximus, & cum huic rei Christianæ mulieres assuetæ essent, grauissimum pudoris dispendium se pati existimabant, si capitis velamine nudarentur. Vnde hæc sentiens aliquando persecutor, ea ignominia, vt graui supplicio Christianas mulieres afficiendas esse mandabat, teste in suis ad Martyr. notis Baronio, vt Aretæ martyris, & germana quidem, acta his verbis demonstrant: Cum ille audisset iam corde succensus aspexit eos, qui aderant, & cum dixisset, quam impudenter se gerit aduersus nos hac execranda mulier, iubet eius capitis auferri tegumentum, & eius filiarum, & sic eas nudo capite, & prolixo coma in castra deduci per ignominiam.

Hæc ibi. Porro solemnis plurimarum virginum in sacris historicarum paginis inentio recolitur, quæ ob seruandæ virginittatis propositum, quo se Christo deuouerant, sacro velamine donatæ sunt. Inter quas præcipua est Flauia Domitilla nobilissimæ profapiæ virgo, & martyr. Quæ (vt in Romano Martyrologio legitur) cum eset Flauij Clementis Consul filia, & a sancto Clemente sacro velamine consecrata, in persecutione Domitiani ob testimonium Christi cum alijs plurimis in Insulam Pontiam exilio deportata longum ibi martyrium duxit. Constantia item Constantiani Magni filia vnâ cum Attica, & Arthemina virginibus Gallicani filiabus monasterio iuxta D. Agnetis basilicam extructo suam Deo virginittatem deuouit, & sacro nimirum, vt moris est, velamine accepto, ibidem vitam finiuit, vt ex actis oborti inter Felicem, & Liberium schismatis hunc in modum enarratur: *Hæc autem Constantia augustæ memorie puella, iuxta Oratorium habitabat, quod bonus pater Constantinus sibi fabricauerat, vbi & domina suæ sanctissimæ martyris Agnetis funula virgo erat. Quin & Marcellina virgo D. Ambrosij Episcopi soror, Romæ in Ecclesia D. Petri sacrum velamen solemnî ritu accepit, vt Martyrologij Romani paginæ his verbis fidem faciunt: Mediolani S. Marcellinæ virginis, sororis B. Ambrosij Episcopi, quæ Romæ in basilica S. Petri a Liberio Papa velum consecrationis accepit. Vbi isthæc in notis Baronius: De sacro velamine a Liberio Papa Romæ*

si see-

Baron. in not.
ad Mart. Ro.
dic 20. Sept.

Ambros. ep. 30.
ad Sab.

Plin. l. 16. c. 44

Hieron. ep. 48
ad Sab.

Pallad. in
Lausis.

Am. exhort.
ad Virg.

Hier. ep. 22. ad
Eustoch.

Baron. in not.
ad Mart. die
7. Maij.

In aBis Ar.
12. mart.

Mart. Rom.
die 7. Maij.

ABa sub
Bonif. Papa
M. S. S. 14.

Mart. Rom.
die 17. Jul.

suscepto, cuius hic mentio habetur, scribit S. Ambrosius lib. 3. de virgin. vbi idem recitat eiusdem Libery sermonem eo die in illis solemnibus habito. Cui quidem illis verbis initium fecit: *Bonas nuptias filia exoptasti, &c.*

30 Quod autem dicandarum Deo virginum ritus, & pia item earundem virginitatem deuouentium consuetudo ab ipsiusmet Ecclesie incunabulis viguerit, ipsimet sepulchrales lapides, quos in Cœmetrijs, præter pietas, quas nunc describimus imagines, rem oculis explorantibus fidem faciunt. In celebri quippe Francisci Angeloni rei antiquarij studiosissimi Musæo palmaris quidam sepulchralis lapis hoc nobili titulo inscriptus, & columba item in lapidis fronte vnà cum palma exculpta visitur, videlicet:



FVRIA
VIRGO

HELPHIS
DEVOTA

Ista quippe virgo, cuius mentio est, suam Deo virginitatem deuouisse describitur, & columba virginum Deo dicatarum apte typum exprimit: laudabilis enim ista virginum se Deo offerentium consuetudo perpetuo in Ecclesia viget, & constantissime quouis seculo retenta est; cum enim virginitatem Christo deuouissent, hanc ad extremum vsque vitæ diem illibatam custodiebant. De quibus inscripta nonnulla in Ausonianis Parentalibus epigrammata recensentur, & præcipuum, quod septimum in ordine est, in laudem ÆMILIÆ MATERÆ VIRGINIS DEVOTÆ, his carminibus concinnatum est:

*Feminei sexus odium tibi semper, & inde
Creuit deuotæ virginitatis amor.*

*Quæ tibi septenos nouies est culta per annos,
Quique cui finis, ipse pudicitie.*

In altero item, quod vigesimum sextum adnumeratur, Julia Cataphronia amita, virginitatis laude suspicienda proponitur:

*Innuba deuota, quæ virginitatis amorem,
Parcaque anus coluit.*

Porro deuotæ Deo virginæ ea potissi-

imum ratione inter se differebant: nam alia se ipsas Deo vouebant, alia vero deuouebantur: de virginibus autem, quas primo loco recensuimus, Ausonius intellexisse vitus est, de secundis autem D. Ambrosius meminit in libello ad virginem deuotam. Porro hæc virginæ Deo deuotæ intra ædes priuatas habitabant, vt videre est ex Can. 27. Concilij Eliberritani, vbi sancitur, quod Episcopus, vel clericus, aut sororem, aut filiam virginem Deo dicatam secum dumtaxat habeat, nullatenus vero extraneam.

31 Porro ceteri velandi capitis legem Christianæ sceminae tam pie constanterraque seruarint: haud tamen existimandum est, vt Baronius ait, illis tantummodo cam fuisse præscriptam: siquidem, ante Christi Redemptoris nostri aduentum eidem Iudæi, Romani, Græci, & barbari paruere; de Iudæis Tertul. lib. de corona militis sic habet: *Apud Indeos tam solenne est sceminis eorum velamen capitatis, vt inde dignoscantur, &c.* De Romanis exemplum suppetit, quod Val. Max. lib. 6. c. 3. de seueritate 13. sic describit: *Horridum C. quoque Sulpicij Galli maritale supercilium: nam uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris versatam cognouerat.* In hanc sententiam Tacit. lib. 14. de Poppea Sabina sic ait: *Rari in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiret aspectum, vel quia sic decebat.* Hæc ille. Id quoque ex antiquis numismatibus palam comprobari videtur, quæ Liuiam, Faustinam, Martiam Augustas, & alias velato capite contemplandas exhibent. Alia item complura videre est, quæ sceminâ obuclato capite præserunt, eiuscemodi inscriptionis titulo notata: *Pudicitia.* Et quidem Plutarchus in Problem. quæstion. Rom. sceminas velato olim capite incedere consueuisse his verbis affirmat: *Solent fere mulieres totis, mares nudis capitibus in publicum progredi.* Græcis autem mulieribus eundem exitiisq; morcm Apuleius asserit: *Misella, inquit, textili conteclo capite, & lib. 11. hæc subinsert: Mulieres candido splendentes amicitimine.* Porro Lacenæ virginæ aperta facie, uxores autem velatæ in publicum prodire consueuerunt: ille vt sic maritos inuenirent, istæ vero quod haberent, non tam clari, quam viro placere studebant. Hæc Plutarchus Apoph. Lacon. in Charillo. Verum

Differencia in
ter virginæ
Deo dicatas.

Conc. Eliber.
c. 27.

Apud Baron.
in not. ad Mar
die 7. Maij.

Val. r. l. 6. c. 3.

Tacit. l. 14.

Plut. l. 14.
Probl.

Apul. l. 7. de
as. an. c.
11.

Antiquus
Deo dicanda-
rum virginū
mos.

in Pa.
fig. 7.

fig. 26.

rum quod ad barbaros pertinet, quos ipsamet laudabilis honestas pariter ecohonestare visa est : de ethnicis quidem Arabibus mulieribus Tertullianus hæc scribit : *Judicabunt, inquit, nos Arabie femina ethnica, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contentæ sint dimidia frui luce, quam totam faciem prostituerent.* Eiusmodi autem velamen, seu pallium *Theristrum* appellatum fuisse Isidorus testatur : *Quo, inquit, usque hodie Arabia, & Mesopotamie mulieres velantur, quibus in æstu, tutissimo teguntur umbraculo, de quo in Isaia legitur. hæc ille, qui aliorum velaminum nomina recenset, atque declarat, ut Regillum, quod erat Reginarum amiculum, pallam, stolam sic dictam, quæ, inquit, cooperto capite scapula a dextro latere in lenum humerum mittitur, stola enim Græce vocatur, quod supermittitur : eadem & ricinium Latino nomine appellatur, eo quod dimidia eius pars retro rejicitur, quod vulgo Mauortem dicunt. Hæc ille. Habes idem appellatum Maphortem, seu Mauortem in actis martyrij B. Pauli Apostoli, quæ sub Lini nomine circumferuntur, cum de Plautillæ velamine, quod ibi Mauortis nomine appellatur, beatissimo Apost. ad martyrium properanti exhibitio men-*

Tert. l. de reb. velam. virg.

Isid. l. 19. orig. c. 24. de sum.

tio incurrit. In actis insuper sanctorum martyrum Faustæ, & Euilassij, quorum fragmentum Beda in suo Martyrologio recitat, hæc de Maphorte : *Iussit Faustam nudam, & sine Maphorte flagellatam, incarceratam caput terebrari, &c.* De Maphorte item Hieronymus epist. ad Eustochium : *Per humeros hyacinthina leua mauorte volitans.* Cassianus item de monachi habitu agens, angustium palliolum, quo Monachi colla, & humeros tegerent, Maphortem appellat, in quem locum Petri Ciaconij adnotatio referenda est : quæ & apud Isidorum Anabolegium recensetur : *Sic dictum, inquit, amictorium lineum fœminarum, qua humeri operiuntur, quod Græce & Latine Sindonem vocant : amiculum autem dictum esse pallium lineum, quod vsui erat meretricibus, quo & amiciebantur matronæ in adulterio deprehense, idem testatur. Verum amiculum pro omni velaminis genere, Baronio teste, usurpato consuevit. Et hæc vel obiter delibasse volumus, ubi opportuna de sacro Christianarum virginum velamine mentio incurrit in elucidanda recolendæ virginis imagine, quæ sacrum velamen de more Pontificis è manu accipit, & in Priscillæ Cœmeterio nobis contemplanda exhibetur.*

Beda Martyr. no. Sept.

Hier. ep. 21. ad Eustoch.

Cassian. l. 1. c. 7. de hab.

Tabula tertia Cubiculi quinti Cœmeterij Priscillæ Via Salaria.

- I. Hic imagines utique delineantur, quas in reliquis Cubiculi eiusdem parietibus conspici licet; Abrahamus videlicet, qui paratum supra altare consummando ignem holocausto manu designat; Isaacus item qui subijcienda altari holocausto ligna defert.
- II. Tres item pueri, in fornace Babylonica pileos Persarum more præferentes adumbrantur; ad quos columba virentis ramum oliuæ certum utique pacis ac victoriæ signum deferens festina voltat.



TABVLA TERTIA ET VLTIMA CVBICVLI QVINTI COEMETERII PRISCILIAE VIA SALARIA.





Cubiculum sextum & vltimum Cœmeterij
Priscillæ Via Salaria describitur.

H A V D longe a Cubiculo quinto, vel ipso semita cuiusdam initio, quæ haud vltra protenditur, Sextum hoc Cubiculum extat altitud. palm. IX. longitud. totidem, latitud. VII. cum dimidio. Porta quadratæ formæ est altitud. palm IX. latitud III. profund. VII. parietibus autem calce omni ex parte dealbatis ambitur. Fornix ac primarius paries picturis decoratur. Arcuatum in ipsomet pariete monumentum cernitur, quod longe a cæteris formâ differt: sub quodam enim fornice apsi-

dis instar elaborato sternitur, qui binis hinc inde columnis, in topho excisis, calce dealbatis, & colore insuper obductis suffulcitur. In pariete vero, qui ad læuam ingredientibus occurrit, quinque constructæ formæ monumenta in topho excisa cernuntur: quibus tria eiusdem generis in altero, qui e regione situs est, pariete respondent. In pavimento autem ipsius e conspectu ostij rotidem sepulchra substant: aliud item iisdem haud absimile, ad sinistrum latus conspiciendum sepulchrum patet. Imagines autem ibidem expressæ duabus infra Tabulis exhibentur.

- A** Cubiculi fornix picturis vndique exornatus, quas proxima inferior Tabula contemplandas subijcit.
- B** Paries primarius Cubiculi, qui e regione ostij erigitur, cui Monumentum quoddam picturis conspicuum inhæret, vt Tabula secunda repræsentatur.
- C** Ostium Cubiculi.
- D** Sepulchrum, quod ad sinistrum ostij latus conspicitur.
- E** Sepulchra vulgaria vtroque latere huius Cubiculi in topho excisa.
- F** Tria in ipsomet huius Cubiculi pavimento effossa sepulchra.





Tabula prima Cubiculi sexti in Cœmeterio
Priscillæ Via Salaria.

- I. Tabula hæc delineatas fornicis ipsius imagines præfert: mystici videlicet Pastoris effigiem, qui dilectam ouiculam blande humeris impositam baiulat: ad cuius item pedes binæ aliæ eiusdem custodiæ commendantur.
 - II. Noëmi intra arcam confidentis, ad quem cum pacifero oliuæ ramo post decrecentes diluuij aquas columba certo tranquillitatis auspicio remeat.
 - III. Ionæ insuper in mare ob admissum inobedientiæ piaculum proiecti.
 - IV. Eiusdem item incolumis è belluæ aluo ad litus profilientis.
 - V. Ionæ iterum imago sub amœna foliorum vmbra molliter recubantis.
- Fornicis eiusdem anguli mulieres quatuor orantium in morem, cõtemplandas præferunt.






TABULA PRIMA CVBICVLI SEPTI COEMETERII PRISCILLAE VIA SALARIA

Tabulâ secunda & vltima Cubiculi sexti Cœmeterij
Priscillæ Via Salaria.

- I. In ipsius Monumenti apside pauo pennis diuersimode coloratis effictus cernitur, cuius pedibus orbis substernitur. Vtrumque autem ad latus bina prunis ardentibus referta vasa representantur.
- II. In primario huius Cubiculi pariete viri octo pictorum arte adumbrantur, ingenti cuidam dolio asportando operam dantes, quorum singuli binos quidem baculos, alterum humeris, manu alterum gestant.
- III. Hoc est Monumentum, quod ad similitudinem urnæ in topho excisum est.
- IV. Innuitur illic sepulchrum quoddam intra ipsummet Monumentum primarium topho incisum.





TABULA SECUNDA ET ULTIMA CUBICULI SEPTI ET ULTIMI COEMETERII S. AGNETTIS VIA S. ARIA.

32 Sed quoniam Salariae Viæ Cœmeterijs inuestigandis, describendisque, vt lector vides, diutius immorati sumus, reliquum nunc est, vt pedem ac pariter stylum reuocantes, ea potissimum, quæ veteri Via Salaria sita sunt, describere aggrediamur. Hac igitur Via, quæ Pinciana e porta, a proximo videlicet Pincio colle nuncupata, initium accipit, haud ab ipsa procul porta Cœmeteriales cryptæ reperiuntur: quarum complures in villa olim Card. Montelpari, & alia in nobilissima item Burghesorum villa subsistunt; vt in plerisque regionis eiusdem vineis longe lateque perferutando contemplari passim licuit; haud quid tamen in ipsidem admiratione dignum, aut studioso lectori adnotandum occurrit.

33 Porro duo inter cætera potissimum merito sacræ antiquitatis titulo recolenda hac veteri Salaria Via olim Cœmeteria extitere; vnum videlicet quod ad cliuum Cucumeris, vt iam vidimus, appellabatur; alterum vero quod Sanctorum Hermetis, Basillæ, Proti, & Hyacinthi nomine insignitum est; quæ ambo quidem Cœmeteria tertio ab Vrbe milliaro distant. Cœmeterium autem, quod ad cliuum Cucumeris dicitur, illud esse Bosius affirmat, quod a se repertum fuisse anno Christi quingentesimo nonagesimo quarto supramillesimum enarrat. Exiens enim (vt inquit ille) Pincianam extra portam, ac recto itinere, ad vsque locum illum progrediens, qui vulgo Leoncino, a marmoreo videlicet sito ibidem Leonis simulachro dicitur; hic vero vbi via in binas partes diuiditur, sinistrorum octingentis circiter a porta eadem passibus vineam quandam offendit, in qua ad Cœmeterium aditus panditur. Huc igitur ille festinanter ingressus, memoratum a nobis hætenus Cœmeterium excurrendo diligenti studio ac labore perlustrauit, ac de eodem isthæc, quæ a nobis his paginis inscribuntur, ipse rerum testis oculatissimus refert. Complures nimirum, vt ipso enarrante didicimus, extant ibi viarum semitæ, quæ hinc inde excisa in topho sepulchra continent; in quibus defunctorum adhuc ossa subsidunt; præ nimia autem vetustate eum in modum absorpta ac diminuta, vt vel leui tactu protinus in cinerem soluantur. Per multæ

idem imperiæ omnino ibi inter perferendum semitæ adnotantur, quæ vastissimum olim huius Cœmeterij ambitum extitisse conuincunt. Arcuata in eo Monumenta pauca, vt pariter Cubicula recensentur, quæ calce tantummodo dealbata, picturis omnibus desunt. Vnicum hic arcuatum duntaxat monumentum videre est, in quo ramusculi quidam rubeo obducti colore auiibus eorumdem folijs concinne insidentibus, rudi quidem opere delineati suspiciuntur. Quoddam item Cubiculum cæteris tum amplitudine, tum venustate præcellens cõttemplandum ibidem offertur, quamuis singulæ fere imagines, quibus artificum manu olim excultum erat, præ nimia vetustate iam penitus intercederint. Quatuor ibi columnæ, quibus fornix innitur, adnumerantur; in fornicis autem umbilico ferrum quoddam adhuc visitur, ex quo olim lampades appendebantur. Verum in primario Cubiculi eiusdem pariete, ipsius e regione ostij monumentum, forma quidem satis protensum, extat, vbi picturæ quædam, palmarum instar, conspiciuntur: supra eiusdem vero monumenti arcum corona satis ampla, calcis glutino efformata cernitur; nullus tamen ibi titulus, aut inscriptio, quæ cuiusnam sepulchrum fuerit, vti mos est, perquirentes vltro edoceat. At ipsomet ex aspectu prudens quisque Cœmeterium hoc inter reliqua vrbis Romæ vetustissimum esse conijcere valet, ex substructionibus videlicet, ac lateritijs fulcimentis, quæ excurrenti passim occurrunt, ac validissimis item ex muris, qui iteratas Cœmeterij eiusdem Summorum Pontificum iussu instaurationes, quas præstari contigit, satis aperte testantur.

34 Arcuata eodem in Cubiculo, ac toto passim Cœmeterio excisa in topho foramina quamplura visuntur: marmoreæ item, ac lateritiæ calcis glutino basés obfirmatæ, in quibus lucernæ, dum sacri de more cætus peragerentur, apponi consueuerant; quas singulis insuper sepulchris aptatas conspiceret as est, ita vt oculatus quisque vir haud mirari non queat, tot vno eodemque Cœmeterio fidelium manu luminaria olim disposita, concinnataque fuisse: ex quibus proculdubio arguendum est, quam

Via Salaria
veteris.

Porta Pinciana.

Cœmeterium
Via Salaria
veteris.

Cœmeterium
ad Cliuum
Cucumeris.

Monumentum
arcuatum.

Cubiculum
subterraneum.

Monumentum
marmoreum, eius
descriptio.


Basés lucernarum
ferrum
dis creber
mæ in Cas
teris.

quam celebre antiquis temporibus, & quam frequenti hominum numero hoc iugiter Cœmeterium excoleretur. Arcuatam quoddam Monumentum in alio item Cubiculo suspicitur, in primario videlicet Cubiculi eiusdem pariete aptatum; vbi venerandum Christi nomen his plane notis exaratum legitur **XX** Hæc autem & id genus alia Christianæ religionis indicia, ac symbola frequenter sepulchris affixa eodem loco prænotare fas est. Eburnei item annuli, fictilia vasa, ac vitrea, vti in Monumentis iam supra descriptis, hic exhibentur. Deaurata vero in quibusdam vitra reperiri contigit, & hæc quidem quæ imagines affabre olim efformatas præ se tulisse, quæ adhuc supersunt, fragmenta contemplantibus testantur; in quorum altero legebatur, eodem quo supra modo, partim Græcis, & par-

tim Latinis notis: *Pie Xes, hoc est, Pie viuas.*

35 Nullum profus inscriptionis titulum ibidem marmoris insculptum reperire licuit: sed aliquot in calce duntaxat, aut testis, aut certe in pariete dealbato impressæ, quæ characteribus rubro colore delineatæ exhibebantur: quarum nonnullas sedulo ac studiose Bosius in vnum selegit, & singula in edito hæctenus Romæ Subterraneæ opere & hic parter recensentur. Nos autem primo quidem loco eas duntaxat, in quibus Consulatum inscribuntur nomina, reliquas subinde recensebimus. In Monumenti igitur cuiusdam arcu, qua quis ad sinistram ingreditur, angustum quoddam, infantilibus videlicet membris Monumentum aptatum visitur: cuius hæc tantum inscriptionis verba legenda supersunt:

Sepulchrales Cœmeteriorum inscriptiones.



Porro Tauri & Florentij Consulatus anno Christi trecentesimo quadragesimo primo, Liberij Papæ x. Constantij Imperatoris xxv. & vlt. iuxta Cassiod. supputationem in Chron. & Baron. Annal. to. 3. anno eodem contigit.


36 In alio item eiusdem formæ Monumento Philippi & Sallia Consulatus exprimitur, qui in Christi annum trecentesimo quadragesimo octauum incidit, Iulij Papæ xii. Constantij & Constantis Imperatorum xii. Baronio teste Annal. To. 3. eodem pariter anno; hunc in modum.

Baron. to. 3. an. 348.



In alio Monumento fornice desuper obducto, a parte exteriori proxima inferior legitur inscriptio characteribus ru-

bro tinctis: atque intus in ipso Monumento alia illi simillima, sed a fossoribus labefactata, visitur.



Cœmeterium
ad Clivum
Cucumeris.

37 Hoc igitur Cœmeterium, quod secundo ab Vrbe milliario situm est, ac sub adjacentibus vineis longe lateque protenditur, quæ simul iunctæ cliui cuiusdam formam contemplantibus exhibent, Cœmeterium, quod ad Cucumeris cliuum dicebatur, extitisse haud improbabiles quidem coniecturæ affirmandum esse conuincunt: & satis quidem amplum hoc olim fuisse ex obliteratis quampluribus viarum semitis, ac per multis late se protendentibus eiusdem partibus, ad quas multiplices eidem vineis aditus patent, vt abditos loci sinus percrutanti compertum fit. Verum amice lector, si vltra villam, quam supra memorauimus, paululum progrediaris,

ad biuium quendam locum tandem devenies, qui nunc vulgo Italico idiomate appellatur, Le tre Madonnelle. Subinde autem ad læuam iter arripiendo, ac ducentis circiter passibus profequendo, biuium aliud quoddam se offert, vbi sinistrum ad latus RR. Patrum Societatis Iesu villa sita est, in cuius domo perantiqua quædam ac Subterranea Ecclesia extat, & ipsa met recolendum, vt vidimus, Basilicæ ac Beatorum Martyrum Hermetis, Proti, & Hyacinthi Cœmeterium, quod ex huiusmodi inscriptionis fragmento, singula lynceis oculis exploranti Bosio euidenter innotuit, in quo B. eiusdem Basilicæ expressa vtique mentio fit,

Cœmeterium
Basilicæ.

RORIS DVLCI
IEDBRE BINO SA
AVXENTIA TIBI QUID QV
NIMVM SATIS DVLCIS ETAMA
SERENVS FLENS DEPRECOR IPSE
ET BEATA BASILLA VT VOBIS PROM
IV STO CON

Porro

38 Porro in Consularibus fastis, Iu-
 fu Consulatus vnâ cum Ianuario Colle-
 ga sub Imperatore Constantino, Silue-
 stri Papæ anno xv. recensetur, qui in
 Christi annuū trecentessimū vicesi-
 mum octauum incidit. Integra adhuc
 huius Cœmeterij Ecclesia in beati mar-
 tyris Hermetis honorem olim erecta
 subsistit, vt ex Eginardo in recensita
 translationis eiusdem historia palam sit,
 quam supra ex Aëtis beatorum Petri &
 Marcellini apud Surium to. 3. die 2. Iu-
 liij descripsimus. Eiusdem quoque Pe-
 trus Manlius difertis, apertisque verbis
 meminit, singula enim Urbis Cœmete-
 ria, quæ Pincianam extra Portam sita
 sunt, enumerans, hæc habet: *Cœmete-
 rium S. Hermetis & Basilicæ est foris por-
 tam Pincianam, vbi est Ecclesia S. Hermetis
 Martyris.* Quod plane ex marmoreo
 quodam peristylij fragmento compro-
 batur, vt in ipso præmemorata domus
 liminari adhuc cernitur: quo dum illuc
 post Bosij obitum, ad delineandam Cœ-
 meterij ichnographiam ventitatum es-
 set, eiuscemodi fragmenta studiosis ocu-
 lis exquirendo ac perlustrando, ipsum
 sancti Hermetis nomen his quidem
 notis enarratum perlegi contigit:

.... HERME....

Quod vtique peristylium portæ eiusdem
 Ecclesiæ sancti Hermetis, tituli instar,

præfixum quondam fuisse probabiles vl-
 tro nobis coniecturæ suadent.

39 Vt ipsam autem Ecclesiam per-
 lustremus; hæc quidem ambitu satis
 ampla est; longitudinis nempe palmo-
 rum xc. circiter, latitudinis xxx. cum
 dimidio, altitudinis l. Apsidem insuper
 satis amplam præsert, quam picturis
 quoque affabre olim excultam, concin-
 natamque fuisse ipsemet ad spectus edo-
 cet. Hic vero venerandas Christi Do-
 mini Seruatoris, ac beatorum Angelo-
 rum imagines primū extitisse, senio-
 res Societatis eiusdem Patres affirmant.
 Quoniam vero subterraneo loco Eccle-
 sia sita est, è foramine quodam, quadra-
 tam præserente formam, quod super
 apsidem aptatum cernitur, demissum
 ab alto lumen hæc recipit. In imis au-
 tem eiusdem parietibus, qui pavimento
 adhærent, haud pauci ad Cœmeterium
 aditus, etsi humo obducti, a perscrutan-
 tibus deprehenduntur. Altero igitur
 eorundem referato, obuius ad Cœme-
 terium illico ingressus patuit, is tamen
 eum in modum depressus, atque angu-
 stus, vt denisso prostratoque corpore
 humi aliquandiu recpere opus fuerit, ad
 alteriores quousque semitas, non absque
 ingenti incommodo ac labore deueni-
 retur. Ipsius autem Ecclesiæ iconem
 proxima inferiori Tabula oculis con-
 templandam subijcimus.

Descriptio Ec-
 clesiæ S. Her-
 metis.




Tabula ista dimidiam Templi S. Hermetis partem in longitudinem sectam contemplandam hic exhibet: alteram in omnibus ei simillimam scias, nisi quod in illa nulli ad Cœmeterium, aditus existant, qui omnes in hac parte, quam vides, reperiuntur.

- A Templi apsis, quæ coloribus olim figurisque exornata erat.
 B Foramen quadratæ figuræ, quæ Templum subterraneum superne lumen accipit.
 C D Bina spiracula, quæ Templi fornicem suffulciunt.
 E F Columnæ binæ, quæ cum duabus alijs ad alteram partem hæc simillimis loco illi fulciendo positæ fuerunt.
 G Porta, per quam in partem Templi superiorem adscenditur, scalarum adinstar, quæ, quoniam humo nunc obstructa est, haud facile inspicere, ac cognosci potest: pro certo autem putauerim, antiquum illic aditum in Templum & Cœmeterium patuisse.
 H Fenestra, quæ interiora Templi respicit, quæ lumen descendentibus olim præstitum existimauerim, nunc autem occlusa est.
 I Aditus, per quem Cœmeterium ingredimur.
 K Alius Cœmeterij aditus, sed terra oppletus.
 L Similis Cœmeterij eiusdem aditus.
 M Alius denique similis aditus, in pariete scilicet huius Templi, apsidæ aduerso.



TEPLVM SANCTI HERMETIS
VIA SALARIA VETERI



40 Porro Cœmeterium hoc fatiſ amplum, diligenter ſingula perſerutanti ſe offert, binosque ordines ſemitarum, inferiorem videlicet, ac ſuperiorem continet: ſingulæ interim viarum ſemitaræ, ſi altitudinem, latitudinemque reſpicias, vnum vix hominem capiunt. Conſucta in Monumentis, & numero quidem plura Chriſtiani nominis ſigna, vt in Cœmeterijs iam ſupra deſcriptis enarrauimus, extant, videlicet **AP**. In vno præſertim numerus hic **xxv**. impreſſus calci prænotatur.

Solœnia Chriſtiano-
rum in
ſepulchris ſi-
gna.

41 Verum quoniã de præcipuis ſepulchralibus huius Cœmeterij titulis mentio agitur, haud ſilentio obuoluendum duximus, quod in hoc Cœmeterio Priſcillæ Via Salaria, ampliffimum quippe præ cæteris eſt, vt diximus, & velut vnum corpus in multa membra ſubdiuiditur, cuius & iſtud pars deſcribitur, a viris fide dignis, cum illud poſt Boſij obitum pia curioſitate excurrerent, haud ſemel, vt nobis hæc ſcribentibus relatum eſt, adnotari contigit. In præmemorati enim Cœmeterij ambitu, quod in Pincio Monte ſitum vulgato titulo Cœmeterium, vt ſupradiximus, *Baſille*, ſeu potius ſanctorum Martyrum *Hermetis*, *Proti*, & *Hyacinthi* nuncupatur, & in quod per vineam RR. PP. Societatis Ieſu, ſeu Alumnorum Collegij Germanici, atque Vngarici tranſeundo aditus patet, in quodam ſepulchro corona ac palmis duabus prænotato, nobilis iſte titulus legebatur, videlicet:

Cœmeteriũ
Baſille.

MARCELLA, ET CHRISTI MARTYRES
CCCCCL.

Marcella.

Marcella autem iſta inſignis proculdubio ſœmina extitit, quæ Chriſtianiſ ad martyrium dux & anteſignana præmittitur, cuius nomen velut omnibus tunc fatiſ notum deſcribitur: quingenti vero, & quinquaginta iſti Martyres vnã pariter interempti, ſorte ad eam pertinebant.

42 Vides hinc, & vel vno ex lapide patentibus notis, amice lector, edicis, quam ingens perſecutionum tempore beatorum Martyrum numerus in Orbe excreuerit, & quot præcioſis Athleta-

rum Chriſti exuuijs Cœmeteriales Vrbiſ cauernę diſceſcant, cum tot numero martyres pro fide vnã ſimul interempti ſub vno, eodemque ſepulchrali titulo legentibus innotefcant. Verum hoc eodem loco haud longe a deſcripto hætenus titulo, in ſepulchri cuiuſdam labro hæ notæ calci inſculptæ legebantur: REFRI-GERIA EXPECTATE. Alludere enim titulus ad hos quingentos & quinquaginta conditos ibidem martyres videbatur, qui ſanguine madidi ad refrigeria tranſierant, iuxta illud: *Transſui- mus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*. Alius item ibidem lapis ſpecioſo inſcriptus titulo, palma in triumpho, ac victoriæ ſignum prænotatus, perſerutantibus contemplandus offertur, qui eiuſdem Cœmeterij gloriam haud obſcuris notis inculcat, videlicet:

ſf. 64. n. 4

RUFFINVS, ET CHRISTI MARTYRES
CL. MARTYRES CHRISTI.

Ruffinus iſte, qui primo loco nominatim deſcribitur, cæteros iſtos centum quinquaginta, vel ad martyrium exemplo velut ſux curæ commendatos incitaſſe, vel certe vnus præ omnibus ex nomine veluti conſpicuus dumtaxat ac notus, cæteris ſilentio obuolutis, recenſetur. Quod plane ex nouiſſima quorundam relatione comprobari videtur: in Cœmeterio enim, quod hætenus memoratum eſt, in quod ex Alphonſi Buccabellæ vinea aditus aperitur, dum ſub anno Redempti Orbis MDCXXXX. illuc nonnulli ſacrum loci ambitum perſerutaturi introiſſent, in viã cuiuſdam ingreſſu, vbi recondita, vt præmiſimus, viginti quinque Martyrum corpora deliteſcebant, inuenta eſt Angeli imago, laterculo cuidam palmari inſculpta, qui palmam, & coronam pariter beatorum Martyrum ibi quieſcentium indices manu præfeſerebat: quinimo, vt loci ſanctitas intuentibus clarior fieret, haud procul a ſemita, cuius mentio eſt, tres vni calciſ glutino valide obfirmati ad lampades in eorumdem ibi olim quieſcentium honorem ſuſtinendas aptari cernebantur. Prætere a cubiculum quoddam ſacram intuentibus antiquitatem, & pri-

Ruffinus c.
150. Mart.


primæorum Christianorum pietatem redolens in hoc eodem Cœmeterio inter excurrendum a se deprehensum fuisse Io: Baptista Marrus Canonicus sancti Angeli in foro Piscium, quem alibi memorauimus, nobis hæc scribentibus retulit, qui & supra descriptos titulos, quos subiecit oculis, se explorasse & singulariter admiratum fuisse affirmat. Nec vero quid noui, etsi mirum lectori videatur, si hæc Bosium studiosissimum, alioqui Cœmeteriorum omnium, & istius pariter exploratorem præterierint; aditus enim, qui ad isthæc loca deducit, haud illi inter explorandum tunc innotuit, nec singulos abditorum Cœmeteriorum sinus vnus ipse, etsi cuperer, assequi, ac penetrare valuit, quos postmodum alijs interlapsu temporis patefieri contigit, & cum plus videant oculi (vt prouerbium fert) quam oculus, quod ipse tunc oculis assecutus minime est, viderunt pro ipso alij post ipsum: *Dies enim diei* (vt cum Psalmista loquamur) *eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Et hæc sunt, quæ haud pium lectorem veluti digna Christianæ pietatis monumenta hic præterire voluimus. Sed Cœmeterij, quam aggressi fueraimus, cum Bosio descriptionem prosequamur.

43 In quibusdã subinde Monumentis defunctorum ossa, si quæ adhuc subsident, eum in modum consolidata sunt, vt loco, vbi iacent, dimoueri nullatenus queant. Aqua insuper gelu ibidem concreta conspicitur, quæ multiplices glaciæ formas, pendentibus vnde quaq; stirijs visu quidem pulcherrimas, haud vllò artis, sed miro ipsius naturæ studio efficitas intuentibus exhibet. Sepulchrales item tituli quamplures varijs quidem Christianæ religionis, vel martyrij notis insculpti, atque insigniti adnumerantur, in quibus sacrosanctum Christi nomen multiformiter adnotatum exprimitur. Columbæ item, quæ oliuarum ramusculos rostro præferunt: pisces insuper, mallea, lanceæ, anchora, & alia id genus artificum manu diligenter exculpta, intuentium oculis passim contemplananda occurrunt. Et priores quidem, quæ sequuntur, inscriptiones ipsimet calci impressæ erant.

VICTORIA
DATVS ✕
TERENTIANVS ○
TIGRINVS IN PACE PRID·NON SEM
BIKTORE BENE
PETRONIA.
CABATIC.
DEP PAPA V·KAL SEPT BRIS
DE FVNTA EST IOTIMA V·K·OCT.
EXPECTATE REFRIGERA.
DONVS.....DEP·PRI die KLAPRILIS
FI ✕ ✕ LI CI TAS

*Alia, quae sequuntur, marmoribus
incise legebantur.*

VAL. NIGRINAE INFANTI INNO
CENTISSIME QVE B. ANN. II.
M. II. D. X. OR. V. IN PACE



CONSTANTIVS ET EVTICHIANE
LENDONIO KARISSIMO FILIO
QVIESCENTI QVI VIXIT
ANOS XVIII DEPOSSIO
EIVS VIII KALENDAS
DECEMERES




FLORENTIA



*Ad alterum eiusdem inscriptionis
latus.*


HIC EST POSITA RODOPE
IN PACE QVA VIXIT AN PLVS M
.... TA DIE 6 XVII KAL. OCT DNS
VALEN ET HABIENO



Verum Hauieni Consulatus, cuius
hic nomen antiquorum more B. pro V.
vsurpato, describitur, quondam vnâ
cum Valentiniani septimo, anno redem-
pti orbis quadringentesimo quinquage-
simo contigit, B. autem Leonis Papæ
vndecimo, ex Cassiodoro in Chronico,
& Baronio in suis Annal. to. 6. eodem
sub anno.

Cassiod.
Chron.
Baron.
Ann. 6.

ASELLVS QVI VIXIT AN 6 LV BENEMER
ENTI IN PACE VXOR SA FECIT




RERITE
T E IN PACE




D M S
CAESONIVS. SALVIVS. VONE
MEMORIAE INNOX QVI
VIXIT. ANNIS. XX. M. VI. ET
HOR. III. CVI FECERVNT SVCCISSA
MAIRII MARINVS FRAIK
id est MATER ET MARINVS FRATER



NERIA SEBERA COIVCI DVLCIS . . .
MARIO INNOCENTIO CVM QVO
FE. . . . ANNOS SEDECIM MENSES III
QVI VIXIT ANNIS XXXIII. MENSES
6 II ET DEFVNCTVS EST 6 I DVVS
APRILES SIBI ET ILLI FECIT IN
PACE DOMINI DORMIT.



Sepulchralis vero alter lapis, in quo
piscis & anchora pariter exculpta cer-
nitur, his plane notis inscriptus est :



41 At quod ad Maximi & Urbani
Consulatum spectat, hi quidem anno
redempti orbis ducentesimo trigesimo
sexto; Pontiani Papæ tertio, & Ale-
xandri Imperatoris decimotertio Con-
sules renunciati fuere, vt ex Baronio con-
stat Annal. To. 2. anno supra citato. In
quibusdam item præmemoratis marmo-
reis fragmentis, Arbetionis & Lolliani
Consulatus expressus est, qui in Christi
annum trecentimum quinquagesimum
quintum incidit; Liberij Papæ IV. Con-
stantij Imperatoris XIX. ipsomet in suis
Annal. Baronio teste.

V	Φ	A	A	B	I	A	V
V	X	P	H	C	T	I	N
V							V

42 Sed vt susceptæ enarrationis
cursum prosequamur, Cubicula apud
Cœmeterium, de quo nunc sermo est,
pauca quidem numero, & forma satis
breui ac perangusta, picturis penitus
destituta conspiciuntur. Complura
interim Monumenta, quorum tria dunta-
xat picturis conspicua in eadem viarum
femita obijciuntur. Sunt autem quæ
hic modo describentur.



Monumentum arcuatum primum Coemeterij SS. Hermetis, Basillæ, Proti, & Hyacinthi Via Salaria veteri describitur.


Monumentum hoc altitudinis est palmorum *iv.* longitudinis *v.* latitudinis *iiii.* atque imagines infra recensendas exhibet.

- I. Totius in primis Monumenti arcuati orthographia representatur.
- II. Veneranda deinde ipsiusmet Christi Domini throno confidentis effigies, sinistra explicitum quoddam volumen gestantis, dextera vero puerum tangentis; sedenti autem duo hinc inde viri stolati adstant. Cuius rei gratia hic interim in controuersiam reuocari potest, an sacer potissimum ritus, quo quis Ecclesiasticis de more ordinibus initiatur, an vero ipsemet Dominus puero, quod plerumque consueuerat, manum imponens, descripta hactenus imagine designetur.
- III. Daniel item medios inter leones tuto consistens adumbratur.
- IV. Moyses insuper Hebræorum genti, cum in desertis regionibus siti contabesceret, vberissima è petra aquarum fluentia educens.
- V. Idem Dominus quatruiduanum Lazarum è tumulo supernæ vocis imperio excitans.
- VI. Tres demum pueri in Babylonicam fornacem iniecti, pileo in Persarum morem capiti circumdato representantur.





III




IV



V



VI



MONUMENTVM PRIMVM ARCVATVM COMETERII
 SS HERMETIS BASILÆ PROTHI IACINTHÆ
 VIA SALARIA
 VETERI





II

Monumentum secundum arcuatum Cœmeterij
 SS. Hermetis, Basillæ, Proti, & Hyacinthi
 Via Salaria veteri describitur.

Haud procul à primo, quod nuper descripsimus, Monumentum hoc extat: altitudinis autem est palmorum **IV.** longitudinis **VII.** cum dimidio, latitudinis **III.** Porro subtexendæ infra imagines oculis intuentium ibidem subijciuntur.

- I. Totius Monumenti arcuati orthographia.
- II. Christus Dominus manum pariter iuxta Evangelicæ historiæ textum puero cuidam imponens. Dextero autem è latere vir ille omnium strenuissimus Sampson exprimitur, qui sublata Gazæ portas humeris defert: at sinistro è latere Ionas in lucem è belluæ marinæ ventre profiliens.
- III. Idem Ionas sub vmbraculo, qui defessos præ nimio labore artus dulci sopore recreat: & ipsemet iisdem folijs præ nimio caloris æstu arefactis totus animi tædio ac mœrore confectus inducitur.
- IV. Moyses insuper, qui duro è silice aquas potenti manu elicit.
- V. Pastor item Evangelico clarus oraculo dilectam ouiculam, prompto libentique humero baiulans.
- VI. Ionas iterum sub amœno cucurbitæ vmbraculo recubans.
- VII. Demum Christus Dominus, qui Lazarum tumulo illatum, triduanas post latebras in lucem aduocat.






MONUMENTVM SECVNDVM ARCVATVM COEMETERII
 SS. HERMETIS BASILIAE EROTHI ET HIACINTHI
 VIA SALARIVETERI.

Monumentum tertium, & vltimum arcuatum Cœmeterij SS. Hermetis, Basillæ, Proti, & Hyacinthi
Via Salaria veteri describitur.


Secundi è regione Monumenti, ipsamet, quam supra memoraui-
uimus, semita Monumentum hoc existit, quod palmis **14**.
cum dimidio altum est, longum **viii**. latum **iii**. Picturis au-
tem olim omni ex parte excultum fuisse liquet; nunc vero sin-
gulis fere imaginibus humore consumptis, hæ dumtaxat in
eo perferutantibus inspectandæ occurrunt.

- I. Totius Monumenti orthographia.
- II. Mulieris expansis de more brachijs Deum exorantis
imago.
- III. Christi quoque Seruatoris nostri virga septem sportas, seu
cophinos panibus onustos pertingentis effigies.
- IV. Nonnullæ illic imagines olim conspiciabantur, quæ, colo-
ribus iam pridem exolescentibus, penitus euanuerunt.
- V. Boues insuper duo coloribus adumbrantur, & quædam
insuper delineamenta, quæ vt conijci fas est, virum quendam
stantem intuentium oculis repræsentant. In medio autem ac
curuo arcus eiusdem sinu locus suspicitur, qui egregie pictu-
ris olim excolebatur, sed præ longa subinde temporum iniuria
ipsamet penitus exoleuere.





IV
 PICTVRAE
 QVAE IN HVIVS
 MONVMENTI
 MEDIA ARCVS
 CVRVTATE
 OLIM
 EXTABANT
 POENITVS EXO
 LVERVNT



Imago marty-
rij S. Sebastia-
ni peruerula

Demum ne quid penitus ex his, quæ ad Priscillæ Cœmeterium spectant, studiosum lectorem latere patiamur, ex opere, quod Italico idiomate hætenus editum est, absolutissimam Tabulæ cuiusdam lateritiæ ichnographiam, quodam super altari, intra idem Cœmeterium repertæ excerptam hoc loco adiecimus; in qua miro quidem opere artificum manu inuidiissimi militis Sebastiani martyrimum concinne insculptum videre est, Quam quidem ichnographiam

è Vaticana Bibliotheca Bosius paginis delineandam curauit; vbi eiusdem exemplar hoc nobili prænotatum titulo posteritati commendatur, videlicet:

MARTYRIVM SANCTI SEBASTIANI
DEPICTVM AD EXEMPLAR TABELLÆ
LATERITIÆ MIRIFICE HIS
IMAGINIBVS INSCVLPTÆ, REPERTÆ
IN QVADAM CRYPTA,
IN COEMETERIO PRISCILLÆ,
VIA SALARIA
SVPER ARAM MVRO AFFIXÆ.





MARTYRIUM S. SEBASTIANI INSCULPTVM IN TABELLA LATERTIAE SVpra ARAM
MYRO AFFIXA IN COEMETERIO PRISCILLAE VIA SALARIA

Porro, vt sacram, rcolendamque inuicti Martyris Sebastiani, quam tibi delineauius, imaginem, vtpote sagittis egregie excultam, & sanguineis notis splendide exaratam, aliquo inscriptionis titulo cæterarum instar prænotemus, hic quippe martyr sub Christianitatis titulo sagittis valide confossus, singulari pro fide martyrio coronatus est, ipsamet carmina è Græco olim idiomate, in Latinum a Maphæo S. R. E. Cardinali Barberino, qui fuit postea Vrbanus Octauus, in eiusdem martyris honorem reddita, tituli instar assignamus:

Ex lib. *numar*
Maphæi Card
Barb. & *papa*
Vrb. Cap. 8.
fol. 254.

*Depictus Christi miles, quem spicula
figunt,*

*Os nec viuentis, nec morientis ha-
bet.*

*Ne cadat expirans, metuis, quem viuere
cernis,*

Teque pio sensu, vulnera seua cient.

*Sed placide quanquam sic saucius inspicit
astra,*

*Dum labra suppliciter, more precantis
habet.*

*Non datur Artifici vocem depingere: pin-
xit*

*Hunc tamen, vt credas talia verba
loqui:*

*Vincula solue: tuum Iesu sitit anxia vi-
sum*

*Mens mea, ceu fontis ceruus anhelus
aquam.*

Et siquidem Vrbanus VIII. præclari Martyris obsequio addictissimus, haud pictam eius imaginem, vel tum, cum Cardinalem ageret, Latinis hisce carminibus exornatè contentus fuit, qui & locum insuper in Vrbe, ad Cloacam Maximam, in quem venerandum corpus sub Diocletiano proiectum, & inde a Lucina Matrona honorifice sublatum fuerat, in nobili gentiliū suorum sacello, intra Ecclesiam S. Andree (vt vulgo dicunt) de Valle, singulari pietate excoluit, & hoc specioso titulo, ad augendum loci cultum illustrauit:

Franc. Maria
Turris lib. de
Cryp. Vatic.
par. 2.

*Sanctus Sebastianus miles Christi fortissi-
mus sagittis Diocletiani iussu configitur,
virginis caditur, in Cloacam deijcitur: Inde a
Lucina Matrona Romana eius in somnis mo-
nitu eximitur, & in Callisti Cœmeterio con-
ditur; facti indicem plebs olim venerabunda
ediculam excitauit, cuius hic nuper Altare*

*maius cum apside stetit. Hanc Sixtus Quin-
tus Pont. Max. ea lege æquari solo permisit,
vt illius pars noue adis ambitu includere-
tur, ad restituentam loci religionem, rei que
memoriam Maphæus S. R. E. Presbyter
Card. Barberinus Signaturæ Iustitiæ Præse-
lus hoc voluit extare Monumentum. Anno
sal. MDCXVI. Et hæc vel obiter in de-
scriptæ apud Priscillæ Cœmeterium
imaginis gratiam prælibasse voluimus.*

Quamuis autem, vthic breuiter singula discutiamus, ex militum indumentis haud vetustissimas inter pictura hæc recensenda, ac dijudicanda videatur; cum tamen ad Cœmeterium, de quo nunc agimus, tanquam condignum loci monumentum referendum sit, eiusdem hic præ cæteris meminisse operæ pretium duximus; ad quod fideliter præstandum inde potissimum permoti sumus, quod in ea beatissimi Martyris Sebastiani effigies haud imberbis, qualem imperiti pictores effingunt, sed adultæ proeductæque iam ætatis contemplanda lectori ob oculos proponatur.

At vero quoniã B. Sebastianus pubescenti adhuc ætate passim pingitur, hæc vel obiter pauca subteximus, id videlicet ex Actis Caij Pontificis prouenisse: ibi enim hæc præsertim verba leguntur: *Itemque B. Sebastianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, sed mente pulchrior, & c.* Ex quibus verbis (vt Cæsar Becillus in suis ad Acta notis asserit) vel perperam acceptis fortasse exorta est falsa opinio existimantium S. Sebastianum tempore eius martyrij fuisse adolescentem: recensita autem verba non ad ipsum, sed ad alium referri videntur.

Sed quidquid sit de inolita huius asserptionis origine, eam profecto saltam esse, plura ostendunt, sed præcipue munus, quod B. Sebastianus in castris gerebat: haud enim iunioribus conferri consueuisse prudens nemo existimabit; erat enim dux primæ cohortis; id ipsum confirmant antiquiores imagines, vt quæ apud S. Petrum ad Vincula, & apud S. Mariam, seu Andream in Pallari conspiciuntur. De quo item Baronius in suis ad Rom. Martyrologium notis isthæc: *Egregium etiam sancti martyris Monumentum, veneranda eius imago opere musivo expressa, atque hætenus integra extat in titulo Eudoxiæ ad Vincula S. Petri, senili aspe-*

S. Sebastia-
virili ætat.

Cæs. Nech-
not. ad not.
Caij Pap.

Baron. in
ad Mar.
20. Ian.

aspectu et barba: quod pictores admoneat, qui eum iuuenem p. lo alligatum perperam pingunt. Hæc ille. Ex mystico autem fortasse symbolo iste pictorum mos initium sumpsit, quia videlicet ardore, & constantia pro Christo ardua quæque perferendi, iuvenile robur, & senilem haud ætatem, sed viuidam, robustamque, pubescentis instar, inuictus martyr exhibuit. Nec demum improbabilis omnino nobis coniectura suadet, hanc ibi Tabulam tunc potissimum temporis constitutam, cum sacrum hoc Cœmeterium sub varijs, qui successiuo in Petri Cathedra ordine sederunt, longa post secula instaurari contigit, & præsertim a B. Siluestro, Cælestino Primo, & Ioanne item huius nominis primo. Porro eiusdem archetypus veluti nobilissimum quoddam sacræ ac recolendæ antiquitatis trophæum e ruinis sublatum, in marchionis Castellî musæo nunc condigno honore asseruatur. Et hæc sunt, amice lector, quæ de perantiquis potissimum Cœmeterijs Via Salaria tum noua, tum veteri existentibus, Bosio perscrutante, paginis hæc, tabulique excerpta innotuere. Iam vero ad cætera indaganda viarum monumenta progrediendum nobis est.

CAP. XXXVIII.

De Via Flaminia, & Claudia, seu Clodia, & de recolendis earundem monumentis.



DOSTQVAM Salariam (vt vides lector) Viam perluastrauimus, nunc Flaminiam, si libet excurrere, aggrediamur, quam vt propositum hæcenus iter feliciter profequamur, præmemoratæ subnectendam Viæ duemus, quamuis in recolendis beatorum Martyrum actis, ac peruetustis rerum Ecclesiasticarum Tabulis nulla prorsus de Via hac mentio recurrit; quod vbi præstitum fuerit, totum, atq; integrum ipsorum Urbis mœnium circuitum, ctsi

Tom. II. Rom. Subt.

quandoque alicubi substiterimus, nobis tandem perfecisse, vel certe potius excurrisse (quod vel maxime in votis est) continget.

2 Via autem hæc a porta initium sortitur, quæ Flumentana olim, Sexto Pompeio teste, ab ipsomet Tyberino flumine vocabatur: Flaminia vero deinde eiusdem portæ nomine, nuncupata est: quo plane titulo eam Procopius de bello Goth. lib. 1. appellat. Demum Sancti Valentini, ab eiusdem Martyris Ecclesia, quæ hac Via sita est, nomen quoque obtinuit. Verum hac nostra ætate communi omnium voce Populi Porta denominatur, quippe quæ frequentiori præ cæteris aduentum pede atteritur, ac passim confluentium ore celebratur, per quam videlicet catruatim populus, vt ita dicam, in Urbem quotidie influit.

3 De celebri vero Flaminie Via apud antiquos nomine Tacitus hæc recitat: *Vocatus Dolibellam per epistolam, vitata Flaminie Viæ celebritate, diu rtere Interannam, & ibi interfici iussit.* Porro Flaminiam a Flaminio viro Consulari denominatam fuisse Sext. Pompeius his verbis tradit: *Flaminius Circus, & Via Flaminia a Flaminio Consule dicta sunt, qui ab Hannibale interfectus est ad lacum Trasimenum.* Idem Sigonius pariter Comment. in factis anno quingentesimo trigesimo tertio asserit: *C. Flaminius Censor (inquit ille) Viam Flaminiam muniuit, & Circum Flaminium extruxit.* Quibus Casfiodorus quoque parifententia ad stipulatur, dum ipsummet tempus, quo id potissimum contigit, exacte describens, isthæc subiicit: *L. Veturio & Caio Lutatio Cos. qui fuit annus Urbis quingentesimus trigessimus tertius, Via Flaminia munita, & Circus factus, qui Flaminius appellatur.* Verum Strabo lib. 5. id Iuniori Flaminio hæc dicens attribuit: *Eodem in Consulatu M. Lepidus, & C. Flaminius collega fuerunt: viatores autem Ligurum strauerunt, hic quidem Flaminiam e Roma per Tusciam & Vmbriam usque Ariminum.* At vero, vt res apte consonet, accidisse utique potuit, vt quam Flaminius ille Senior sternere incœpit, Iunior subinde supremam operi manum imponendo perfecit; quod Liuius Decad. 4. lib. 9. satis aperte his verbis innuere videtur: *His quoque perdomitiis, Consul pacem dedit militibus, & ne in*

V u otio

Porta Flumentana. Sext. Pompeio de Via Flamin.

Procop. de bello Goth. lib. 1.

Porta S. Valentini.

Porta Populi.

Tacit. decad. 4. lib. 9.

Sext. Pompeio.

Sigon. comun. in factis. an. 533.

Casfiod.

Strabo l. 5.

Liuius decad. 4. lib. 9.

ur arifices Sebastiani tenem elegant

Flaminia. I

otio militem haberet, *Viam a Bononia perduxit Aretium*. Eandem postmodum *Viam a Cæsare Augusto instauratam fuisse* Suetonius cap. 30. in eiusdem gestis affirmat: *Quo autem*, inquit ille, *facilis vniuersae Urbis adiretur, desumpta sibi Flaminia Via Arimino tenus munimenta, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit*. Et huius quidem assertæ instaurationis vestigia, præclaraque monumenta apud Ariminensem adhuc Ciuitatem, arcus videlicet vna cum inscriptionibus, extant.

Suet. in Aug. cap. 30.

Villa Cæsari.

Locus ad Galinas albas.

Liuius lib. 15. c. 10.

Suet. in Galb. c. 2.

4 Eadem hac Via, nono ab Vrbe lapide, ipsumque iuxta Tyberim, celeberrima olim Cæsarium Villa extitit, quæ ad *Gallinas* nuncupabatur, de qua isthæc Liuius lib. 15. cap. vlt.: *Gallinam conspiciui candoris sedenti Litiæ Drusilla aquila ex alto abiicit in gremium illæsam, intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conseruari alitem, et sobolem iussere aruspices, ramumque eum feri ac rite custodiri. Quod factum est in Villa Cæsarium fluuio Tyberi imposta, iuxta nonum lapidē, Flaminia Via, quæ ob id vocatur, Ad Gallinas*. Idem plane Suetonius in Imperatoris Galbæ gestis cap. 1. affirmat, qui & gallinas eandem vltimo Neroniani principatus anno simul defunctas fuisse addit; ac lauretum ex præmemorato ramusculo confitum, nouo inopinatoque portento penitus arefactum, futurum vti que, vti ipsamet Romanorum Cæsarium profapia breui intercideret, atque aboleretur, mirabiliter præfagisse pronunciat.

Locus ad Saxa rubra nuncupatus. Cic. phil. 2. Liuius dec. 1. lib. 2.

Tac. an. lib. 9. & hist. lib. 3.

Sext. Pomp.

5 Hac item Via quidam olim locus extitit, *Ad rubra saxa* communi omnium voce nuncupatus: cuius Cicero Philipp. 2. meminit, Liuius quoque Decad. 1. lib. 2. dum castra ibidem à Veicntibus aduersus Romanos locata fuisse asserit, Tacitus item Annal. lib. 9. & Histor. lib. 3. Antonius, inquit ille, *per Flaminium ad Saxa rubra, multo iam noctis serum auxilium venit*. Sext. Pompeius hac insuper Via Clitellas extitisse refert, concaua quædam & acclina videlicet loca, quæ huiusmodi nomine nuncupabantur.

6 Complura quidem hac Via sepulchrorum vestigia contemplantibus obijciuntur; & sane hic quondam Pantomimi Paridis tumulum extitisse Mar-

tialis describit lib. 2. Epigr. 2. dicens:

*Quisquis Flaminiam iueris viator,
Noli nobile prætereire marmor,
Vrbis delicia, fælesque Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas
Romani decus, & dolor Theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidinesque
Hoc sunt condita, quo Paris sepulchro.*

Epitaphium Pantomimi. Martial. l. 2. epig. 2.

Glaucix quoque Melioris liberti sepulchrum ad eiusdem olim Viæ ambitum suspiciebatur, de quo idem Martialis lib. 6. Epigr. 21. sic:

Epitaphium sepulchro pueri Glauæ inscriptionum. Martial. l. 6. epig. 21.

*Libertus Melioris ille notus
Tota quicecidit dolente Roma,
Chari delicia breues patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Iuncto Flaminie iacet sepulchro:
Cæstus moribus, integer pudore,
Veloxy ingenio, decore felix.
Bissenis modo mensibus peractis
Vix vnum puer applicabat annum.
Quisfles talia, nil fleas viator.*

Porro Viæ eiusdem Martialis pluribus quidem in locis memoriam recolit, & præsertim lib. 4. Epigr. 51. vbi prospectum, qui e suis in Ianiculo hortis patebat commemorans sic ait:

Martial. l. 4. epig. 51.

*Illic Flaminie, Salariæque
Gestator patet, esse sedo acerente.*

Et lib. 10. epigr. 6. de Cæsaris in Vrbe aduentu isthæc recitat:

Idem l. 10. epig. 6.

*Quando mora dulces, longusque a Cæsare
pulsus,*

Totaque Flaminia Roma videnda Via?

Liuius quoque eiusdem meminit Decad. 3. lib. 2. vbi de Quinto Fabio Dictatore agens, hæc inquit: *Ipse Via Flaminie profectus obuiam Consuli, exercituique; cum ad Tyberim circa Orriculum perspexisset agmen, Consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misit, qui Consuli nuntiaret, vt sine lictoribus ad Dictatorem veniret*. Ipse item Cicero prima ad Atticum epistola de Thermo quodam Viæ Flaminie curatore mentionem repetit. De eiusdem pariter Viæ Flaminie curatore apud Onuphrium in sua peruetusta Roma hæc inscriptio recensetur:

Liuius dec. 3. lib. 2.

Cicero ep. 1. Attic.

Onuph. Pal. Rom. desc.

L. OVINIO L. F. Q. VIR
RVSTICO CORNELIANO
COS. DES. PRÆT. INTER
TRIBVNICIOS ADLECTO
CVRAT. VIÆ FLAMINIÆ
LEG. LEG. VII. ALIIS INTER
CVRAT. VIÆ TYBVRTINÆ
CVRAT. REIP. RICINENSIS

RUSTICA OVINIA
CORNELIANA FILIA
PATRI PIENTISSIMO.

7 Porro Via hæc paulo ultra primum ab Vrbe lapidem a Tyberi fluuio intersecatur, eo potissimum loco, vbi pons Miluius, vulgo Italico idiomate *Ponte Molle*, ad præfens subsistit; quem à M. Scauro extructum fuisse Marcellinus in Constantini ac Valentis Imperatorum gestis refert. Ex quo item ponte sacilega impiorum manu, atque inmani excreandoque antiquæ religionis cultu quotannis præcepit vir Saturno hostia, ipso Lactantio Firmiano teste, offerebatur, qui de fals. relig. lib. 1. c. 2. isthæc recitat: *Saturnus in Latio eodem genere Sacrificij cultus est, non quidem vt homo ad aram immoletur, sed vt in Tyberim de ponte Miluio mitteretur.* Ibidem quoque, vt idem Lactantius ait, cum primum Hercules ex Hispaniarum regionibus in Urbem rediens aduenisset, constituit, ne vllus in posterum vir, sed virorum dûtaxat imagines Vestalium virginum manu ad conuetum eidem Saturno cultum exhibendum in flumen proijcerentur. Eundem olim supra pontem, Ciceronis potissimum, qui tunc Consulatum gerebat, in publicæ Romanæ rei bonum vigilantissimi studio pariter ac prudentia Allobrogum nuntios interceptos, atque ex epitolis, quas deserebant, detestandum Catilinæ aduersus ipsammet patriam conspirationis facinus detectum fuisse, diserte Sallustius de Catilinæ Coniurat. describit. Huc quoque Nero ventitare consueuerat, vt Tacitus lib. 3. his plane verbis affirmat: *Pons Miluius in eotempore celebris nocturnis illecebris erat, ventitabatque illuc Nero, quo solutius Urbem extrahasciuiret.* Demum vt singula Romanarum antiquitatum monimenta exacte recolantur, eundem iuxta pontem Constantinus Magnus Romanæ Urbis publicæ salutis ac libertatis vindex Maxentium tyrannum celebri, ac recolendo iugiter victorali certamine deuicit, ac Tyberinis aquarum gurgitibus demersum funditus deleuit. De quo canit Prudentius:

*Testis Christicole ducis aduentantis ad Urbem
Miluius exceptum Tyberina in stagna
tyrannum*

Præcipitans.

8 Miluio autem transmissio ponte, Flaminia hæc Via in duas partes diuiditur: harum altera secus flumen dexterum ad latus porrigitur, quæ & peculiari titulo *Flaminia* dicitur: altera vero, quæ recta pergit, in duas itidem partes diuisa protenditur, ac demum vijs Aureliæ, Corneliæ, & Triumphali iungitur. Harum pars, quæ Flaminia propior est, *Claudia*, seu *Clodia* nuncupatur, quam Ouidius, qui suos iuxta eandem hortos obtinebat, his plane verbis describit:

*Nec quo pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminia Claudia iuncta Viæ.*

9 Porro eiusdem Viæ Clodiæ Frontinus quoque de Aquæductibus agens meminit, cum de Alstetina præsertim aqua hunc in modum loquitur: *Concipitur e lacu Alstetino Via Claudia miliario XIII.* Ex quo plane eandem ipsamet Clodium Viam esse conuincitur, quæ directo Etruriam versus tramite extenditur; quod etiam ex conscripto Antonini Imperatoris Itinerario comprobatur. In quadam item peruetusta, apud Onuphrium inscriptione eiusdem Viæ Clodiæ curatoris, his verbis mentio recurrit:

C. OPPIO C. F. VEL
SABINO IULIO NEPOTI
M. VIBIO SOLEMNI SEVERO
COS.

ADLECTO A SACRATISSIMO IMP.
HADRIANO AVGVSTO
INTER TRIBVNICIOS PR. PEREGR.
CANDIDATO AVG.
LEGATO PROV. BÆTHICÆ CVR. VIARVM
CLODIÆ, ANNIÆ, CASSIÆ.
CIMINÆ, TRIVM. TRAIANARVM
ET AMERINÆ LEG. LEGION. XI.
CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR.
PROVINCIAE LVSITANIÆ
PROCOS. PROV. BÆTHICÆ
PATRONO COL.
LEONES. LIB. ADSCENSVS PATRONI
ET IN DEDIC. STATVÆ
COLONIS CÆNAM DEDIT.

10 Clodia item alio nomine Via hæc a Iulio Capitolino in gestis Veri Imperatoris appellatur, vbi peramœnam, conspicuamque ab ipso Via eadem villam extructam fuisse his plane verbis edocet: *Villam præterea extruxit in Via Clodia famosissimam, in qua per multos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est cum libertis suis, & amicis paribus.* Huius autem villæ vestigia ad hæc vsque tempora ad lacum

V u 2 Saba-

Via Clodiæ

Ouid. l. 1. de
Pont. ad Scv.

Front. de
aquæductib.

Curator Viæ
Clodiæ.
Onuph. Pan.

Villa Veri Im
peratoris.

Inl. Cap. in
Luc. Ver. Imp.

Sabatinum, siue Braccianum extant; cui loco inditum adhuc ab auctore *Vici Aurelij* nomen viget. Et ab hac ipsa met *Via Massa* olim *Clodia* denominata fuit; de qua in edito Beati Leonis Papæ Noni Diplomate, VI II. Kal. April. anno IV. quod in Vaticanæ adhuc Basilicæ Archiuo feruatur, hæc leguntur: *Concedimus Massam Clodianam cum lacu Papirano; & sicut ipsa Massa extenditur vsque in Soractem, cum lacu Bacchanis, & cum omnibus pertinentijs suis.* Ita pariter Clodianus lacus ab ipsa met *Via* nomen desumpsit. Et hæc de *Flaminia Via* studioso Romanarum Antiquitatum lectori prælibasse sufficiat: nunc vero a profanis ad sacra inuestiganda eiusdem *Vix* monumenta progredimur, vt totius tandem Urbis ambitum, longo protensum circuitu, percurrisse, & singula, quæ ibidem sita sunt, Cœmeteria perlustrasse contingat.

Massa Clodiana.

Dipl. Leon. Pap. 9.

Lacus Clodianus.

fabricata est Ecclesia in honorem Sancti Valentini presbyteri & Martyris, & mirifice decorata: in qua deuote petentibus beneficia Domini præstantur vsque in hodiernum diem. Bibliothecarius vero in eiusdem Sancti Iulij Papæ gestis, illum non Ecclesiam duntaxat, sed & Cœmeterium in super ibidem extruxisse conscribit: *Fecit, inquit, duas basilicas in Vrbe Romanæ; vnâ iuxta forum, & aliam Via Flaminia. Fecit autem & Cœmeteria; vnâ Via Flaminia, & aliud Via Aurelia; atque aliud Via Portuensi.*

Bibl. in S. Iul. Pap.

2 Porro de his tantummodo Cœmeterijs nunc mentio a nobis agitur, quod nostri potissimum iustituti ratio exigit: de beati vero Valentini Ecclesia pluribus quidem in locis Bibliothecarius sermonem ingerit, qui eandem a Theodoro, Benedicto II. Adriano I. Leone III. & Gregorio IV. Summis Pontificibus instauratam, atque exornatam fuisse testatur. Ex quibus plane constat celeberrimam istam olim Ecclesiam vnâ cum Cœmeterio, ac præcipuo conspicuam cultu extirrisse. Quod item ex recepto antiquæ consuetudinis ritu conijcitur, ad eam videlicet totum Romanæ Urbis clerum accedendi, dum publicæ supplicationes haberentur, quæ *Liraniæ* maiores dicuntur, & ipsa met festiuo beati Euangelistæ Marci die celebrari consueuerunt. Tunc enim vniuersa populorum collecta apud Ecclesiam beati Laurentij in Lucina, ipso Bibliothecario in sancti Leonis Papæ Tertij gestis teste, fiebat: inde vero omnes ac singuli ad eandem sancti Valentini Ecclesiam ordinatim procedebant, a qua deinde per Miluium pontem, ac *Neroniana* prata solemniter riuo ad S. Petri Basilicani progredientes, vno agmine, & vnanimi in supplicantium morem cœtu deueniebant. Sacræ autem, ac recolendæ eiusdemodi supplicationis ordo in M. S. duobus, vetustissimis quidem, eiusdem Basilicæ codicibus recitatur; vbi & ad verbum Collectæ inferuntur, quæ in eadem supplicatione, cum isthæc perageretur, deuote interrim recitari mos erat, quas hic, vt pij studiosique lectoris curiositati pariter, ac pietati consulatur, recensere operæ pretium duximus. Sunt autem huiusmodi.

Bibl. in Theod. Bened. 2. Adriano I. Leon. 4. Greg. 4.

Supplicium agmen, ac iter in Liranijs, vbi agunt, maiores.

Bibl. in S. Leon. Pap. 3.

CAP. XXXIX.

De Cœmeterio sanctorum Valentini Mart. & Iulij Papæ Via Flaminia.



1 **V**nicuique quidem Cœmeteriū *Via Flaminia* situm est, quod Beati Iulij Papæ nomine, qui illud extruxit; ac ite S. Valentini Martyris, qui conditus ibidem fuit, ad hanc vsque diem nuncupatur. In Actis enim Beatorum Marij & Marthæ, Valentinum recolendum Christi Martyrem sub Claudio *Via Flaminia* capite obtruncatum, ac sacrum eiusdem corpus a *Sabinella* matrona eadem *Via* honorifice tumulatum fuisse his quidem verbis legitur: *Decollatus est autem Sanctus Valentinus Via Flaminia, sub die xv. Kal. Martiarum: cuius corpus collegit quedam matrona Sabinella, & sepeliuit in eodem loco, vbi decollatus est.* In iisdem subinde Actis a Beato Iulio Pontifice Ecclesiam in eiusdem honorem erectam fuisse his item verbis describitur: *Ibi posita a Iulio Papa*

S. Iulius Papa.

S. Valentinus.

Sabinella Matrona.

M. S. Mar. & art.

Ecclesia S. Valentini.

Ibid.

VII. Kalendas Maij
Litania Maior.

AD S. LAVRENTIVM
ORATIO AD COLLECTAM.

Mentem familie tue quesumus, Domine, intercedente B. Laurentio martyre tuo, & munere compunctionis aperi, & largitate pietatis exaudi. Per Dominum, &c.

AD S. VALENTINVM.

Deus, qui culpas delinquentium districte feriendo percussis; setum quoque ingentium non recuses: vt qui pondus tue auaritia cognitionis cognouimus, etiam pietatis gratiam sentiamus. Per Dominum, &c.

IVXTA PONTEM MILVIVM.

Parce Domine, parce populo tuo: vt nullis iam patiaris aduersitatibus fatigari, quos pretioso sanguine Filij tui redemisti. Per eundem Dominum, &c.

AD CRUCEM DOMINICAM.

Deus, qui culpas nostras pijs verberibus percussis, vt nos a nostris iniquitatibus emundes: da nobis & de verberibus tuo proficere, & de tua citius consolatione gaudere. Per Dominum, &c.

IN ATRIO S. PETRI.

Adesto Domine supplicationibus nostris: & sperantes in tua misericordia, intercedente Beato Petro Apostolo tuo, caelesti protege benignus auxilio. Per Dominum nostrum, &c.

Et merito quidem iure pius, ac religiosus Ecclesie Beati mart. Valentini, ac venerandi eiusdem Cœmeterij cultus ac nominis eiusdem celebritas ex denominatione conuinci vtique palam potest, quam Flaminia primaria inter ceteras Vrbs Romanæ portas secum olim traxerat, quæ & S. Valentini, vt supra iam diximus, aliquando nomen obtinuit. Sic enim eandem Willelmus Mal-

mesburiensis appellat, dum portas Urbis his plane verbis recenset: *Secunda, porta Flaminia, que modo appellatur sancti Valentini, & Flaminia Via cum ad pontem Milvium peruenit, vocatur Via Rauenniana, que ad Rauennam ducit. Ibi in primo miliario foris sanctus Valentinus requiescit. Demum hæc eadem Ecclesia Abbatie olim titulo decorata est, & inter ceteras Urbis Abbatias a Petro Manlio his verbis recensetur: Extra Urbem Via Flaminia est Abbatia sancti Valentini. Qua pariter ratione in peructusto Basilicæ sancti Petri Rituali legitur: Abbatia S. Valentini iuxta pontem. Nunc vero eadem, vt videre est, Ecclesia ruinis obruta, ac penitus inculta iacet: eius tamen memoria, vt & ipsius pariter Cœmeterij, vt infra enarrando videbimus, haud omnino inoleuit. Sed his interim prælibatis, ad recolendam martyrum, qui hanc potissimum Viam sanguine illustrarunt, memoriam nunc, quæso lector, orationis stylum conuertamus.*

Voill. Mal-

Ecclesia & corpus S. Valentini.

Abbatie Urbis. Petr. Manl.

CAP. XL.

De Martyribus, qui Via
Flaminia, & Clodia
coronati, aut certe
sepulti
sunt.

PATER beatissimum Christi martyrem Valentinum, cuius condignam hucusque memoriam recolimus, Flaminia quoque Via

decimo ab Vrbe lapide Abundius presbyter, Abundantius diaconus, Marcianus & Ioannes eius filius, martyrium pro Christo subire: de quibus isthæc Romano in Martyrologio xvi. Kalend. Octobris recensentur: *Rome Via Flaminia sanctorum martyrum Abundij presbyteri, & Abundantij diaconi, quos Diocletianus Imperator in a cum Marciano viro illustri, & Ioanne eius filio, quem a mortuis suscitauerat, decimo ab Vrbe lapide gladio feriri iussit. Hoc ipsum eorundem in actis legi-*

SS. Abundius, Abundantius, Marcianus, & Ioannes.

Rom. Mart. 16. Kal. Oct.

S. Va-

legitur, in quibus præterea subditur veneranda eorum corpora a pijsissima Theodora matrona in suo prædio xxviii. ab Vrbe milliario tumulata fuisse. Sed ipsamet hic actuum verba excipiamus:

Prædium
Theodora
matronæ.

Ab. SS. Abund.
& Abund.

Eadem vero nocte venit Theodora matrona cum pueris suis, & posuit eos in vehiculo suo, & deportauit eos in prædium suum milliario ab Vrbe vigesimo octauo: & ibi eos aromatibus & lineaminibus honorauit, & sepeliuit in pace.

Porro huiusmodi eadem prædium

Mons Sora-
ctis.

Regnanum.

Ecclesia SS.
Abundij, &
Abundantij.

S. Theodora.

Mar. Rom. 15
Kal. Octob.

Inuentio cor-
porum SS. A-
bundij, Abun-
dantij, & so-
ciorum.
Translatio
eorundem.

Ecclesia S. Bar-
tholomæi.

Ab. M. S. S.
Mati. & Ia.

Via Flaminia iuxta montem Soractem, eo potissimum loco extabat, vbi nunc Regnani oppidum situm est; in eorundem quippe honorem Ecclesia crecta cernitur; vbi ipsa insuper Theodora, digno martyribus meritorum consortio iuncta pari quoque honore condita est: cuius pariter in Martyrologio Romano xv. Kalend. Octobr. his quidem verbis mentio fit: *Roma Sancte Theodora matrona, que in persecutione Diocletiani sanctis Martyribus sedulo ministrabat.* Singula vero hæc beatorum corpora sub Othone Tertio Imperatore inuenta, idem pijsimus Imperator in Urbem transferri, & in Ecclesia, quam ipse in honorem Beati Adalberti Tyberina in insula erexerat, & nunc Sancti Bartholomæi nuncupatur, reponi iussit: præter veneranda martyrum Marciani & Ioannis corpora, quæ in Faliscos ad Castellanam Ciuitatem translata fuerat. Cuius quidem translationis historia prolixè in M. S. eorundem Actis Codicis Ecclesiæ Castellanae, verbis istis exponitur: *Tunc cepit inquirere, Otho Imper. scilicet, corpora Sanctorum Martyrum, & præcepit, vt vbiunque inuenta fuissent, ad Ecclesiam S. Adalberti deportarentur. Et nuntiatum est illi, quod in Ecclesia beatorum Abundij & Abundantij Martyrum; quæ est iuxta montem Soractis, erant plura Sanctorum Martyrum corpora. Qui misit suos nuncios Episcopos, & clericos & monachos, vt cum omni honore & diligentia & hymnis Dei ad Ecclesiam beati Adalberti ea deferrent. Qui protinus abierunt, & ceperunt inquirere, vbi essent tumuli eorum. Et inueniunt in vno tumulo corpora beatorum Abundij & Abundantij posita; & in alio corpus B. Theodora, que in prædio suo ea sepelierat. Inueniunt etiam inter eos Sanctos Martyres, qui habebant inauratas vestes, & mire exornatas, & super altare eorum mensam*

sculptam & nimis decoratam: & deportata sunt omnia secundum iussum Imperatoris ad Ecclesiam B. Adalberti Martyris. Tunc Episcopus, qui præerat Sanctæ Castellanae Ecclesiæ, Crescentianus nomine, post sanctorum prædictorum Martyrum corpora deportata, cepit tristis esse & plorare; & accedens ad locum eundem, cepit quærere diligenter, & amplius inferius fodifecit, si ibidem remansissent aliqua corpora sanctorum, que sibi consolationem præbuisent: quod nutu Dei factum est, & inuenta ibi corpora beatorum Martyrum Marciani & Ioannis filij eius; quos B. Abundius presbyter & Martyr baptizauerat, & cum magno honore & reuerentia, collectis clericis ad ciuitatem Castellanam ipsa corpora cum letitia deportauit. Hæc ibi. Videas ex his suspiciendam eorum martyrum gloriam, ac iugiter in Ecclesia eorundem sacrorum ossium translatione pariter, ac veneratione vigentem, quin & ipsorummet Imperatorum manus iidem excipiendis fouendis, recondendisque intra tumulum ambitioso vtique ministerio deferuientes.

Porro sacra beatorum Marciani & Ioannis pignora religiose adhuc Castellanam apud Ecclesiam seruantur; corpora vero sanctorum Abundij & Abundantij ex templo, quod Sancto Adalberto dicatum fuerat, ad Sanctorum Cosinæ & Damiani Ecclesiam in foro postmodum delata fuerat: inde vero anno redempti orbis quingentesimo octuagesimo, tertio supra millesimum die 15. Octobris, solemnè ritu, ac pompa in Farnesianum Societatis Iesu Templum rursus translata, ibidem, quo par est, religionis cultu asseruantur: ac recolenda interim huius translationis historia a P. Fulvio Cardulo cum ipsismet beatorum eorundem Martyrum Actis edita in lucem prodijt.

At quoniam de beatorum Martyrum corporibus, quæ in Farnesiano Societatis Iesu Templo, condigno venerationis cultu, asseruantur, hic mentio incurrit, haud obiter silentio præterire visum est, augustissimum Templum præ cæteris Sanctorum reliquijs, & insuper S. Ignatij Loyolæ Societatis eiusdem Fundatoris venerandis vtique exuiijs conspicuum reddi. Sanctissimus quippe vir, cum permultos Romæ annos procurandæ proximorum salutis, promouen-

Translatio
corporum S.
Marciani &
Ioannis ad C.
uitatem Ca-
stellanam.

Translatio
corporum S.
Abundij, &
Abundantij.

Alia eoru-
dem trans-
latio.

Fulv. Cardu-
li actus SS.
Abund. &
Abundantij.

Templum
nominis
Iesu sacrum
sanctorum
liquis dicitur.

S. Ignatius
Loyola.

do Christianæ Religionis cultui, & Dei gloriæ amplificandæ totus iugiter intiriffet, a Deo tandem ad laborum præmia feliciter euocatus, Romæ decessit: illic videlicet, vbi de superno sibi, ac suis adfuturo auxilio iam primum, cum de instituenda Societate, ac Sodalitio aggregâdo cogitasset, antequam pedem ipsam intra Urbem inferret, & vix oculis a longe salutasset, dum inter ambulandum appropinquaret, diuinitus illis plane verbis oraculum accepit: *Ego vobis Romæ propitius ero. Effectus postmodum* (vt Augustini verbis vtat) *probatum virtutem; rebusque ex voto succedentibus, exhibitum e cælo oraculum comprobatum est.*

5. Nam vbi primum Societatis Iesu intra Romanorum Arces vexillum, Apostolicæ Sedis auctoritate suffultus, vir plane diuinus inuexit, & socios quamplures per totum mox terrarum orbem ad iacienda Euangelicæ prædicationis semina, & bellû tartareis legionibus inferendum, transmittendos nouæ militiæ adsciuit, sub præconceptis diuinissimi nominis Iesu auspicijs cuncta prospera, fausta cuncta perferens. Alumni enim, qui sub tutelari eius vexillo in Societate ab Ignatio instituta, sanctissimisque tum moribus, tum legibus excolta, militante, diuino votis Numine adspirante, interlapso iam seculo, toti in proximorum salute verbo, ac opere perpetuo incumbentes, maiora indies (vt videre est) incrementa accipiunt, atque ingenti bonorum operum cumulo, ac miro virtutum exemplo in Vrbe præfulgent, ita vt qui rem tacitus serio expedit, illud merito pronunciauerit: *Isti sunt semen, cui benedixit Dominus*: & mente ad ipsamet iniria recurrens, benedictionis gratiam in filios a parente cælitus corruatam fuisse affirmare non dubitauerit, qui maiorem Dei gloriam in ore semper habuerat, semper in omnibus quæsierat, vt de ipso Romani Breuiarij tabulæ perhibent. Quippe in Ignatio conspicuæ sanctitatis Vrbs, & Orbis pariter vniuersus mirifice adimpletum vidit, & non vehementer admirari non potuit, quod Deus aliquando in sacrarum Scripturarum paginis contestando prædixerat: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Ita plane

vir iste, qui pro Christo inglorius inter homines degeret, & in Ecclesiæ castris militare concupierat: vir, inquam, iste, qui Dei dumtaxat, nō hominum gloriam ambizioso mentis proposito exquisierat, gleriam vel inter homines a Deo pro mercede amplissimam obtinuit, iuxta id, quod Propheta canit: *Gloria, & honore*

coronasti eum, Domine. Quinimmo & ipsissimct Sanctorum splendoribus, vt magis innotesceret, adhuc viuens illustratus est. Porro quam magnum gloriæ cumulum vir iste, quem adhuc mortalem similem fecit Deus in gloria Sanctorum, in Cælo adeptus fuisse dicendus est; e cuius vultu, cū adhuc in terris degeret, veluti Moysis facie vberimi splendoris radij emicabant. Quapropter S. Philippus Nerijs nostræ Congreg. Oratorij Fundator internam Ignatij pulchritudinem, ac mirum animi decorem, erumpentibus vltro e vultu splendoribus, speculator haud semel, & testis pariter cælestis viri gloriæ factus, oculis delibare, ac digito mortalibus præmonstrare meruit. Sed mortuus, nedum viuus inter homines Ignatius maiora gloriæ incrementa perferens. Nobili quippe sepulchro, ac regio plus quam Mantoleo, quod pretiosis lapillis, ære, atque auro, miro artis studio compactum est, sacrum eiusdem corpus illatum, totius Urbis veneratione colitur, & condigno sepulchrali titulo decoratur, cum sacrum beatissimi viri caput argento, quod eius effigiem exhibet, inclusum, ac gemmarum monilibus splendide circumdatum, fidelium oculis suspiciendum, ac venerandum proponatur.

6. Nec demum silentio obuolendum hic est, vbi opportuna tanti viri mentio recurrit, magnificentissimum in Vrbe eius nomini Templum iuxta Collegium Romanum Societatis Iesu, vbi litteris, ac bonis moribus adolescentes instruantur, a Ludouico Card. Ludouisio S.R.E. Vicecancellario erectum, dicatumque fuisse, cuius sacræ dedicationis encania, post viginti & quatuor annos, quibus Templum exædificatum est, hoc Iubilæi anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo recurrente ingenti Urbis plausu, magno populi concursu, Purpuratorum denique Patrum, & ipsiusmet Innocentij X. Pont. Max.

præ-

Roman
et Domi
occurrit
vixillum

ir. S. Ign.

in p. 54.

cietas com
dum insti-
a, cum di-
a promif.
experitur.

a eius in
s. incremē

61.9.

u. Rem. in
S. Ignat.

ignatius ip-
e adhuc in
s. cur tan-
n à Deo
nozem pro
euent?

65. c. 3. n.

174.8.

Eccel. c. 45.

Ignatij in
mortalis ad-
huc corpore
vultus splen-
det.

Sepulchrum
S. Ignatij.

Templum
Romæ magis
frequentissimū
in honorem
S. Ignatij Deo
dicatum.

præsentia, dum octaua festiua solemnitate dies recurreret, celebrata sunt. Templi autem facies, vt Ignatij gloriam intuentium iugiter oculis ingerat, his notis insculpta est.

S. IGNATIO LOYOLÆ
SOCIETATIS IESV FVNDATORI,
LVDOVICVS CARDINALIS LVDOVISIVS
S. R. E. VICECANCEL,
ANNO DOMINI MDCXXVI.

Prop. 10. &
17.6.

S. Franciscus
Xauerius.

Hebr. 1. n. 7.

Prop. 21. n. 28

Sacra Xauerij
manus ex In-
dijs in Vrbe
delata in Far-
nesiano Tem-
plo colitur.

7 Porro quoniam *Filius sapiens letificat patrem, & corona senum filij filiorum sunt.* vt Scriptura loquitur; Ignatij gloria, sanctissimi viri Francisci Xauerij Indiarum Apostoli, meritissimi eiusdem filij meritis, & consortio augetur, & Farnesianum itidem Templum binis hisce luminibus apprime illustratur: conspicuum enim ibi sacratissimæ manus pignus, quod ab Oriente transmissum est, condigno honore asseruatur. Et congrue quidem huc orientalium Christianorum dux, atque Apostolus victor tandem remeavit, qui quondam ex Vrbe Paulo III. Summo Pontifice annuente, & ipsomet Ignatio in primis adnitente, Sedis Apostolicæ Nuncius, Euangelij salcem in vastissimos, extremosq; orientalis plagæ sinus illaturus, ab ipsismet Ecclesiæ Romanæ arcibus prodierat, & manu, quam vel semel aratro admouerat, haud vnquam auulsa, vberimos spicarum manipulos reuehendo regreditur: *Unde enim exeunt flumina, illuc reuertuntur.* Franciscus igitur ad primæum fontem, hoc est ad Ignatij parentis sinum, ad Societatis vbera redire gestiens, etsi corpore in oriente persuitit, attamen inimicorum spolijs, ac palmis onustus Vrbe amicam conuenire, salutare, & tandem amice complecti voluit: *vir enim obediens loquetur victorias,* vt sic quodammodo orbem pede, quem velociter excurrerat, manu Vrbe, quam vnice dilexerat, fouere videatur.

8 Diuino igitur plane consilio, Apostolici viri manus, a corpore quantumuis recisa, recens tamen, ac viuida, pijs laboribus singulariter exulta, ac triumphalibus palmis apprime cumulata ab extremis Indiarum regionibus in Vrbe deferri meruit, vt velut ingens totius terrarum orbis miraculum in Vrbe, quæ Religionis caput est, recolenda iugiter

manus hæc ab omnibus suspiciatur, quæ tot passim vbique portenta diuinitus patrauit, quæ tot hominum millia Christo peperit, & sacri baptismatis fonte abluuit, quæ Idololatram, & fidei hostes subegit, quæ tactu, ac nutu duntaxat innumeros morbos fugauit, tot ad vitam mortuos reuocauit, & omnimodum tum vitæ, tum mortis imperium obtinuit, ac iugi vbique animi studio in Dei excolenda vinea ira elaborauit, vt quod Paulo, id & Francisco iure merito consonet: *Abundantius omnibus laboraui:* merito, inquam, manus hæc, Sampsonis manui longe anteferenda, ad nos in Vrbe spolijs onusta remeavit, apud Romanum videlicet Capitolium in Farnesiano Templo, nobili velut theatro meritis prouehenda triumphis, & condignam iugibus athleta Xauerij sudoribus palmam pro exanflatis in Oriente laboribus receptura, quæ ob Christi amorem, & martyrij, quo renebatur, desiderium, cum Apostolo enim, Apostolicus vir clamabat iugiter: *Charitas Christi vrget nos;* haud semel, inquam, sed toties animam in manu sua posuit, iuxta illud: *Anima mea in manibus meis semper,* & perennem in cælo coronam consecuta est. O dignum plane Francisci de Christiana Republica optime meriti, quo haud vllus par est, triumphum, quem Roma tandem vel longa post secula videre promeruit, hominem videlicet vel post mortem de hostibus obruncata iam manu triumphantem: hic enim vnus alter veluti Sampson multo plures interfecit moriens, quam ante viuus subegit. Verum quoniam Scraphitici, inuictique hominis exuuias, quas ipso Indiarum auro, ac gemmis longe preciosiores apud Goam deponi contigit, Vrbs Roma non obtinet, eius saltem Sacerdotalem manum, nobile veluti laborum, ac præliorum pro Christiana fide instrumentum, ac indicem pariter se possidere congaudet. Defixis igitur manum hanc triumphalem oculis suspiciamus, ac fixis eandem deuotionis ergo osculis venerantes, plaudentesque manibus complectamur, atque in eiusdem obsequium perennunc cælestis viri meritis monumentum, ac titulum erigentes, carmina, quæ olim Marthæ Marchinæ virginis Parthenopenensis ore decantata sunt, nostris hisce Subterraneæ Romæ paginis inscribentes,

1. ad Cor. 13. 10.

2. ad Cor. 13.

Psal. 118.

1. ad Cor. 16. 31.

Corpus sancti Francisci Xauerij apud Goam quiescit.

aræ, quæ intra Farnesiani Templi Sanctuarium Francisco dicata est, venerabundi quodammodo suspendentes affigere volumus :

Quemprocul a nostris Neptunus diuidit oris,

Ecce triumphato dextera ab orbe redit.

Et que tot Christo populos, tot Regna subegit,

Terrarum Domina regnet in Vrbe manus.

Hæc eadem qualis medio apparebit Olympo Dextera, Xauerius cum premet astra pede.

Et hæc interim sunt, amice lector, quæ vel obiter in binorum luminum gloriam, quibus postremo hoc seculo Hispania, Vrbs Roma, ac Ecclesia pariter illustris reddita est, propinare volumus :

9 Vt autem ad rei nostræ propositum, a quo paululum digressi sumus, consulto nunc redeamus, illud hoc locum enarratis adijciendum est, Claudia videlicet, seu Clodia Via haud vllius Cæmeterij memoriam extare. Beatus autem Alexander Episcopus martyrio ibidem sub Antonino Imperatore coronatus fuisse legitur : cuius corpus a Sancto Damaso Papa in Urbem translatum fuit, vt ex Romano Martyrologio constat x1. Kal. Oct. & ex eiusdem Actis apud Petrum in Catal. lib. 8. cap. 102. recensitis, & ex Adonis item Martyrol. ipsamet die, vbi & sepulturæ locus his verbis describitur: *Sanctus autem Crescentianus, & hi, qui cum illo erant, reuelante Martyre, tulerunt cunctas reliquias eius, & sepelirunt in loco, vbi fornacis ignem extinxerat: & posuit superscriptum marmor continens :*

Hic requiescit Sanctus & venerabilis Martyr Alexander.

Huius depositio celebratur x1. Kal. octobris. Cui Papa Damasus cryptam condignam faciens, illic eum v1. Kalend. Decembr. transposuit, quando & festiuitatem ei dicitur. Hæc apud Adonem. Nobile quoque martyrium Via Claudia vigesimo octauo ab Vrbe Roma milliario, haud procul a Lacu Sabatino, sanctus Marcianus presbyter vnà cum Macario exorcista, & Stratoelino lectore sub Maximiano Imperat. perpassus est, vt ex M.S.S. Marciani Tom. II. Rom. Subt.

Actis in Vat. Biblioth. constat, vbi hæc inter alia leguntur: *Tunc vicarius Protogenis veniens secundum præceptum ad lacum, qui dicitur Sabbatinus, iussit in thermas aquarum sacrificia offerri, & sacrificauit in eisdem thermis. Et mox hæc adduntur: Tunc Siluinus ex magistratu cucurrit, & tenuit Marcianum presbyterum cum Macario exorcista, & Stratoelino lectore, quos vindicos adduxit ad Protogenem vicarium in Foro Cludi, & obtulit eos in conspectu ciuium. Et hæc ibidem sub finem enarrantur: Tunc iratus Cornelius, iussit eos duci in quoddam arenarium, & ibi eum cum duobus, capitis subire fecit sententiam. Qui vero decollati sunt subter milliario firmo, sub die 1 v. Nonas Ianuarias. Quorum corpora collegit quidam ex familia Protogenis, nomine Narcissus, & sepeliuit in eadem crypta ab Vrbe milliario vigesimo octauo, vbi florent orationes Sanctorum in Via Claudia vsque in hodiernum diem. Hæc ex recensitis pridem Actis, quorum indicium, ac recolendæ item antiquitatis notitiam, quam tenes, acceptam vtiq; studiose lector, referre debes doctissimo viro, rerumque historicarum peritissimo Luca Holstenio Vaticanæ Basilicæ Canonico: ex cuius insuper relatione paulo ultra Braccianum ipsamet Via Clodia, Beati Marciani videlicet Ecclesiam adhuc extare, & magna quotannis populi deuotione solemni ritu frequentari didicimus: eademque in Ecclesia arenarios adhuc aditus existere, in quibus condita Sanctorum corpora quiescunt, licet hi nunc aditus oclusi penitus, atque obferati adeuntibus sint. Vt idem præterea nobis apertis assertionem hanc argumentis comprobando retulit, thermæ, quarum Acta meminere, vulgari nunc corruptoque vocabulo *Balnea Vicarelis*, siue *Vici Aurelij*, appellantur; quopotissimum loco spectatissimæ quondam villæ Veri Imperatoris vestigiæ ingentis quidem magnitudinis conspiciuntur. Forum autem Cludi, siue Clodij vno duntaxat milliario ultra memoratam Sancti Marciani Ecclesiam situm fuisse, eo plane loco, vbi nunc vicus est, qui vulgo dicitur *Oriolo*, quæ prolixiori sermone Holstenius suggeret, atque explicabit opere illo, quod de Romanis Vijs, ac de Suburbicarij agri antiquitatibus præ manu habet, studiose lecto-*

M.S. Cod. Vat.

Ecclesia S. Marciani Via Clodia.

Balnea Vicarelis.

Forum Clodij.

Vicus Oriolo vulgo dicitur.

lectori (vt credimus) palam demonstra-
bunt.

S. Flavianus.

10 Claudia item Via (de qua nunc sermo nobis est) sexagesimo ab Vrbe lapide beatum Flavianum nobilissimum Sanctæ Dastrofæ virum, & dignissimum Demetriæ & Bibianæ virginum parentem primarię inter Romanos nobilitatis, in exilium asportatum fuisse, ibique fundendis Deo precibus intensius insistentem feliciter in Christo obdormisse, beatæ eiusdem Bibianæ virginis ac Martyris Acta his quidem verbis testantur: *Tunc Iulianus Imperator inscriptione Flavianum damnari præcepit, & omnes facultates eius fisco dari iussit: ipsum vero Flavianum ad Aquas Taurinas milliario sexagesimo ab Vrbe Roma, Via Claudia, in exilio deportari præcepit. Qui triduo postquam directus in exilium, in oratione permanens, ieiunans & plorans, atque Dominum Iesum Christum exorans, cum nimia lamentatione Dominum deprecans, tunc obdormiuit in Domino xi. Kalend. Ianuarij. Hæc ibi in Actis. Exat adhuc iuxta Faliscum montem venerandi huius loci memoria, vbi sanctus Flavianus multiplicibus quidem ærumnis consumptus & vita decessit; ad eiusdemque montis radices, ipsa Via Claudia, quæ ducit Pyrgum, Urbem scilicet veterem, Ecclesia in ipsius viri beatissimi honorem erecta ad hanc vsque diem, visitur, sub cuius altari pretiosum eiusdem corpus conditum olim fuisse recepta apud incolas traditio fert. Sacrum autem, venerandumque dignissimi Martyris caput in cathedrali montis Faliscorum Ecclesia religioso, vt par est, cultu asseruatur.*

Cod. Vat. 7.
S. Petr. B.
S. Mar. ad Mar.
S. Castil.

Mont Faliscorum.

Ecclesia S. Flavianus.

Quæ ac qualis contra Ecclesiam persecutio sub Iuliano Apostata fuerit? Baron. J. 4. 22. 362. n. 22.

11 Quoniam vero Flavianus nobilissimus martyr sub Imperatore Iuliano recensetur, & opportuna hic mentio de martyribus, qui sub Iuliano Apostata coronati sunt, incurrit, repetendum nobis est, qua potissimum ratione id obtigerit, cum nulla recens, ac edictis obfirmata sub Iuliano aduersus Ecclesiam, extiterit persecutio. Sed vt diserte Baronius in suis Annalibus asserit, longe dispar hæc persecutio ab alijs per alios Imperatores illatis extitit, cum illi Christianitate vetita, aduersus eius cultores edicta sancirent, ac promulgarent, quibus fideles omnes Dijs sacra facere acerbissimis pœnis impellerentur, Iulianus

autem, vt ex eius litteris satis exploratum habetur, gentilium colendi Deos vim nemini adhibendam esse putauit, nec inuitum quemquam Christianæ fidei desertorem fieri cogebat. Quamobrem nec reliquas inter persecuciones hanc recensendam esse, complures merito existimarunt: at vero S. Augustinus contrarium plane sentit, cum ait: *Deinde quid respondent etiam de Iuliano, quem non numerant inter decem? (persecutores scilicet) An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere et discere vetuit? Sub quo Valentinianus maior, qui post eum tertius Imperator fuit, fidei Christianæ confessor extitit, militique priuatus est: vt omitam, quæ apud Antiochiam facere ceperat, nisi vnus fidelissimi & constantissimi iuuenis, qui, multis, vt torquebantur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter vngulas, cruciatique psallentis libertatem, atque hilaritatem miratus extorruisset, & in cæteris deformius erubescere timuisset. Hæc S. Augustinus de quibus suo loco vberius in Annalibus apud Baronium. Cæterum quod non exerto palam gladio, vt Baronius ait, persecutio, vt priores illæ, quas supra memorauimus, grassaretur, inde fortasse euenit, vt S. Ioannes Chrysostomus in pace Ecclesie martyres illos passos esse pronuntiet, qui Iuliani tempore fidei causa necati sunt, vt eum agens de luuentino, & Maximo sub eodem Imperatore, martyribus, hæc præfatur: *Hi enim tanto amore Dei flagrabant, vt etiam extra persecutionis tempus, corona Martyrij redimiti fuerint, absque pugna triumphum retulerint, absque prælio victoria potiti sint, absque theatri certamine brauium rapuerint. Et quomodo hoc? ego dicam, sed forte rem paulo altius enarrabo. Erat Rex quidam etiam nostro æuo omnes, qui se præceperunt, impietate vincens: de quo et heri a me dictum, qui cum videret res nostras martyrum morte clariore fieri, & ea causa non solum viros, sed & teneros pueros, virginesque nondum nubiles, & in summa ex omni sexu, & aetate quosdam pro religione ad mortem proflire, cruciabat, & dolebat. Cæterum monere bellum manifeste volebat: omnes enim dicebat, ad martyrium quasi ad aluearium opes volabunt. Hæc autem non a semetipso habebat, sed a progenitoribus suis didicerat. Etenim & illi, vt pote tyranni, Ecclesiam in-**

Aug. l. 18 de cin. De c. 52.

Iulianus persecutor Ecclesie pessimus.

Chryf. ser. S. Iuuen. c. Max.

Cur Ecclesia bellum apud Iulianum non intulerit.

festarunt, & populi quoque in nos insurrexerunt, cum adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamen non expugnarunt, neque confregerunt, sed ipsi potius contracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturque in sublime, & omnem vndique Orbem inuadebat. Cum occiderentur, adurerentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestijs obijcerentur fideles, carbones, sicut lutum calcabant, mare & flatus sicut pratum intuebantur, ad gladium sicut ad diademam, & coronam currebant, omniaque tormentorum genera ita contemnebant, ut ea non solum generose, et fortiter ferrent, sed & alacriter, & volupe. Enimvero sicut palma rigata magis crescit, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, incrementa maiora sumit, neque horti aquis irrigati ita germinant & fecundi sunt, ut Ecclesia, si martyrum irrigetur sanguine. Hæc enim atque plura cum Rex ille sciret, meticulosior erat, quam ut manifeste cum nobis conspiceret. Hæc ad rem Chrysofomus, quibus enarratis, nouam indicendi belli, ac persecutionis aduersus Christianos excitandæ, nec non exercendæ carnificinæ rationem, quam malis artibus improbus Iulianus secum meditatus est, his verbis acute perstringit: Non, inquit, triumphos, & victorias & coronas mutuo parabimus, sed quid facit? Vide oro malignitatem. Medicos & milites, & oratores omnes, vel a professionibus suis discedere, vel fidem suam abiurare iubet; excitauitque in hunc modum contra nostros bellum, tela eminus mittens: ut si a fide desisterent, ridicule vincerentur, optime qui quidem opibus non præferrent: sin generose perseverarent, & vincerent, neque sic egregia foret victoria, neque insignis triumphus: nihil enim magnum, artem vel professionem proprietate contemnere. Neque is seuitiæ eius finis erat. Nam adhuc si quis superioribus annis, cum adhuc pij reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripisset, vel aliud tale quiddam egisset, rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons, & dumtaxat delatus. Fingebat quoque & alius varias causas, ita ut pie viuientium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, ut obscuraretur, contemptaque esset martyrij corona, et nihilominus cædes, et strages fierent. Audisti lector descriptam non tam calabum, quam ferro, ac viuis in tabula coloribus a Chryf. adubraram Iulianæ, seu Iodolianæ persecu-

tionis funestissimam plane faciem, ac sæuitiã, qua tunc Christi Ecclesiam perurgeri, tentari, conculgi, ac probari contigit: quapropter haud mirandum, si Ecclesiasticæ Tabulæ martyres sub hoc pessimo principe, utpote Christianis infensissimo, coronatos perlegat.

12 Quasnam insuper technas teterrimus iste ac impius homo ad faccendum Christianis negotium excogitauerit, & occultis quasi cuniculis, omnes ingenij vires adhibens, suffodere ac conuellere penitus Christi fidem, ac religionem conatus sit, Gregorius Nazianzenus, & ipse sui temporis res gestas exacte describens, summa fide, ac diligentia videlicet testis enarrat, ac imprimis de eius animi consilio, cur videlicet haud palam, ut alij gentiles Imperatores, sed clandestine, ac dolose egerit, utpote inuidens illis martyrij coronam, in eandem cum Chrysofomo sententiam apte locutus, hæc addit: Turpiter autem, & ignaue pietatem vexat, animique fraudes, & versutias persecutioni, quam aduersus nos excitabat, inducit. Quocirca cum potentia, in persuasionem, & coactionem diuisa sit, ita se comparauit, ut quod inhumanius erat, omnium vim, atque tyrannidem populari turbæ, ciuitatibusque permitteret, ut quarum resana audacia intolerabilior sit, propter temerarios animi motus, atque precipites ad omnia impetus, idque nequaquam publico edicto, verum ex eo, quod impetum, audaciamque minime reprimebat, velut proposita quadam lege conscripta, se id velle promulgans. Quod vero lenius, atque humanius erat, magisque Imperatorem decebat, id sibi videlicet assumit, nempe suadendi, atque illiciendi partes, nec tamen id quidem vsquequaque retinuit, etc. Et paulo infra de subdola hominis vaftricie, & oblecta, simulataque sæuendi ratione isthæc enarrat: Verū quemadmodum Chamæleontem aiunt, in quiduis facile mutari, atque omnes subinde colores, candore vno excepto, suscipere (fabulosum enim illum Proteum Aegyptium sophistam prætereo) sic etiam ille Christianitatis præter clementiam, in quiduis se vertebat, ac perquam crudelis erat ipsius lenitas, & violenta persuasio: atque huiusmodi benignitate, acerbitate, crudelitatiue sue excusationem querebat, ut non sine causa vim afferre videretur, cum blandiendo, & alluciendo nihil profecisset. Idque ex eo per-

Artes Iulianus Apostata: qui bus Ecclesia, quo occultis eo nocentius impetebat. Baron. l. 4. c. 24. 361. n. 24.

Nazian. orat. Iulian.

Subdola Iuliani indoles ac mira vaftricis

spicuum, quod non multum suavisne utebatur, sed plus violentia confestim sequebatur: ac quemadmodum in venatione, aut laqueis, aut persecutionibus caperemur, atque alterutro omnino modo nos in potestatem redigeret. Hæc Gregorius de intentata sub Iuliano Christianis persecutione: quo plane sciviendi genere primo domesticos exagitatatos ab eodem fuisse affirmat, cæteros vero alliciendo, fortiter reluctantes mañtando, alios expellendo: quo in certamine Cæsarium eiusdem Gregorij germanum primas tulisse constat: alios alijs coloribus ad sciviendum quaesitis, domo exactos, cum hunc in modum, ut ipse putabat, Regiam, Gregorio attestante, expurgasset.

13 Tunc autem potissimum temporis Helpidium insignis nominis Christianum (ut Baronius asserit) quem superiore anno Constantius Imperator ob egregiam, spectatamque hominis virtutem præfectura Prætorij decorarat: hunc vero cum in his, quæ religionis sunt, constantissimum comperisset, præfectura exutum in ordinem redegit, postea vero alia occasione quaesita, ut Imperij Romani perduellem, dire necandum præcepit. Porro ipsius & sociorum martyrum, tum apud Græcos, tum apud Latinos in Ecclesiasticis monumentis hoc nobili titulo signatum est: Sexto decimo Kalendas Decembris natalis sanctorum Martyr. Helpidij, Marcelli, Eustachij, & sociorum: ex quibus Helpidius cum esset ordinis Senatorij, & coram Iuliano Apostata Christianam fidem constantissime profiteretur, primum equis indomitis cum socijs alligatus, atque protractus, dein in ignem iniectus, gloriosum martyrium consummauit.

Mar. Rom. 10.
Kal. Octob.

Quomodo
milites Christi-
anos peruer-
tere studuerit
Iulianus?

Greg. orat. 1.
in Iulian.

14 Sed qua ratione bellum Christianis militibus Imp. indixcrit, Gregorius his verbis enarrat: *Milites etiam partim per se, partim per eos, qui magistratibus fungebantur, allicit, quippe quos leuiores magisq; credulos arbitrabatur, alios bonoribus capiens, alios animi simplicitate distrabens, nimirum eos, qui nullam aliam legem, quam principis voluntatem agnoscebant. Immo si rectius loquendum est, militum partem non minimam ad se pertraxit, & quotquot ex eis egros, & labascentes inuenit, temporisque, & tum antea seruos, quos partim subegerat, partim subacturum sperabat. Non enim omnes per-*

traxit, nec tantum ille aduersus nos dedit, qui per eum persecutionem excitabat: verum plures septem hominum millibus reliqui fuerunt, qui non flexerunt genu coram Baal, nec auream imaginem adorauerunt, etc. multi scilicet, præfecturis, altissimisque dignitatibus ornati, quos mirum etiam minus fuisset, tum periculorum metu, tum bonorum specedere, & manus dare: multi etiam plebeij ordinis, & numero solo cogniti, quos cum adortus fuisset, non aliter repulsus est, quam leuis quedam machina tormentaria a firmissimo muro. Caterum eo erat animo, ut non magis augetur propter eos, qui ipsi elabebantur, quam (vixote furore percitus) ob eos qui capiebantur, presideret, voluntasque ipsa, id quod spe conceptum erat, quasi iam manu teneretur, representabat. Huc usque è Gregorio dira Iuliani persecutione diuexatam fuisse Ecclesiam satis liquet.

Greg. orat. 1.
Iulian.

15 Et quidem nobilissimos martyres sub eodem coronatos fuisse constat ex ipsis Ecclesiasticis tabulis, inter quos præcipui Romæ Ioannes & Paulus adnumerantur, qui apud Constantiam Constantini filiam primis aulae muneribusungebantur, & sub tyranno Iuliano honoribus, ac diuitijs multati, clam domi interempti sunt, quorum memoria in Martyrologio Romano hoc nobili elogio die 25. Iunij illustratur: *Rome in Monte Caelio SS. Mart. Ioannis, & Pauli fratrum, quorum primus erat Præpositus domus, secundus Primicerius Constantiæ filie Constantini Imperatoris, qui postea sub Iuliano Apostata martyrij palmam gladio cadente perceperunt. Cæteros interim martyres, qui vbique terrarum passim ab impio homine, idololatriam ab inferis excitare conante, clam pro Christi fide interempti sunt, si quis nosse eupit, apud tabulas Ecclesiasticas descriptos perlegat, si tamen nomina, eum subdola, & clandestina esset persecutoris vis, descripta pro merito fuere.*

Ioannes & Paulus
martyres.

Mar. Rom.
25. Iunij.

16 Recensendi autem sunt sub Iuliano Imperatore gloriosissimi martyres Gallicanus vir Consularis, & Flavianus iste, cuius mentio est, qui in exilium missus, ibidemq; ærumnis consecutus decedens martyrij palmam accepit, cuius merita apud Martyrolog. Romanum his verbis celebrantur: *Rome S. Flauiani ex præfeci, qui sub Iuliano Apostata pro Christo inscriptione damnatus, & ad aquas Taurinas*

Mar. Rom.
21. Dec.

in exilium missus, etc. Recensetur item Bibiana Virgo Rom. Demetria eiusdem soror, Dasrofa earundem mater, quæ tempore impij Iuliani strenue pro fide decertarunt, & Bibianæ quidem mentio his verbis recurrit: *S. Bibiana virginis, quæ sub Iuliano Imperat. sacrilego ob Christum radiu plumbatis caesa est, donec redderet spiritum, etc. Romæ S. Demetrie Virginis, quæ sub Iuliano Imperatore coronata est.* De Dasrofa sacrarum virginum parente in Breuiario Romano mentio agitur in hæc plane verba: *Mater Dasrofa, & filia primum concluse domi, vt in media conficerentur, mox relegata mater extra Urbem capta: plexa est.* Et his, vel obiter enarratis, cum paulisper a Via Claudia pedem his intenti declinauerimus, nunc tandem ad eandem viam pedem ac sermonem pariter conuertimus.

17 Ipsamet insuper Via Claudia, vt martyrum exuias, quibus illustris reddita est, recensamus, Iacobi Intercisi, præstantissimi cæteros inrer, Christi Martyris corpus depositum olim, quod e Perside, vbi sub Theodosio Imperatore strenue pro fide decertauerat, a Cyrillo quodam conspicuæ inter Romanos nobilitatis viro in Urbem delatum, ac suo in prædio iuxta corpus beati Claudij fratris sui reconditum fuisse translationis eiusdem historia his plane verbis edocet:

Iacobus Intercisus, sic dictus, quod per omnes inuicturas membrorum sectus fuerit, in Eleuza regione martyrio coronatus iubente Rege tunc Persarum Ararj, temporibus Honorij & Theodosij Romanorum Imperatorum: mirabilis in eo virtus, & constantia vsque ad extremum. Erat autem Dominus adiutor eius, pro quo militauit in vita. Et cum illis temporibus Romanorum dignitas religionis esset audita, contigit Cyrillum quendam ex nobilibus Romanis diuino cultui mancipatum, auctoritate imperiali Bilapem ciuitatem adisse, quæ est in regione Eleuzæ in Perside, prouincia; & exinde corpus Sancti Martyris repperit, Domino secundante, secum attulit; quod in proprio fundo recondidit, paucis scientibus, marmore imposito, & incisoliteris indicantibus corpus eius sepultum secus castellum Martinianum, prope lacum, qui Clodianus dicitur, iuxta sepulturam beati Claudij fratris eiusdem. Hæc in Actis. Porro Martinianum Castellum, cuius hic mentio incurrit, & Martinianus item lacus

paulo ultra Baccanas, Cassiam iuxta Viâ vel potius inter Cassiam & Claudiâ, propius tamen Cassiam pertingendo existit.

18 Recolenda vero loci eiusdem memoria Nepesino in agro adhuc viget; vbi & hac nostra ætate ipsius S. Claudij Ecclesia suspicitur. Dignissimum vero inuicti Martyris, ac multiplici martyriorum corona conspicui Iacobi corpus Bracham, Lusitanæ urbem, a Mauritio Archiepiscopo Bracharensi translatum subinde fuit: vbi hodie in Archiepiscopali ipsius vrbis Ecclesia ingenti populorum veneratione colitur. Eiusdem autem beatissimi capitis sinciput, apud Vaticanam Basilicam religioso, vt decet, inter cæteras sanctorum reliquias cultu asseruatur. Cuius sane capitis identitas satis aperte anno Domini millesimo sexcentesimo comprobata est. Cum enim sacrum idem corpus in aliud ipsi innet Ecclesiæ Archiepiscopalis sacellum solemni pompa transferretur, tunc venerandam capitis eiusdem partem, quam, Vaticana basilica obtinet, explorantibus qui spectaculo aderant vltro deesse innotuit. Et hæc interim de martyribus, quorum triumphis Flaminia, seu Clodia Via illustris redditur, lectori insinuasse voluimus.

CAP. XLI.

De Cœmeterijs à Bosio Via Flaminia inuentis ac perlustratis.

IVM lynceus sacrarum antiquitatum explorator Bosius Flaminiam Viam, Cœmeteria si quæ ibi forte laterent, inuestigaturus frequenter terit, atq; perlustrat, in villa Fratrum Emiratuum S. Augustini, quæ Via eadem sita est, dextrorium quidem Milium pontem respiciendo progrediens, nonnulla antiquissimæ Beari Valentini Ecclesiæ vestigia, per exiguas videlicet eiusdem parietinas offendit, quæ nunc ruinis omnino interceptæ subsidunt.

Bibiana, Dasrofa.

Rom. die Dec.

27 Junij.

Rom. die Octomb.

Iacobus Intercisus.

Translatio corporis S. Iacobi Intercisi.

r. translatio. Eccel. Bracham. etc. S. Petri. ad. fol. 305

Ecclesia S. Valentini.

Ecclesia S. Claudij.

Translatio alia corporis S. Iacobi Intercisi.

Ecclesia S. Valentini.

Villa olim
Bosia, nunc
Abbas de
Rosa Inlyro
Ord. Hierof.
Romæ à ne-
gorijs .

fidunt . Porro subest villa hæc monti , quem in antiquis quibusdam Tabulis villæ suæ Valentini nomine nuncupatum Bosius testatur: villa autem illa olim Bosij, nunc Abbatis Francisci & Laurentij fratrum de Rosa nobilium Parmensium in vertice eiusdem montis sita est; ad cuius radices scrobs quædã perferunt se obtulit, in quam ubi primuni ille ingressus fuisset, Cœmeterialem, quã anxius perquirebat, semitam, longitudinis palmorum XVIII. latitudinis palmorum trium cum dimidio, adinuenit. Quæ quidem semita ad locum quendam deducit, parvæ cuiusdam nimirum ædiculæ, vel certe Cubiculi formam præferentem, qui longitudinis palmorum XVI; latitudinis palmorum XV. altitudinis VIII. mensuram exhibet. Tres ibi ad Cœmeterium aditus, quorum duos omnino imperuios, atque humo ad summum usque obductos deprehendit, alterum interim ipsius e regione ostij locum hinc inde perlustranti contemplari licuit, qui tramite quidem satis facili ad quandam longitudinis palmorum LXVIII,



cum dimidio semitam deducit. Hæc autem, iter ad læuam flectendo, in alias protinus viarum semitas ac diuerticula subdividitur .

2 Porro Cœmeterium ipsum haud longo (vt experimento innotuit) intervallo circuitu protèditur, quamvis nonnullas in eodem semitas humo, ac rudibus animaduernerit obseratas; quæ fortasse ad ulteriorem loci ambitum progrediendo, ampliorem eiusdem Cœmeterij sinum indicabant. Arcuata ibi Monumenta, vel Cubicula nulla profus existunt: sepulchra tamen in topographæ cæterorum instar excisa, sed inscriptionum titulis, atque ornamentis omnibus destituta conspiciantur. In Cubiculo tamen, vel prima potius ædiculæ, sacras nonnullas extare adhuc imagines, quamvis magnam ex parte exoletas, cuncta singillatim loca perferunt, didicit, quæ, postquam ipsiusmet ædiculæ orthographiam oculis subiecimus, duabus descriptis infra Tabulis lectori exhibentur .

Descriptio
Cœmeterij
Via Flamin

- A** Imago Virginis Deiparæ vnâ cum alijs, quæ proxima inferiori Tabula exhibentur.
- B** Imago Christi Saluatoris Cruci quatuor clavis affixi, quæ Tabula secunda contemplanda subiicitur.
- C** S. Laurentij effigies, quam eadem Tabula secunda conspiciendam offert.
- D** Aliorum Martyrum imagines, quæ cognosci nullatenus possunt, cum nil præter diademata illic reliquum permanferit.
- E** Semita, quæ in ima Cœmeterij penetrat.
- F G** Aliæ semitæ, quæ Cœmeterium quoque subibant, sed nunc humo, rudibusque obstructæ sunt.
- H** Ostium, per quod aditus ad Cœmeterium, & dictum Cubiculum patet.
- I** Imago cuiusdam martyris, cuius nomen capiti adscriptum, erat, sed modo, litteris præ multa vetustate exolescentibus, haud legi potest.






Tabula prima Cubiculi vnici Cœmeterij
S. Iulij Papæ Via Flaminia.

- I. Sacra hic Deiparæ Virginis, infantem Iesum vlnis exceptum, ac sinu gestantis imago exhibetur. Quæ quidem venerationem intuentibus ingerens paruë cuidam apfidi insculpta hæret, iuxta quam dextero in latere, characteribus vno super altero exaratis, hæc verba leguntur: **SANCTA DEI GENITRIX.** Sub ipsamet hæctenus descripta imagine sepulchrum quoddam excipiendo infantis corpusculo aptatum cernitur.
- II. A dextero subinde præmemoratae Virginis imaginis latere mulieres binæ circulari item diademate caput circumdatae, sese inuicem amicos inter amplexus deosculantes coloribus adumbrantur, quæ proculdubio, vt pia imaginum earundem interpretatio præfert, recolendum Visitationis Deiparæ Virginis, cum in montanas regiones festina abiens Elisabeth salutauit, mysterium exhibent.
- III. A sinistro autem picturæ huius latere martyris cuiusdam feruentis olei dolio iniecti imago contemplanda proponitur, cui duo hinc inde viri, qui eum manu suffulciendo, vel certe carnificum more excruciendo adstant; vnus nimirum sede locatus, iuxta quem, characteribus vt supra dispositis, hæc notæ leguntur: **SALOMEV.** alter vero stantis formam præfert.
- IV. Infantis fascijs obuoluti ac diademate redimiti, & in capsula, vel potius cuna reclinati figura exprimitur: cuius forte imaginis typo Deus infans in cunis reclinatus representatur.





TABVLA PRIMA CVBICVLI VNICI COEMETERII S IVLII PAPA
SEV S VALENTINI VIA FLAMINIA

Tabula secunda Cubiculi vnici Cœmeterij
S. Iulij Papæ Via Flaminia.


- I. Veneranda hic, Christi Seruatoris nostri è Cruce pendentis, & clavis quatuor transfixi, picta imago contemplanda subijcitur; cui sanctissima hinc Virgo Parens extensis manibus adstat; inde vero B. Ioannes Apostolus, vna quidem manu librum præferens, altera suffixum stipiti Redemptorem intuentibus indicans.
- II. Deuotissima item beati Laurentij martyris librum, ac gemmatam manu crucem gestantis imago proponitur.
- III. Alia quoque suspicitur figura, quæ libro, quem sinistra tenet, coronam superimponit, eandemque ipsamet dextera festiue contrectat. Hac vero, si nostram antiquæ picturæ monumentis dilucidationem inferere fas est, beati martyris Vincentij imaginem exhiberi putamus.



TABVLA SECVNDa CVBICVLI VNICI COEMETERII S. IVLII PAPA. SEV S. VALENTINI VIA FLAMINIA


IESVS REX IVDE-
ORVM

L
V
N
A





SCS


LAVRE TI



lib iiij fog. 355.







3 Vbi singula isthæc maximo animi oblectamento, ac deuotæ antiquitatis studio inter perferendum Bosius affecutus est, haud inquirendi, qua iugiter tenebatur, cupiditati satis se fecisse ratus, collem, qui eidem imminet loco, ascendens, cum huc & illuc citato gradu anxius excurreret; en tibi alterum ad idem Cœmeterium, vel ad superiorem potius eiusdem Cœmeterij partem aditum reperit. Huc igitur cum nulla interposita mora ingressus fuisset, complures ibi, atque ampliores viarum semitas deprehendit: haud quid tamen in eis memoratu dignum, quod summo opere exoptauerat, contemplari valuit, hoc vno duntaxat excepto, quod quibusdam in monumentis sacrosanctum ibi Christi nomen Græcis vsitato more characteribus insculptum, eiusmodi ✠ ac cætera Christianæ religionis in cæteris Cœmeterialibus cauernis consuevit, extabant. Et hæc interim de Flaminia Via, ac de Cœmeterijs ibidem existentibus lectori paucis admodum verbis exposuisse satis sit.

Sacrosanctum
Christi nomē
in Cœmete-
rijs frequen-
tissimum.

CAP. XLII.

De Cryptis & Cœmeterijs
intra Urbem, nec non
de peculiaribus locis ac
domibus, in quibus
Martyres olim conditi
fuere.



I XACTAM Cœmeterio-
rum, quæ extra Urbis
mœnia sita sunt, de-
scriptionem, singula
diligenter loca per-
currendo, tandem, vt
vides amice lector, absoluimus; nunc
reliquum est, vt ea, quæ ipsam intra
Urbem adnumerantur, breui orationis
stylo perscringamus. Quamuis autem
lege duodecim Tabularum, defunctorum
corpora intra Urbis ambitum,
vt iam diximus, inferre olim vetitum
fuerit, sæpe tamen candidi Christia-

Lex duode-
cim Tabula-
rum.

næ fidei cultores, cum acutæ ethni-
corum persecutiones acrius impete-
rent, nec vsquam tuto consistere loco
possent, sacra beatorum Martyrum
cadauera proprijs etiam ædibus officiose
excepta, & quouis e carnificum manibus
pretio redempta, apud se clanculum
honorifico sepulturæ ministerio dona-
bant. Quod iure quidem optimo olim
eisdem præstandi facultas suppetebat;
quippe qui cum sponte libenterque se
Christi iugo addixissent, profanis huius-
cemodi soluti legibus, impietati ac
superstitionis gentilitiæ ritibus nuntium
remiserant. Et certe haud temere ex
ipso Romanarum legum præscripto ten-
tare id viros aliqui sanctissimos ausos
fuisse quispiam validis argumentorum
rationibus suffultus edixerit. Ex eis-
dem enim Tabulis, Heroibus, ac viris
illustribus, qui domi, forsque præcipua
virtutum, ac meritum gloria percre-
buisent, ac ijs potissimum, qui post di-
utinos certaminum labores, subactis rei-
publicæ hostibus, victoriæ laurea potiti
triumphum in Vrbe promeruisent, se-
pulchri locum ipsa intra Urbis mœnia
obtinendi facultas nullatenus denega-
batur. Quocirca ipsismet Romanorum
legibus inhærendo, haud rite Christi
Martyribus sepulchralis istius intra
Urbem honoris prærogatiua subtrahi
posse videbatur, quippe qui strenue pro
Christo ad sanguinis vsque profusionem
decertantes, ac nobili reuecto de Chri-
stianæ fidei hostibus triumpho, inter au-
gustissimos cælestis Capitolij ciues, ac su-
spiciendos iugiter Heroes adscribi, ac
recenseri promeruerant.

2 Horum igitur plerosque Patri-
cio in vico ad Viminalis & Quirinalis
collium radices, ad locum, in quo præ-
clarissimi viri Pudentis Senatoris Puden-
tianæ ac Praxedis virginum, nec non san-
ctorum Timothei & Nouati parentis do-
mus sita erat, ex antiquis historiarum mo-
nimentis conditos fuisse accepimus, illic
videlicet, vbi Timothianæ & Nouatianæ
olim Thernæ, desumpto ab eisdem titulo,
suspiciebantur: quæ quidem in Eccle-
siæ postmodum vsu, & martyrum sepul-
turam dicatæ fuere, vt in eiusdem Beatæ
Pudentianæ Aëdis videre est, de quibus
prolixius nos infra. Nepotiana itidem
Crypta Patricio eodem vico antiquitus
exti-

Cœmeteria
in priuatis
quæ pluribus
ædibus.

Heroes viri
illustres intra
Urbem mœnia
sepeliri cœli-
consecrum.

Viri Heroes
sunt martyres

Vicus Patricio-
rius.

Domus S. F.
dentis.

Crypta Ne-
potiana.

extitit, in qua Christi fideles, vt in Cœmeterijs consueuerant, sacros de more cœtus ac synaxes peragerent, quod in plerisque Beatorum Martyrum Actis legitur. Hanc autem in priuato hoc Cœmeterio sitam fuisse haud leuis quidem ad id asserendum coniecturæ argumento ducimur, quin & eandem *Nepotianam* sorte pro *Nouatiana* dictam fuisse haud quis temere ipsius vocabuli vim expendendo arbitrari valet. Eo enim loco, vt iam supra diximus, celeberrimæ Nouati Therme extabant, quæ inferendis postmodum defunctorum corporibus vsui concinnatæ fuere. Beatissimum enim Pontificem Stephanum in hoc Pudentis Titulo, vbi fons Baptismalis constitutus fuerat, accedentibus ad Christi fidem sacrum baptismum impertisse, eiusdem ex Actis in hæc verba legitur: *Tunc itaque B. Stephanus, vt altera die in crypta Nepotiana omnes congregantur, & facto conuenticulo in eadem crypta, inuenti sunt promiscui sexus viri & mulieres numero centum octo, quos eadem die in nomine Domini nostri Iesu Christi sacri baptismatis mysterijs consecrauit, &c.* Ex quibus plane, vt vides studiose lector, *Nepotiana* pro *Nouatiana* in sacris interdum actibus vsurpatur.

3 Cæterum *Nepotianam* hanc cryptam eodem Patricio vico sitam fuisse ex Beati Laurentij Actis manifeste liquet, in quibus isthæc ad rem nostram recitantur: *Exiens inde (ex domo scilicet cuiusdam Narcissi, vbi erant Christiani collecti) audiuit, quod in vico Patricij multi Christiani congregati essent in crypta Nepotiana; & veniens ibi B. Laurentius, detulit secum ea, quæ necessaria erant Sanctis; & inuenit animas sexaginta tres promiscui sexus: & introiit cum lacrymis ad eos, dans pacem omnibus, & inuenit ibi presbyterum nomine Iustinum, qui fuerat ordinatus a B. Xysto, & misit se ad pedes eius, & cæperunt ambo se in pavimento volutare, vt inuicem sibi pedes oscularentur. Dixit autem B. Laurentius ad B. Iustinum: Comple votum meum, vt lauentur pedes sanctorum, & vestri per manus meas. Iustinus presbyter dixit: Hoc praeceptum Dominicum est; fiat voluntas Domini nostri Iesu Christi; & posita pelui, misit in ea aquam, & lauit omnium virorum pedes: veniens autem ad beatum Iustinum, cepit primo osculari pedes eius, &*

lauare, & vbi lauit omnium pedes, commendauit se B. Iustino, &c. Et hæc quidem sunt, quæ interim ad institutum propositum coniectari nobis, haud tamen pro certo asserere libuit: ex quibus pariter vel id vnum lectori didicisse satis sit, memoratam videlicet cryptam in Patricio vico sitam fuisse: quæ quidem etsi vrbani huius Cœmeterij haud pars vlla computetur; quocunque tamen loco illa substituerit, celeberrimam vtrique fuisse, & Christianos illuc ad synaxes frequenter conuenisse, sanctorumque item Martyrum corporibus hanc apprime insignitam fuisse, haud dissonum atque a veritate alienum est affirmare.

4 Verum in hac eadem Vrbs regione, haud longe a præmemorato, Cœmeterium aliud extitit, quod ad *Vrsum Pileatum* nuncupabatur; diuersum tamen omnino ab eo, quod supra, si bene quis meminit, Portuensem iuxta Viam recentissimus. Idud autem, vt nobis credere par est, huiuscemodi denominationem accepit vel a vico, vbi situm est, quia *Sext. Ruso vsi Pileati* dicitur, vel certe a marmore aliqua vrsi imagine, quæ ibidem olim consisteret. Idem autem Cœmeterium inter cætera Vrbs a Cencio Camerario, & Petro Manlio his quidem verbis adnumeratur: *Cœmeterium ad Vrsum Pileatum ad sanctam Bibianam.*

5 Initium autem sub impio Iuliano Apostata in ipsamet Fabiani, seu Flauiani Martyris præclarissimi dono accepit; de quo isthæc in recolendæ *Bibianæ Actis* recitantur: *Erat enim homo timoratus, opera pietatis libenter exercens. Nam & more sancti Tobie, Christianorum corpora, quos Apostata occidisse erat, cum omni diligentia colligebat, & sepulture tradere procurabat. Singulari hoc igitur Christianæ pietatis studio erga Christi Martyres integerrimus vir iugiter accensus, ne Sancta darentur canibus, & ne margaritæ diu inhumatæ ante porcos proijcerentur, Cœmeterium intra domesticos lares extruendum curauit; quod item *Bibianæ* virgini eiusdem filix ad condenda beatorum Martyrum, qui passim iugulabantur, corpora postmodum inferuuit. Quapropter ipsæ in Actis postenarratum *Dafrosæ* martyrium hæc perleguntur: *Cuius corpus, Dafrose scilicet, Bibiana & Demetria sepeluerunt in domo**

Cœmeterium ad Vrsam Pileatum.

Vic. Vrsi Pileati.

Cenc. Camer. Petr. Manl.

Donus S. Flauiani.

A. S. Bib. Co. d. V. ar. 7. S. Petr. E. S. Cecil. S. Mar. ad Mar.

Cœmeteriū intra domum S. Flauiani.

S. Bibiana.

S. Dafrosæ. Ibid.

Actis Patricij.

Stephanus in crypta Nepotiana.

B. Stephanus.

S. Laurentius in Actis.

domo propria, in sarcophago pretioso. Et infra: Porro Bibiana, adhibito sibi quorundam solatio, sepeliuit corpus sororis suae Demetriae iuxta matrem suam in domo paterna. Vbi demum & ipsa met præclaram virginem Bibianam nobili martyrio coronatam officiosa Ioannis presbyteri manu conditam fuisse, eadem Acta hunc in modum enarrant: Cuius corpus iacuit in foro Tauri duobus diebus, iubente Iuliano tyranno, ut terrorem incuteret Christianis. Veniens autem Ioannes presbyter noctu collegit corpus, & sepeliuit cum matre, & sorore in domo propria, in loco qui vocatur Caput Tauri, iuxta formam Claudij, & palatium Licinij cognati piissimi Constantini, IV. Nonas Decembris.

6 Porro in Cœmeterium, seu conditorium istud, vbi veneranda eorumdem beatorum Martyrum pignora perhonorifice, ut dictum est, tumulata conque scebant, Christiani quoque frequenter religionis gratia ad sacras synaxes conuenire cœperunt, & præsertim Pigmenius, & Ioannes presbyteri, ut iisdem in Actis his quidem verbis subditur: Vbi cum frequenter Ioannes, & Pigmenius presbyteri venirent, nuntiatum est Iuliano Augusto, &c. Postmodum autem, sublato e viuus diuini impulsu numinis impio homine, ac teterrimo Apostata Iuliano, eodem loco ab Olympina Romana primariæ nobilitatis matrona Ecclesia erecta est, quæ ex eius nomine Olympina appellari meruit: cuius quidem eiusdem in Actis mentio his plane verbis incurrit: Post mortem vero Iuliani piissimi, erat quedam mulier, nomine Olympina, de genere Fabiani, & requisit ibidem corpora sanctarum Dafrosæ, Demetriae, & Bibianæ, & ibi construxit basilicam, quæ dicitur Olympina. Et omnibus diebus vite suæ in domo sancti Fabiani vsque ad tempora sanctissimi Siricij Papæ, iuxta corpora sanctarum virginum, Deo gratias reddere non cessauit: ibique ieiunijs & orationibus diu noctuque cum hymnis & canticis spiritalibus Deum laudare studebat. Hæc ibi.

7 Ex recensitis vero supra Actis locum probe nouimus, in quo paterna quondam præclarissimæ virginis Bibianæ domus exstitit, & vbi Olympinam pariter Ecclesiam erigi, atque exædificari contigit, eo nimirum loco, in quo sacra nunc eiusdem sanctæ Bibianæ ædes

suspicitur, quæ in quinta regione Exquilina sita est, vulgo ad Tauri caput nuncupata, vbi a Sexto Rufo Vrsi Pileati vicus recensetur, iuxta Aquæductus, vel Aquæ Claudiæ formam, & haud longe a vestigijs, atque ipsiusmet Liciniani palatij parietinis, ut eisdem ex Actis satis aperte legentibus innotescit. Porro Ecclesiam hanc præ nimia iam vetustate collabentem, ac vndique ruinis obrutam, ne clarissimæ virginis, ac mart. Bibianæ, ac Olympinæ pariter matronæ memoria intercederet, iterum instaurandam, ac in meliorem formam Urbanus VIII. redigendam curauit, quod recurrente anno Iubilei 1625. egregie præstitit, hoc ad perpetuam ibi memoriam insculpto titulo.

ÆDEM HANC
AB OLYMPINA MATRONA SANCTISSIMA
IN HONOREM
SS. BIBIANÆ, DEMETRIÆ, ET DAFROSÆ
PRIMUM EXCITATAM
A S. SIMPLICIO PAPA
DEINDE RESTITUTAM
AB HONORIO III. CONSECRATAM
VRBANVS VIII. P. O. M.
INSTAVRAVIT ET ORNAVIT
ANNO IVBILEI MDCXXV.
PONTIF. II.

Neque hic interim silentio a nobis obuoluendum est, Ecclesiam prædictam a fundamentis propemodum restitutam, ac multiplici ornamentorum, ac piutarum genere excultam, sacrorum quoque corporum earumdem Virginum ac martyrum thesauris cumulatam fuisse, quæ cum ad Ecclesiam S. Mariæ Maioris deposita interim fuissent, dum Ecclesiæ exædificandæ opera impenditur, iterum in suum pristinum locum solemnè pompa illata fuere, & nobilissima vrna ex onychino lapide elaborata pretiosum Bibianæ virg. ac mart. corpus & sociarum pariter reconditum est, ut inscriptio hæc legentes docet:

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
CORPORA SS. BIBIANÆ, DEMETRIÆ,
ET DAFROSÆ
IN HAC OLYMPINA BASILICA
REPERTA, ET DVM ELEGANTIORI
CVLTV ILLVSTRATVR,
IN LIBERIANAM TRANSVECTA
INDEQVE AD PRISTINAM
SEDEM RELATA.
LABRO ONYCHINO,
ÆNEISQVE LOCVLIS INCLVSA
PIETATI VRBIS EXPOSVIT.

AN-

SS. Iohannes & Pigmenius.

A. S. S. Bib.

S. Olympina matrona.

Ecclesia Olympina.

Domus S. Bibianæ.

Caput Tauri
Formæ aquæ
Claudiæ.

Palatium Licinij.

Titulus Ecclesie S. Bibianæ.

Inscriptio vrnae in qua corpus S. Bibianæ.

Lib. IV. Cap. XLII. 359

ANNO A PARTV VIRGINIS MDCXXVI.
PONT. IV. III. ID. NOVEMB.

Vt autem veneranda pignora tutius ser-
uarentur, intra eandem vnam singulis
thecis inclusa his notis idem Pontifex
cumulavit :

VRBANVS PAPA VIII.
CORPORA SS. BIBIANÆ, DEMETRIÆ,
ET DAFROSÆ
HIC INVENTA HONORIFICENTIVS
COLLOCAVIT
ANNO DOMINI MDCXXVI.
PONTIF. IV. II. NOVEMBRIS.

Porro nobilissimus Sarcophagus sub ara
maiori huius Olympinæ Basilicæ re-
conditus, & statua eiusdem D. Bibianæ
ab Urbano VIII. erecta, & Equitis Io.
Laurentij Bernini Sculptoris exinij ma-
nu miro artis studio elaborata suspi-
citur.

8 Quoniam vero alterius Rom. virgi-
nis, nobili pariter martyrio conspicuæ,
Martinæ videlicet, corpus sub eodem Vr-
bano Pontifice in Vrbe adinueniri con-
tigit, quâ sacris idem Pontifex hymnis,
& singulari Vrbs Roma obsequio ex-
coluit, inuitant nos lectissimæ Virginis,
quæ Dei nutu hoc seculo innotuit, merita,
vt recolendam preciosi huius thesauri,
cuius alibi meminimus, inuentionem hoc
secundo Subterraneæ Romæ volumine
de industria inseretes, quam perstrictim
attigimus, prolixius enarremus. Vt
igitur hic lectori vel obiter innotescat,
qua ratione sacrum B. Martinæ corpus
longa post secula rediuuium in lucem
venit, illud nobis præmittendum est, Ec-
clesiam videlicet eidem præclarissimæ
virgini ac Martyri dicatam, ad Capito-
lini cliui radices in Vrbe celebrem ex-
istere, quæ Romano in foro, sub octaua
regione recensebatur, eodem prorsus
loco, vbi olim Martis Templum ab
Octauiano Augusto erectum fuerat, vt
perantiquus eidem Ecclesiæ inscriptus
titulus, qui legebatur, lapidi insculptus
comprobat; ibi enim bina hæc carmina
extabant :

*Martyrij gestans virgo Martina coronam,
Eieclo hinc Martis numine Templa
tenet.*

Et congrue quidem Martinæ martyri
inuitæ Mars impius deuietus loco cessit,
vt pote quæ tot aucta triumphis, tot
palmis nobilitata, quot pœnis, quot

tormentis ante martyrium pro Christo
excruciata est. Vicit enim haud semel
Martina, quæ toties coronam promeruit,
quoties inter gladios, ignes, feras, & in-
ter quæuis tormentorum genera inuicta
iugiter animo perstitit. Quod autem
sacra Virginis pignora in hac Ecclesia
reseruarentur, haud vlli ad hæc vsque
tempora, etsi sama vigeret, satis inno-
tuerat. Quippe post martyrium, iuxta
Romanorum consuetudinem extra Vr-
bem ex legum præscripto, eiusdem cor-
pus tumulatum fuerat: lege enim XI I.
Tabularum intra Urbis ambitum cada-
uera inferri vetitum omnino erat, vt
nos supra diximus, & ipse Cicero in lib.
de legibus luculenter edidit. Illud
autem ex eiusdem actibus conpertum
fit, eius nimirum corpus primo quidem
in agro Ostiensem apud Viam illatum
fuisse, & a Christianis subinde iterum
illud transferri contigit, in quodam
horto tanquam nobilissimum thesaurum,
quem qui inuenit, abscondit (vt sacre testan-
tur paginæ) piorum hominum manu di-
ligenter absconditum fuisse: nam pri-
mum Anthero Romano Pontifici diuini-
tus patefactum est, vbi recolendæ virgi-
nis corpus delitesceret, & quo potissi-
mum loco reponendum esset: quod &
sanctus Pontifex egregie præstitit, illud
perhonorifice redempti orbis anno 238.
intra Urbem tumulando. Vt nobis autem
verisimile sit, hic, vbi postea adinuentum
est, contigit. In eiusdem quippe actis as-
feritur, reperta tunc simul SS. Concordij,
& Epiphaniij corpora, & vnâ cum sacris
Virginis exuuijs honorifice in Urbem
delata, in horto iuxta Triumphalem Ar-
cum deposita fuisse. Coniecturæ autem,
quæ sacrorum pignorum inuentioni ad-
stipulantur, locum hunc digito præ-
monstrare videntur; Ecclesia quippe
iuxta triumphalem Septimij Seueri Ar-
cum sita est, & venerandæ Martyrum
exuuiæ, quæ olim simul tumulatae fue-
rant, vnâ simul in lucem prodire.

9 Vt recolendæ igitur adinventionis
series lectori innotescat, sub anno Salutis
Dominicæ 1634. cum eiusdem diuæ
Martinæ Ecclesia præ nimia iam vetusta-
te ruinis pateret, pictoresque, ad quos
eadem Ecclesia sub D. Lucæ, ac Martine
titulo pertinebat, eidem instaurandæ
manum admouere vellent, expensarum

Eius sepul-
cræ locus diu
omnes latuit.

Cic. lib. 2. de
leg.

Vbinam pri-
mum sepulta
fuerit?

Anthero Pon-
tifici diuinitus
sepulchrum
eius innotes-
cit.

Corpus eius
in Urbem tu-
mulandum
defertur.

Laurentio cor-
poris eius.

Petrus Bertinus Cortonenfis insigni pietate vir illud inuenire meruit.

tamen magnitudine absterriti, a proposito detinebantur. Sed Petrus Bertinus Cortonenfis primarius inter huius nostri seculi pictores, cuius opera in ipsa Vrbe totius Orbis theatro, luce clariora sunt, quippe qui pennicillo æternitati pingit: hic cum deuotionis studio locum Confessionis B. Martinæ, quem eius pietatis excolendum, exornandumque; Pictorum in Vrbe collegium tradiderat, proprijs instaurate sumptibus cœpisset, dum rem studiose profequitur, sacri inueniendi corporis desiderio illectus, en tibi cæmentariorum manu peruetustum altare, quod in eiusdem Confessionis loco extabat, ferro perferutatus, locum vacuum comperiens, de sacro ibidem latente thesaurō ingentem animo spem concepit, & iuxta id, quod mente præconceperat, 25. mensis Octobris 1634. die recurrente, voti tandem feliciter compos efficitur. Quippe cum locum aperuissent, eodem sub altari lateritia quadam arca longitudinis palm. 6. cum dimidio, latitudinis 2. altitudinis vero 1. cum dimidio patuit, quæ lateritijs tribus perantiquis tegulis operiebatur, & validis hinc inde parietibus communita, terra insuper, ac lapidibus interiectis, haud vllum latentis ibidem thesauri indicium, vel leue intuentibus præferbat. Sub altari igitur, quod ad Orientem spectabat, è transuerso quidem latere arca eadem sita, haud sine magno laboris incommodo cæmentariorum inde manu extrahi potuit. Et en tibi in superiori arcæ eiusdem parte venerandum Martinæ virginis caput, tot coronis, quot pœnis, nobilitatum in vase quodam æneo præ nimia rubigine ac vetustate satis consumpto reconditum, oculis intuentium obijcitur. Patentibus autem signis idem sanctæ virginis caput comprobatum est. Aderant præterea illic iuxta sacrum caput nonnullæ carnis, ac cerebri particulæ in puluerem iam redactæ: vas vnà cum venerando capite supra eiusdem leuissimæ virginis ossa, intra tumulum repositum, hæc tenerimæ cuiusdam virginis ossa præmonstrabat, & totum quidem corpus ibidem haud vlla ex parte diminutum, extare, vel ipso aspectu intelligi dabatur.

Locus, vbi corpus S. Martinæ reperit.

10 Verum venerabilia inter ossa

plumbeam item laminam adinueniri cōtigit, characteribus quibusdam, vetustate penitus oblitteratis, prænotatam, qui perlegi vix possent. Porro hæc virginis ossa a duorum martyrum sociorum Concordij, & Epiphaniij, & alterius item socij innominati ossibus lateritia interiecta lamina, & fragmento quodam lapideo his verbis inscripto secernebantur.

* A RE RESCVT CŌ
PA SCOR MAR MARTINE
V CŌCŌDI 2 EPIPHANI
CŪ SOCIO EORV *

Lamina plumbea in tumulo B. Martinæ reperita.

Et inscriptio lapidi inferre.

Præmemorati insuper intra loci ambitum, qui duobus parietibus concludebatur, quamplura coaceruata simul ossa extabant, trium videlicet martyrum, ibidem vnà cum virgine reconditorum, quæ illuc Ostiensis via, vt manuscripti Vat. Bibliotheca Codices exhibent, simul translata fuerant.

11 Sub lateritia autem arca, quam hæcenus memorauimus, duo item peruerusti parietes contemplantium oculis apparere, inter quos altera persimilis arca locari, aptarique commode potuisset. Quamplura hic item ossium fragmenta in minutissimas particulas, ne dicam in puluerem, præ temporis diuturnitate redacta conspiciere licuit. Hæc vero marmoreas supra laminas absque villo peculiari conditorio, immo nullo prorsus inscriptionis appposito titulo consistebant.

12 Vt singula autem de adinuento S. Martinæ corpore profequamur, sex postmodum interlapsis diebus lapideæ altaris tabula loco sublata, sepulchrum, quod ad sacra mysteria peragenda de more aptari consuevit, reseratum est, quod palmis duobus qualibet ex parte protendebatur, marmoreisque crustis affabre interior eiusdem sinus obtegebatur. Hic tanquam nobiliori loco icposita, vasa duo vitrea, lampadum instar, quæ palmi vnus latitudinem haud excederent, hac inscriptione prænotata visa sunt.

Complurimæ eodem loco iuxta S. Martinæ corpus adinuenta sunt.

Reserato pulchro vitrea vase titulo not apparere

COR-

* CORPVS S. MARTI
NE VC 7 M 7
COPORA S. COCDBIT
PIPHANII M

gloriosa semper Evangelium Christi gerebat in pectore. Pari quoque ratione Martinam recolenda Dominicæ Crucis imagine ornamenta sibi, ac munimenta pariter conciliatim credere nobis par est. Porro Crucem hanc Urbanus Papa Octavius dum viveret, perenne augustissimæ virginis monumentum apud se priuatim habere ac custodire voluit.

Let. Breu. R.
die 22 Nou.

13 Quod autem mirum dictum, & hic silentio obuoluendum neutiquam est, in vno ex præmemoratis vasibus quædam ossium fragmenta, medullari adhuc imbuta pinguedine, contemplari licuit; quædam insuper pinguedinis ipsius particulæ, quæ consuetum adhuc candorem præferrebant, & in ipsius vasis imo carnis pars, rubei præcordiorum instar coloris, ac tactu mollitiem exhibens, adiuuenta est. In altero autem vase, quod eadem magnitudine constabat, pes quidam dexter, suis adhuc compactus articulis, asseruabatur, ex quibus aliqui simul iuncti, disuncti alij cernebantur.

14 Præter vasa, quæ hæctenus a nobis memorata sunt, in interiori sepulchri ipsius ara ossa quædam perexigua, velaminum item fragmenta iam in pulcrem conflata, putridorum item fragmenta lignorum, & perexigua quoque Ciux lignea assabre elaborata, quæ superiori e parte foramen exhibebat, contemplantium oculis oblata est. Hæc porro haud vlla temporum iniuria labefacta, cum ligna plerumque compūtescant, integra adhuc persistebat. Verum enim vero ut nobis ex ipso foramine conijcere fas est, hæc e collo suspensa, nobilis instar monili ac thesauri, a lectissima virgine Martina, ornamentum pariter, ac munimentum Christiano, ac virgineo pectore dignum deferri consueuerat, & e sacro eiusdem contactu eiusdemodi vim hausisse, ut diuturna post secula illa, omnino persistenter. Antiquissimus quippe primæuos apud Christianos sacrosancta Christi Evangelia e collo suspensa deferendi mos extitit: cuius quidem rei cum multi quidem antiqui, probatique scriptores meminerint, ipsamet B. Cæciliæ virginis, quæ eodem, quo Martina, seculo vixit, Acta palam testantur: hæc enim sacrum Evangeliorum codicem e collo suspensum secum iugiter deferre, eodemque pectus communire, consuevit, ut in sacris Romani Breuiarij lectionibus hisce verbis videre est: *Virgo*

15 Cum sacra igitur reliquæ e tenebris, in quibus haud vlli cognitæ delitescabant, piorum manu vindicatæ in lucem venissent, ut nouo Urbem spectaculo recrearent, eidemque opportunum a Romana virgine præsidium suppeteret, supra maiorem Ecclesiæ aram contemplandæ omnibus exhibiræ sunt, solemniter interim pompa eiusdem Ecclesiæ paritibus Francisci Card. Barberini iussu eleganter exornatis. Verum cum totius Urbis venerationi sacra pignora exposita fuissent, ad hæc veneranda die 9. mensis Nouembris idem Urbanus summus Pontifex Purpuratis quam plurimis Parribus, ac Præsulibus comitatus supplex accessit, Virgineque, dum bellorum potissimum procellæ Italiæ ingruerent, nouo tam Urbis beneficio, quam Ecclesiæ munimento in lucem quodammodo rediitiam conceptis, ut par erat, votis enixius exorauit. Quo præstito tota subinde Urbis, Põtificis permota exemplo, ac recolendæ virginis, quæ Romam patriam habuerat, amore illecta confluit; vbere interim indulgentiarum thesauros Pontifice ex apostolicæ liberalitatis præptuario illuc confluentibus elargiente. Loco demum in meliorem formam redactõ, ac decentius exornato, in eadem subterranea Cõfessione, quæ a Petro Berrettino Cortonensi pic admodum, ac eleganter exculpta, ac versicoloratis marmoribus exornata est, altari in medio eiusdem loci ambitu decenter extructo, sacra pignora torius Urbis lætitia reposita fuerunt, hoc addito titulo marmori insculpto:

Dies quo primum S. Martine reliquæ expositæ sine mro populi concursu celebratæ.

Quem præstita sua Urbanus VIII. feliciorum reddidit.

Locus in qua eadem sacra pignora reposita sunt.

CORPORA SS. MARTINÆ V. & M.
CONCORDIÆ, EPIPHANII,
SOCIQVE EORVM.
VRBANO VIII. PONT. MAX.
REPERTA,
FRANCISCVS CARDINALIS BARBERINVS
REPOSVIT
ANNO MDCXXXV.

Ecclesia interim, quæ in superiori parte extat, marmoribus assabre compactis Urbani VIII. P. M. iussu sub Eminentiss. Fran-

cisci Card. Barberini S. R. E. Vicec. auspicijs magnificentissimo quidē opere erigi cœpit, quæ perpetuū tantę Virginis triumphis excolte apud Romanos iuxta Capitolinū collem Orbis & vrbane pietatis, ac munificentię monumentum futura est. Anterior vero ipsius Templi facies notis hisce velut nobili titulo insculpta est.

S. VIRGINI ET MARTYRI MARTINÆ
VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Vetustissimam autem esse hanc B. Martinę Ecclesiam ex Anastasio Bibliothecario in S. Adriani Papæ gestis conuincitur, dum tres argenteos circulos ad luminaria sustinenda ab eodem donatos, & a S. Leone Papa III. sacras item eiusdem ministerio vestes cōcinnatas fuisse describit, quod & Pontificia sedes lapidea in subterraneo confessionis loco existens confirmare videtur, in qua Romani olim Pontifices sedere consueverant, & festiuo præsertim Purificationis Deiparę Virginis die ibi (vt Cencius Camerarius affirmat) Summus Pontifex sacros Romano Populo cereos in eiusdem Virginis honorem distribuere

Anast. Bibli
aut. Adrian. et
S. Leon. Pap. 3.

Conc. Camer.
lib. centum
Rom. Eccles.
apud Vat. Bib.

solitus erat. Quoniam vero opportuna huius Ecclesię mentio incidit, velex eo antiquus eiusdem cultus palam sit, quod haud semel a Romanis Pontif. instaurata, ac præcipuis honoribus excolta fuerit: vt enim adiuuentus, qui ibidem extat, lapis legentes admonet, quadringentis abhinc annis eum iam ruinis pateret sacra Martinę ædes, in nouam plane formam ab Alexandro IV. Summo Pontifice restituta, pia eiusdem manu, consuetisq; Ecclesię ritibus in Dei, & B. Martinę honorem consecrata, venerandisq; insuper Beatorum Martyrum, vt mos est, reliquijs cumulata est, nec non ad loci cultum magis augendum, sacris indulgentiarum ex Romanę Ecclesię promptuario thesauris ditata fuit. Porro ne tantę rei vllō vnquam tēpore mēoria interciderat, Petrus Berretinus, Martinę Virginis, eiusdemque honoris cultui addictissimus præmemorati lapidis notas, velut loci venerationē dignissimi testatissimos indices, hic tibi delineandas voluit:

ANNO· DO· M· CC· LVI· DÑS ALÉR PP·
IIII· PPS MAIB· CŪ DVOB· EPIS CARDINA
LIB· S· TVSCVĒ· ꝛ PENEST AD HONORE
DEI ꝛ BEATE MARTINE VGIS ꝛ MAR
CONECŪ ECC ISTA· DÑS IDĒ GECIĀ·
VNI' ANI ꝛ DVARŪ Q̄RANTANE· IN
ALTARI VERO RECONDITE S· RELI
QE· BTORŪ MARŪ· CŌCORDII· ET
BYPRANII· PAPIE· MAVRI· NEREY·
ꝛ ARCHILEY· MARI· ꝛ MATHE· VR
BANI PP ꝛ DE ZAGVITTA SATI
MACHARII· CONSECRATŌ AVT
HEC FCA FVIT I MEDIA XL QN
EST STATŌ AD SCVM COSMA
TVM IN SILICE· IN TPE AR
CHIPSBITERO ADREA FVIT HEC
ECC COSECRATA



Et ne quid interim studiosum lectorem lateat, rediuinam, ut diximus, vna cum virginis corpore, eiusdem item memoriam idem Pontifex femiduplici officio posthac quotannis recolendam decreuit die 30. mensis Ianuarij, cuius sacras lectiones a nobis primum ex antiquis actibus collectas ipsemet Vrbanus recognoscere, quædam addere, nonnulla immutare, & factos insuper in eius honorem hymnos pangere dignatus est. Cuius item historiam Marfilius Honoratus nostræ Congregationis presbyter fatis erudite breuilibello digessit. Porro subterraneum Confessionis locum, in quo venerandæ virginis corpus inter effodiendum adinueniri contigit, Petrus Berrettinus Cortonenfis, vniuerso Pictorum Collegio concedente, præclare, vt par est, hætenus exornauit, & nobili insuper holofera, atque argentea supellectili ad sacrum altaris ministrarium auxit, totoque iam a fundamentis loci ambitu instaurato, & versicoloratis, vt dictum est, marmorum crustis obducto, ne quid ad loci splendorem desiderari contingat, splendide nunc sepulcrum B. Martinæ, vnâ cum altari, sub quo reconditur, vnam ex ære Corinthio affabre elaboratam, miroque artis studio a se concinnatam nuper constituit, cuius iconem, & subterraneæ ite confessionis ab ipso exornatæ orthographiâ pariter & ichnographiâ delineatâ hic tibi cõttemplandâ vltro exhibemus.

16 Sed perlustrato confessionis loco, recolendam plane antiquitatis faciem, ruinis quondam patens B. Martinæ Ecclesia, cuius hic mentio est, intrantibus præferebat: luteis quippe grandioribus tegulis Theodorici Gothorum regis nomine prænotatis eiusdem olim tectum cooperiebatur, qua quidem res, quod ad sacrum basilicarum cultum spectat, magnum nobis vel in luteis istis tegulis sacramentum proponitur, & in luto ipso, si quis altius perferuari voluerit, absconditum est inuenire thesaurum. Theodoricus enim iste quantumuis barbarus, quantumuis impius, nitem se etga Romanos orthodoxos Christi cultores, ac pium erga Ecclesiarum cultum exhibuit. Quippe

qui, licet Arrianorum dogmatum sectator, & male de sana consubstantialis Deitatis fide sentiens, optimi tamen, probatique principis mores exhibuit: *Catholicis enim* (vt Baronius inquit) *bene vsus est, non tantum nihil negotij illis more hæreticorum facebens, sed & indulgens, & gratijs ornans, & omni officiorum genere prosequens; deque illis benemereri in omnibus studens, adeo vt seegro animo, indignoque ferre monstrauerit, si quis in eius gratiam e Catholica fide ad Arrianam sectam, cuius ipse cultor erat, transfret.* Quod & patentissimo exemplo declarauit; cuidam enim è suis, vt regium sibi animum magis deuinciret, & principis gratiam occuparetur, consubstantialitatis fidem abiuranti, supplicium ille pro gratia reddidit, caput quippe eidem amputari præcepit, hæc inquitens: *Si Deo fidem sinceram non seruasti, quomodo mihi, quia homo sum, conscientiam suam præstabis?* Theodoricus ergo in ipsa dogmatu impietate, pium se quodammodo erga Deum exhibere studuit, eius desertores haud præmijs, sed pœnis afficiens.

17 Verum Theodorici quantumuis Arriani, erga Vaticanam B. Petri Basilicam pietas, ac munificentia maxime enituit, haud minus enim fe in hoc religiosum, quam Alaricus alter Gothorum Rex Arrianus præbuit: ille enim, vt de eo probatæ fidei scriptores prolixiori sermone enatrant, dum miles capta Vrbe totus cædibus, ac rapinis inhians, cuiusdam virginis domum perferutaretur, & aurea, atque argentea vasa quamplura apud eandem seruandi gratia deposita deprehendisset, vbi hæc ad B. Petri Basilicam pertinere, vtpote a Constantino Magno eidem dicata, domi apud sceminam subsistere rescisset, re protinus ad Alaricum delata, Rex suorum a sacro Apostolico auro manus, ne sacrilegium admitterent, continendas ratus, ersi ob hæresim impius, pietati tamen consulens, solemnè indicta supplicatione, vasa, quæ ab auaro milite expetebantur, ad Vaticanam Basilicam deferri, securitatemq; portatoribus, & cunctis eadem comitantibus indulsit: quamobrem barbaris Urbem obtinentibus,

Baron. to. 1.
an. 494. n. 57.

Theodorici
Regis erga
B. Petri Basili-
cam reueren-
tia.

Et Alarici-
erga eandem
religio.

hæc in triumpho morem ad locum, ex quo præ metu leuata fuerant, militibus hinc inde euaginato mucrone sacra deferentes munera stipantibus deportari contigit, quod ab Orosio, & Procopio fideliter enarratur: quin imo non hunc rebus ad Apostolum spectantibus cultum dumtaxat impendit, sed basilicis insuper Apostolorum cum honorem detulit, vt bello intercepta Vrbe, prosperis arridentibus rebus, ne utiquam, vt mos est, insolescens, sed pietatem, sed clementiam hostiles inter furores, exertosque inter milium, gladios edoctus, inhiantes sanguini, ac prædæ suorum animos edicto comprefserit, præcipiens videlicet, ne cuiquam intra sacras præmemoratas Aedes, velut in publicum asyllum se recipienti, molestia ac vis inferretur. Quod quidem memorabile factum in suis de Ciuitate Dei libris admirari vehementer non desinit Augustinus his plane verbis: *Testantur hoc martyrum loca, & Basilicæ Apostolorum, quæ in illa vastatione Vrbe, ad se confugientes suos, alienosque receperunt. Huc vsque cruentus saniebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor, illo ducebantur a miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non haberent. Et paulo infra: Postea quam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdiclum, quod alibi iure bellilicuisset, tota feriendi refrænabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. At vero, vt ab Alarico, ad quem nuper nostra deflexit, ad Theodoricum reuocetur oratio, ipse quoque Petri Basilicam donis summo opere excoluit, de quo isthæc Baronius: Sed & quod mirandum fuit, etiam hostis Catholice fidei, Rex Italia Theodoricus munus obtulit Rege dignum Basilicæ Vaticanæ, munus dixerim, non oblationem: solent enim oblationes tantummodo esse fidelium orthodoxorum, quæ solemni ritu in Ecclesiam inferri consueverunt, & recipi; munera vero, quæ nulla habita distinctione donantis in Ecclesiam tanquam in garophylacium inferrentur. Sed audi Anastasium: Eodem tempore Theodoricus Rex obtulit beato Petro Apostolo cerosstrata argentea duo pensantia,*

libras septuaginta. Vides quem barbari alioqui hominis manus Vaticanæ Basilicæ splendorem officiosa contulerit, dum argentea ad lumen refundendum vasa viro artis studio elaborata præstitit.

18 Maximam insuper barbarus iste Rex curam publicis ædificijs impendit: *Quæ ipse, vel Romæ noua construxit, vel antiqua (vt Baronius ait) instaurauit, atque restituit: deque Vrbe mœnijs instauratis, custodiæque anriquæ Vrbe faciei est locupletissimum testimonium conscripta ipsius ad Sabinianum epistola, vbi ad finem hæc habet: Quis enim dubitet fabricarum miracula hac provisione seruata, & pendenti saxo formatas cameras regularum tegmine custoditas? vt antiqui principes nobis merito debeant suas laudes, quorum fabricis dedimus longissimam iuuentutem, vt pristina nouitate reluceant, quæ iam fuerant vetustosa senescente fuscata. Extat & de his epistola ad Senatam. Nil mirum igitur cuiquam videatur, si instaurandis vrbis ædificijs Theodoricus intendens, celebri S. Martinæ Templo, quod Marti olim dicatum fuerat, cum iam ruinas minareret, manum vltro admouens grandioribus tegulis tectum ad pluuias arcendas aquas contexerit, vt Casiodori epistola, & ipsemet regularum aspectus fidem faciunt. Et quidem, quam studiosus in anriquorum ædificiorum substructionibus seruandis Theodoricus extiterit, in epistola, quam ad Symmachum Patricium scripsit, satis aperte conuincit, cum eidem, plurimum ante laudato, & erga publica ædificia propensiore adhibita ab eo cura commendata, Theatri Pompeij iam prope vetustate collabentis reparationem iniungit, de cuius munifica sedulitate isthæc Baronius: Qui quidem cum his, tum alijs officijs de Vrbe ipsa, & tota Italia benemeritis inter magni nominis principes fuerat collocandus, nisi eum Arriana heresis infamasset, atque extrema crudelitas in probatissimorum Senatorum necem debacchata fedasset. Porro quantum olim æstimationis fuerit etiam apud Romanum clerum, vel ex eo accipe argumentum, quod Romanæ Ecclesiæ diaconus Ennodius eum publica lau-*

Orosius hist.
lib 7. c. 30.
Procop. de bel.
Goth. l. 1.

Aug. l. 1. de
Ciuit. Dei c. 1

Baron. l. 7. An.
523. n. 8.

Theodoricus
munus S. Pe-
tro.

Baron. an. 523.
n. 21.

Apud Casio-
dori. l. 1. ep. 2.
& l. 4. ep. 2.

Baron. l. 7. An.
526. n. 21.

Theodoricus
laudandus
heretici factus.

laudatione laudavit, ipse enim in eo panegyrico ad eundem Theodoricum conuersus ait: *Vide diuitias seculi tui, tunc vix fora habuere praefectos, nunc Ecclesiam dirigit laudatorem.* Desine igitur, quisquis es, mirari, si eo potissimum tempore, quo Theodoricus Urbem tenebat, optimi principis partes exhibens, profaporumque totus instaurationi aedificiorum insistens erga Martinam virginem Romanam, ut Romanos sibi magis demereretur, quippe quae Martis Templum fausto nominis & omnis titulo obtinebat, se haud minus pium, ac religiosum, perantiquam eiusdem Ecclesiam, ne detrimentum a pluuiialibus aquis pateretur, aptatis fictilibus tegulis obtegendo, praebere vulerit. Ni forte praememoratas tegulas alteri urbano ex profanis aedificio ab eodem olim concinnatas,

inde postmodum pio Romanorum Pontificum studio sublatas, in meliorem, utique usum Ecclesiae huic addictas fuisse asserere quispiam velit. Fictilium autem bipalmaris circiter mensurae tegularum icones, & earum pariter notas ex prototypo earundem, quae diligenter ad perenne virginis monimentum seruatae sunt, & tibi exhibendas Petrus Berretinus Cortonenfis voluit: binas enim ex his, trophaeorum instar, venerando Martinæ Virginis sarcophago velut triumphalem alterum deuicti Goliath gladium perpetuo mansuras pia hinc inde obsequentique manu dicauit, atque appendit. Primæ autem litteræ, quibus duæ ex praememoratis tegulis notantur, hunc in modum legendae sunt, videlicet:

Tegulae in templo Ecclesiae S. Martinæ Theodorici nomine notatae.

REG. D. N. THEODERICI. BONOROME

+ REG. D. N. THEODERICI FELIX ROMA

Reliquas autem notas studioso lectori interpretandas relinquimus. Ut ad locum autem, vnde primum digressi sumus lectoris venia, post Olympinam perlustratam Ecclesiam, in qua corpus S. Bibianæ virginis, & sororis pariter tumulatum est, reuertamur, id est, ad nobile eiusdem virginis titulo in Urbe Cœmeterium.

19 Hoc quidem etsi ibi extiterit, nullæ ad hanc usque diem prope ipsam Olympinam Aedem subterraneæ cryptæ repertæ sunt; nec vllum prorsus antiquissimi huius Cœmeterij vestigium deprehendi contigit, ex quo probabili plane argumento conijcere nobis fas est, in ipsamet B. Bibianæ domo subterraneum aliquod Cubiculum extitisse,

tiffisse, in quo sacra earundem beatarum, & aliorum subinde Martyrum corpora a venerabilibus Ioanne & Pignenio presbyteris condita fuerint. Et olim quidem (vt nihil lectorem lateat) iuxta Beati Eusebij Ecclesia, & Marij Trophæa, vbi Via in binas partes subdividitur, in peructufo quodam pariete, rudi minerua, inscriptus huiuscemodi titulus ac marmoris insculptus legitur.

Inscriptio Cœ-
meterij ad Vrsi
sum Pileati.

HÆC EST VIA, QVA ITVR AD LOCVM,
QUOD VOCABATVR
ANTIQVO TEMPORE,
VRSI PILEATI,
ET MODERNO TEMPORE
MONASTERIVM S. BIBIANE:
IN QVO LOCO FERVNT SEPELITA
QVINQVE MILLIA DVCENTA SEXAGINTA,
ET SEX MILLIA CORPORA
SS. MARTYRVM,
ABSQVE PVERIS ET MVLIERIBVS.
ET IBIDEM EST INDVLGENTIA
MAXIMA, PROVT IN CHRONICIS
VERACITER ENARRANTVR,
SCILICET ETIAM SEPTEM MILLIA
AN. I. FESTO OMNIVM SANCTORVM
VSQVE AD OCTAVA.

Quæ sane perantiqua inscriptio, dum eadem Via substerneretur, ac pariter ampliora eiusdem spatia laxarentur, inde amota, in eiusdem Ecclesie atrio affixa est. Ex quibus plane vides, quam immensus olim BB. Martyrum numerus in Vrbe extiterit, quos persecutionis gladius iugiter demerebat, & ad triumphalem palmam proprio sanguine purpuratos in Cælum Vrbs Roma fertilis martyriorum ager trans mittebat: adeo enim eorundem numerus adauctus est, vt noua in dies construi, atque ad sepulturam ipsidem exhibendam adaperiri Cœmeteria, cum, quæ constructa iam fuerant, nullatenus sufficerent, & proprias Christianorum domos sacro huic ministerio destinari opus fuerit.

Corpora san-
ctorum tran-
sata è Cœme-
terio inter,

Baron. in not.
ad Mart.

Cæterum complura itcm in hunc, quem memorauimus, locum Sanctorum Martyrum corpora e Cœmeterio sanctorum Marcellini & Petri translata fuisse, ipsemet in suis ad Martyrologium Romanum notis iv. Id. februarij Baronius his verbis testatur: *Quod autem pertinet ad Viam Labicanam de qua agimus, complures Martyres extra*

portam Exquilinam more maiorum, cum passi essent, eorum corpora a Christianis sublata inferebantur in Cœmeterium, quod ea Via erat nobile sanctorum Marcellini & Petri nomine dedicatum. Verum ea omnia intra eandem portam Exquilinam, in vicum ad Vrsum Pileatum dictum, in Cœmeterium, quod S. Anastasij Papæ nomine appellatum est, putantur illata; qui locus hodie dicitur Sancta Bibiana. Porro cum sub eodem Vrsi Pileati nomine, Via Portuensis Cœmeterium ab antiquis scriptoribus recensatur, inde nonnulli aberrandi occasionem nacti, in Cœmeterio, de quo nunc agimus, eorundem sanctorum potissimum corpora extare, etsi perperam, arbitrati sunt, quæ apud illud deposita olim fuisse leguntur; & præsertim Beatorum Innocentij & Anastasij Romanorum Pontificum, ex quorum nomine & hoc ipsum Sancti Anastasij Cœmeterium appellare non dubitarunt, sed manifestum vtriusque discrimen satis superque in enarratis hæcenus demonstrauius. Cæterum & id quoque nobis vero simillimum fit, ex præmemorato videlicet Viæ Portuensis Cœmeterio innumera plane Sanctorum corpora ad hoc delata fuisse, & vt veritas quidem ipsa magis elucescat, ex eiusdem Viæ Cœmeterio, quod ad Sextum Philippi nuncupatur, Sanctorum Simplicij, Faustini & Beatricis corpora translata huc fuisse, apud omnes exploratissimum est: & quamuis sub quo potissimum Romano Pontifice huiuscemodi translatio obtigerit, haud omnino compertum sit, eam tamen sub Simplicij pontificatum referendam proculdubio esse conicitur. Is enim cum Beata Bibiana Ecclesiam, Bibliothecario teste, instaurasset, eandem haud dubie beatissimi Simplicij corpore, cuius ipse nomen gerebat, tanquam nobili quodam thsauro augere ac condccorare satagit, & vnâ cum eodem dignissima quoq; aliorum Martyrum sociorum ibidem pignora condidit. Eorum vero eadem adhuc in Ecclesia imagines supersunt, & Beati potissimum Simplicij, & in marmorea insuper Tabula huiusmodi legentibus inscriptio suppetit:

Bina Cœme-
teria ad Vrsi
Pileatum.

Transla-
torum
Simplicij
stina & Bea-
trici.

ANNO DOMINI... MENSE OCTOBRIS...
 DEDICATIONEM
 SANCTORVM MARTYRVVM
 SIMPLICII, FAUSTINI ET BEATRICES
 AD COEMETERIVM
 VRSI PILEATI IVXTA FORMAM
 CLAVDI AN. PO. TA TAVRINAM,
 QVAM PRIMVS LEO PAPA
 MAXIMA DEVOTIONE
 CVM INDVLGENTIA ET
 REMISSIONE III. ANNORVM,
 ET XL. DIERVVM FECIT.
 IN QVO COEMETERIO REQUIESCUNT
 QVATVOR MILLIA, ET CCLVII
 CORPORA SANCTORVM
 EXCEPTIS PARVVLIS
 ET MVLIERIBVS.

21 Porro inscriptus hic beatorum Martyrum in Coemeterio conditorum numerus, quatuor videlicet millium, & ducentorum quinquaginta septem, multo quidem eo minor est, quem recensita a nobis haec inscriptio edocet: neutra tamen ex his, si quis rem serio discutere velit, ab ipso veritatis tramite procul aberrat. Haec enim, quam postremo loco exposuimus, praecitata altera longe vetustior est. Quapropter cum ab alijs deinde summis Pontificibus e dirutis sacrorum Coemeteriorum locis alia item complura sanctorum corpora huc illata fuerint, quid mirum, si eorundem in posteriori titulo numerus auctus legatur? Illud quoque, quod in eadem inscriptione, de beatis videlicet Simplicio, Faustino & Beatrice, a Sancto Leone in Ecclesia, quam ipsemet crexerat, conditis recitauimus, his quidem, quae iam pridem diximus, repugnare videtur, quod sacra nimirum eorundem corpora in Ecclesiam sanctae Bibianae a Simplicio Papa translata fuerint. Verum si exacta ipsorum temporum ratio habeatur, & quae ad haec pertinent, in lyncis oculis expendantur, res facili negotio soluitur, & quibus difficultatis nodus, qui suppetere posset, eluditur. Nam Leo Papa, cuius hic mentio incurrit, haud primus, sed secundus in ordine recensendus est; quippe qui ducentis circiter annis post Simplicium sedit: vox etenim illa ibidem inscripta, *Primus*, haud de primo in ordine Pontificis, sed de primo utriusque subintelligenda est, qui in eorundem honorem Ecclesiam dicauit: quod quidem a Leone Secundo praestitum fuisse his plane verbis Bibliothecarius testatur: *Hic*

fecit Ecclesiam in Vrbe Roma, iuxta sanctam Bibianam, vbi corpora Sanctorum Simplicij, Faustini, & Beatricis, & aliorum Martyrum recondidit, & ad nomen B. Pauli Apostoli dedicauit. Ab hoc igitur Pontifice eorum corpora e loco, vbi Simplicius Papa ea quondam deposuerat, in Ecclesiam a se erectam post ducentos ferme annos translata fuisse, haud absurdum erit asserere: quae demum in Sanctae Mariae Maioris Basilicam delata, in eadem nunc perhonorifice quiescunt.

22 Praeterea quamplures alios Martyres apud priuatas in Vrbe domos sepulturae demandatos fuisse in Actis eorundem legimus, & in his praesertim, quae nos infra recitabimus: gloriose enim Martyres Abdon & Sennen sub Claudio Imperatore martyrio coronati, a Quirino subdiacono in area plumbea locati, domi suae iuxta Amphitheatrum sepulturae traditi, ibi diutius perstitere: verum cum sub Constantino Imperatore diuinitus innotuissent, ad *Pontiani Coemeterium* sacra eorundem pignora delata sunt. Praeclara item virginis ac Martyris S. Susannae corpus a Serena Augusta inclusum argentea theca apud se in suomet palatio vna cum eiusdem erupre, quem reuerenti manu adhuc profluentem collegerat, depositum fuit; vbi in eius honorem, ut in Actis legitur, furtiuas die noctuque ad Deum preces iteratis vicibus offerre non desinebat: quamvis ipsidem in Actis, Virginis duntaxat sanguine apud se reseruato, corpus in Coemeterio ab eadem Augusta conditum fuisse describatur. Inuicti pariter Martyres Claudius, Castorius, Symphorianus, Nicostratus, & alter eiusdem nominis Simplicius sub immani illa Diocletiani persecutione acerba quaque pro Christi fide tormenta perpassi, plumbeis inclusi oculis, & subinde in flumen proiecti, pia eiusdem Nicodemi opera sublati, domi apud eundem tumulati sunt, ut ex eorundem Actis constat, in quibus isthaec enarrantur: *Post dies quadraginta duos quidam Nicodemus Christianus leuauit loculos cum corporibus, & posuit in domo sua.*

23 Illustri item sanguine semina ac martyrio conspicua Anastasia Romana, quae

Bibl. in Leone Pap. 2.

Martyres in edibus priuatis sepulti.

SS. Abdon, & Sennen. Domus Quirini subdiaconi.

Sanguis S. Susannae a Serena Augusta collectus.

SS. Claudius, Castorius, Symphorianus, Nicostratus, & Simplicius.

Domus Nicodemi Romani.

Apollonia
matrona.

A. S. Aug. 9.
C. d. Vat. 5. 7.
Vall. 1.

Reg. Mur. 8.
Kal. Ian.

Insula Palma
II.

Ecclesia S. A.
pattasie
Circus Ma-
ximus
Forum boar-
ium.
SS. Agapae,
Chionia, Ire-
ne & alig. 200
virgines sociæ
Anastasiae.

SS. Ioannes,
& Paulus.
Domus SS.
Ioannis, &
Pauli.

A. S. SS. Paul.
& Ioan. Cad.
Vat. 3. 4. 9. 8.
Por. E. Vall. 10

quæ sub Diocletiano pariter martyrij coronam promeruit, ab Apollonia eximæ pietatis matrona in viridario quodam, condigno sepulchri honore donata est, vt in eiusdem Actis his verbis exponitur: *Tunc Apollonia Christiana matrona per matronam Træfæsti meruit, vt corpus S. Anastasiae tolleret: quod accipiens, osculabatur, & aromatibus condiens, atque dignis linteaminibus aduoluens, intra viridarium domus suæ, vt decuit Martyrem, sepeluit: atque expenso non paruo pecunie numero, Basilicam, vbi eam sepeliret, fabricauit. Passa est autem B. Anastasia Kal. Ianuar. & in absconditis habita. Deposita autem est, posteaquã basilica fabricata est, in domo Apolloniae vi. Id. Septemb. In eadem vero basilica operatur beneficia sua Dominus Iesus Christus. Hæc ibi. Verum Romano in Martyrologio natalitius præclaræ huiusce seminae dicitur viii. Kal. Ianuarij apud Palmariam insulam describitur, quo illa in exilium Imperatoris insu deportata fuerat. In antiquo autem Romano pariter Martyrologio, quod modo in lucem prodijt, natalis eiusdem Romanam apud Urbem recolitur: & quidem in ipsius Actis ex præmemorata insula eandem reuocatam gloriosum pro fide martyriũ in Vrbe consummasse legitur. Porro vetustissimus sub eius nomine titulus in Vrbe adhuc inter Circum Maximum, & forum boarium, ad Palatini montis radices perseuerat; vbi pretiosæ Martyris eiusdem reliquiæ, & sanctarum Agapæ, Chionia & Irenes, ac ducentarum item virginum, quæ pari sententia in exilium cum eadem relegatæ fuerant, magno deuotionis cultu asseruantur.*

24 In Cælio item monte prope Cluium Scauri celeberrimus adhuc *Panmachij* titulus extat, ab ipsomet in honorem beatorum Ioannis & Pauli Martyrum, in eorundem domo erectus, vbi sub impio Iuliano Apostata hi clanculum martyrio coronati, & sepulchro pariter, vt eorundem mors Urbem lateret, illati fuerant, vt ipsorum in Actis his plane verbis legitur: *Tertia hora noctis transacta Terentianus volens placere Iuliano, sicut ei dictum fuerat, vt sine strepitu familie, vita priuaret eos, fecit feri foueam intra domum ipsorum, & tunc decollari eos iussit, & statim inuolui, & reponi vi. Kalend. Iulias, faciens hanc*

*famam, dicens, quod iussu Caesaris missi fuerant in exilium. Nullum enim signum interfectionis eorum inuentum est super terram. Tunc B. Crispus presbyter & Crispinus clericus, & Benedicta lamentabantur in domo, & orabant, & cogitabant, & non cessabant lacrymæ ab oculis eorum die noctique, vt aliquando seruum eius Dominus Iesus Christus ostenderet de sanctis Martyribus, vbi fuissent sepulti. Et manifestauit illis Deus, & ipsi manifestarunt ceteris sanctis, cum quibus ceperunt frequentare opera eorum. Hac interim frequentem Christianorum copia, quæ ad Martyrum iugiter sepulchrum confluebat, acriter permotus, atque ira iudex excandens, Crispum, Crispinianum, & Benedictam capite multauit, vt eadem Acta his verbis testantur: *Tunc iratus Iulianus iussit eos capitalem sententiam subire, & corpora eorum canibus derelinqui. Tunc occulte noctu rapuerunt corpora eorum Ioannes presbyter, & Flauianus vir illustris ex præfæctis Urbis, & sepelierunt eos in domo Ioannis & Pauli, non longe ab ipsis in abside v. Idus Iulij. Verum enimvero cum non sit consilium, vt Palmista loquitur, contra Dominum, frustra impietatis viri piorum ora claudere conati sunt, ne sanctorum gloriam gentibus panderent, atque enuntiarent: ipsi enim inmundi spiritus, quantumuis inuiti, triumphorum Christi, ac fidei præcones effecti, pretiosam sanctorum mortem diuinitus palam edicere, ac celebrando prædicare compulsi sunt: hi enim dum ab obsessis hominum corporibus, qui beatorum Martyrum sepulchrum adibat, protinus exire coacti, publice, quod omnes hætenus latebat, inelamabant: Paulum videlicet & Ioannem, Terentiani gladio per summam iniuriam è medio sublato fuisse. Quinimmo & ipsiusmet Terentiani filius cum a dæmone acrius impeteretur, ad sanctorum tumulum deductus, illico liber euasit: admirando autem rei portento Terentianus tandem admonitus, abnegato sacrilego Deorum cultu, Christo protinus nomen dedit, & cum salutari baptismo ablutus fuisset, ipsamet eorundem beatorum martyrum Acta, ex persecutore eorundem præco, ac laudator effectus, luculento sermone conscripsit; quinimmo nobile pro fidei confessione vna cum filio**

Crispus,
Crispianum
Benedictam
matronam

A. S. SS.
& Ioan.

S. Teren-
tius, cum

Miraculi
sepulchri
SS. Ioan-
Pauli.

filio martyrium alacri, ac constanti animo cōsummauit, & apud eosdem sanctos martyres, eisdem martyrij corona sociatus, ab Ioanne & Pigenio presbyteris post mortem recondi promeruit. Quod iisdem pariter in Actis hunc in modum legitur: *Quorum corpora, Terentiani scilicet & filij, rapuerunt Ioannes & Pigenius presbyteri, & posuerunt in eadem domo sanctorum Ioannis & Pauli.* Vides ipsūmet persecutoris gladium, diuina virtute, ac immenso beatorum corundem martyrum beneficio in laudatoris calamum repente, quod mirum est, immutatum fuisse, idem enim, qui sanguinem fuderat, & mucronem aduersus eos exeruerat, calamum in recolendi martyrij præconium, eorum acta conscribendo, exacuit.

25 Ad diuino postmodum numine illatas Christianæ fidei contumelias viciscente, Iulianus impius è medio tollitur, quo sublato, Iouinianus, vir sapiens, ac acerrimus illibatæ religionis, ac reipublicæ Christianæ propugnator, Romani Imperij fasces obtinuit; cui id maxime sub ipsamet Principatus initia cordi fuit, vt sanctorum videlicet Ioannis & Pauli sepulchrum ad illa vsque tempora a Christianis ob gentilium metum occulta veneratione celebratum, diligenter perquireret: quo tandem adinuento, cum sacra beatorum martyrum pignora Vrbi innotuissent, construendam ibi Ecclesiam curauit, vt hæstenus recensita his verbis Acta exhibent: *Postea vero Iobianus sumpsit Imperium, misit & rogauit ad se venire Bizantium senatorem, cui ita dixit: Nos ad te mandauimus, quia per gratiam Domini nostri Iesu Christi iam nobis declaratum est de beato Crispo, Crispiniano clerico & de Benedicla, quos interfici iussit Iulianus, quia sanctorum Ioannis & Pauli corpora, vbi sepulta fuerant, Christianis ostenderunt. Vnde rogo, vt diligenter requiras corpora sanctorum Ioannis & Pauli, quia credo eos in domo sua sepultos. Tunc Bizantius cum filio suo Pammachio requisit eos libenter, & cum inuenisset, gratias agens Deo, renunciauit Iobiano Imperatori; quibus gratias agens, ita præcepit, dicens: Deus omnibus bonum dat, sicut & nobis. Accipe consilium meum, & utere sanctis Dei, & fac fieri Ecclesiam in domo sanctorum. Et cepit eam*

To. II. Rom. Subt.

studiose Bizantius cum filio suo Pammachio edificare, quod contigit anno Domini cccxviii. Quam certe ob causam Titulus huiuscemodi Pammachij nomine appellari meruit: cui item lapis notis his plane inscriptus, tanquam nobilissimum sacræ antiquitatis monumentum, affixus est:

Titulus Pammachij.

Antistes Domini celsa sacraria Christi Vestibulum decorat gratia pulchra loci.

Inscriptio Ecclesie Pammachij affixa

Quæ quia compta nitet, primaque in fronte renidet,

Ostendit quantum numinis intus inest. Quis tantas Christo venerandas condidit ades

Si quaris, cultor Pammachius fidei.

26 At vero eundem iuxta Titulum domus olim sancti Fausti martyris extabat, vbi a Dafrosa sanctissima scemina, cuius potissimum opera ad Christi fidem traductus fuerat, sepulturæ quoque officiosa manu demandatus est, vt in supra recensitis sanctæ Bibianæ Actis his verbis exponitur: *Eadem vero nocte veniens Dafrosa mater Demetrie & Bibiane, collegit corpus sancti Faustii, & sepeluit in domo eiusdem, iuxta domum sanctorum Ioannis & Pauli, &c.*

S. Faustus.

Ab. S. Bibian.

CAP. XLIII.

De Nouati, ac Timothei Thermis: & de Pudentis domo ad Viminalis collis radices BB. Petri & Pauli Apostolor. hospitio & sacro Christianorum cœtu illustrata.



NON ignobile quidem (vt Baronius ait) vel obscurum erat olim Romæ Nouati nomen temporibus Neronis: ad Nouatum enim extant tres libri Senecæ de Ira, conscripti. Meminit idem auctor & de Nouatilla in lib. de consolatione ad Marciam. Mentio item habetur de Thermis Timochinis in actis martyrij

Baron. in not. ad Mart. R. d. 19. Iun.

Senec. lib. de Ira lib. de tristitia ad Marcian.

S. Iustini philosophi, quæ legitima, germanaque esse a Baronio demonstratum est, & apud Surium extant t. 3. die 12. Iunij. Porro quamplura nunc in Vrbe loca subterranea extant, quæ iure merito præcipuam sibi apud omnes venerationem vindicant, vel pretiosis enim martyrum exuvijs, Cæmeteriorum instar, quæ nuper memorauimus, nobilitata sunt, vel recolendis beatorum martyrum pœnis, vinculis, hospitio, præsentia insuper ac præclaris eorundem gestis, immo triumphis passim illustrata fuere: inter quæ primum quidem aurea illa, ac beata Pudentis Senatoris domus ad Viminalis Collis radices connumerari potest, quæ iuge Christianorum alylum, martyrum diuerſorum, & nobile sanctorum hospitium, vel a primis Christianæ fidei primordijs, in Vrbe extitit, eodem plane loco, in quo Nouatianas, ac Timothinas thermas extitisse paulo ante descripsimus. Porro ipsæmet Nouati, ac Timothei thermæ ex eo maxime vbiq; celebres, & conspicuæ reduntur, quod in his sub primæua Christianorū tempora, vt B. Pudentianæ acta legendum offerunt, Ecclesia sub ipſo Pastoris titulo, tanquam venerandæ antiquitatis monumentum, erecta suspicitur. Vir enim, qui eiusmodi nomē præferebat primus huic titulo presb. præfectus, in eodem quoque, vt Acta testantur, conditus postmodum fuit. Hanc deinde Ecclesiam Deo in beatæ Pudentianæ honorem, a sanctissimo Pio Romano Pontifice, venerabili virgine Praxede eiusdem forore enixis id ab eo precibus exposcente, dicatam, ac Baptistalem ibidem fontem extructum fuisse Bibliothecarius in eiusdem S. Pontificis Pij vita his verbis luculenter testatur: *Hic ex rogatu B. Praxedis dedicauit Ecclesiam Thermas Nouati, in Vico Patrij, in honorem sororis sue sanctæ Pudentianæ, vbi & multa dona obtulit: vbi sæpius sacrificium Domino offerens ministrabat: vbi & fontem Baptistalem construi fecit, manu sua benedixit, & consecrauit, & multos venientes ad fidem baptizauit in nomine Trinitatis.* Hæc ibi.

2 Verum non Pium ipsum dumtaxat venerandæ mem. Pontificem, sed & cæteros quoque summos ac beatissimos Vrbe Romæ Pontifices, dum Ecclesiam

Dei fauissimi quique tyrannorum acrius impeterent, eodem in titulo ad Christi fidem vltro accedentes baptizasse eorundem in Actis legitur: & vt res prolatis in medium exemplis comprobetur, quis nesciat hoc potissimum loco a sancto Stephano Papa, beatos Nemesium & Lucillam sacris de more baptismalibus aquis ablutos fuisse, vt eiusdem acta his quidem verbis edocent: *Et statim eadem die beatus Stephanus Episcopus Vrbe Romæ, duxit eum, Nemesium nempe, in titulum Pastoris, cumque catechizasset eum, & filiam eius, secundum consuetudinem Christianorum indixit eis ieiunium, vsque ad vesperam. Hora autem appropinquante iam vespertina, benedixit fontem in titulo supradicto, deposuitque Nemesium in aqua, dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizo te. Tunc baptizauit & filiam eius nomine Lucillam, quam etiam ipse de fonte leuauit. Ceperunt autem multi ad vestigia B. Stephani Episcopi prosternentes se, flagitare cum lacrymis, vt baptizarentur ab eo: baptizatiq; sunt in eadem die, qua Lucilla illuminata est, promissæui sexus numero sexaginta duo. Et exinde multi ceperunt, diuina gratia procurante, occurrere B. Stephano ex gentibus honesti viri, vt baptizarentur ab eo, &c.* Ex quibus nunc in primitiuorum Vrbe Romæ Christianorum laudem illud profecto cõpleri videbatur, quod Chrylost. de illis prædicat: *Domus, inquit, primis illis temporibus Ecclesie erant.* Ita plane Pudentis tenoris domus diuino cultu, ac sacramentorum ministerio decorata, ex priuata domo, publica, ac sacrosancta Vrbe Ecclesia reddita est. Sed de eadem domo plura in rem præsentem infra, nunc interim de Nouati, & Timothei dumtaxat Thermis agendum est.

3 Extat vero adhuc hic idem in Vrbe titulus, inter cæteros tum præcipuo venerationis cultu, tum merito recolendæ antiquitatis iure celeberrimus; quem longa post secula præxima vetustate, collabentem Henricus Caietanus Presbyter Cardinalis eiusdem Tituli instaurauit, atque ornamentis quampluribus egregie auctum meliorem in formam redegit. In sacra huius ædis vestibulo locus quidam crate circum ferrea vallatus putci formam præferens cernitur, in quo a pijsima virgine Pudentiana sacrum

Domus Pudentis Senatoris.

Nouati & Timothei Thermæ.

Titulus Pastoris.

Ecclesia S. Pudentianæ.

Sacer fontis Baptistalis in Ecclesia S. Pudentianæ.

Bibliotheca S. Pij Papæ.

SS. Nemesij & Lucilla.

A. B. S. S. Papæ.

Chrylost. 22. in Act. Apost.

crum beatorum quidem trium millium numero Martyrum sub Antonino Imperatore interemptorum, & isthic in præfens quiescentium cruorem collectum spongia, ibidemque reconditum fuisse, verustissima eiuscemodi, quæ ibidem affixa est, inscriptio legentibus vltro testatur :

HOC EST COEMETERIVM
PRISCILLÆ,
IN QVO EXISTVNT CORPORA
TRIVM MILIVM MARTYRVM,
MARTYRIO
PER ANTONINVM IMPERATOREM
AFFECTORVM. QVOS S. PVDENTIANA
FECIT IN HOC SVO VENERABILI
TEMPLO SEPELIRI,
ET PROPRIIS MANIBVS SPONGIA
COLLIGEBAT SANGVINEM
SVPRADICTORVM MARTYRV M,
ET REPOSVIT IN PVTEO,
QVI EST AD DEXTERAM HVIVS
ECCLESIE IN SACELLO
SANCTI PASTORIS.

Ex cuius nimirum inscriptionis titulo hic Cœmeterium sub Priscillæ nomine, olim extitisse colligitur, illius videlicet, quæ dignissima Beati Pudentis Senatoris mater ac sanctarum Pudentianæ & Praxedis auiæ describitur; a qua potissimum Priscillæ Cœmeterium Via Salaria denominationem traxisse iam diximus. Et quidem satis superque verosimile nobis sit, sanctissimam eandem matronam priuatum suæ item domi Cœmeterium statuisse, in quo veneranda Beatorum Christi Martyrum corpora conderet, quæ ad Salariam Viam, vbi amplissimum illud extabat, aliquo interdum præpediente obstaculo, libera deferendi facultas haud suppeteret: cuius admiranda postmodum virtutum exempla, Pudens filius, & beatissimæ eiusdem neptes sectari nullatenus desiterent; dum pari pietatis studio parentum, maiorumque suorum vestigijs inhærentes, eodem in loco tot beatorum vñillium Martyrum corpora religiosæ manus obsequio condiderunt.

4 Cœmeterium autem hoc haud aliorum instar in topho excauatum est, sed subterranea quædam concamerata loca, quæ Cubiculorū formam præferebant, ad inferenda defunctorū corpora, extructa atque aptata ibidem fuere. Hæc vero ipsamet forte loca haud temere, quispia extitisse dixerit, quæ Nouati, seu

Timothei thermarum olim vsui deferuierant, quas in Ecclesiam, vt dictum est, sacris de more ritibus commutatas, in Cubicula quoque, ac in sepulchralē sanctorū Martyrum vsuum atque obsequium a Christianis demum redactas fuisse ipsemet Baronius in suis ad Romanum Martyrologium notis xvii. Kalendas Februarij his verbis asserit: *Cœmeterium in ipso Titulo Pastoris, vbi erant Therme Nouati, quæ & Timothei dicuntur, ipse bahiei inferioris celle in star porticum, sibi concameratione coniuncte, quæ vsque in hanc diem cernuntur pene integra, Cœmeterij loco ad sepeliendos sublatos occulte Martyres inseruisse creduntur.*

Quod plane ipsamet experientia, quæ rerum magistra est, Bosius antiquitatum oculatissimus explorator didicit, qui subterranea eadem loca sedulo perferutari, ac abditos eorumdem sinus rimari iugiter non destitit, vt ipsis quodammodo è tenebris rerum antiquarum lucem lynceus veritatis indagator erueret, ac posteris deinde, quæ studioso labore hauserat, libenti animo propinaret.

5 Vt conscripsum autem ab Adone pariter Martyrologium die xxi. Iunij lectori præferebat, sanctus Symmitrius vnâ cum alijs viginti duobus Martyribus hoc eodem Titulo officiosâ beatæ Praxedis manu tumulo illatus est. hæc enim ibi: *Inde post innumera pietatis opera (de sancta Praxede loquitur) post multorum Martyrum sepulturas, inter quos B. Symmitrium presbyterum cum alijs viginti duobus, apud Titulum supradictum (Pastoris nempe) manibus suis sepeliuit, qui per martyrij palmam ad regna Cœlorum transierunt.* Verum cum idem scriptor diserte alibi, martyrem eundem Symmitrium die xxvi. Maij, in Cœmeterio Priscillæ sepultum fuisse asserat, atque eiusdem ex Actis a beatissima virgine Praxede Via Salaria conditum fuisse constet; vbi illa Pudentem parentem suum, ac Pudentianam sororem ante condiderat, asserendum nobis proculdubio est, Symmitrium athletam Christi beatissimum, post nobile consummatum pro fide martyrium, confestim in priuato hoc Cœmeterio depositum: subinde vero ad amplissimum Viæ Saliariæ Cœmeterium, suborta temporum opportunitate delatum fuisse, vt & ipsi Pudentianæ virginis obtigisse recolendæ historiarum pa-

Baron. in Not.
ad Mart. 15.
Jan.

S. Symme-
trius cum 22.
martyribus.

Ado in Mart.
die 21. Maij.

Ado in Mart.
die 26. Maij.

Cœmeterij
Priscillæ.

S. Pudentiana

ginæ enarrant, cuius sacrum corpus cum in suo Titulo, seu Cœmeterio octo & triginta diebus quieisset, ad alrerum postea, quod Via Salaria extabat, honorifice deportatum, in eo iuxta Pudentem patrem officiosè conditum est.

Porro eiusdem, & sanctissimæ item Praxedis virginis corpora a Paschale Primo in Urbem deinde translata fuere & sacræ earundem reliquiæ vnâ cum vasis, quibus pretiosum beatorum Martyrum cruorem lectissimæ virgines passim hauriebant, dum Henrici Caietani S. R. E. Cardinalis studio Ecclesia, de qua nunc agimus, pristino decori redderetur, inter antiqua venerabilis eiusdem loci monumenta repertæ, maiori sub ara eo honoris cultu, quo par erat, recondi meruerunt. Ut nunc autem a Thermis expediti, ipsiusmet Pudentis domum sanctitate conspicuam, & omni veneratione dignissimam ingrediamur.

6 Quod ad Pudentem attinet, Baronius in ecclesiasticis Annalibus consulendus est, qui condignas Viri huius laudes exactè describens, eum quasi digito legentibus demonstrare videtur, cuius & Apostolus ipse incundissimam, in 2. ad Timoth. epist. mentionem his verbis ingerit: *Salutat te Ebulus, & Pudens, et Linus, & Claudia, & fratres omnes.*

En qua ratione inter præcipuos Christianorum, qui Romæ tunc aderant, veluti Dux atque omnium antesignanus Pudens recensetur, qui cunctos fere Christianos paternis officijs, miro Christianæ pietatis studio, sibi demereri satagebat: *Hic vero (vt Baronius ait) est vir ille clarissimus Senatorij ordinis Civis Romanus, pater Nouati, atque Timothei, Praxedis, ac Pudentiane virginum: huius domus ad radicem Viminalis posita prope Exquilinum patuit omnibus Christianis, vbi & Sacre agebantur Synaxes. Conuersaque deinde penitus in Ecclesiam eadem Pastoris titulo dicta est, de qua alibi pluribus.* Hæc Baronius, qui & illud singulare viri præconium addit, quod videlicet intra eandem domum B. Petrus Apostolorum Princeps hospitio quoque exceptus fuerit, vbi Romanis primum Christi Euangelium, Petro annunciantem, innotuit: *Ceterum (inquit) vbi Petrus Euangelium predicans Gentilibus innotuit, non amplius apud Iudæos permissus est agere, sed a Pudente*

Senatore, qui Christo credidit, in domum suam exceptus est, quæ erat in Viminali, vbi postea titulus erectus est Pastoris titulo nuncupatus. Vides igitur domum hanc ipsius Apostolorum Principis aspectu, atque hospitio apprime nobilitatam, & pia aliorum Sanctorum Christi confessorum ac Martyrum consuetudine singulariter exultam, & quod maius est in Christianæ Religionis asylum, & Christianorum confugium dedicatam fuisse; quin imo ipsorum quoque Beatorum Martyrum sanguine, quem vberime inter Urbis carnicinas redundantem passim Pudentiana Virgo spongia collectum, illic seruandum ingerebat, ac si nobilissimo aurei liquoris thesauro, cæterorum instar Cœmeteriorum consecratam peculiari deuotionis cultu suspiciendam esse, vt quis merito sanctitatem loci recolens admirandus vna cum Iacobo exclamare queat: *Vere hic domus Dei est, & Porta Cæli.* Domus, inquam, in qua Deus Sanctis suis veluti templis inuisibiliter inhabitabat, vt enim scriptura loquitur: *In domibus eorum cognoscetur Deus, & vere domus hæc porta Cæli, cum ibi Petrus Cæli ostiarius, cui Regni Cælorum clauæ a Christo Domino traditæ sunt, excipiendis intra Ouile Domini accedentibus Ecclesiæ fores adaperiens ac intra ipsam Cæli ianuam inferendis, iam tum omnibus patens morabatur.*

7 Verum hic parumper tu quis es, pie ac studiosè lector subsiste, & nobis interim hæc enarrantibus, inmensam Apost. Principis gloriam admirandis oculis suspice; quippe qui cum hospes aliquando ac inermis Urbem Orbis dominam subierit, eandem iugo Christi feliciter subegit: *Vt quæ erat magistra errorum, vt D. Leo inquit, sub ipsius Petri magisterio fieret discipula veritatis, & gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis, & regia per sacram B. Petri sedem, caput Orbis effecta, latius presideret religione diuina, quam dominatione terrena; quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij sui terra, marique protulerit: minus tamen est, quod illi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subegit.* Ita plane magis patet Piscatoris, quam Imperatorum omnium triumphus: quapropter diuini plane numinis impulsu factum est, vt B. Petro Apostolo, qui primum

Translatio
corporum
SS. Pudentiane,
& Praxedis.

Vas in quibus
sanguine
martyrum
colligebatur.

2. in Tim. 9

Pudens Sena-
torij ordinis.

Baron. 10. 1.
an. 59. n. 18.

Pudentis do-
mus Petri
Apostoli ho-
spitio clara.

Bar. 10. 1. an.
44. n. 61.

Pudencis do-
mus asylum
Christianort.

Gen. c. 28. v.
18.

Petri Aposto-
logia.

S. Leo Pape
de natali
App. Petri
Pauli.

in Urbem adueniens a Pudente Senatore ad Collis Viminalis clium hospicio exceptus, circumuicinas regiones, & totam subinde Urbem verbo, ac præsentia illustrauit, perpetuum grati animi, & rerum præclare domi, forisque gestarum monumentum in Traiano foro ad Quirinalis Collis, qui Viminali proxime adiacet, radices sito: in foro, inquam, omnium celeberrimo, in quo insignioribus olim viris statuarum erigebantur, postremo seculo a Sixto Quinto Pontif. Maximo erectum, dicaturque sit, hoc nobili titulo in superno columnæ eiusdem fastigio perpetui instar monumenti inscripto:

SIXTVS V. B. PETRO APOST.
PONT. AN. IIII.

Hoc quippe forum, vt de cæteris taceamus, præter alia ornamenta multiplicibus status exornabatur, vt Gellius his verbis innuit: *In fastigijs fori Traiani, simulacra sita circumundique inaurata, &c.*

Et congrue quidem Petrus Apostolus triumphali hac columna in Vrbe insignitus est, qui quondam sub Nerone ad alteram ex columnis pariter, quæ nunc in beatæ Mariæ Transpontinæ Ecclesia suspicitur, vt Baronius in suis Annalibus refert, alligatus, ac fustibus verberatus, dedecoris notas exceperat, vt eleganter sacer poëta hisce carminibus rem totam eleganter expressit:

Vt vinculis tenuit Petrum, sic alta columna

Sustinet, hinc decus est, dedecus vnde fuit.

Hoc igitur loco totius ordinis Apostolici Princeps, qui primum hospes intrauerat, in cochlide Traiani columna, eidem Parthis olim, ac Dacis deuictis crectâ, pedem fixit, vt quod ab Isaia Propheta olim spiritu prænunciatum fuerat, in Petro quis adimpletum probe intelligat: *Ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam, vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.* Petro siquidem Apostolorum Principi, qui primum crucis vexillum Romanis arcibus intulit, & Urbem vniuerso Orbi dominantem, Christi iugo subdidit, Traianæ Columnæ fastigium, basis ac perpetui

instar monumenti dicatum est, cui nos nobilissimum veluti titulum, quæ ab Angelo Bargzo conscripta sunt carmina, insculpimus.

*Quam quondam posuere Patres, populisq;
Columnam,*

Traiano, ob victos, pectora sua, Getas.

*Hanc Xysti pietas quinti, ter maxima
sanctis*

Subegit pedibus, Petro beate tuis.

Vt quæ Barbaricis Urbem testata potentem est,

Gentibus imposito, colla grauasse iugo.

Hæ eadem parere tibi testetur, & Urbem,

Terrarum, & quidquid maximus Orbis habet.

Quibus vel obiter in rem præsentem memoratisiam ad nostra, si libet, ad Pudentis videlicet domum, e qua paulo ante discessimus, pedem conuertamus.

8 Porro Pudentis domus B. Petri hospicio nobilitata, præcipuo iugiter honoris cultu habita est, nec tantum enim frequentes huc Christiani conuenire consueuerant, sed & eorumdem sanguis, qui martyrij palma pro Christo donari sunt, sanctarum Pudentianæ & Praxedis Virginum manu in Vrbe passim collectus, illuc seruandus in purem inferebatur: extat enim ad hanc vsque diem puteus sacro refertus cruore, qui nobili item titulo illustratus, summæ omnium veneratione colitur. In Ecclesia autem S. Viti in Exquilijs lapis quidam ferrea crate circumdatus adhuc visitur, supra quem multa sanctorum Martyrum millia (vt pia traditio fert) pro Christo intercepti suere: præmemoratus autem lapis, vt ex traditione item didicimus, vnus ex illis extitit, qui *Petra scelerata*, vulgo appellabatur, quam gentiles hoc nomine ob intestinum, quo Christianos prosequabantur, odium, appellabant. Porro virgines, quas meminimus, Praxedis & Pudentiana tum pro fide peremptorum sanguinem studiose colligebant, tum etiam eorundem corpora clam sepultura donabant, vt palam in earundem actis exhibetur; corpora enim Symmetrij presbyteri, & aliorum duorum & viginti Christianorum, qui Antonini iussu in ipsamet Praxedis domo, quo Christiani confluere consueuerant, cum pia virgo iugulatos vidisset, noctu

Angel. Barg.
apud Ciaccon
in Vit. Sixt. V.

Pudentis domus multorum martyrum sanguine nobilitata.

Ecclesia S. Pudentianæ virg.

Puteus sanguine martyrum abundans

Lapis multorum in martyrio insignis.

Petra Scelerata.

Symmetrij presbyteri & socij mart.

ro Tra-
Petro
tolo sta-
ticia.

Basil.
num de
Topho-
a.

16.

S. Praxedis titulus.

Duo millia & trecenta corpora martyrum.

S. Praxedis titulus.

Lindanus apud pro Liturgia S. Petri. c. 17.

Facies Christi Domini de lineatio.

S. Praxedis in l. de sepul. Eccl.

noctu in Priscillæ Cœmeterium perhonorifice humanda detulit. Certe quidem ipsemet Praxeditulus innumeris sanctorum Martyrum exuviis illustratus est, tum eorum qui obsequente Virginis manu sepulturæ ibidem locum obtinere collecto, illatoque vnâ cum corporibus eorundem sanguine, tum eorum etiam, quorum corpora Paschalis Papa è diuersis Cœmeterijs leuata illuc congeffit, quæ quidem numero sunt bis mille, tercentum, vt inscriptus marmori titulus præfert, & picta parieti imago, quæ in maiori arcu extat, videndum his additis notis exhibet:

*Emicat aula pia è varijs decorata metallis,
Praxedis Domino super athra placentis honore,
Pontificis summi studio Paschalis alumni
Sedis Apostolica passim, qui corpora condens,
Plurima sanctorum subter hæc mœnia ponit
Fretus, vt his limen mereatur adire pororum.*

9 Præter recolenda autem beatorum Martyrum pignora, in præmemorata item Ecclesia imago quædam Christi Saluatoris effigiem ad viuum exhibens tessellato opere elaborata cernitur, quam S. Petrus Apostolus Pudenti Senatori Praxedis genitori, apud quem diuerterat, dono dedit, Græcis quidem litteris ipsius Petri nomine exarato, cuius venerandæ imaginis Lindanus his plane verbis meminit: *Tam erat Pudens iste D. Petro charus hospes, vt ipsi tabellam donavit, quæ Domini Iesu effigiem habebat, non coloribus depictam, sed opere mosaico tessellatam, cuius fragmentum etiamnum hodie ad D. Praxedis (quæ eiusdem Pudentis fuit filia) videre est. Verum ipsa facies Domini sublatis spectantium peregrinorum pia cupiditate tessulis est dominicæ faciei vestigio, quod Dominum Christum oblonga, non crassa, sed macilenta, & tenui fuisse faciem constat, vt & versores passim Romæ, alibi quæ ipsius loquuntur effigies, sic & in illo supendo D. Veronicæ peplo est animaduertente, qui studiose ipsum intueri valeat. Huc non parum facit, quod Tabelle est litteris Græcis insertum versos ὁ Θεῶν. & hæc de Pudentis domo Principis Apostolorum hospitio, frequenti Christianorum cœtu*

& sacrorum martyrum exuvijs nobilitata enarrasse sufficiat, quæ iure merito ad Subterraneam quoque Romam, tot martyrum sepulchris, & Christianorum ibidem persecutionum tempore delitescentium incolatu illustrem, congrua quidem ratione pertinere videtur. Extat in eadem Ecclesia ad dexteram intrantibus altare ligneum, ad modum arcæ compactum, in quo B. Petrus, dum apud Pudentem hospitio receptus moraretur, vt pia fert traditio, immortaliter Deo sacrificium offerebat. Ligneæ autem altaris tabula præ vetustate nimia consumpta cernitur, & sub altari lapideo locata est, in quo S. Petri statua cernitur, hoc autem titulo notatum est, videlicet:

IN HOC ALTARI S. PETRVS
PRO VIVIS ET DEFUNCTIS, AD
AVGENDAM FIDELIVM MVLTITVDINEM
CORPVS ET SANGVINEM
DOMINI OFFEREBAT.

Extat insuper ad læuam eiusdem Ecclesiæ, alter hic titulus marmori incuscriptus, qui totum loci ambitum præcipua veneratione dignum denotat: hæc autem sunt verba:

IN HAC OMNIVM ECCLESIA RVM
VRBIS VETVSTISSIMA,
OLIM DOMO S. PVIDENTIS SENATORIS,
PATRIS SS. NOVATI, ET TIMOTHEI
ET SS. PVIDENTIANÆ
ET PRAXEDIS VIRGINVM,
FVIT SS. APOSTOLORVM PETRI
ET PAVLI HOSPITIUM PRIMVM AD
MARTYRV M ET CHRISTIANORVM
BAPTISMVM, ET AD MISSAS
SACRAMQVE SYNAXIM,
SVB ALTARI IACENT TRIA MILLIA
CORPORA SS. MARTYRV M,
ET COPIOSVS SS. SANGVIS, &c.

Age iam ad alia properemus.



CAP. XLIV.

De subterraneis Domitianis, siue Traianis Thermis, & de antiqua beati Siluestri Papæ intra easdem Thermas Ecclesia, quæ non multis ab hinc annis Vrbi innotuit.

Equitius, & quo satis familiariter utebatur.

3 Porro Collis hic prælatis oliu, vt historiarum narrat, habitatoribus, & inquilinis mirifice nobilitatus est: hic enim Pompeij Magni & Ciceronis domum, & aliam insuper, in qua ipse Octavianus Augustus educatus fuerat, extitisse fama percrebuit. Eodem in Colle recolendæ amplitudinis, ac magnificentiæ ædificia quamplura suspiciebantur. Inter quæ potissimum Titianæ Thermæ extabant, quæ a Tito Vespasiani Imperatoris filio erectæ primum fuerant, & postmodum Domitianæ, ac Traianæ, utpote ab eisdem Imperatoribus aquarum riulis abunde locupletatæ, ac multiplici aduictæ ornamentorum genere, dictæ sunt. In peculiari vero Thermarum, quomodo descripsimus, parte Equitius præclari nominis vir domum obtinebat, apud quem cum beatissimus Pontifex habitationis locum elegerit, ibidemque sedem mansurus fixisset, Oratorium sibi extraxit, ubi etiam Pontificalia munia de more exercens, fidelibus illic iugiter confluentibus sacramenta impertiri, mæsteque inter aduersa, quæ tunc ingruerant, solari consueuerat. Extat adhuc eodem in Oratorio picturis excolto marmoreum altare, supra quod idem B. Siluester omnipotenti Deo incruentum offerre Sacrificium in more habuit: & nonnullorum insuper sanctorum imagines ibidem adhuc vsque tempora conspiciuntur. Ne hic autem locus antiquitate, ac sanctissimi incolatu Pontificis iugiter recolendus, condigno venerationis cultu destitueretur, sacerdos quidam hoc nobili postmodum titulo insignitus, characteribus Gothico quam similibus, parieti inscripserunt eundem postmodum illustrauit, quæ studio lectori hic recitare volumus:

Equitius præclarus olim habitatoribus innotuit.

Et superbis ædificijs ipsæ Collis sita.

Equitij domus in eodem Colle sita.

In illa S. Siluester Oratorium extat.

Altare ibi memoratum hodieque visitur, in quo S. Siluester sacra faciebat.

QUANTAM de subterraneis potissimum Urbis Romæ locis mentio incurrit, in quibus Christiani, dum ingruerent persecutionum procellæ, ad sacra obeunda munia, & ad Synaxas de more peragendas conuenire consueuerant; hic de Domitianis, seu Traianis Thermis, quæ diu subterraneas inter tenebras ab oculis procul toti Christiano orbi inuisæ delituere, & vel ab ipsis Christianæ fidei incunabulis in sacrum Ecclesiæ usum destinatæ, confluentibus illic fidelibus, nobilis instar asyli inseruientes, ad diuinorum participationem mysteriorum tuto omnes, qui illuc confugiebant, sinu excepere.

2 Cum enim B. Siluester Romanus ad summi Pontificatus apicem euectus tunc temporis fuisset, quando Christianis haud palam agere persecutum metu fas erat. Quippe et si Constantinus iam probe de Christianorum Religione sentiret, adhuc tamen eorumdem fides male admodum apud Senatam, urbanasque Præfecturas olebat, iidemque haud pacifice, ubi erant, versari permittebantur. Quamobrem, vt Baronius in suis ad Romanum Martyrologium Notis edidit, Siluester paterna relicta domo, quæ ad Capum Martinum eo loco sita erat, ubi nunc Monasterium, & sub eiusdem S. Siluestri titulo Ecclesia conspicitur, delitescendi gratia, in Exquilinum collem intra sacerdotis cuiusdam prædium se recepit, cui nomen

Fracta vetusta nimis, solisque relicta ruinis,

Ne Siluestri obeat noctis amica domus.

Presbyter hanc renouat, sacrumque altare vetustum

Reparat, hincque Dei, Præfalis hincque decus.

4 Porro in præmemorato Equitij titulo multorum annorum spatio Siluestrum Pontificem delituisse, vel ex eo probabile sit, quoniam, et si Constantinus

Ad Equitij titulum multos annos S. Siluester commoratus est.

Imperator Christianis propensius fauere, cum tamen ab Vrbe procul esset, & Vrbs truculentam Maxentij tyrannidem pateretur, Christianis clam inter tenebras degere operatur; vel tum præsertim quia postquam Constantinus Christi fidem amplexus est, Idolorum cultores acriter in Christianos profliebant. Quapropter Siluester vt se gentilium furori (quod Christus in Euangelio edocuit) dando locum furentium iræ, subtraheret, iterum ab Vrbe exul apud Soracten montem latebras quærere compulsus est. Sed Constantino deinde in somnis diuinitus admonito, quam ratione a lepræ, si vellet, contagio liber euaderet, dum salutare scilicet Baptismate ablutus, Christo nomen daret, profanisque Idolorum superstitionibus nuncium remitteret. Quapropter superno ipse afflatus numine ad conquirendum Siluestri exploratores in Soracte misit, quos cum a longe vidisset imperterriti animi sacerdos, iam præ foribus optatum martyrij tempus adesse ratus, ad suos conuersus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile*, ac si mox ad tormenta, ad carnificinam, ad necem ob fidei confessionem sistendus esset. Sed res optime Christianorum Religioni cessit: Siluester quippe in Urbem euocatus, benigne ab Augusto exceptus, haud illatas sibi contumelias, sed honores vltro sibi delatos præter animi expectatione deprehendit. Mox igitur Imperator Baptismali fonte ablutus, & immane innocui sanguinis balneum detestatus, a lepra diuinitus expurgari meruit. Quo tempore illud pro Christianis fanciendo rescripsit, vt vbique nimirum templa & Ecclesiæ erigerentur, vel quæ iam Christianis erectæ erant, ad euntibus vltro, ac libere paterent.

A Constantino quæritur, & in Urbem accersitur.

Ita benigne ab eodem excipitur.

Constantinus baptizatur, & à lepra purgatur.

I. Siluester ad Thermas Titianas Ecclesiam extruxit.

lib. Rom. Pont. in Silu.

5 Quocirca Siluester, haud vllainterposita mora, temporis opportunitate fretus, in præmemorato loco Ecclesiam extruere cœpit, & ad id opus Thermarum, quæ Titianæ dicebantur, partem, quæ sub Oratorio a se erecto sitæ erant, sapienti consilio destinauit: perfectoque iam opere, ad solandos Christianorum animos eandem in Ecclesiæ usum sacris de more ritibus sub præmemorati Equitij titulo insituit, vt ex M. S. Damasi Papæ Codicibus, qui apud Vaticanam Bibliothecam asseruantur, & ex ipsius

Bibliothecarij verbis hunc in modum videre est: *Hic fecit in Vrbe Roma Ecclesiam in prædio cuiusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, iuxta Thermas Domitianas, quem titulum Romanum constituit, & vsque in hodiernum diem appellatur titulus Equitij.* His interim enarratis isthæc paulo infra Damafus subiicit: *Eisdem temporibus constituit B. Siluester in Vrbe Roma titulum suum in regione tertia iuxta Thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ, titulum scilicet Siluestri.*

6 Ecclesiam autem, cuius hic Damafus meminit, Deiparæ Virgini ab eodem Siluestro dicatam fuisse nonnulli asserunt, ad id asserendum permoti ex perantiqua eiusdem Virginis imagine ex musuo confecta, quæ adhuc ibidem cernitur, etsi temporum iniuria, hæc iam ex parte exciderit. Præmemorata autem imago quodam in loco, qui in ampliori Thermarum ambitu, in altaris formam apratus est, cernitur. Sacris vero picturis eundem locum, quem in Ecclesiæ titulum Siluester exererat, excultum fuisse, profano gentilitiæ superstitionis cultu, ac ornamentis omnino abolitis, credere par est, vt ipsiusmet loci prospectus inuentes admonet.

7 Quod autem ad sacras nunc Christianorum imagines ibi expressas attinet; in fornice maioris Thermarum alæ, Crux miræ magnitudinis varijs distincta coloribus cõtēplanda exhibetur, quæ præcipuum quidem Christianorum inter exurgentis fidei primordia signum, ac ornamentum esse consueuerat. Ibi pariter in altero inferioris ordinis fornice Christi Saluatoris imago, vnâ cum sanctorum Pauli Apostoli, & Processi martyris imaginibus ad dexteram cernitur, ad sinistram autem latus, B. Petri Apostoli, & Martiniani martyris effigies coloribus adumbratur. In cuiusdam item arcuati fornice prospectu, Agnus media quidem parte candidus, qui Christi symbolum est, librum sub pedibus præferens, suspiciendus occurrit, quem a dextris Ioannes Præcursor his plane verbis velut digito præmonstrare videtur: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: eundem vero ad læuam Ioannes Euangelista illis itidem verbis prænotat: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Præterea, vt singula hic breuiter

Bibl. in Silu. fol. 16.

Damaf. lib. 4. Rom. Pont.

Ecclesiæ. Deiparæ dicte S. Siluestri musuo opus est.

De picturis quæ in Ecclesiâ S. Siluestri ad Thermas Titianas videntur.

sermone perstringamus, sacer idem locus quampluribus Deiparæ imaginibus diversimode pictorum pennicillæ delineatis nobilitatur: sanctarum item virginum, quas eidem beatissimæ Dei Genitrici ornamentis conciliandi gratia pictorum manus adiunxit. Verum haud hic silentio obvoluendum est, in tribus videlicet locis, quæ fornices usque pertinent, tres palmarum arbores fructibus onustas intuentibus contemplandas exhiberi: palmam quippe iustorum symbolum esse, nemo sacræ antiquitatis studiosus est, qui nesciat: quapropter toties in sacris Christianorum Cœmeterijs Christi martyrum corpora hoc victorialis præsertim symbolo prænotantur: & cum locus, quem supra memorauimus, in interiori parte vacuus appareat, fieri etiam potuit, ut martyrum ibi exuviæ, sicuti olim mos erat, reconditæ subsisterent.

8 Verum enimvero illud a nobis hic statuendum videtur, præmemoratas imagines sub ipsa Constantini temporibus pictorum manu concinnatas ibidem fuisse, tum quia hæc parum perpolitæ sūt, cum eo potissimum sæculo rudis admodum pictorum ars existeret, multiplici Christianorum artificum, & præcipue præstantium numero impijs persecutorum gladijs resecto; id autem vel ex conspicuo comprobatur, quod sub ipsa Constantini tempora sacrarum imaginum cultus magis magisque vigere iam cœperat, ut ex verbis Adriani Papæ primi ad Carolum Magnum in hunc modum scribentis videre est: *Enimvero in primo sancto Concilio sæpius ostensum est, quia Sanctus Silvester Papa, & Constantinus Christianissimus Imperator, venerati sunt sacræ Imagines, & cum nomine Christianitatis, palam coram omnibus fideliter, atque mirabiliter eas ostenderunt, & a tunc usque hætenus Sanctorum Pontificum, videlicet Silvestri, Marci, & Iulij miræ magnitudinis sanctæ eorum Ecclesiæ apud nos sunt depictæ, tam in musæo, quamque in cæteris historijs cum sacris imaginibus ornatis.* En tibi, o lector, parentibus utique notis venerandas sub B. Silvestro imagines, quæ coloribus in erecta ab eodem Ecclesiæ pictæ sunt, designat, & digito, vt ita dixerim, demonstrat: quas profecto picturas ea ætate, qua hæc scribebat, illibatas omnino, ad

quadringētos videlicet annos post Silvestrum perstitisse credere par est, & quas hic innuere visus est.

9 Porro descripta a nobis hætenus Diui Silvestri Ecclesiæ supra Titianas Thermas ingentis molem magnitudinis exhibentes subsistit, quæ lateritia satis vasta eidem ad sustinendum fulcimenta præbent, in eiusdem autem Ecclesiæ parietibus, & varijs quidem locis, seramina quædam, & concauitates conspiciuntur, quas ad martyrum inferenda, seruandaque corpora, vt in Cœmeterijs consuevit, aptatas pia Christianorum manu fuisse, haud nobis improbabile redditur. Quod autem immanes istæ substructiones in Thermarum olim vsu deseruierint, ex varijs quidem cuniculis, quibus aquæ infundebantur, & calidus aer euaporabat, patens sit.

10 Oborta igitur optata temporum tranquillitate ad Ecclesiam hanc Christiani hilares, vegetique confluebant, & patefactis ex imperato Ecclesiarum valuis, haud clam, sed in ipsa pomeridiana luce, immortalis Deo placabiles hostias, ac sacrificium laudis offerebant: cum interim Constantinus Silvestri exemplo permissus, Ecclesijs munifice extruendis manum admouit. In suo quippe Lateranensi palatio Saluatori Ædem construxit: in Vaticano Colle B. Petro Basilicam: aliâ insuper Ostiensi Via B. Paulo erexit: Ædem quoque S. Crucis in agro Sertoriano, D. Agnetis Via Nomentana, & Laurentij martyris Via Tyburina magnificentissime exædificauit.

11 Porro quo venerationis cultu B. Silvestri Ecclesiæ a fidelibus excolenda sit, illud potissimum pio lectori suadere videtur, quod primum quidem eodem in loco Christi fides è tenebris emerfit, ibidemque pietas, ac religio domicilium, ac sedem sortita est: hic quippe post expiatum baptismali fonte Constantinum, duo Concilia a Silvestro Pontifice celebrari contigit, primum videlicet Romanum anno Christi 324. in quo Episcopi numero 284. totusque Romanus Clerus deuote conuenit ad hymnum laudis immortalis Deo canendum ob Imperatorem Ecclesiæ feliciter adiunctum, & ad salubriter Ecclesiæ regimini prospiciendum: vbi quoque præcipua ad Nicænum Con-

Ecclesiæ a B. Silvestro supra Thermas Titianas excita subsistit.

Pace reddita Ecclesiæ prima fuit, quæ à populo palam frequenter capuit.

Constantinus Ecclesijs ædificandis concilio operam dedit.

Quot nominibus Ecclesiæ S. Silvestri veneratione digna sit.

In ea fides Christi abiectione gentium merito in publicum cum primam produxit.

In eadē die Concilia a B. Silvestro celebrata.

lium præludia communi Patrum consensu præhabita fuere; quod postea primum Concilium Nicænum appellatum est; in quo nefanda, ac impia Arrii dogmata reiecta, ac tenebris addicta sunt: & orthodoxæ fidei symbolum, veluti validum Christianorum propugnaculum, cunctis plaudentibus editum est. Quod autem hoc potissimum loco Concilium quod primum Romanum dicitur, a S. Siluestro conflatum sit, ipsa Concilij verba id aperte legentibus demonstrant: in primo enim Canone, qui sancitus est, isthæc recitantur: *Et quoniam mater Ecclesia genuerat filium charissimum Constantinum, Silvester Episcopus Urbis Rome collegit vniuersam Synodum Episcoporum, cum consilio Augusti, vel matris eius, & fecit parari in Vrbe Roma, intra Thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traiane. Collegit autem in gremio Sedis suæ &c.* Quibus verbis isthæc Baronius subtexit: *Episcopi conuenerunt in titulum Siluestri, & fuerunt hæc veluti quedam Christiane pietatis encaenia de primo Christiano Imperatore summo omnium gaudio celebrata.*

12 Porro in hoc sacro Concilio solum dumtaxat Episcopi confederunt; presbyteri vero cum reliquo clero stantes, vt acta exhibent, adfuerunt; & illud in super præsentia ipsemet Constantinus Magnus vnâ cum pijsimâ matre Helena Augusta illustrare, ac insignire voluit, cui Calphurnius item Urbis Præfectus, qui ex gentilitate nomen Christo dederat, interfuit. Alterum vero Concilium, quod in eiusdem Siluestri ædibus celebrari contigit, illud fuit, in quo ipsemet sanctissimus Pontifex vnâ cum 275. Episcopis, & presbyteris tanquam supernum orthodoxæ Ecclesiæ caput, anno 325. singula Nicæna Synodi decreta, Patribus eiusdem Synodi exorantibus, Apost. auctoritate confirmauit. Ecclesia igitur hæc tot condignis antiquitatis recolendæ monumentis exulta iugi fidelium veneratione, tum sub ipso Siluestro Pontifice coli consuevit, tum postquam idem e viuus decessit, tunc enim eadem in eius honorem, tanquam in perennem Pontificis de Ecclesia optime meriti memoriam, dicata est, vt per antiqua Cardinalium hoc Siluestri titulo prænotata monumenta testantur. Post longa autem euoluta annorum secula, eadem Ecclesia,

tanquam de facie haud cuiquam nota, inculta omnino remanserat, licet sub iam descripto Equitij titulo in sacris adhuc tabulis eiusdem dumtaxat nomen vigeret, cui cæteri Pontifices multiplicia ornamenta diuersis subinde temporibus comparare non destiterunt.

13 Verum dum locus iste subterraneus totius orbis luce dignissimus, per obscuris inuolutus tenebris e conspectu omnium, atque memoria excidisset, præclara Christianæ fidei monumenta nemo erat, qui pro merito recoleret, suspiceretque, cum en tibi, sub annum redemptionis orbis 1637. casu, Deo disponente, innotescit, & Ecclesia pariter S. Siluestri, & oratorium non inquirentibus suspiciendum, ac venerandum palam fit, vt profecto absque vilo ambigendi scrupulo manu quisque deprehendat, sub vno, eodemque Equitij titulo, duas olim Ecclesias recensitas fuisse; alteram a S. Siluestro in præmemoratis Thermis erectam, & alteram eandem apud Thermas in superiori parte a Symmacho Pontifice exædificatam, quæ ab ea ita situ differunt, vt vna inferior sit, quæ S. Siluestri dicitur, altera vero superior, quæ a Symmacho Pontifice initium habuit.

14 Verum subsiste parum per lector, dum nobis interim hic exclamare licet: O locum omni plane veneratione dignissimum (de subterranea nunc loquor Ecclesia, ad quam e superiori D. Martini templo aditus patet) o locum, inquam, a fidelibus iugiter suspiciendum; qui Siluestrum Pontificem sub ipsa Pontificatus initia inquilinum habuit, qui opportunas eidem sanctissimo viro persecutionis tempore latebras præbuit: huc inuictus Christi sacerdos postquam apud Soractem delituerat, in Urbem a Constantino euocatus, remeavit; hic precibus a Deo pacis tranquillitatem, & vt in erecta a se Ecclesia Euangelium Christi palam omnibus annuntiaretur, obtinuit: hic duo insuper celeberrima Concilia ad totius Ecclesiæ stabilitatem ac munimentum ab eodem coacta sunt: hic Pontificia eiusdem Sedes integro decem annorum spatio immota constitit: hic demum solutis captiuorum Christianorum vinculis, & gentilium superfectione penitus abolita, palam, ac libera fronte Christiana Religio vexillum erigens, de sub-

Cons. gen. 1.
p. 1.

Baronius Silu.
fol. 165.

Primo Concilio Constantinus cum matre Helena interfuit.

In altero S. Siluestri Decreta Nicænae Synodi confirmantur.

Post mortem S. Siluestri eadem hæc Ecclesia dicata est.

Einze sub-
quito tite-
olim Eccle-
erant.

Alterâ a S.
uestro, a Sym-
macho alit-
ædificata.

Locus om-
venerationi
dignus est
Ecclesia S. Sil-
uestri, & quan-

subacta Romanæ Urbis idololatria triumphum reuexit, ut in ipsius nunc subterraneæ Ecclesiæ aditu coloribus adumbrata intuentibus ad viuum imago exhibet. Huc igitur subi pie, ac studiose, tu quis es antiquitatis percrutator, & oculis contemplare, ac venerare osculis locum, in quo tot sanctissimorum Episcoporum pedes conlittere, vbi sacerdotalis Siluestri pietas domicilium sibi defixit, vbi Oratorium ille constituit, & ab hominibus sequester cum Deo de Christianorum rebus, & de cunctorum salute fiducialius egit. Hic certe locus excelsior Capitolio a fidelibus habendus est: ibi enim de tyranno coronam victor Constantinus promeruit, nec non de Vrbe in libertatem vindicata palmam obtinuit: hic Christianorum fides, ac Religio iubilans de idololatriæ superstitione trophæum erexit. Ut quid autem cum profano Capitolio locus hic comparandus, qui vel ipsimet Carmeli iugo, in quo Elias zelo Dei incensus diu latitauerat, æquiparandus videtur? Siluestrum enim Romanum Pontificem latitantem, pari ac Eliam erga Dei cultum ardore succensum hic locus excepit, sicut, & orbi vnâ cum Euangelij luce eminens coruscantem protulit.

15 Et merito quidem locum hunc pia Religiosorum Carmelitarum Familia multis abhinc annis incolit, ipsius plane Carmeli iugi, ex quo Elias Ordinis eiusdem auctor exijt, typum exhibentem. Ut adiuuentos autem hoc in loco sacræ, latentisq; antiquitatis thesauros lector, cui debes, acceptos referas, id merito pierati, ac studio Reuerendissimi Patris Io: Antonij Philippini Romani Carmelitanæ Familix Magistri Generalis adscribe, qui cum priorem apud eandem Ecclesiam locum teneret, toto in rem animi studio incumbens, haud vlli parcens incommodo, ac labori, dum loca singula venerandæ antiquitatis perquirat, perlustratque, recolendas, quarum sermo est, Domitianas Thermas, & conssepultam in eisdem B. Siluestri Ecclesiam deprehendit: ut autem vir de sacra antiquitate optime meritis, cunctorum

pietatem adaugeat, totum sacri huius loci subterranei ambitum, lectori ob oculos tabulis æneis delineandum curauit, cuius ille historiam edito iam ab ann. 1637. singulari eruditione hac super re libello explanauerat.

16 Porro nobilis instar monimenti sacris venerandisque locis carmina isthæc inscripsit:

*Hoc opus augustum si cernis forte viator,
Siste gradum, nam sunt mira videnda
tibi.*

*Aspicias Papæ Siluestri dulce cubile,
Quo constat plures ipsum habitasse dies.
Inferiora petens, templum mirabere pri-
scum,
Sub Constantino cuius origo fuit.
Quod tunc Siluester Traianus extulit in-
tra*

*Thermas, Exquilijs, Equitijque loco.
Munere multiplici exornans, sacrauit &
illud,*

*Et bis Concilium concelebrauit ibi.
En sacra quanta modis miris monumenta
coruscant,*

Ergo auidus visas, & reuerere pius.


Inscripta hæc interim recolendæ antiquitati carmina debitum deuotionis cultum cunctorum animis ingerunt; ad quem Reuerendissimus idem Pater magis magisque propagandum, nunc superiorem quoq; Symmachi Basilicam Martino Turonensi Episcopo consecratam, tot sacris martyrum exuijs ex nobili Priscillæ Cœmeterio illuc translatis appime refertam, vetustate collabentem, ingenti plane animo instaurare aggressus, haud vllis expensis, aut laboribus parcat, quo minus Ecclesiam omnibus absolutâ numeris, vetustate penitus abolita, in nouam, ac pulchriorem formam cunctis spectabilem exhibeat: in qua antiquam quidem structuræ totius maiestatem columnæ marmoreæ, quibus incumbunt Ecclesiæ parietes, & recentem huius ætatis elegantiam picturæ, statuar, & laquearia venustate singulari conspiciua, totaque Ecclesia opere architectonico circumuestita contemplantibus exhibent. Sed, propositis primum Tabulis, ad alia transeamus.

Carmina Ec-
clesiæ S. Sil-
uestri adixæ.

Superiorem
Symmachi Ec-
clesiam idem
Reuerendiss.
Generals or-
nari instaurat-
que.

- A Pavimentum musivi operis, albis videlicet ac nigris lapillis elaboratum.
- B Crates marmorea, qua subterranea altera Ecclesia illustratur.
- C Altera Crates marmorea ad eandem inferiorem Ecclesiam illustrandam.
- D Crux musivi operis fornici intexta.
- E Fragmentum sedis marmoreæ S. Siluestri.
- F Imago Deiparæ S. Siluestro ad eius pedes genuflexo benedictionem impertientis.
- G Picturæ miscellanæ cum profanis aliquot Iconibus etiamnum integris à temporibus veterum Impp.
- H Locus, ex quo eruta sunt sanctorum Corpora, cui palmæ depictæ imminet.
- I. Imagines Deiparæ, & duarum sanctarum ab utroque latere.
- K Imago Christi cum SS. Paulo, Petro, Processo, & Martiniano. Ex altera autem parte B. Virgo vnâ cum S. Agnete, & alijs tribus Virginibus. In arcu Agnus super libro vnâ cum SS. Ioanne Baptista, & Euangelista, necnon Sixto adumbratus.





Thermæ Titianæ, postea Domitianæ, ac Traianæ
a S. Silvestro Diurno Cultui dicatæ.

Bina Concilia
in Thermis
Traianis cele-
brata.

Euseb. in Vit.
Constant. l. 3.
c. 3.

Hic quidē Thermarum (quæ Traianæ dicuntur) locus, venerabilis, arque conspicuus redditur sacris binis Oecumenicis Concilijs, quæ a S. Siluestro Romano Pontifice ibidem, vt diximus, celebrari contigit. Concilium autem primum Romanum (cuius sermo incurrit) in Thermis Traiani in gremio Sedis suæ a Siluestro collectum fuisse, in primo eiusdem Concilij capite expressum reperitur: quo tempore singularis pietas & munificencia Constantini orthodoxos erga patres enituit, quibus ex tota Italia a Siluestro in Urbem aduocatis, ab Augusto vehicula suppeditata sunt, & annona insuper, vt ipsiusmet Synodi exordia perhibent. Ex hoc autem tempore Constantinus se in omnibus, & coram omnibus etiam gentilibus (vt Baronius ait) Christianum perfectissimum exhibuit, & in Christiana fide propaganda ardentissimum declarauit, omnia plane contraria persecutoribus Imperatoribus officia explens, quæ quidem Eusebius eiusdem laudator in hæc plane verba digessit: *Illi (id est ethnici Imperatores) Christi famulos domicilij, & laribus orbatos in exilium eycere: hic eos omnes domum reuocare, & proprijs sedibus restituere. Illi eos ignominij appetere, hic honoribus, & in omnium conspectu illustres reddere. Illi pijs viris vitam eripientes, inique eorum bona publicare: hic illos pluribus muneribus benigne, & liberaliter excipiens, ad pristinum statum reducere. Illi per scripta decreta palam contra Ecclesiarum præfides diuulgata falsis calumnijs eos obiectare: hæc contra viros eosdem ad gloriam efferre, apud se ad altum dignitatis gradum tollere, & edictis ac legibus multo clariores efficere. Illi sacras ades precibus destinatas funditus euertere, easque è sublimi disiectas, solo æquare: hic tum eas, quæ si pererant, altius erige-*

re, tum nouas sumptu ex ipsis regijs thesauris suppeditato magnifice extruendas sancire. Illi mandare, vt libri diuinitus inspirati, in ignem iniecti, penitus deleterentur, hic vt ydem ex arario regio ornarentur magnifice, & numero augerentur decerneret. Illi iubere, ne Episcopi vnquam conuentus cogere agerederentur: hic eos ex omnibus gentibus ad se conuocare, intrromittere in palatium, sinere in eius intima partes penetrare, & laris sue, mensæque regalis cōpotes esse, &c. Et infra hæc subiicit: Illi Dei seruos fudis afficere supplicijs, hic eos, qui hæc patrasset persequi, ponaq; debita Dei ope insuetæ, ad meliorem mentem traducere. Sanctorum etiam Martyrū memoriam hic colere non destitit, &c. In quas quidem res oculis coniectis dixerit aliquis merito, nouum quendam & inusitatum mundi statum modo apparuisse insolito quodam lucis splendore, veluti post crassam caliginem mortali hominum generi elucescente, &c. Quibus omnibus enarratis isthæc coronidis instar apponit: Fatendum ergo, inquit, vniuersum opus ipsius Dei esse, qui Imperatorem tam pijs impiorum multitudini aduersariorum opposuerit. Hæc merito Eusebius. Vides quæ, & quanta laudabiliter Christianæ Religioni Augustissimus Imperator præstitit. Vides quam exoptata Christianis, qui metu perculli in tenebris delitescabant, lucis exordia affulserint. Vt autem sacræ huius Oecumenicæ synodi, qua Vrbs Roma, & sacer iste Thermarum locus illustratus est, memoria menti fidelium altius insideat, & oculis quoque iugiter ingeratur, antiquam rei historiam recenti quidem picitura in eadem Ecclesia, qua ad subterranea loca descensus patet, Carmelitanæ familiæ Patres representandam voluere, cuius hic tibi ex nouo prototypo oblatam nobis iconam contemplandam exhibemus.

Constant.
Magi la.



Concilium Primum Romanum.

Celebratum in Thermis Traianis, à S. Siluestro, cui interfuerunt cclxxiiij Episcopi cum Vniuerso Clero Romano: præsentibus Constantino Magno, Helena Sancta, et Calphurnio Præfecto Urbis: Nunc Basilica SS. Siluestri, et Martini in Montib⁹ Ord⁹ Carmelitæ & tituli Aquitij.



CAP. XLV.

De Diocletianis Thermis,
quæ sanctorum Marty-
rum manu extructæ, ac
sudoribus illustratæ in
Ecclesiam postmodum
dicatæ sunt.



QVONIAM de Ther-
mis hic potissimum
agitur, quæ quondam
Christianorū vsui ex-
titer, haud Therma
Novatianæ, & Traia-

na, aut Domitianæ dumtaxat, sed Dio-
cletianæ itidem velut sanctorum Marty-
rum manu singulariter executæ, in Dei
cultum, & Christianæ Religionis obse-
quium dicari postmodum meruere; illæ
quippe olim a B. Siluestro Papa in Ec-
clesiâ, vt diximus, erectæ, hæc vero longa
post secula sub Pio IV. Pontifice Maxi-
mo dicatæ sunt: diutinis quippe SS.
Christi Confessorum, ac Martyrum labo-
ribus iam tum cum Diocletianæ perse-
cutionis gladius defæuieret, illustres red-
ditæ, eorundemque pœnis, & sudoribus
nobilitatæ, demum, ne eodigna tanto
operi merces decisset, in Dei honorem, ac
Deiparæ Virginis templum consecratæ
sunt. Haud enim absque peculiari Dei
nutu hæc integræ, intactæque, tot imma-
nium ædificiorum ac substructionū mol-
ibus omnino dirutis, ac solo æquatis, per-
stitere, vt egregie lynceus Card. Baro-
nius noster in suis annalibus adnotauit:

Baron. to 2.
an. 298. n. 18.

*Quod igitur (inquit ille) sudoribus Chri-
stianorum militum, eorundemque Confesso-
rum, ac denique Martyrum immensa illa
Thermarum extructa sit moles: Dei beneficio
factum putamus, vt cum omnes ab alijs Impe-
ratoribus Therma erectæ, collapsæ propemo-
dum sint, atque reddite plane ignobiles, nul-
lus amplius reliquus fuerit vsus earum: attam-
en quæ Diocletiani fuerunt Therma, quod il-
le SS. Martyrum laboribus fuerint extructæ,
potissima pars earum in vsu Ecclesiæ, memo-
riamque Dei Genitricis Mariæ, & aliorum
religiosè fuerint commutate. Hæc ex*

Therma Dio-
cletianæ à
martyribus
Christianis
extructæ.

Baronio discrete pro veneranda sacro-
rum monumentorum antiquitate pero-
rante, cui & illud, quod fama niuncian-
te didicimus, opportune subtendum
videtur, ipsomet videlicet prædictarum
Thermarum lapides, qui adhuc extant,
contra Gentiles pro Christianis, eorum-
demque laboribus in Cælum vsque
clamare; *Quia si hi tacuerint (inquit Chri-
stus) lapides clamabunt, vt Moylis olim
tempore aduersus Pharaonem Ægyptio-
rum regem pro Israelitis ipsamet luti
onera, quibus iniuste premebantur, in
Cælum ad Deum clamabant: Clamor
quippe (ait Deus) filiorum Israel venit
ad me, vidique afflictionem eorum, quæ
ab Ægyptis opprimuntur. His insu-
per lapidibus, veluti Lydio explorata,
lapide inuictorum Christi athletarum
constantia comprobatur: interdum quip-
pe lateres, qui immensæ eidem constru-
ctioni, vt pote pia Christianorum manu
infecti suere, sacrosanctæ Crucis (vt
quod Christus ait, merito adimpleatur)
lapides de me testimonium perhibent, Cruci-
eis, inquam, signo, vt præfertur, in scul-
ptos adinueniri contigit, quo asertionis
huiusce veritas quodam veluti sigillo
valide præmuniri videtur.*

Luc. 19.

Exod. 13.

Luc. 17.
Crucis
in Ther-
ma
Diocletiani
in sculpsit
lapidibus
peritur.

Therma
cletianæ
Maximiani
quo anno
pæ.
Euseb. in

Apud Pa-
in Inst.

2 Porro Therma, de quibus sermo est,
Diocletianæ scilicet Romæ, Maximianæ
autem Carthagine in Africa an. 15. Dio-
clet. & Maximiani Imp. cæptæ sunt, vt
Eusebius testis est in Chronico, quæ sep-
tem post annos absolutæ, ac subinde
a Constantio & Maximiano Augustis
exornatæ, necnon a Severo, & Maximi-
no Cæsaribus dedicatæ, & publico vsui
mancipatæ sunt, de quibus eiusmodi
vetus inscriptio extat:

CONSTANTIVS, ET MAXIMIANVS
INVICTI AVGG.
SEVERVS, ET MAXIMINVS
CÆSS.
THERMAS ORNAVER.
ET ROMANIS SVIS
DEDICAVER.

Toto igitur integri septennij tempore,
quo tam immensæ molis opus Thermo-
rum Diocletiani Romæ exadificatio
perduravit, Christiani eidem operi ad-
scripti sunt, totidemque annorum spa-
tio iugi labore defatigati: *Erant enim
(vt Marcellini verbis utar) in modum
prouinciarum extructæ, præ incredibili
sui*

Vastitas
amplitudo
Thermarum
Diocletiani.

Marcell.

sui amplitudine : Maximianus vero, etsi Christianis insensissimus, Christianorum tamē militum constantia victus, haud amplius eisdem gladio, velocique martyrio necari voluit, sed vt eos feruorum more iugi, ac diutino labore consumeret, fatigaretque, ad opus damnauit; quippe qui tunc præcipue immanes ædificiorum moles erigere, Diocletianas videlicet Romæ Thermas, vt diximus, Carthagine vero in Africa suo è nomine Maximianas aggressus fuerat. Quod quidem ex B. Marcelli Papæ actis fatis liquet, vbi apte in rem præsentem isthæ: *Tempore illo, quo Maximianus ex partibus Africa redijt in Urbem Romanam, volens placere Diocletiano Augusto, vt in nomine eius Thermas edificaret, capit ob inuidiam Christianorum, omnes milites, siue Romanos, siue alterius generis ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodendam damnare.*

3 Et plane in ipsius Christi, & Christianæ religionis probrum, ac ignominiam, qui militia nobiles, ac præcipui essent, ijdem Imperatorum, imo persecutorum iussu, contemptibilioribus pœnis addicebantur: haud enim nisi fordidiores personas ad opus publicum dānari consueuissē, Paulus Iuriscōsultus disertis verbis perhibet, cum ait: *si fordidiores persona erunt, in opus publicum eius temporis dabis.* Et hoc aduersus ipsorummet Gentilium leges præstitere, quibus Modestinus nequiquam licere militem nec ad metalla damnari, nec etiam torqueri affirmat. Cum igitur Romæ sub Diocletiano milites assiduis Thermarum laboribus premerentur, Thraso, vir nobilis, ac diuitijs præstans, eisdem, ne inter ærumnas desicerent, alimonia vltro, libenterque suppeditabat, vt recensita B. Marcelli Acta his verbis exhibent: *Christiani milites cum ad opus illud damnati essent, Thraso, qui Christianus vir potens, et facultatibus locuples, & vita fidelis erat, cum vidisset affligi Christianos fatigatione, & labore, de sua facultate sanctis Martyribus alimonia et victum ministrabat per viros Christianos Sisinium, Cyriacum, Smaragdum & Largum:* hi vero eum ab apparitoribus deinde noctu intercepti fuissent, ad Imperatorem protinus delati, eiusdem iussu ad Thermarum opus vna cum cæteris dam-

nati sunt, vbi tunc præcipue mira Sisinij & Cyriaci diaconorum charitas enituit, qui Saturninum etsi ætate longæuum in eiusmodi opere laborantem, iniuncta eidem onera, proprijs ipsi humeris portantes subleuabant, vt ex actis, quæ supra meminimus, hunc in modum legitur: *Post diem vero tertium nunciauit Maximiano Augusto, qui iussit, vt sub custodia foderent arenam, & humeris suis portarent vsque ad locum, vbi Thermæ edificabantur. Erat autem vir senex inter eos nomine Saturninus, qui iam senectute maceratus erat, & expernit eum ad portandum iuuare, hoc cum fieri viderent custodes, quia Sisinus, & Cyriacus Diaconi suam, & aliorum sarcinas cum adiutorio Christi portarent, mirati sunt, et nunciauerunt Tribuno Spurio. Quo autem potissimum tempore hæc Romæ peragebantur (vt Baronius asserit) Iustratis diligenter ab Imperatore singulis militum legionibus, qui Christiani reperti fuere, militia exuti, ac penitus exarmati, vincique Romam perducti, tanquam adscriptitij serui, Thermarum operibus additi fuere. Thermis vero postmodum absolutis, qui in Christianæ fidei confessione constantes, nullis fracti laboribus perferere, ne laborum opere alleuiati, quod ingens esset illorum numerus, quid noui in Imperium molirentur, omnes pariter capitis sententia multauit. Et tunc singulari quidem ipsius Dei beneficio, impensū laboris mercedem, martyrij palmam recipere, vt adimpleretur, quod de iustis olim Scriptura cecinit: *Reddidit Deus mercedem laborum suorum.**

4 Porro militum tunc potissimum temporis martyrio coronatorum numerus præ cæteris decem millium ducentorum trium repertus est, qui omnes vnâ cum Zerone Tribuno, qui inter eos dignitate præcellere videbatur, Trigemina extra Urbem porta ducti, & in concauæ vallis sinu, in loco, qui dicitur Gutta iugiter manans, ad aquas Saluias feliciter ad vnum omnes, septimo Idus Iulij, quo die celebris Anniuersarij eorundem triumpho memoria recollitur, ob impensorum pro fidei confessione laborum præmium, gladio cruci-dati, nobili martyrio coronati sunt. Alios autem Christianorum sere innumeros diuturno huic Thermarum operi addictos fuisse præter recensitos hæc-

Sisinij & Cyriaci charitas.

A. S. Mar. ce Pap. et mart.

Baron. l. 2. an. 298.

Milites Christiani detracti Thermarum operibus additi.

Zero tribunus cum 100. 203. martyribus socijs.

Maximus
martyr.

Baron. l. 2. cap.
289. n. 15.

nus, quorum tamen memoria excidit, & quorū nomina in libro vitæ scripta sunt, quis iure merito ambigat, inter quos insignis ac præcipuus Maximus ille clarissimus Christi martyr duomillennarius extitit, qui cum in cæteris, quos poterat, ad Christi fidem traducendis, totis animi viribus instaret, & centum viginti milites suo regimini adscriptos iam Christo aggregasset, & S. Marcello Papæ baptizandos obtulisset, re ad Maximianum delata, eosdem cingulo militari abdicatos, ad seruire Thermarum opus adsciuuit, ad sodiendam nimirum arenam, sed bene res illi accidit; milites enim, quos Maximus paternis officijs demeruerat, dum sæpe eum, ac cæteros commilitones in arenario laborantes inuiserent, Maximo Regnum Dei eisdem annunciantes, & honestissimi ordinis se libenti animo pro cælesti Regno dispendium perpeti, feruiliisque vitæ, ac ignominia notam subire, necnon indictos sibi Christi causa labores se constanter ferre vltro asfirmante, hi Deo inter verba afflati, ad amplexandam Christi fidem se contulerunt. Verum re postmodum cognita, Maximus millennarius Dux, vnâ cum centum illis, ac viginti militibus, impio iubente Maximiano, gladio interempti, ac reliqui ex millenarijs militibus in eodem arenario ob Christi amorem, ad subeundum martyrium alacriter succenssi, flammis feliciter consumpti fuerunt, quorum cineres, ac Maximi, & sociorū corpora, Marcellini Papæ, & Ioannis presbyteri opera, Via Salaria in Cæmeterium ad elium Cucumeris secundo ab Vrbe lapide illata sunt. Demum, vt Christianorum numerum, qui his Thermis extruendis additi sunt, recensemus, illud postremo loco coronidis instar enarratis subteximus, constanti antiquorum scriptorum assertionem, quadraginta Christianorum millia in tam immanis ædificij mole adhibita fuisse, qui omnes, ne labore frustrarentur, nobili postmodum martyrio, cædente gladio, coronati sunt. Vides hinc numerosissimos Christianorum, ac martyrum greges, & integras prope, & confertasmilitaris ordinis copias adiutricem extruendo operi manum admouisse:

Baron. Manl. l.
1. cap. 1. n. 15.
Rom. l. 5. c. 20.

In his quippe extruendis (vt Bartholomæus Marlianus ait) memorant quadraginta mil-

lia Christianorum pluribus annis in modum seruitij habuisse. Cui Andreas Fuluius paribus verbis subscribit.

Andr. F.
antig. V.
c. 25.

5 Porro Pius IV. fel. recordat. Pontifex labores in Thermarum, quas memorauimus, extruente a beatis Christi martyribus exantlatos secum pie recelens, in Templum dicandas decreuit: quapropter insignis eo seculo Architecti Michaelis Bonarotæ opera vsus, primum lapidem solemniter in præmemoratis Thermis, in quarum immani substructione tot Christianorum millia lapides, arenam ac lateres iugiter elaborando congesterant, idem Summus Pontifex ambitiosus eorundem piorum laborum æmulator iccit, & Cardinalitio insuper titulo idem sacrum Templum nobilitauit, vt satis luculenter huiusce rei historiam Antonius Spinellus Societatis Iesu enarrat in volumine, quod *Thronus Dei* inscribitur, ibidemque sepulchrum sibi idem Pius Pontif. apud Deiparam Virginem elegit, vt vel mortuus sanctorum laboribus communicando locum quietis apud Deum obtineret, quod & nonnulli alij in seligendo sepulchro præstitere, inter quos præcipui ex Purpuratorum Patrum collegio, & insigniores viri adnumerantur, & Antonius de Duca presbyter Siculus, qui dictas Thermas in Templum conuertendas multis ante annis prædixerat, præcipue recensendus videtur, vt ex sepulchrali eius lapide his quidem verbis liquet:

Pius IV.
mas D.
cianas
plum d.

Ant. S.
libel. d.
no De.

ANTONII DE DVCA SICVLI
PRESBYTERI CEPHALVDENSIS,
QVI HAS DIOCLETIANI THERMAS
ANTE ANNOS FERÈ VIGINTI,
VIRGINIS ANGELORVM,
VT EXTAT, TEMPLVM FORE
PRÆVIDIT, HIC OSSA
QVIESCVNT.

Et isthæc interim, vbi Thermarum, quæ Diocletianæ dicuntur, mentio incurrit, de condigno recensitorum martyrum agone ad augendum loci cultum subtexere visum est. His igitur paucis, quæ vel obiter protulimus, de Diocletianis Thermis beatorum martyrum sudoribus, laboribusque, ac eorundem manu, & opera apprime nobilitatis, atque excultis meminisse voluimus.

Vitæ
Clari
Tij T.

CAP. XLVI.

De subterraneis apud Ecclesiam Beatæ Mariæ in Via lata Cubiculis Beati Pauli Apostoli hospitio, ac prædicatione, sanctorum præsentia, & frequenti Christianorum cœtu nobilitatis.



A THERMIS, vbi præclara Christianæ pietatis in Vrbe monumenta suspeximus, pedem contrahentes, ad loca Christianorū

incolatu, sanctorumque meritis conspicua concito nunc gradu progredimur, & primum quidem, si libet amice lector, ad subterraneum locum, qui apud Latam Vrbs viam existit, & in præfens visitur, ad locum, inquam, qui Paulo primum in Vrbe aduenienti hospitium præbuit, oculos, pedem, ac styllum pariter conuertamus.

2 Et profecto si quis Paulum tunc quidem catena vincitum, Vrbe Romæ ingredientem vidisset, obstupisset sane, & Dei potentiam admiratus, in crimi homini, ac vinculis captiuorum instar alligato Vrbe ipsam, totius Orbis dominam, cum toto suo triumphali fastu subiiciendam, & vniuersum terrarum Orbem diuinæ prædicationis verbo, vi, ac virtute vincendum, vinciendumque præfentis admirabundus hæssisset, illa Apostoli ad Romanos scribentis verba, quæ iam adimpleri videbantur, recolens: *Paratus sum vobis, qui Romæ estis, euangelizare; non enim me pudet euangelij Christi.* O animam generosam (inquit Chrysofostomus) rem tot tantisque periculis obnoxiam, suscipientis peregrinationem maritimam, tentationes, insidias, defeciones: par enim erat eum, qui disputaturus esset cum tanta ciuitate, & ex impietatis tyrannide oppressa, tentationum agmen, ac veluti gran-

dinem perferre, sed tamen cum pericula tanta expectaret, nibilo pigrior reddebatur, sed festinabat & parturientis more appetebat, & promptus erat. Vides, quanta auiditate, quanta fiducia, & alacritate Romanis Euangelium annunciaturus progreditur, atque festinat. Sed nos interrim, quæso, ingredienti Paulo, & ipsa, inter vincula Augusti augustius triumphanti vnâ cum Chrysofostomo occurramus: *Quoniam igitur (inquit ille) non Vrbe, sed Orbem Paulus ingreditur, occurramus omnes, etenim ille non signum terreni alicuius Regis, sed in Cælo regnantis Christi crucem portat, & præcedunt non homines, sed Angelorum cateruæ, non solum in honorem eius signi, quod fertur, sed in eius, a quo fertur auxilium. Spectatores igitur ingredienti ad nouum reuicendum de Vrbe triumphum Paulo superni ciues, & ouantes Angelorum cateruæ adstiterunt: Spectaculum quippe facti (vt Paulus ait) mundo, Angelis, & hominibus.*

Cryst. hom. 3 de laud. Paul.

3 In Vrbe igitur ingressus, domum ad inhabitandum conduxit, eo potissimum loco, vt Baronius, & Lorinus disertis verbis asserunt, vbi in præfens Ecclesia S. Mariæ, quæ dicitur in Via Lata, cuiusmodi rei memoria celebris, cernitur. Quinimo antequam in Vrbe adueniret, de præparanda sibi istic in Vrbe ad inhabitandum domo Philemoni illis plane verbis iniunxerat: *Præpara mihi domum.* Quoniam vero futurum, vt plures ad eum confluerent diuinum verbum audiendi, & disputandi gratia, noverat, in opportuno Vrbs eiusdem loco, & longe ab vrbano spectaculo, & populi tumultu hanc sibi parandam curauit, vt Hieronymus palam testatur: *Venturus (inquit) ad Romanam Ciuitatem prædicaturus Crucifixum, & inaudita dogmata delaturus, sciebat ad se plurimos concursuros, & necesse erat primum, vt domus in celebri esset Vrbs loco, ad quam facile conuenirent, deinde ab omni importunitate vacua, & ampla, que plurimos caperet auditum, nec proxima spectaculorum locis, nec turpi vicinia detestabilis. Postremo vt in plano potius esset sita, quam in cœnaculo.* Vides quam apte querenda, ac disponenda domus, in quam ad excipiendū diuini verbi pabulum, ad legis dogmata edisserenda Romanorum cœtus passim cogentur.

Baron. to. 1. an. 59. Lorinus in Aff. ap. c. 101. Paulus Apost. Romæ domū conduxit.

Hieron. sup. ep. ad Philom.

4 Biennium vero Paulus ibidē vinc̄tus tranſegit, vt ex Apoſtolicis actib. palam ſit: *Manſit autem biennium totum in ſuo conducto*, in præmemorata videlicet domo, quod & Hieronymus expreſſe affirmat: *Paulus, inquit ille, Romam vinc̄tus mittitur, & biennio in libera manens custodia, aduerſus Iudæos quotidie diſputabat*. Quod autem domus hæc loco carceris Paulo deſignata fuiſſet, milite dumtaxat ad eum ſeruantium adiuncto, ex ipſis Apoſtolicis actibus aperte illis verbis conuincitur: *Cum veniſſemus (ait) permiſſum eſt Paulo manere ſibi cum custodiente milite*. Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum, cumque conueniſſent, dicebat eis: *Ego viri fratres nihil aduerſus plebem faciens aut morem patrum vinc̄tus ab Hieroſolymis traditus ſuam in manus Romanorum, qui cum interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla cauſa eſſet mortis in me*. Contradicientibus autem Iudæis coactus ſum appellare *Cæſarem*, non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare. Propter hanc igitur cauſam rogauit vos videre, & alloqui; propter ſp̄em enim Iſrael catena hac circumdatus ſum. At illi dixerunt ad eum: *Nos neque literas accepimus de te a Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nunciavit, aut locutus eſt quid de te malum*. Rogamus autem a te audire, quæ ſentis, nam de ſecl̄a hac notum eſt nobis, quia vbiq̄ue ei contradicitur. En opatiffima toti terrarum orbi, Chriſti fidei hæc apoſtolicæ prædicationis in Vrbe præludia: en, vt rebelles ac pertinaces Iudæorum animos ad ſubigendos ſe Chriſti obſequio Apoſtolus factus omnibus omnia, vt omnes Chriſto lucrificeret, ſuauiſſime demulect, & proborum Rhetorum more, antequam Chriſtiane fidei, ac dogmatum ſemina auribus ingerat, beneuolos ſibi audientium animos auſpicari pertentat.

5 His igitur præmiſſis Apoſtolus condic̄to ad diſputationem die, fauſto in certamen om̄ne palam cum Iudæis conſiſturus inſurgit: *Cum conſtituiſſent autem illi (inquit Lucas) diem, venerunt ad eum in hoſpitium plurimi, quibus exponebat, teſtificans Regnum Dei, ſuadensque eis de Ieſu ex Lege Moysi, & Prophetis a mane vsque ad vesp̄eram, & quidam credebant his, quæ dicebantur, quidam vero non credebant*. Audis pie lector iacta vel tum ab Apoſtolo prædicante prima in Vrbe di-

uini verbi ſemina, haud tamen vllum ſalutis inde fructum, obduratis Iudæorum cordibus, exurgentem vides. *Manſit autem (ſubdit Lucas) biennio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebatur ad eum, prædicans Regnum Dei*. Iuges igitur ad Apoſtolum concurſus fiebant, dum ille omnes interim paterno affectu, libentique animo, qui accedebant, excipere factus videlicet omnibus omnia, vt omnes Chriſto lucrificeret. O locum (hic nobis exclamare liceat) omni quidem venerat̄ione digniſſimum, Beatiffimi Apoſtoli aspectu, verbis, lacrymis, ſuſpirijs, meritis, ſolicitudine, prædicatione, ac præſentia apprime nobilitatum, ipſomet Capitolino iugo præſtantioſiorem, in quo primæua fidei ſemina in vberem aliquando ipſuſmet agri dominici ſegerem prouentura, & Orbem totum mirifice peruaſura iaciebantur: vbi Chriſtiani primū nominis, ac orthodoxæ Religionis fundamenta iam tū prædicationis verbo Doct̄oris gentiū ore deſignabantur. Verum c̄nimuero haud ingrato hic ſilentio locum præclariffimis Apoſtoli vinculis ſuſpiciedum & apoſtolicis cuiuſdem verbis recolegendum iugiter præterire viſū eſt, cuius ex ipſiſſime Apoſtolorum actis condigna legentibus mentione ſuggeritur.

6 At vbi quondam Romæ huiuſcemodi hoſpitium Pauli extiterit, ſi Latam pie, ac ſtudioſe lector, ad viam recurras, ibi, quod quaeris, quod exoptas, prompta manu procul dubio offendes, & manſionē ſubterraneo nunc licet ambitu iacentē ipſis Cælis excelſiorem deprehendes: magis quippe hic tibi locus admirandum Paulum catenis Chriſti amore deuinctum exhibet, quam eundem olim ad tertium vsque Cælum triumphantium more raptum, ſubuectumque, ac Paradifi delicijs intime perfruentem mortalium quiſque ſuſpexerit. Sed quid interim de eodem loco Baronijs in ſuis Annalibus affirmet, his paucis accipe: *In antiquis (ait) monumentis Diaconie S. Marie in Via Lata memini me legiſſe illis primū hoſpitio exceptum fuiſſe Paulum*. Quamuis autem Apoſtolo, dum illic tanquam hoſpes rationem Cæſari redditurus accret, Urbem excurrere, & quo vellet vagari permiſſum nullatenus eſſet, comitante tamen eum milite, ad Cæſaris Pala-

Domus loco carceris Paulo Apoſt. Romæ conceſſa, Aſ. c. 28. n. 20 Hieron. d. ſcript. Eccl.

Aſ. c. 28. n. 20

Paulus Apoſt. Iudæos ad diſputandum ſecum Romæ prouocat. Aſ. c. 28. n. 20.

Aſ. c. 28.

Apoſt.

Hoſpitium Pauli in Via Lata.

Baron. c. au. 59.

Chryſ. in ep. ad.

Palatium se conferre, tribunalia insuper, apud quæ suæ rationem causæ dicturus erat, adeundi facultas liberat, quod a Centurione ipso, qui cum Romam adduxerat, qui eius miracula iam viderat, & qui eo familiariter admodum utebatur, utpote qui victorum curam gerebat, Paulo indultum fuisse arbitrari nobis licet, quod & discrete Chryostomus his verbis affirmat: *Non paruum etiam (inquit) hoc argumentum est, illum fuisse per omnia admirabilem, qui non iam cum alijs numerabatur, sed permixtus est illi, ut maneret solus cum milite custodiente illum.* Hoc autem Paulo duntaxat, aut cæteris, qui vnà cum co vinciti Romam aduenerant, permissum est. Et quidem quod ad carceris custodiam pertinet, nos olim ille apud Romanos extitit, ut pro varietatis criminum multiplex quoque carceris, ac coercendi ratio adhiberetur; quidam enim, grauiori delicto obnoxij, in carceribus publicis includebantur, alij leuioris culpæ apud iudicem insimulati vnus militis custodiæ addebantur, alij vero priuatim intra propriasmet domos agere, alij insignioribus quibusdam viris in eorum domibus seruandi tradebantur, iuxta id, quod Vlpianus præcipuus inter Iuris peritos asserit: *Potest Præfes quendam damnare, ne domo sua procedat, etc. Vtrum in carcere recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi.* Et mox eiusmodi coercendorum hominum pœnas, earumdemque pro delictorum varietate rationes in hunc plane modum distinguit: *Hoc autem vel pro criminis, quod obijcitur, qualitate; vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia persone, vel pro dignitate eius, qui accusatur.* Paulo igitur, utpote viro prorsus innoxio, diuinis virtutibus exulto, ac miraculorum signis eius innocentiam, fidem, doctrinam, ac mores palam comprobantibus, carcer hic coercendo leuissimus condonatus est.

7 In eadem autem domo (ut nobis arbitrarias est) frequenti cælestium viro- rum ac superiorum ciuium consuetudine fruebatur, inter quos præcipui erant, ut Apostolorum acta demonstrent, Marcus, Aristarebus, Demas & Lucas adiutores mei. quibus addendi sunt Crescens & Linus. Confluebant illuc Iudæi, Gentiles, Christiani: de Iudæis quippe illud exponi-

tur: *Rogamus autem a te audire quid sentis, nam de seclâ hac notum est nobis, quia vbi que ei contradicitur.* Decretis subinde dies est, & tunc palam de regno Dei Paulus in loco consistens disseruit, ac multa de Christi aduentu sapienter edocuit, quibus auditis, quidam credidere, quidam vero dictis nullatenus acquiescentes abierunt: *Cum hæc dixissent (inquit Lucas) exierunt ab eo Iudæi, multas habentes in se quæstiones.* Et quidem cum domus, in qua Paulus morabatur, opportuno sita loco esset, & nemo illum vltro adire, nec ille e contra verbum Dei annunciare prohiberetur, venientes passim comiter excipiebat, verbum Dei cunctorum auribus ingerebat, & quamuis ferro vinc-tus, libero tamen ore, ut Eusebius docet, Euangelium Christi prædicabat. *Biennio, inquit, Rome in custodia mansit, liber tamen ad prædicandum Euangelium.* Interim vero cum Paulus in hac domo detentus priuatim ageret, Neronem ad suam dicendâ causam haud semel adiit; quippe qui, ut Seditius affirmat, *his coram Nerone eo biennio perorauit; cui Chryostomus in hunc plane modum adillipulatur: Stabat ante Neronem Paulus oculis in humum depressis, pannis obfusus, squalentibus, quippe carcerem habitans.* Et infra: *Illud plane nouum, ac mirabile, intueri vinc-tum tantâ licentia Regem alloquentem.* Hæc in rem præsentem Chryostomus. Dum Paulus insuper ibidem causam apud Neronem, ad quem appellauerat, dicturus moraretur, a cunctis se derelictum fuisse ad Timotheum scribens, his verbis conqueritur: *In prima mea defensione nemo mihi adsuit: sed omnes me dereliquerunt: non illis in putetur.* Sed Paulo ab omnibus cum in modum derelicto, atque in maximo animi angore, & rerum periculo constituto Christus Dominus, ut alias consueuerat, è Cælo adfuit, atque ab omni, quod imminchat, discrimine vindicauit; hoc ipsum enim Paulus eadem, quam ad Timotheum scripsit, epistola factur, dicens: *Dominus autem mihi adstitit, & consortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus sum de ore Leonis.* Sic enim Neronem, ob immanem, ac prorsus inauditam Principis crudelitatem appellat. *At non sic liberatus est (inquit Baronius) ut omnino liber abire sit iussus, sed quod*

Euseb. lib. 6. c. 21.

Seditius.

Chryst. lib. 54 in Ag. Apoll.

Pauli Apost. quærela. 2. ad Tim. 4.

Apost. 1. ad Tim.

Baron. in 1. an. 59. n. 7.

in suo conducto, catena tamen vinculus cum custodientem semilite libere agere permiffus fit, ubi eo modo ad biennium mansit. Merito enim tunc de Apostolo in vinculis detento, quod de Iosepho diuinæ obtestantur paginæ, adimpleri visum est: Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Ita plane, vel in locum illum demissum, abiectumque, qui carceris instar Apostolo constitutus erat, Christus se videndum exhibens descendit, eundemque solatus, bono animo esse iussit, & de vberi Evangelici feminis messe spem certam suggerendo, iacentem mirifice ex angusto loco ad tertium quodammodo Cælum crexit: Dominus autem mihi adfuit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes. Bonum vti que inter ipsa vincula ominis auspiciam, intra ipsius ad viam Latam carceris angustias bonum, in quâ, Apostolus sortitus auspiciam, corde dilatatus: In tribulatione (aiebat cum Dauide) dilatasti mihi, & haud fati sibi esse putauit in descripto hæctenus loco, et si humili omnes ad se confluentes tuto veluti sinu receptus, nobiliq; locatus throno excipere, & Euangelio imbueri, sed cum adhuc eodem in loco in vinculis detineretur, complures ad absentes epistolas scripsit, quæ singillatim a Baronio, veluti nobilissima apostolicæ sollicitudinis, & Ecclesiasticæ antiquitatis monimenta recensentur.

8 ep. c. 10. et 19

Apost. 2. ad
Thim. 2. 4.

Psalm. 4.

Ecclesia S. Mariae
in Via lata
nobilissima.

Lucas Euangelista.

9 Iure igitur merito locus hic nobis iugiter suspiciendus est, in quo vincetus Orbem vniuersum victurus biennium Apostolus peregit, in quo de Regno Dei sermonem semel, atque iterum præstita sibi diuinitus sapientia cum Iudæis habuit, in quo tot Christo Euangelicæ prædicationis verbo ipsa inter vincula peperit, ac lucratus est, vnde tot saluberrimis reseræ monitis epistolæ redundarunt, tot diuina apostolici peccatoris monimenta singulari totius militantis Ecclesiæ beneficio prodire.

10 Porro haud Pauli dumtaxat præsentia, prædicationibus, ac epistolaribus scriptis locus hic mirifice illustratus, sed & ipsius Lucæ Euangelistæ calamo ac pennicillo toti terrarum orbi celebris redditus est: hic quippe, vt pia traditio fert, quamplures Lucas Deiparæ Virginis, quæ in Vrbe venerationi fidelium

patent, imagines pinxit, ibidemque sacram Apostolicorum Actuum historiam scripsit, vel certe absoluit, vt inscripti lapides edocent, & expressis verbis Lorinus in Acta Apostolorum hunc in modum asserit: *In hac Vrbe Romana lapis est in Diaconia S. Mariae in Via lata cum inscriptione, quod ibi beatus Lucas imagines beatæ Virginis depinxerit. Viget vero traditio ibidem sancti Pauli conductas ades fuisse, eundemque Lucam ibi composuisse, vel absoluisse præsentem historiam. Locus is erat amplissimus, ac celeberrimo Vrbs loco, vt ipsemet diligenter lustrauit. Inscriptionis autem titulus hæc legenda præfert.*

Io. Lorin. in
cap. ult. A
Apost. 2. 30

ORATORIVM QVOND. S. PAVLI APOST.
LVCÆ EVANGELISTÆ,
ET MARTIALIS MARTYRVM,
IN QVO ET IMAGO
B. MARIE VIRGINIS REPERTA
SISTEBAT, VNA EX VII.
A B. LVCA DEPICTIS.

Et quidem quod Lucas Euangelista in Vrbe Roma, & hoc potissimum loco, librum Acta Apostolorum continenter descripsit, Hieronymus disertis verbis affirmare videtur, eo quod eiusmodi historia vsque ad biennium, quo Paulus Apostolus Romæ demoratus est, protendatur, sed vt nostra magis assertio comprobetur, eius hic verba excipiantur: *Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Acta Apostolorum prænotatur: cuius historia ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id est ad quartum Neronis annum, ex quo intelligimus in eadem Vrbe librum esse compositum. Quod si in Vrbe, haud alio certe loco, quam isto, vbi Paulo eius indiuiduus peregrinationis comes etiam in carcere constituto adhæsit, ab eo librum conscriptum fuisse asserendum est. Vides quam præclaris sanctorum gestis hic locus præ cæteris conspicuus reddatur, & quantam sibi apud fideles omnes venerationis cultum promereatur: ibi enim primum Deiparæ Virginis cultus orbi propinatus, & singulariter commendatus est: ibi contra Iconomachos pennicillo vel tum Lucas pugnavit, & sacras pingendo imagines, & sacras hæreticorum nequissimi mordicus impugnant, easdem validius propugnando gladium pro pennicillo exeruit: ibi gloriosa Ecclesiæ, Apostolorum, & ipsius Pau-*

Hier. lib. 4
Script. Ecc.

Pauli gesta, prout oculis viderat, scriptis consignavit, & pulcherrimam Christianæ Republicæ sub primævis temporibus faciem ad viuum delineavit. Ibidem Lucas indiuiduus Pauli comes, eius vinculis, quam texebat historiam, quasi gemmis illustratus, unâ cum eodem felici Vibis omine, dum Romæ ageret, perstitit, & longa post secula pretiosi capitis pignore, quam vnice Apostolus dilexerat, cumulari, ac insigniri voluit, vt idem Lorinus egregie in rem præsentem adnotat: *Et la tor sane, inquit, hic vbi caput Ecclesie præsidet, & Petrus ac Paulus iacent, Paulique maxime historie scriptor, atque comes Lucas versatus est, & in Petri basilica conuictum caput habet a Gregorio Magno cum esset Apocryphus Constantino poli allatum, finem a me imponi tam prolixo, molestoque commentario: ibi etiam vbi Lucas idem historiam istam, vel composuit, vel absoluit, &c.* In festo profecto sacrum aduentibus honorem ipsiusmet loci aspectus, & subterraneæ Romæ splendorem locus iste vel incultus, qui Apostolo & Apostolicis viris diuersiorum præbuit, mirum in modum auget.

II Vt perennis autem beatissimi Apostoli, rerumque eius præclare gestarum memoria extaret, Sixtus V. Pont. Max. diuino plane affatus numine, locum hunc præ cæteris, & adiacentem pariter regionem eiusdem incolat, prædicatione, ac vinculis singulariter illustratam recolens, cum cochlidem Antonini Imp. columnam misere laceram, ruinofamque primæ formæ restituisset, æneam B. Pauli Apostoli in eiusdem fastigio statuam, hoc nobili ad Orientem inscripto titulo erexit.

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM HANC,
AB OMNI IMPIE TATE
EXPVRGATAM
S. PAVLO APOSTOLO,
ÆNEA EIVS STATVA INAVRATA
IN SVMMO VERTICE POSITA. D. D.
AN. MDLXXXIX. PONT. IV.

Ad septemtrionem vero hic alter titulus columnæ, imo eiusdem Apostoli gloriæ a Sixto Pontifice metricè insculptus legitur.

TRIVMPHALIS
ET CLARA NVNC SVM
CHRISTI VERE PIVM
DISCIPVLVM FERENS
QVI PER CRVCIS
PRÆDICATIONEM
DE ROMANIS BARBARISQVE
TRIVMPHAVIT.

Et congrue quidem in ipso summo Antoninæ columnæ vertice verus pietatis cultor, Gentium doctor, vas electionis, ipse, inquam, S. Paulus, seu Pauli simulacrum locari meruit, ille, inquam, qui Urbem Romam (vt Chrysolomus ait) adeo dilexit: *Ob id enim, inquit ille, Urbem Remam beatam prædico, quod erga illos Paulus dum viueret adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, & coram disseruit, & postremo vitam apud eos finiuit.* Merito quippe Antoninus, qui Pij olim cognomentum præfuit, Paulo loco cessisse, & columnam concessisse visus est, vt aptis in rem Blancus olim carminibus cecinit:

*Iure Antoninum Paulo vis Sixte subesse:
Nam vere hic pius est, impius ille Pius.*

Eadem super statua, quæ Apostolum triumphantis in morem Vrbi suspiciendum præfert, egregie olim Angclus Bargeus metricè in hunc modum lusit:

*Quæ Cochlidis moles nobis operosa columna
Ostendet valida bella peracta manu.*

Atque Antonini, post regna eue'sa Quiritum,

*Seruat in inciso marmore facta Pij,
Maximus hæc subter pedibus premit omnia Paulus,*

*Armatus libro Paulus, & ense manu.
Xp'stus enim quintus statui hic inssit, ad omnes*

*Clamet vt ex alto, conspicuoque loco.
Et vita infonti, & doctrina, & fontibus ausis,*

Barbara sunt Latio colla præmēda iugo.

Et hæc interim de loco ac subterraneis Cubiculis, quæ Paulo Urbem intranti hospitium exhibuere, in studiosi gratiam lectoris, & ad perenne venerandæ antiquitatis monumentum, ctsi ab instituti proposito aliquantulum digressi iuisse videamur, vel obiter meminisse volumus.

CAP. XLVII.

De Cœmeterialibus Sarcophagis, imaginibus vitreis, alijsque perantiquis Christianorum monumentis nouissime adiuuentis: & Cœmeteriorum Urbis Ichnographia.



Arcæ marmoreæ & Cœmeterijs.

ANTEQVAM supremam Cœmeteriorum enarrationi manum imponamus, veluti præclara quædam rerum Cœmeterialium monimenta, & suspicienda iugiter recolenda Antiquitatis trophæa, Arcas nonnullas lapideas præcipuis sacrarum historiarum actibus prænotatas, atque imaginibus eleganter insculptas, hic subtexere visum est, quæ ex Cœmeterijs pariter, etsi a nobis locum ignorari contingat, nouissime eruta primitiuorum temporum faciem, ac rerum Christianarum vestigia intuentibus exhibent. Hæc autem idcirco studiose lectori hic potissimum contemplandas obijcimus, ut peracti feliciter, Deo adiuuante, itineris, has velut in titulum erigentes ad posterorum noticiam transmittamus. Verum ut probabilis quidem opinio fert, & ipsamet coniecturæ suadent, hæc quoque lapideæ vrnæ ex præmemoratis Cœmeterijs rediitua in lucem prodire: sacris enim & illæ imaginibus, historijs ac mysterijs exulta, atque obsignata sunt, quæ cum satis certa Christianæ religionis indicia pariter, ac insignia præferant, religioso quoque olim cultui dicata fuisse intuentes edocent: quod ex ipso adpectu studiosus lector vltro dijudicabit.

2 Post delineata interim horum Cœmeteriorum exemplaria, situs pariter atque ambitus, vti iam diximus, formam adijcimus, quod totum studiosissimis vti que viris Gasparo Berto, & Francisco

Continio acceptum lector referre debet, quippe qui haud mediocri sane studio ac labore rem consecere. Ex delineata autem horum Cœmeteriorum forma, quam ob oculos lectori proponimus, contemplanti quidem ipsa luce clarius innotescit beata profus, ac optabilis iugiter, nec vllatenus, ut quidam temeriputant, deploranda primitiuorum Urbis Romæ Christianorum conditio, qui pauperis admodum, ac contemptibilis vitæ genus sectantes, & incommodis omnibus pro Christo affecti, eo tuendæ fidei zelo ac æmulandæ pietatis studio tenebantur, ut dum eisdem acerbiorum persecutionum vis impeteret, in subterranea hæc, inculta quidem ac perobscura loca inter rerum angustias deprehensi vltro se recipere, & ipsi mundo exules effecti, ac lucem hanc tot scelerum inquinamentis obnoxiam perosi, ipsiusmet vitæ fastidio tabescentes, adhuc viui sepulchris inferri quodammodo mallent, quam profanas gentilium superstitiones, ad quas persecutores urgebant, inter tot idololatricæ labes viuendo oculis, aut animo haurire. Aiebant quippe constantis animi, inuictæque fidei viri vnâ cum Elcazaro: *Præmitti se malle in infernum, quam præuaricari legem Dei.* Inferiora autem hæc loca tuta olim Christianorum confugia, eo quod luce penitus orbata essent, haud sepulchri dumtaxat, imo ipsiusmet Limbi, apud quem SS. Patrum animæ detinebantur, imaginem contemplanti præferre videbantur. Viarum enim semitæ, ut insculpta præfert loci facies, eum in modum arctæ, ac depressæ subsistunt, ut duos vix simul homines capiant: & hæc cadauerum sepulchris duplicato inter se ordine distinctis refertæ omni ex parte conspiciantur. Cubicula vero, seu ædiculæ, vbi ad synaxes in vnum Christiani conuenire consueuerant, breui plerunque spatio concluduntur, etsi quibusdam in Cœmeterijs Cubicula vti que ampliora existant, inter quæ apud celeberrimum illud Sanctæ Agnetis tria quidem videre est, quorum vnum cæteris amplitudine longe præcellit, & sedibus quibusdam illustratur, quæ sacris quondam Pontificalium rituum ministerijs vsui fuisse præferunt. Studiose igitur lector vbi isthæc animo diligenter expendis, adimple-

Gaspar Berto, & Francisco Continio Cœmeteriorum studiosi Ichnographia.

Beata primitiuorum Christianorum conditio.

2. Mach. 10. 3

Cubiculum in Cœmeterio S. Agnetis amplissimum.

pletum profecto in probatissimis primi illius ævi fidelibus intelliges, quod ab Apostolo de ipsismet sanctissimis antiquari Testamenti patribus, qui pro fide strenue desudarunt, longe ante pronuntiatum fuerat, & de nostris quoque inuictis Christi athletis, Apostolicis verbis oraculum ipso Angelico Doctore teste iam tum prænuntiatum esse; quod hini-
Feb. c. 11.
Feb. c. 11.
 mirum beatissimi viri Cælo destinati, quibus dignus non erat mundus, egentes, angustiati, afflicti, inter nos vivere. In solitudinibus (vt Apostolus inquit) errantes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ.

Ex quibus demum hæc percurrenti liquido patet, quam immensas referre gratiarum actiones teneatur, quisquis ille est, qui Cæmeteriales paginas perlegit, his potissimum, qui tanto studio ac labore & pari insuper pietate subterranea frequenter Cæmeteria obire, eadem iugiter perserutari, sacrorumque locorum faciem tabulis excipere, delineare, ac posterorum oculis contemplandam, vti hic describitur, subijcere, de sacra optime, inquani, meriti antiquitate conati sunt: quorum tu interim laboribus, amice lector, vtere, ac perfruito.




Binæ hæ marmoreæ Arcæ, quarum ectypa oculis hic subijcimus, è sacris quoque Christianorum Cœmeterijs effossæ fuerunt: Illas Eques Franciscus Gualdus Arim. eum in modum inter se coaptari, atque in Porticu Basilicæ Liberianæ ob præclara, ac iugiter recolenda, quæ continet, fidei mysteria erigi curauit, eleganti hac addita inscriptione:

CARD. ANTONIO BARBERINO ARCHIPRESB.
 ARCAM MARMOREAM
 QVAM CHRISTIANORVM PIETAS EXCVLPST
 LABORANTE SVB TYRANNIS ECCLESIA
 VT ESSET LOCI SANCTITATE VENERABILIOR
 FRANCISCVS GVALDVVS ARIMIN. MILES S. STEPHANI
 E SVO MVSAEO HVC TRANSTVLIT MDCXXX.

Sacræ autem figuræ, quæ inibi exculptæ visuntur, huiusmodi sunt.

- I. Protoparentes iuxta lignum vetitum tristes, demissoque vultu ob patratum inobedientiæ facinus consistentes.
 - II. Diuinus Hebræorum Legislatoꝝ, qui accipit in monte Sinai duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.
 - III. Tres Magi, qui Deo infanti munera offerunt.
 - IV. Patriarcha Noë, qui aquis diluuij iam cessantibus columbam pacis nunciam aduolantem excipit.
 - V. Bis quoque Propheta Ionas ibi exprimitur; hic enim ab immani bellua veluti deuoratur, illic vero triduo post ab eadem in terram saluus egeritur.
 - VI. Moyses iterum, qui mirifica sua virga ex arida rupe sitibundo populo in solitudine largissimas aquas diuinitus elicit. In altera autem Arca huic subiecta hæ figuræ conspiciuntur.
 - VII. Christus Dominus, qui ad tribunal Annæ, vel Caiphæ ab Hebræis captiuus sistitur.
 - VIII. In medio autem Saluator in præsepio recens natus conspicitur, cui bos & asinus Dominum suum agnoscentes obsequium deferre videntur.
 - IX. Sanctissimus Præcursoꝝ, qui Christum Dominum in Iordane baptizat.
 - X. Idem denique Christus Dominus, qui Lazarum quatríduanum à mortuis excitat.
- Prior longa est palmos nouem, alta vnum dumtaxat, & bessem. Posterior autem in longitudinem palmos item nouem, in altitudinem vero tres, & trientem obtinet.



Insignis hæc Arca marmorea in ædibus Matthæiorum inter alia plurima veterum monimenta in præsens conseruatur. In ea celeberrima illa Pharaonis, & exercitus eius clades exculpta cernitur, Moyse per mare Rubrum aquis vtrimque pro digiose diuisis populum ducente, Pharaone autem illos temere persequente, ijsdem aquis iterum coëuntibus cum omni exercitu obruto.

Arca vero in longitudinem palmos decem, in altitudinem autem tres dumtaxat, & bessem obtinet.





Alter hic sepulchralis lapis, qui non multis abhinc annis apud D. Sebastiani Ecclesiam inter effodiendum adinuentus est, ex Cœmeterio Callisti erutus, eleganti quidem opere, & studiosa artificum manu elaboratus speciosam sacræ antiquitatis faciem intuentibus præferet, & nunc ab Illustriss. Marchionissa Christiana de Angelellis, in cuius domo asseruatur, typis exculptus tibi offertur: & quidem, vt sacras historias, quas continet, edisseramus.

A Primo loco hoc sepulchali lapide contemplanda exhibetur imago Adami, & Euæ ad vetitæ arboris truncum post degustatum lethale pomum suborto admissi facinoris pudore consistentium, ac se virentibus fici folijs obtegentium: Deus autem à tergo Adamum increpans exprimitur verbis illis: Adam vbi es?

*Gen. 3. 2. 7.
19.*

B Vir quidam exprimitur, qui virga vascula quatuor manna, quod è Cælo pluerat, referta præmonstrat, Moyfes autem is esse creditur, qui virga diuinitus portentum istud in desertis regionibus præstitit.

C Christus Dominus digito cæci à natiuitate oculos mirabiliter adaperiens describitur.

D Iezi, notus Elisei Prophetæ famulus (vt arbitrari fas est) contemplandus obijcitur, qui ab eodem Propheta vnà cum baculo ad filium viduæ in vitam reuocandum missus haud valuit, quem ipsemet Eliseus postmodum subsecutus, paruuli eiusdem corpori sese aptando, vitæ confestim restituit.

E Christus Dominus sub iuuenili forma sacrum legis volumen, manu deferens, docens, ac manu benedictionem impertiens describitur, cuius excipientes sermonem Apostoli adstant: & quia suis vigilantiam iugiter præmonebat, gallus gallinaceus, qui vigilantie typum præferet, ante eundem representatur, iuxta illud quod in hymnis canitur: Gallus iacentes excitat, & somnolentos increpat.

*Hym. ad
laud. in
Brev. Rom*

F Christus Dominus paralytico sanitatem impertitur, eundemque sublato, in quo iacebat, lectulo incolumem domum abire iubet.


G Abrahamus filium Isaac Deo immolans, strictoque iam mucrone eundem iugulaturus exprimitur, cuius vice aries, Deo prouidente, immolatus, filius autem patri redditus est.

H Petrus ad ignem se calefaciens à Prætorij militibus an Christum nosset interrogatus, & à quodam huius rei causa velut delicti conscius iam iam alligandus describitur.

I Moyfes, qui virga aquarum gurgitem è silice ad recreandum, enectum siti populum elicuit, contemplandus exhibetur.



Sarcophagus marmoreus e Galati Carattero
lucis D. Sebastiani Cisterii novissime
de domo Illustris D. Marillonisq. Christoph. Pichole
de Angeltellis Abovatah Konig.



Laterales descripti hactenus Sarcophagi partes, ne quid è sacra antiquitate studiosum lectorem lateat, hic tibi tabulis excerptæ, contemplandæ proponuntur, quæ tribus præcipuis sacramentum paginarum historijs excultæ sunt.

Daniel. 3.
Vna igitur ex parte tres pueri in Babylonica fornace Nabuchodonosoris iussu iniecti, sed illibatis tum corpore, tum vestibus inter flammarum globos salufici roris refrigeria experti consistentes, ac Deo extensis de more manibus sacros hymnos concinentes exprimuntur.

*Euseb. Emiff.
hom. 3. de
Eppib.*

Quod egregie quidem Eusebius Emiffenus illis verbis expressit: *Trium puerorum fides, atque iustitia tenebrosus non sensit ignis, sed stupenda refrigeria in medio camini aestuantis inuenit. Cessit virtutum meritis natura flammarum, ac traditos sibi reos mirum in modum rorantibus obumbravit incendijs, longe positos autem, & circumstantes sacrilegi regis consumpsit ministros. Quantum letitiæ in presenti obtinent merita religionis, & priuilegia sanctitatis. Ecce horrendum nescio quid anbelantes globi, & per quadraginta cubitos ebullientes extrinsecus suiunt, intrinsecus parcunt: extra fornacem sapiens ignis irascitur, & intus in fornace sumulatur.*

Daniel. 5.

Altera ex parte Daniel medios inter leones fame exasperatos incolumis, Abacuc sibi prandium offerente, adumbratur: in quo singulare item diuinæ pro-

uidentia intuentibus sacramentum eodem Emiffeno teste propinatur: *Nunquid (inquit) non munificentior Dei gratia circa prophetam fuit, quod rege vsque ad lacum votis, & supplicationibus prosequente, à leonibus honoratus est, quam si leonibus non fuisset iniectus? Aduertite, quod Deus noster probat suos in tribulationibus, non relinquit; ecce hic beatus Propbeta hostibus seruiebat, sed bestijs imperabat.*

*Euseb. Emiff.
hom. de Lita.*

Exhibetur item Noemus inter stagnantes diluuij aquas ipsam intra arcam consistens, & columbam cum oliuæ ramo ad se venientem excipiens: quod quidem factum testatissimum diuinæ pariter prouidentia argumentum extitit, inter vndas quippe totius humani generis profapiam ingenti, ac stupendo miraculo reseruauit, vt autem Emiffenus ait: *Nunquid non maioris miraculi opus est, si quisquam inter tumentes fluctus fractis gubernaculis, & nauem iam naufragam, nullum discrimen incurrat, quam si in portu immobili tranquillitate requiescat. Ita plane stupendo Noemus miraculo, & reliqui pariter cum illo inter vndas seruari fuere.*

*Euseb. Dec.
cit.*

Media item hic Euangelici Pastoris orbicularis vitrea imago, vt vidcs, ornamentis conciliandi gratia, inter Cœmeteriales Sarcophagos reperta, imago inferta est.





Vitra orbicularis Eyang pastoris in quo
in Coemeterio iumenta.

Porro venerandæ antiquitatis, quæ hucusque supersunt, vestigia sectando, illud certe pio, ac studioso lectori eadem curiosis oculis contemplanti suggeritur, haud aurum, imo lutum, ac vitrum auro ipso longe pretiosius è subterraneæ Romæ visceribus ad aurea primitiuorum Christianorum tempora designanda, pio perferuntium studio, deuotaque manu passim effodi, ac in lucem prodire.

Vitreæ sancto-
rum imagines
è Cœmeterijs

Vt quid enim apte in rem præsentem edisseramus, quis nesciat, vitreas sancto-
rum imagines, affabre elaboratas, auroque superinducto exultas, quæ Christianis quondam ad sanctorum recolendam memoriam vsui extitere, inter sepulchrales antiquorum Cœmeteriorum exuias, quandoque inter perscrutandum deprehendi, & tanto quidem Christianarum rerum emolumento, vt illi congrue prouerbio locus sit: *Tanti vitrum, quanti margaritum*, haud enim tanti quoduis auri, & margaritarum pondus æstimandum nobis est, quanti vitreæ istæ imagines, in quibus perantiquæ cultorum Christi pictas, & prima Christianorum temporum facies clucet. Porro quoniam è diuersis Cœmeterijs, cum tot in Vrbe adnumerentur, quamplures istiusmodi imagines sub varijs quidem temporibus crui contigit, Christiana Angelella Marchionissa Bononiensis conspicuæ nobilitatis, ac pictatis Matrona venerandam in ipsismet imaginibus antiquitatem, atque illibatam Christianorum, qua illis nil antiquius extitit, pietatem recolens, easdem studiose gemmatorum instar monilium collectas, & apud se inter scriniorum abdita diligenter seruat, hic tibi duabus quidem tabulis contemplandas offert.

I Hic autem venerandæ in primis, vt videre est, beatorum Apostolorum Petri, & Pauli imagines delineantur: in altera vero ex his ijdem Apostoli confidentes, docentesque, aut differentes exhibentur. Medio autem loco, in superiori parte, sacrosanctum Christi nomen Græcis de more litteris exculptum, & nobili circumseptum corona videre est. Et congrue quidem diuinum Christi nomen coronæ instar eorundem capitibus imminet, hi quippe præ cæteris Apostoli idem vniuerso terrarum Orbi nomen feliciter annunciarunt, Petrus

55. Petri, &
Pauli imagines
in vtroque
Cœmeterijs
erutæ.

enim Apostolorum princeps de Christi nomine illud edixit: *Nobis, inquit, præcepit Deus prædicare & annunciare populo.* Quod & alibi de se speciatim testatus ait: *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere.* Paulo itidem prædicandi nominis Christi munus specialiter iniunctum est. Ad Ananiam enim Christus ait: *Vade, quoniam vas electiois est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filijs Israel; ego enim ostendam illi quantum oporteat eum pro nomine meo pati.*

2 Altera eorundem Apost. imago angelum coronam eorundem capitibus imponentem exhibet, & iure quidem merito tanquam emeritis, atque victoribus, qui vniuersum terrarum Orbem Christi imperio subegere, corona donatur. Illud autem curioso lectori adnotandum est, Paulum videlicet Apostolum in singulis hiæce descriptis vitreis circulis dexteram, Petrum vero sinistram haud sine mysterio obtinere, de qua re Baronius in suis Annalibus consulendus est, vbi isthæc ait: *Apud Romanos in sacris potior locus semper sinister habitus est, dexter vero posterior, siue quod in Ecclesia Christi ex benedictione illa Patriarchali in Ephraim, atque Manassæ mutata sint rerum vices, & ordo, vt quæ sinistra esset, in dexteram, & dextera in sinistram dignitatis & benedictionis ordine mutaretur.* Quod tam in Orientali, quam Occidentali Ecclesia vsu receptum esse prisca docent exempla, &c. *Hinc & ille veterrimus vsus, vt in sacris diplomatibus à dextris Paulus, Petrus vero a parte leua collocarentur* Hæc Baronius, ad quem breuitatis gratia lectorem remittimus.

3 Altera subinde ex imaginibus, quas delineatas hic vides, Apostolos se mutuo respicientes, ac intermedium quoddam volumen complicatum, diadema itidem e superiori parte, & radium inde erumpentem contemplantibus exhibet. Nec res quidem vacua mysterio, ambos enim a Deo ad annunciandum Euangelium præelectos, diuinitus illud idem orbi promulgandum accepisse, & primum in Ecclesia Dei sanctitatis, ac præminentia eosdem locum fortitos fuisse eiusmodi symbolo designatur.



Obiiculares sive Sandorum



imagines in Coemeterijs inuenta.



Vitreum nu-
mismata in quo
Christus Laza-
zarum resus-
citavit.

4. In vno autem ex vitreis istis numismatibus Christus Dominus Lazarum fasciis obuolutum è monumento in vitam reuocans, vt in marmoreis pubescenti facie ac ætate passim Sarcophagis plerumque videre est, ad obtestandum videlicet futuræ resurrectionis mysterium, in quo florida ætate vnusquisque resurget.

Vitreæ imago
mulieris ora-
ntis.

5. In altera ex vitreis imaginibus mulier quædam protensis hinc inde brachijs orans adumbratur, qua plane forma orantes Cœmeterialibus in tabulis frequenter repræsentari consueuerunt. Insculptum autem nomen legitur, *Annes*. Hac autem imagine haud temere quis dixerit, beatam Agnetem a Christianis ob deuotionis erga eandem cultum exculptam fuisse, littera dumtaxat *N* pro *G* immutata; ibi enim *Annes*, pro *Agnæ* ponitur.

Alia vitrea
imago.

6. Postrema demum vitrea imago duas mulieres floridæ ætatis vnâ cum puerulo, ac quoddam inter vtrasque volumen haud explicitum ab alto prominens exhibet; sacrum item nomen Iesu exprimens, quo præcipuas quidem istas sœminas, quæ sorte tumultatæ ibidem vnâ cum eodem puerulo fuerunt, olim extitisse arbitrari quis potest, quarum effigies a gentilibus suis in earundem memoriam, & sui solatium affabre excepta, sepulchro vnâ cum corporibus illata est: nisi duarum virginum imagines exhibeat.

Alteram hic tibi tabulam sacris Cœmeterialibus imaginibus, in beatorum Martyrum sepulchris inter perferendum adiuuentis exculptam, quas Marchionissâ Angelella nobis contemplandam benigne obrulit, tibi quoque, pie ac studiose lector, sacrarum rerum, & venerandæ antiquitatis cupido vltro oculis delibandas exhibet.

Tabula autem hæc binas vitreas affabre elaboratas imagines continet.

SS. Iustus, &
Timotheus.

Alteram nimirum, quæ sanctos Iustum & Timotheum confidentes, & angelum coronam eorundem capitibus imponentem præferret: complicatum autem diuinæ legis volumen in eorundem medio extat, vt omnimodam, quam eidem legi obseruantiam vsque ad sanguinis profusionem præstitere, coronam eidem peperisse comprobetur, iuxta id

quod de beatis martyribus canit Ecclesia: *Propter testamentum Domini, & leges paternas sancti Dei persisterunt in amore fraternitatis, quia vnus fuit semper spiritus in eis, & vna fides.* Quapropter de vnoquoque martyre illud merito in eiusdem natalitijs repetitur: *Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, &c.* Et illud: *Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso, &c.* Et item: *Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.* Quo videlicet intuentibus Apostolicum iugiter oraculum ingeratur: *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.*

Resp. in eff.
de com. Mar.

Altera autem ex vitreis hæc imaginibus typis excerpta est, quæ in superiori parte beatos Apostolos Petrum & Paulum contemplandos, & quidem B. Petrum ad dexteram S. Pauli consistentem, Euangeliorum autem volumen, quod orbi annunciarunt, supernis respersum radijs exhibet, a Deo enim illud, non ab homine, vt Apostolus ait, orbi promulgandum acceperunt. In inferiori vero parte duos pariter beatos martyres, Iustum videlicet, & Timotheum, intermedium autem sacrosanctum Christi nomen Græcis duabus litteris expressum, contemplandum præferret. Corpora autem eorundem beatorum martyrum haud procul a loco, vbi eorum imagines pia Christianorum manus expressit, forte olim extitisse existimandum est.

SS. Petrus
Paulus in
tro express.

Sed subsiste interim, amice lector, & propensiosem erga beatos Christi Apostolos Petrum & Paulum, vrbis Romæ, & Christianorum, qui in ea debebant, deuotionis cultum obstupenti animo intueri. Marmoreis enim Sarcophagis, pictis item Cubiculorum tabulis, ac vitreis insuper numismatibus sacras eorundem imagines adumbrare partim saggebant, quo condignum grati animi eidem plane cum Chrysofomo verbis obsequium deferrent: *Quasnam vobis à beati Apostoli gratias referemus, qui tantum pro nobis laborastis. Memini tui Petre, & obstupesco: recorder tui Paule, & excedens mente, opprimor lacrymis, quid enim dicam, aut quid loquar vestras contemplans afflictiones, nescio. Quot carceres sanctificastis? quot catenas decorastis? quot tormenta sustinulistis? quot maledicta tolerastis? quomodo Christum portastis? quomodo præ-*

Veterum
Illum erga
erum & P
lum Apost
deuotio.

Chryf. au
Metaph.

Orbiculares alie Sanctorum vntreg imagines.



dicatione Ecclesias letificastis? Sunt benedicta vestrae lingua instrumenta: sanguine conspersa sunt membra vestra propter Ecclesiam, vos Christum imitati estis in omnibus. In omnem terram exiit vester sonus, & verba vestra in fines terrae. Inde enim Apostolorum cultus Romanis singulariter cordi extitit, quod ibi praedicatione, ac sanguine potissimum coruscant: quapropter idem Chrysostronus erga Urbem Romam adeo affici videbatur: *Ego & Romam*, inquit, propterea diligo, tametsi aliunde illam laudare queam, &c. Et infra: *Quis mihi dabit circumuolui corpori Pauli, affigi sepulchro, videre puluerem corporis illius, quae adhuc in*

Christo deerant adimplentis, stigmata illius gestantis. Eum quippe in modum Christianorum singuli erga beatos Apostolos deuotionis affectu tenebantur, ut iugem apud se eorundem memoriam repeterent, & oculis eiuscemodi exculpis signis obijcerent, & qui procul ab Urbe essent, haud aliquid praeter Apostolorum memorias videre praoptarent: ut de Ammonio eximia sanctitatis monacho Soerates narrat, qui Romam veniens, nihil ex magnificis Urbis operibus, praeter Templum Petro & Paulo dicatum videre omnino desiderabat.

Socr. l. i. c. 11.
13.

Quoniam


Quoniam supra Cap. XLII. huius libri quarti Tabula secunda Cubiculi vnicui Cœmeterij S. Iulij Papæ, quod Via Flaminia situm est, Domini Iesu præter vulgarem pictorum consuetudinem Cruci quatuor clavis affixi depicta imago sese nobis contemplandam obtulit, inter nonnulla religiosæ antiquitatis monumenta, idem ille, quem sæpius in hoc Opere honoris causa nominauimus, Franciscus Gualdus Eques è suo olim Musæo, nunc Regis Christianissimi in Monte Pincio, vna eademq; Tabula hic exhibita quatuor æneas æuo suo venerandas Cruces eundem Dominum Saluatorem quaternis item clavis transuerberatum præferentes, in publicum hoc Subterraneæ Romæ theatrum præ cæteris idco proferre studuit, vt quaternarium Clauorum diuinorum numerum, quem Gregerus, Cornelius Curtius, alijq; magni nominis Scriptores validis argumentis asseruere, magis adstruat, recentiorumq; artificum eundem Christum tribus tantummodo clavis transfixum adumbrantium nouitatem, quam veluti a primæuæ Ecclesiæ consuetudine, ac veterum traditione aberrantem vir curiosè pius, & antiquitatis amator indignanter ferre solet, & ipse imaginibus hisce coarguat. Et sanc si quis SS. Patrum auctoritatem & historicorum fidem æstimare, atque ipsammet rationem maturius expendere velit, hunc Clauorum quaternionem profecto deprehendet. Et de Patribus quidem, qui quatuor omnino clauos enumerant, Innocentius Papa Tertius, Gregorius Turonensis, Cyprianus, S. Augustinus, & Nonnus se nobis offerunt: ex historicis autem Ruffinus, Theodoretus, & Ioan. Zonaras: quibus eidem veritati adscriptrices Reuclationes S. Birgirtæ accedunt. Vetustissimæ insuper in Italia, Germania, & antiquioribus per reliquum orbem Christianum Ecclesijs Icones idem palam faciunt. In Etruria præcipue Imago Crucifixi cedrino ligno a Nicodemo incisa, & Lucæ maxima religione asseruata. Altera Icon, quam è cedro item effigauit S. Lucas Euangelista, asseruaturque Siroli prope Anconam. Tertio loco in argumentum sententiæ nostræ non contemnendum producimus Crucem illam, quæ in sacra Lauræana Ædicula visitur, eamque simul cum ipso Sacello Angelorum manibus aduectam fuisse pijsimi quiq; hætenus credunt. Accedit deinde huius numeri nostri quaternarij veluti testis etiam locupletissima Crux illa, quæ viuifico veræ Crucis ligno incisa, & Leoni Magno a Iuuenale Episcopo Hierosolymitano transmissa fuit, & Romæ in Sacratio Apostolico asseruatur. Denique asserionis huiusce veritatem ipsimet Angeli quoque tueri videntur: fertur enim caelestem Genium Carolo Magno Crucem quandam attulisse, eamque illi in manus tradidisse, in qua noster Clauorum numerus cernitur. Ea in Boaria ad Montem, quem indigenæ *Sanctum* vocant, inter alias magni æstimandas reliquias hodieque monstratur. Eundem postea clauorum numerum idem Carolus seruauit in imagine illa, quam solido ex argenteo conflata, magni ponderis, ac prægrandem ad iustam hominis staturam inter plurima pietatis suæ monumenta, Leone III. Pontifice, Vaticanæ Basilicæ dono dedit. Sed ne inepte post tot, & tantos viros editis ea super re doctissimis libris luculenter disputantes actum agere velle videamur, abrumpimus: & ad illos curiosum lectorem, si omnimodam Crucifixionis Domini rationem probe discere cupit, amandamus. Quod autem attinet ad tabellam suppedaneam, cui cruciarij inniterentur, & semicinctium, quod ventrem ac velanda tegeret, in quibus effingendis quoniam pictores pro naturæ suæ genio varie quoque ludunt, hi nostri Crucifixi huius etiam rei veritatem plane edocent.

Franc. Gualdus Arimin. Eq. S. Steph.

Museum Regis Gall. Pincianum apud RR. PP. Minimos.


Serm. de vno Mart.
De glor. Mart.
lib. 1. c. 6.
Inser. de Pass. Dom.
In lib. Medit. c. 6.
In cap. 19.
Ioan.
Lib. 4. Eccl. hist.
Lib. 1. hist. Eccl. c. 18.
3 par. Annual. pag. 114.
Lib. 4. Reuelat. c. 7. & c. 51. et lib. 7. c. 18.





Explicatio Ichnographiæ Cœmeterij Pontiani
Via Portuensi .

- 1 Cryptæ introitus, quâ itur in Cœmeterium .
 - 2 Aquæductus antiquus muro nunc obstructus, & limosus, vbi primus ad Cœmeterium ingressus patet.
 - 3 Puteus cum aqua, ad vineam, quæ Cœmeterio superiacet, irrigandam.
 - 4 Locus profundus palmos decem, ac dirutus.
 - 5 Aquæductus cum aqua stagnanti .
 - 6 Cubicula absque picturis .
 - 7 Cubiculum picturis adornatum .
 - 8 Polyandra, seu loca ossibus mortuorum plena :
 - 9 Aquæ stagnantes, quæ semitam imperuiam reddunt.
 - 10 Locus in fornice semitæ, vbi sanctorum Petri, Pollionis, & Marcellini imagines depictæ cernuntur, quas Tabula quarta supra contemplandas exhibet .
 - 11 Locus, in quo SS. Pigmenij, & Milis effigies vnâ cum Cruce gemmata, coloribus adumbratæ extant, vt Tabula quarta repræsentat .
 - 12 Locus in fornice viæ trium Puerorum in fornace Babylonica pictis imaginibus exornatus, vt Tabula prima conspici datur : extat inibi præterea dimidiata mulieris cuiusdam effigies, quæ coloribus præ nimia vetustate iam elanguentibus, oculorum aciem penè effugit .
 - 13 Locus in semitæ fornice, vbi Domini Saluatoris depicta imago visitur, vt in Tabula prima .
 - 14 Locus quidam humilis, ac depressus, in quo semper aliquantum aquæ offendas . Inibi præter Crucem gemmatam Baptismus Christi Domini penicillo exprimitur, vt in Tabula secunda videre est .
 - 15 Locus, in quo sanctorum Vincentij, Sennen, Abdon, & Milis imagines depictæ sunt: quas Tabula tertia oculis subijcit .
 - 16 Putei, seu hiatus, qui superius olim patebant, nunc autem humo, saxisque obstructi sunt .
 - 17 Locus cuiusdam Monumenti, in cuius ora inferiori eburnea figura simæ sculpturæ calce firmata visitur .
 - 18 Semita vliginosa, & saxosa .
 - 19 Locus, vbi hæ literæ IGVΛI inuerso modo exaratae habentur, sub quibus ternæ dimidiatæ figuræ in laterculo depictæ conspiciuntur .
 - 20 Aquæductus, quorum aquæ iam pridem defecerunt .
 - 21 Locus luto oblitus, qui diruti cuiusdam aquæductus speciem præ se fert .
 - 22 Locus terra oppletus, quâ in Cœmeterium secundum aditus patere, videtur .
- ~~~~~~~~~ Loca humo, ruderibusque oppleta, ac diruta, quæ non nisi prono corpore rependo subiri nequeunt .
- ~~~~~~~~~ Semitæ, quæ longius haud dubiè tenderent, ni terra, saxisque interclusæ essent .
- ~~=====~~ Semitæ, quæ longius excurrunt .




ICHTNOGRAPHIA COEMETERII CALLISTI
QVOD SECRETVM NVNCVPATVR





Scala Palmorum 200





Explicatio Ichnographiæ Cœmeterij Callisti,
quod Secretum nuncupatur.

- 1 Ostium, per quod primarius ad Cœmeterium aditus in præsens patet.
- 2 Omnia loca expressa in hunc modum  Monumenta arcuata, quæ magnitudine alia excedunt, esse scias.
- 3 Hiatus, ac spiracula figuræ quadratæ, quæ in terram olim ascendebant, nunc autem obstructa sunt.
- 4 Semitæ absque vllis omnino monumentis.
- 5 Gradus primarij, per quos Cœmeterium inferius subitur.
- 6 Muri ad instaurandum Cœmeterium olim constructi, nunc autem semidiruti.
- 7 Fonticulus, seu locus, vbi aqua crystallina, ac limpidissima scaturit; quæ, cum quæ effluat, non habeat, proximos gradus in topho excisos inundat.
- 8 Sepulchrum, quod aquis demersum vtplurimum existit.
- 9 Loca, vnde in Cœmeterium inferius descenditur.
- 10 Cubiculum picturis variè insignitum, quæ multa vligine corruptæ ac deturpatæ propemodum enauere.
- 11 Foramina, quæ semitam quandam inferiorem respiciunt.
- 12 Omnia loca figurata hoc modo  Cubicula picturis destituta esse denotant.
- 13 Semita humo oppleta, & muro, ab vtraque parte obstructa.
- 14 Monumentum depictis figuris vndique exornatum, vbi proxima inscriptio legenda prostat:
IANVARIVS COIVGI FECIT.
- 15 Monumentum arcuatum depictis, sed magna nunc ex parte obliterated, imaginibus decoratum.
- 16 Monumentum arcuatum cum picturis, quod in tertia Monumentorum Tabula videre est.
- 17 Cubiculum primum picturis etiam conspicuum, quinque Tabulis in præsentem Opere repræsentatum.
- 18 Cubiculum secundum varijs quoque depictis figuris insigne, quod Tabulis quatuor contemplandum subijcitur.
- 19 Monumenta arcuata cum picturis, sed quæ, coloribus nimium fenescensibus, vix conspici queunt.
- 20 Cubiculum figuris penicillo adumbratis olim nobile, quæ nunc multa vetustate exesæ vix apparent.
- 21 Sepulchrum fundi præalti in medio semitæ.
- 22 Monumentum arcuatum picturis item conspicuum, quod in secunda Monumentorum Tabula exhibetur.
- 23 Aquæductus, in quo aquas olim extitisse manifeste cognoscitur, nunc autem aridus plane, atque exsiccatus est.
- 24 Semitæ vliginosæ, & multo luto obsitæ.
- 25 Monumentum arcuatum, in quo nonnullæ imagines penicillo effictæ conspiciuntur, vt prima Monumentorum Tabula præfert.
- 26 Cubiculum picturis exornatum, quod inter delineandam Cœmeterij huius Ichnographiam visendum sese obtulit.
- 27 Cubiculum quartum depictis etiam figuris insigne, quinque Tabulis in hoc Opere repræsentatum.
- 28 Monumentum arcuatum pictis imaginibus decorum, quod in quarta Monumentorum Tabula numer. I. II. III. videre est.
- 29 Monumentum testorio etiam sornicatum, figurisque penicillo variè adumbratis insigne, quod eadem quarta Monumentorum Tabula numer. IV. V. VI. contemplandum offert.
- 30 Scalæ, quæ Cœmeterium inferius punctis in Tabula variatum respiciunt.
- 31 Sepulchrû pertusum, quod in prædictum Cœmeterium inferius quoque spectat.

- 32 Breuior quædam scala intra Cubiculum, cuius item aspectus est in idem Cœmeterium inferius.
- 33 Lapidina tophacea absque sepulchris.
- 34 Semitæ multo suffusæ humido, in quibus nullum omnino sepulchrū videre est.
- 35 Minusculi quidam arcus & muri instaurandis, conseruandisque fornicibus, ac semitis cœmeterialibus constructi.
- 36 Muri Cubiculorum portis tuendis, fulciendisque adstructi.
- ⚡ Semitæ depressæ, & humo, rudribusque impeditæ, quæ transitu sunt reddita omnino difficiles.
- ⚡ Semitæ, quæ latius olim patebant, nunc autem terra prorsus interclusæ sunt.
- ⚡ Semitæ, quæ longius progrediuntur.
- Omnes semitæ punctis seu maculis interstinctæ sunt Cœmeteria peculiaria inferius sita.



Ichnographia ordinis inferioris Cœmeterij Callisti, quod Secretum appellatum est, exponitur.

- 1 Scalæ, quibus in præsens hoc Cœmeterium descensus datur.
- 2 Locus, vbi bina picturis conspicua Monumenta visuntur, quæ Tabula Monumentorum quinta oculis subiiciuntur.
- 3 Muri semitis, Cubiculis, Monumentisque Cœmeterij muniendis constructi.
- 4 Cubicula picturis destituta.
- 5 Cubiculum tertium picturis exornatum, quod sex æneis exceptum Tabulis in hoc Opere repræsentatur.
- 6 Cubiculum varijs item depictis figuris insigne, quod, dum Ichnographiæ conficiendæ opera datur, detectum, patefactumque est.
- 7 Gradus, per quos in Cœmeterium superius ascenditur.
- 8 Hiatus, seu spiracula in quadrum concinnata, quæ in Cœmeterium superius euadebant, nunc autem humo oppleta sunt.
- ⚡ Semitæ, quæ, terra, rudribusque obiectis, transitu sunt difficiles.
- ⚡ Semitæ, quæ longius ducerent, sed humo nunc prorsus obstructæ sunt.
- ⚡ Semitæ, quæ longius excurrant,







ICHTNOGRAPHIA ORDINIS INFERIORIS COEMETERII CALLISTI QVOD SECRETVM APPELLATVR
lib. III. n. 411




ICHOGRAPHIA ORDINIS INFERIORIS COEMETERII RII CALLISTI QVOD SECRETVM APPELLATVR.


lib. III. n.º 471




Ichnographia Cœmeterij superioris, & inferioris sanctorum Marcellini & Petri, quod Via Lauicana situm est, exponitur.

- 1 Templum figuræ orbicularis, Italico idiomate *Torre Pignattara* nunc vocitatum, quod olim in honorem SS. Marcellini & Petri a Constantino Magno extructum fuit; in eoque postea idem Constantinus Augustus sacrum B. Helenæ matris suæ corpus intra porphyriticam concham recondidit.
- 2 Puteus rotundus, sed aqua carens, altus pal. 8 5. qui tempore, quo Cœmeterij ichnographia delineabatur, innouit.
- 3 Designatio futuræ Ecclesiæ, quam in SS. Marcellini & Petri honorem villarum adiacentium domini ædificandam constituerunt.
- 4 Puteus antiquus, cui aquæ etiamnum insunt.
- 5 Porta primaria Templi, in cuius fronte porticus olim assurgebat, nunc autem diruta profus, atq; humi deiecta est.
- 6 Porta, per quam modo Templum ingredimur.
- 7 Loculus in pariete, seu ædicula, in qua D. Tiburtij, aliorumq; sanctorum depictæ imagines etiamnum conspiciuntur.
- 8 Locus supra terram, vbi sacra S. Tiburtij Ædes olim existerat, quæ in præsens labefactata, funditus pene corruit.
- 9 Cœfessio Ecclesiæ subiacens, vbi aditus quidam obstrusus visitur, quæ in Cœmeterij cœterum ingressus olim patebat.
- 10 Foramen in media Iosephi Petrellæ vinea, per quod in partem primariam Cœmeterij huius superioris, quod purissimis lineis, vt illud a Cœmeterio inferiori distingueremus, designatum est, ingressus patet.
- 11 Semita sepulchris vacua.
- 12 Cubiculum sextum picturis adornatum, quod in hoc Opere binis Tabulis contemplandum exhibetur.
- 13 Cubiculum septimum depictis item figuris conspicuum, quod binæ pariter Tabulæ visendum offerunt.
- 14 Cubiculum octauum varie item penicillo decoratum, quod duabus etiam Tabulis in hoc Opere conspici datur.
- 15 Muri & arcus instaurando Cœmeterio constructi.
- 16 Pars Cœmeterij inferioris, quæ punctis in Tabula signatur, quod sit paululum depressior, etiamsi cum illo neutiquam cohæreat.
- 17 Foramen in cuiusdam Cubiculi area, per quod Cœmeterium inferius subiri potest, atque inde, dum patet, magni venti spirare solent.
- 18 Scalæ, quibus in Cœmeterium inferius olim descendebatur, nunc autem terra, faxisque oppletæ sunt.
- 19 Cubiculum, præ cuius foribus nonnullæ mulierum orantium in morem depictæ imagines conspiciuntur; intus autem Polyandrum palmos 40. altum existit.
- 20 Cubiculum alia magnitudine longe excedens, in cuius medietate sepulchrum lateritium, quod palmis quinque cum dimidio in altum assurgit, conspicitur, cum quatuor columnis orbicularis figuræ, quæ per quatuor angulos fulciendo fornici dispositæ existunt: arcuata deinde nonnulla Monumenta per ambitum ibidem extructa videre est.
- 21 Cubicula tria, quæ punctis in Tabula signantur, siquidem ea in partem Cœmeterij superioris, licet illi nequaquam adhæreant, connumerata veniunt. In ijs spiraculum quoddam figuræ quadratæ in medio fornice fabricatum, superne tamen ocellatum, existit, quæ lumen olim admittebatur, atque ideo Cubicula Communis nomine nuncupabantur; cum eorum singula fenestram eidem illi spiraculo obuersam, quod lucem inde reciperent, apposite habeant.
- 22 Cubicula cum Monumentis oblongis, quæ in pavimento effossa sunt.
- 23 Foramina, quæ semitas quasdam inferiores altius subeunt.
- 24 Quatuor Cubicula Clara, quæ duobus in orbem figuratis spiraculis lumen olim hauriebant, ea autem superne nunc clausa sunt.
- 25 Cubiculum, in cuius fornice annulus ferreus lampadibus, seu lucernis adnectendis defixus cernitur. Fornix autem præter SS. Gorgonij, Tiburtij, Petri, & Marcellini imagines atque alia paræga, Christi Domini medijs inter binos discipulos sedentis depictam effigiem contemplandam præferet, vt in hac Tabella Ichnographiæ adiecta videre est.
- 26 Locus quidam amplioris latitudinis, vbi pulueris puteolani fodiendi causa, plura sepulchra deiecta profus, ac dissipata sunt.
- 27 Puteus aquam continens in Iosephi Petrellæ vinea.
- 28 Hiatus, seu spiracula, quæ foras olim exhibent, nunc autem obstrusa sunt.
- 29 Foramina, per quæ in alteram partem Cœmeterij longe amplioris ingredimur, quod tamē cum altero hæcenus descripto, rudibus, faxisque interiectis, neutiquam nunc cohæret; & quamuis pro semitarum annexione alterum altero profundius esse videatur, semitæ tamen inuicem subiectæ, nulla alteri nexa, pertranseunt, atque illæ, quæ inter se olim coibant, modo disturbatæ profus atque obstructæ sunt.
- 30 Locus quidam peramplus, sed rudibus plenus, quod ad hanc Cœmeterij partem intrandam necesse est descendere.
- 31 Scalæ, & foramina, quibus in semitas inferiores, quas punctis in Tabula variatas vides, descensus datur.
- 32 Monumentum picturis, sed magna ex parte exolescentibus, adornatum.
- 33 Cubiculum depictis figuris, sed quarum etiam color ferme obsoleuit, in signe, in cuius aditu Daniel inter leonem coloribus adumbratus cernitur.
- 34 Monumentum arcuatum, quod pictas item imagines, sed iam euanescentes, continet.
- 35 Cubiculum duodecim pigmentis varie insignitum, quod binis in hoc Opere tabulis exceptum representatur.
- 36 Cubiculum, cuius parietes varijs quoq; figuris sed quæ iniuria temporum ex oculis se pene subduxere, depicti sunt.
- 37 Cubicula cum picturis, quæ viuidam colorum suorum acrimoniam penitus etiam amiserunt.
- 38 Cubiculum depictis item figuris spectabile, sed humo, rudibusque pene repletum.
- 39 Monumentum fornice desuper tectum, coloribusq; exornatum, quod in prima Monumentorum Tabula videre est.
- 40 Cubiculum Nonum depictum, quod binis in Opere Tabulis spectandum exhibetur.
- 41 Puteus aquæ iugiter manantis in præmemorati Iosephi Petrellæ vinea.
- 42 Locus, in quo pulueris puteolani fodiendi causa plura sepulchra disturbata, & euerfa iacent.
- 43 Monumentum arcuatum pictis imaginibus conspicuum, quod secunda Monumentorum Tabula oculis subijcit.






Scala pahnorū 200.



ICHOGRAPHIA COEMETERII
SUPERIORIS ET INFERIORIS
S. MARCELLINI ET PETRI
VIA LAVICANA




ib. III. n.º 412







Declaratio Ichnographiæ Cœmeterij S. Agnetis
Via Nomentana.

- 1 Puteus, seu spiraculum in quadrum figuratum, & profundum palmos 58. in vinea Martini Vannuccij Florentini, quæ ad læuanam ab Æde D. Agnetis Pontem Salarium versus euntium sita est. Per istud autem spiraculum pars hæc Cœmeterij minor subiri potest.
 - 2 Semita, vbi plura pigmentis, sed nimia vetustate languescens, extrinsecus variegata sepulchra visuntur.
 - 3 Laxior quidam locus, a fossoribus pulueris puteolani dirutus, vbi nonnulla sepulchrorum vestigia adhuc supersunt.
 - 4 Scala humo, saxisque oppletæ, per quas, cum amplioris latitudinis, ac pariete lateritio calce valide astricto suffultæ sint, primarius in hanc Cœmeterij partem aditus patuisse videtur.
 - 5 Monumentum arcuatum picturis, sed quarum color magna ex parte exoleuit, insignitum.
 - 6 Puteus, seu spiraculum in eadem vinea patens, per quod Bofius ad hanc alteram Cœmeterij partem maiorem, quæ cæteris omnibus suis membris ab omni labe ac detrimento sincerior, integriorque permansit, visendam, eiusque Ichnographiam excipiendam ingressum se esse narrat.
 - 7 Cubiculum quartum picturis exornatum, quod binis in hoc Opere Tabulis spectandum exhibetur.
 - 8 Aqueductus antiquus semidirutus, atque exsiccatu plane, ac aridus.
 - 9 Monumentum testorio fornicatum, sub cuius arcu Inscriptio lapidi incisa, ab effossoribus aliquantulum labefactata, legenda prostat, cuius in hoc Opere Cap. 27. pag. 176. meminimus.
 - 10 Monumenta arcuata cum picturis, sed quæ, coloribus iniuria temporum fere deterfis, vix conspici queunt.
 - 11 Cubicula picturis item, sed decoloribus, exornata, in quibus nihil memoratu dignum offendimus.
 - 12 Semitæ multo suffusæ humido, quæ iugi aquarum stillicidio in lapidem duruerunt.
 - 13 Cubiculum mere tophianum, per cuius ambitum nonnulla sedilia, cum binis anaglyphi operis Pontificij sedibus in topho excisis, disposita visuntur; quod vnica in hoc Opere Tabula representatur.
 - 14 Cubiculum primum varijs, eidem inductis pigmentis, insigne, quod quinque in hoc Opere Tabulis contemplandum subiicitur.
 - 15 Monumentum primum arcuatum picturis, quæ viuidam colorum suorum acrimoniam mirifice conseruauerunt, spectabile.
 - 16 Cubiculum secundum depictum, tribus in Opere Tabulis representatum.
 - 17 Cubiculum tertium etiam picturatum, quod tribus pariter in hoc Opere Tabulis exhibetur.
 - 18 Monumentum secundum fornice desuper tectum, picturisque exornatum.
 - 19 Cubiculum amplitudine, atque altitudine alia longe superans, vbi Sedes Pontificia, & columnæ ex topho calce incrustatæ ornantur: ipsum etiam Cubiculum signino opere totum, oblitum, & albario expolitum, est. Illud seorsum in præsentia hac Tabula vnâ cum sua Ichnographia spectandum datur.
 - 20 Cubiculum quintum ac postremum coloribus adornatum, quod binæ in Opere Tabulæ vnâ cum semita, quæ in idem Cubiculum protensa, ibidemque definit, conspiciendum offerunt.
 - 21 Foramina, ac loca, vnde in Cœmeterium inferius, quod punctis, eius scilicet a superiori discernendi gratia, variatum vides, descenditur.
 - 22 Cubicula, in quibus oblonga in pavimento varijs modis effossa sepulchra extant.
 - 23 Semitæ sepulchris omnino carentes.
 - 24 Muri, & arcus Cœmeterio instaurando constructi, quamuis in duro, ac solido topho, vel certe firmo, fixoque puluere puteolano fere excisum sit.
 - 25 Ichnographia Ædis Diuæ Agnetis, quæ humo demersa tota fere latet.
 - 26 Area recens illic parata, dum exæquarent, deprimerentque, viam ante principem dictæ Ecclesiæ portam, quæ Viam Salarium respicit, ad illam scilicet ab humido, quo laborabat, vindicandam.
 - 27 Porta, quæ in præsens per quoddam foramen inter complandam viam præmemoratam patefactum in Cœmeterium prædictæ areæ, & Ecclesiæ contiguum ingredimur.
 - 28 Gradus cooperiti, quibus è Cœnobio in eandem Ecclesiam nuper instauratam nunc descenditur.
 - 29 Putei, seu spiracula, per quæ descensus in Cœmeterium olim dabatur, quæ nunc humo, saxisque desuper illapsis obducta sunt.
- Omnes Semitas, quæ hic in lineas vndatim crispatas, ac sinuosas desinunt, obstructas, vel certe vsque adeo dirutas esse scias, vt sint redditæ omnino imperuæ.



Compendium totius Coemeterij Schis-
nographica, et iuxta eius ab Aede
Dignitatis intrinseci dimensio.



ICHNOGRAPHIA COEMETERII SANCTAE AGNETIS VIA NOMENTANA

lib. III. n. 414








ICHNOGRAPHIA AEDIS SVBTERRANÆ.
 ET COEMETERII S. HERMETIS
 ET SANCTORVM
 BASILLÆ PROTI ET HYACINTI
 VIA SALARIA VETERI




ICHNOGRAPHIA PARTIS COEMETERII
 SUPERIORIS PRISCILLÆ
 VIA SALARIA NOVA



25 50 75 100

Scala palmieri 100








Ichnographia Ecclesiæ subterraneæ, & Cœmeterij
S. Hermetis; sanctorumque Basilæ, Proti, &
Hyacinthi Via Salaria veteri, exponitur.

- 1 Scalæ, quibus in Cœmeterium nunc descenditur.
- 2 Ecclesia S. Hermetis subterranea.
- 3 Aditus, ubi gradus, per quos in Ecclesiam descensus dabatur, olim extitisse cognoscitur, qui humo, rudribusque nunc plane intercepti sunt.
- 4 Aditus alij, per quos olim in Cœmeterium ingressus patebat, nunc autem prorsus obstructi sunt.
- 5 Cubiculum picturis adornatum, sed quarum nitorem nimia vetustas plurimum hebetavit.
- 6 Monumentum arcuatum varijs ad decorem coloribus distinctum, quod prima Monumentorum Tabula in conspectum datur.
- 7 Monumentum arcuatum, cui plurimæ item picturæ venustatem conciliant, quod secunda Monumentorum Tabula conspiciendum subijcit.
- 8 Monumentum tectorio etiam fornicatum, picturisque conspicuum, tertia, ac postrema Monumentorum Tabula repræsentatum.
- 9 Hiatus, per quos in Cœmeterium superius ascensus patet.
- 10 Scalæ terra oppletæ, quæ se primarijs, quibus Cœmeterium subiri poterat, suis se cognoscitur.
- 11 Sepulchrum inter Ichnographiam Cœmeterij delineandam detectum, cui illa marmoris incisa Epigraphæ inscripta legitur, quam l. 4. c. 37. f. 327. recensuimus: & quam ex Maximi, ac Urbani Consulatu ibidem adscripto sub annum Christi 236. Pontiano IV. Pontifice, illic positam fuisse deprehendimus.
- 12 Hiatus ad instar putei, palmo 25. altus, a fossoribus quidem inchoatus, quò foras in liberum aëra forte euaderent, sed minime perfectus.
- 13 Puteus, qui vsque in Aquæductum Aquæ Virginis, vulgo *Treui*, pertingit.
- 14 Cubiculum amplitudine excedens alia, sed sepulchris vacuum.
- 15 Pars Cœmeterij a pulueris puteolani effossoribus destructa.
- 16 Cubicula picturis nuda.

Omnes semitæ punctis interstitiæ in Cœmeterij superioris partem connumeratæ veniunt.

 Semitæ terra oppletæ, quæ transitu sunt difficiles.

 Semitæ humo prorsus obstructæ.

 Semitæ, quæ longius excurrunt.

Ichnographia partis Cœmeterij superioris Priscillæ
Via Salaria noua, declaratur.

Hanc Ichnographiam a Vinghio & Breuentano acceptam præsentî huic Cœmeterij S. Hermetis ideo adijcere visum fuit, quod maior hætenus excipi non potuerit, cum per rudera ac parietinas, quæ aditus vsque quaque obstruxere, haud vlli cò penetrare licuerit.

- 1 Cubiculum tertium picturis insigne, binis in hoc Opere Tabulis repræsentatū.
- 2 Cubiculum quartū picturatum, quod tribus Tabulis contemplandū exhibetur.
- 3 Cubiculum quintum varijs item pigmentis venustatum, quod quatuor suo loco Tabulæ oculis subijciunt.
- 4 Cubiculum sextum picturis etiam conspicuum, quod tribus in Opere Tabulis spectandum proponitur. (runt.
- 5 Loca, quæ colligendis, conseruandisq; aquis cellas, seu cisternas fuisse præfese-
- 6 Cœmeterij aditus, qui omnino in præfens occlusus est.

Explicatio Ichnographiæ partis Cœmeterij Lucinæ .

Cœmeterium istud a Lucina Senatorij generis , & recolendæ pietatis sœmina , ip-
 forumque beatorum Apostolorum discipula , vnâ cum nomine initium traxit :
 ibi enim venerandum Pauli Apostoli corpus , post eius martyrium , quod capi-
 tis obruncatione sub Nerone consummauerat , ipsa condigno honore condidit :
 quo è loco postea sublatum , cum longo temporum interlapso ad Catacumbas ,
 vt diximus , Græcis illud furripere , & in Orientem deferre , etsi frustra , conanti-
 bus , ab iisdem metu absterritis depositum perstitisset . Altera subinde eiusdem
 nominis , eiusdemque prosapiæ sœmina , ducentis circiter reuolutis annis , Cor-
 nelij Romani Pontificis manu inde leuatum , eo loco , vbi nunc Constantiniana
 basilica Ostiensis Via cernitur , reponendum curauit , vt ipsius Cornelij Papæ
 acta his verbis referunt : *Hic temporibus suis rogatus a quadam Matrona Lucina ,*
corpora Apostolorum Petri , & Pauli de Catacumbis leuauit noctu . Primum quidem
corpus beatissimi Pauli beata Lucina posuit in prædio suo Via Ostiensis ad latus , vbi de-
collatus est . Quo subinde loco nobile Cœmeterium , vel a posteriore Lucina , vel
certe a priorc nomen obtinuit . Verum quidquid sit , vel illa primum cœperit ,
& isthæ ampliauerit , vel hæc sola dumtaxat pias operi manus martyrum offi-
ciosa pignoribus admouerit , a Lucina quidem Cœmeterium hoc extruccionis
initium , & nominis lucem hausit .

*Annot. in Coy
actio Papæ.*

Verum beatissimi Apostoli corpore apprime nobilitatum , cæteris beatorum dein-
 de martyrum , & Christianorum exuuijs certatim excoli , ac locupletari cœpit ,
 vt titulus , qui adhuc in basilica extat , legentibus in hæc verba testatur :




SVB HOC PAVIMENTO TESSELLATO
 EST COEMETERIVM S. LVCINÆ MATRONÆ
 IN QVO PLVRIMA SS. MARTYRVM CORPORA
 REQVIESCVNT .

Ex alia item Eusebij cuiusdam tumulo apposta inscriptione plurimorum ibidem
 martyrum corpora illata fuisse liquet . Ibi enim illa potissimum verba insculpta
 leguntur : *Introitu ad Martyres* . Porro cum antiquum hoc , ac celebre Cœme-
 terium Antonius Bostius curiose perlustrauerit , oculatusque loci testis effectus
 exacte descriperit , haud typis postea contemplandum edidit , quod quidem
 cum amplum sit , & adiacentes regiones ambiat , nouissime ex parte innotuit ,
 quam Eminentissimus Card. Barberinus hic tibi oculis subiiciendam curauit .

- 1 Hiatus in via , per quem Cœmeterium nunc ingredimur .
- 2 Semitæ , quæ in ima Cœmeteriorum longius prouehunt .
- 3 Semitæ dirutæ & terra , saxisque interceptæ .
- 4 Gradus , quibus in Cœmeterium descensus olim dabatur .
- 5 Semitæ , per quas crebra , eaque adhuc clausa , sepulchra disposita visuntur .
- 6 Foramina , per quæ Cœmeterium inferius situm punctis , seu maculis in Tabula
 variatum subitur .
- 7 Locus , vbi istiusmodi formæ sepulchrum quoddam existit , longum pal. 6. & semis .
- 8 Locus , vbi aliud simile sepulchrum situm est , longitud. palm. 7 .



ICLINOGRAPHIA PARTIS COEMETERII LVCTINAE SVB VINEA MERLI, VIA SACRIS S. PAULI, ET S. SEBASTIANI AEDIBVS INTERIECTA



Ichnographia Cœmeterij Calepodij sacrae S. Pancratij
Aedi subiacentis exponitur.

Cœmeterium, quod Calepodij dicitur, olim quidem celeberrimum extitit; huius enim beati martyris corpus, quod in flumen proiectum fuerat, inde leuatum, summa religione hic pia Callisti Pontificis manu conditum Cœmeterio titulum, ac nomen indidit, ut ex M.S. eiusdem actis fertur: *Inuenerunt corpus Calepodij, quod leuantes de flumine, nunciauerunt beato Callisto, &c. & ipse acceptum, recondidit cum aromatibus, & linteaminibus, cum hymnis, & sepeluit in Cœmeterio eiusdem sexto Id. Maias.* In hoc item Cœmeterio plerique nobilissimi martyres conditi fuere, inter quos merito Iulius Senator sub Commodio, Callistus Pontifex sub Alexandro, Palmarius Consul vnâ cum vxore, filijs, & quadraginta duobus ex familia, Felix item vnâ cum Blanda vxore sub eodem Alexandro, Pancratius puer sub Diocletiano, alijque innumeri martyres recensentur, & demum S. Iulius Papa, cum tranquilla iam Ecclesiae tempora illuxissent, ibidem illatus est.

*Acta S. Call.
Pap. M. S. Cod.
Fac. S. Cœcil.
et Vallic.*

Verum etsi Bosius Cœmeterium hoc sæpe sæpius perlustrauit, apertisque verbis, ut supra enarratum est, loci faciem describendo delineauit, haud ramen Cœmeterij antiquitate recolendi iconem lectori exhibendam reliquit: quippe qui Cœmeteriorum magis ab hominum oculis & notitia remotorum inuestigationi totus insistens, quæ notiora apud omnes sunt, utpote ipsimet Vrbi contigua, haud tabulis consignare, & oculis subijcere studuit. At ne Cœmeterij huius tot sacrae antiquitatis nobiliter monumentis exculi aspectu lector fraudaretur, en eius tibi iconem è tabulis fideliter excerptam, quam nobis Eminentissimus Franciscus Cardinalis Barberinus Sanctæ Romanæ Ecclesiae Vicecancellarius exhibuit, tibi quoque, ut eidem acceptam referas, in his Subterraneæ Romæ paginis conspiciendam subijcimus. Ut omnimodam vero rerum noticiam assequaris, dum hæc inspicias, ad ea, quæ lib. 2. c. 12. n. 7. enarrata sunt, recurre.

*lib. 2. c. 12. n.
7.*

- 1 Gradus intra Ecclesiam, quibus in Cœmeterium descensus patet.
- 2 Loca diruta, ruderibusque oppleta.
- 3 Cubicula picturis penitus destituta.
- 4 Gradus, per quos in Cœmeterium superius situm ascenditur.
- 5 Pars Cœmeterij superioris.



ICHTNOGRAPHIA COEMETERII CALI PODII SACRAE S. PANCRATIÏ AEDI SVBIACENTIS



Scala Palmorum. 50 100



Ichnographia Cœmeterij, à nonnullis S. Agathæ nuncupati, explicatur.

Cœmeterium S. Agathæ antiquissimum plane est, vel tunc enim initium habuit, cum Apostoli Petrus, & Paulus martyrio coronati sunt, vt iam lib. 2. cap. 14. proluxe demonstrauius. Et quidem a pijsima matrona Lucina, quæ eorundem Apostolorum discipula fuit, extructum, sicut antiquitate præstat, ita pariter pietatis cultu, & nobilitate præcipuum est. Lucina quippe eo potissimum titulo in sacris Romani Martyrologij paginis commendatur, quod martyrum sepulturæ inferiret, & Cœmeterijs eam ob causam aptandis, extruendis que operam daret; hæc enim sunt Martyrologij verba: *Rome sancte Lucina Apostolorum discipule, qua de facultatibus suis sanctorum necessitatibus communicans, Christianos in carcere detentos visitabat, & martyrum sepulture deserviebat, iuxta quos ipsa in crypta a se constructa sepulta est.*


Porro crypta, cuius hic tibi iconem proponimus, ea plane est, cuius in Martyrologio recurrit mentio, & in qua ipsamet beatis Martyribus, quos ibi condiderat, sociata tumulari meruit. Vt autem ex M. S. actibus videre est, eo potissimum tempore, quo sancti Processus, & Martinianus gladio consumpti sunt, Cœmeterium istud extructum fuit; cum sanctissima enim matrona, iisdem pie in carcere ministrasset, ad martyrium alacriter euntes secuta, cum via postmodum Aurelia decollati fuissent, corpora eorum eo plane loco, vbi Cœmeterium in præsens cernitur, officiose tumulauit, quod rotum ex actis hunc in modum recensetur: *Beatissima autem Lucina cum hoc videret, sequebatur eos (id est præmemoratos ad martyrium properantes) cum tota familia sua, vsque dum peruenirent iuxta formam Aquæeductus, Traianam scilicet, vbi etiam decollati sunt.*

Verum qua potissimum de causa Calepodij Cœmeterium, titulo S. Agathæ appellatum sit, si nosse quis cupit, secum repetat, quæ t. 1. lib. 2. cap. 14. dicta a nobis sunt; id nimirum contigisse, vel quia supra Cœmeterium, quod satis amplum est, vt vides, sub S. Agathæ titulo Ecclesia erecta fuerit, quemadmodum alijs item Cœmeterijs contigisse compertum est: vel certe quia iuxta eandem Ecclesiam, alia pariter huic virgini dicata fuerit, cuius quidem Anastasius meminit, cum de Symmacho agens, hæc ait: *Hic fecit basilicam beatæ martyri Agathæ in fundo Lardario.* Huius item apud Petrum Manlium mentio recurrit: *Cœmeterium, inquit, beatæ Agathæ ad Girolum.* Sed qui isthæc probe nosse præoptat, ea quæ iam diximus perlegat, dum interiu huius Cœmeterij iconem benigna Eminētissimi Francisci Cardinalis Barberini manus tibi vltro contemplandam offert.

M. S. Cod. S.
Cœcil.

- 1 Puteus aquam continens iuxta domum vineæ, quæ in Cœmeterium descensus datur.
- 2 Spiracula, quæ superius olim patebant, nunc autem obstructa sunt.
- 3 Semitæ terra, ruderibusque obiectis inuiæ.
- 4 Semitæ oclusis adhuc sepulchris frequentes.





Ichnographia Cœmeterij Nouellæ Via Salaria
noua exponitur.

Cœmeterium, quod Nouellæ, vel potius Noellæ titulo, vt quibusdam placet, prænotatum legitur, & vastissimi Priscillæ Cœmeterij pars computatur, vt supra lib. 4. cap. 30. disertis verbis asseruimus, a præclari nominis, conspicuæque pietatis inter Christianas sœmina extructum est. Porro vt loci sanctitas legitibus innotescat, subterranea quidem ista crypta inquilinum aliquandiu habuit Liberium Romanum Pontificem, dum a Constantio Imperatore Arriano, fidei causa, Vrbe exturbatus, in suburbij larebras quærere, & clanculum profugus agere multis affectus incommodis compulsus est, vt Damasi, ac Liberij acta his verbis edocent: *Vnde Constantius vehementer iratus, hunc extra ciuitatem, quasi in exilium deportari præcepit, & habitauit extra milliario tertio in Cœmeterio, quod dicitur Nouellæ Via Salaria.*

*Acta Damasi
& Liberij
Pontif.*

Hic igitur Arrianæ persecutionis tempore Christianorum cœtus agebantur, & ad Pastoris sinum, atque ad Ecclesiæ vbera Christi ouiculæ properabant; hic Paschalis diei recurrente solemnitate, Damasi potissimum, quem sibi in pastoralis munere Vicarium suffecerat, precibus, ac pia sollicitudine permotus Liberius, salutaribus baptismi aquis recens ad fidem traductos expiauit, ac Christo spiritaliter genitos diuini verbi pabulo, & Romanum præcipue clerum illis verbis strenue confirmauit: *Nolite, inquit, timere, quod ego vobiscum non habito, &c.* Quinimo prophético spiritu afflatus, Damaso in animarum regimine intentius adnitenti supremum, ad quem subinde prouehendus erat, Pontificiæ Sedis apicem prædixit. Quapropter cum tot sacræ, ac recolendæ antiquitatis Cœmeterium istud monumentis præcellat, & funesta Arrianæ factionis tempora, gloriofaque Catholicorum certamina menti suggerat, valde miramur, eiusdem a Bosio exemplar haud tabulis cæterorum instar consignatum fuisse: verum quod ille tot antiquarum rerum monumentis explorandis, perferutandisque iugiter intentus præstare nequiuit, Eminentissimus Cardinalis Barberinus S.R.E. Vicecancellarius, de sacra antiquitate, ac de Subterranea Roma optime meritus, pio ac studioso lectori rem gratam facturum benigne præstitit, prout Cœmeterialis ista, quam tibi ob oculos ponimus, icon fidem facit.

- 1 Foramen, per quod aditus in Cœmeterium patet.
- 2 Laxior quidam locus eum in modum apulueris puteolani fossoribus sensim redditus.
- 3 Spiramen, seu puteus, qua subeuntibus Cœmeterium descensus etiam datur.
- 4 Spiracula vetera, sed nunc rudribus plane obstructa.
- 5 Monumentum arcuarum figuris vndique insignitum, quod Monumento Priscillæ decimo in hoc opere representatur.
- 6 Foramen, quod semitam quandam inferiorem respicit.
- 7 Viæ dirutæ atque obstructæ.



ICHOINOGRAPHIA COENEFI EKII NOVELLAE VIA SALARIA NOVA, QVOD HAREDVNI GASPARI PORTI VINEAE SVBIACE



CAP. XLVIII.

Præcipua BB. Martyrum,
Romanorumque Pon-
tificum nomina, quo-
rum exuuijs Cœ-
meteria Urbis
illustran-
tur.

SED vt Romanæ Urbis
gloriam, ac cōdignos
beatorū Martyrum,
qui sacris eandem
pignoribus illustra-
runt, triumphos sub

Cœmeteriorum enarrationis epilogum,
postremamque quarti huius libri perio-
dū breuiter perstringamus; quis nesciat,
quod totus quidem fere terrarum orbis
non ignorat, complures alios nobilissim-
os Christi Martyres, ac propmo-
dum, vt ita dixerim, innumeros confesso-
res item sanctitate conspicuos, electas-
que virgines apud Romanam Urbem
hanc, vbi totius caput Ecclesiæ diuini-
tus constitutum est, tanquam fidei an-
choræ perpetuo inherentes, in Domino
felicitate obdormisse; & ad patres suos, id
est, ad beatissimos Apostolos hic pia fide-
lium manu collectos apponi, eisdemque
tumuli consortio sociari voluisse: quo-
rum tamen dignissima vel martyrij, vel
sepulturæ loca posteritati nunc penitus
ignota permanent. Quoniam vero
quid certi in re tam ambigua statui, ac
definiri nullatenus potest, eo quod sacris
quorundam pignoribus, vt de plerisque
taceamus, Urbem hanc cumulari forte
contigerit; cum ipsa intra mœnia eorun-
dem corpora deposita olim a fidelibus
fuerint, hinc vt latentes Romanæ potissi-
mum Ecclesiæ thesauri, qui absque nu-
mero sunt, toti terrarū orbi innotescant,
operæ quidem pretium duximus, in stu-
diosi ac pij lectoris gratiam breui quo-
dam intercepta compendio recolenda
eorū potissimum nomina hic subtexere,
quorum nostram apud Urbem memoria

Roma à san-
ctorum in ea
defunctorum
multitudine
illustris.

recolitur, ac natalitia pariter Romano in
Martyrologio singillatim ex ordine de-
scribuntur. Hi autem sunt, quorum hic
catalogum singulis respondentem men-
sibus, ac singulis pariter mensum dic-
bus aptatum vltro lector excipis.

MENSE IANVARIO.

- 1 S. Almachij Martyris.
- 2 Plurimorum Martt.
- 5 Æmilianæ Virg.
- 12 Tatianæ Mart.
- 16 Priscillæ.

Plures autem fuere huius nominis
Priscillæ, de quibus supra egimus lib. 3.
c. 52. præcipua tamen sepulturæ ca-
rundem loca ignorantur, an videlicet
in Cœmeterio Via Salaria, an potius
in Patricio Vico conditæ fuerint: quā-
uis iuniorem, cuius precibus B. Mar-
cellus exoratus Cœmeterium Salaria
Via instaurauit, in eodem depositam
fuisse vero quam simillimū arbitremur.

- 31 S. Marcellæ viduæ.

MENSE FEBRVARIO.

- 2 Sanctorum Fortunati, Feliciani,
Firmi & Candidi Martt.
- 8 Pauli, Lucij, & Cyriaci Martt.
- 9 Alexandri & triginta octo Coronat.
Martt.
- 14 Vitalis, Feliculæ, & Zenonis
Martt.
- 15 Cratonis cum vxore, & familia.
Martt.
- 16 Onesimi Mart.
- 17 Faustini & xliij. Martt.
- 19 Gabini Mart. fratris Caij Papæ, cu-
ius sacrū corpus superioribus abhinc
annis in Callisti Cœmeterio, vt to. 1.
lib. 3. enarrauimus, repertum est.
- 23 Polycarpi Mart.
- 24 Primitiuæ Mart.
- 27 Alexandri, Abundij, Antigoni &
Fortunati Martt.
- 28 Macarij, Rufini, Iusti, & Theophili
Martyrum.

MENSE MARTIO.

- 1 Leonis, Donati, Abundij, Nice-
phori, & aliorum nonaginta quatuor
Martt.

Plu-

Lib. IV. Cap. XLVIII. 425

- 2 Plurimorum martt.
 14 XLVII. Martyrum a beato Petro
 Apostolo in Mamertini custodia ba-
 ptizatorum.
 15 Speciosi Monachi.
 17 Alexandri, seu Nicandri, & Theo-
 dori martyrum. Corpus autem fan-
 cti Nicandri a Sergio Iuniore in
 Equitij titulum, vbi hodie requie-
 scit, translatum fuit.
 22 Leæ viduæ.
 24 Marci, & Timothei martt.
 25 Ducentorum sexaginta duorum
 martyrum.
 26 Petri, Marciani, Iouini, Teclæ,
 Cassiani, & aliorum martt.

MENSE APRILI.

- 9 Demetrii, Concessi, Hilarij, & so-
 ciorum martt.
 10 Plurimorum sanctorum martt.
 13 Iustini Philosophi martt.
 14 Abundij Mansionarij.
 15 Basilisæ, & Anastasiæ nobilium
 fœminarum, Maronis, Eutychetis, &
 Victorini martt.
 18 Apollonij Senatoris.
 24 Sabæ, & septuaginta duorum mi-
 litum martt.

MENSE MAIO.

- 5 Crescentianæ martt.
 6 Benedictæ virg.
 9 Hermæ.
 11 Euellij martt.
 20 Plautillæ.
 22 Faustini, Timothei, & Venusti
 martt.
 31 Paschali Diaconi.

MENSE IUNIO.

- 1 Iuuentij martt.
 4 Aretij, & Daciani martt.
 20 Nouati.
 23 Agrippinæ virg. & martt.
 24 Plurimorum martyrum, qui ob ip-
 sius Urbis incendium ipsi a Nerone
 perperam adscriptum trucidati sunt.
 Sacra autem horum pignora condita
 in Vaticano fuisse, eidemque Cœme-
 terio nomen dedisse, verisimile satis
 fit.

Tom. II. Rom. Subt.

- 25 Luciæ virg. & mart. vnà cum alijs
 XXI I.
 30 Æmilianæ martt.

MENSE IULIO.

- 2 Trium militum, qui dum Pauli
 Apostoli martyrio interessent, Chri-
 sto nomen dedere.
 5 Zoæ martt.
 6 Tranquillini martt.
 23 Rafyphi, Primitiæ, Apollonij, &
 Eugenij martt. Romulæ, Redemptæ,
 & Herundinis virgg.

MENSE AVGVSTO.

- 4 Perpetuæ.
 7 Petri Iuliani vnà cum alijs octode-
 cim.
 10 Centum sexaginta quinque mili-
 tum martyrum, & Deodati Conf.
 16 Titi diaconi, & martyr. & Serenæ
 vxoris quondam Diocletiani Impe-
 ratoris.
 18 Ioannis, & Crispi presbb.
 25 Genesij martt.
 29 Sabinæ martyr. Candidæ virg. &
 mart. cuius hodie corpus in Ecclesia
 S. Praxedis, illuc a Paschale Primo
 translatum colitur.
 30 Gaudentiæ virg. & mart. cum alijs
 tribus.

MENSE SEPTEMBRI.

- 21 Maximæ martt.
 3 Serapiæ virg. & martt.
 16 Luciæ matronæ, & Geminiani
 martt.
 17 Narcissi, & Crescentionis martt.
 20 Eustachij, Theopistæ vxoris, Aga-
 pij, & Theopisti filiorum martt.
 21 Pamphili martt.
 26 Callistrati & quadraginta nouem
 militum martt.
 27 Epicharidis martt.
 28 Priuati, & Staetæ martt.

MENSE OCTOBRI.

- 1 Aretæ, & aliorum quingentorum
 quatuor martt.
 7 Marcelli, & Apuleij martt.
 8 Birgittæ viduæ.

H h h

Eua-

- 12 Euagnij, Prisciani, & sociorum
martt.
19 Ptolemæi, & Lucij martt.
23 Mauri martt.

MENSE NOVEMBRI.

- 25 Moyfis presb. & martt.
28 Rufi cum omni sua familia martt.

MENSE DECEMBRI.

- 1 Lucij, Rogati, Cassiani, & Candi-
dæ martt.
6 Afellæ virg.
11 Thraſonis martt.
12 Synesij martt.
15 Irenæi, Antonini, Theodori, Sa-
turnini, Victoris, & aliorum xvii.
martt.
19 Faustæ matronæ.
20 Liberati, & Bajuli martt.
23 Victorix virg. & martt.
24 Tharsillæ virg.
26 Marini martt. & Theodori Mansio-
narij.
28 Domnionis presb.
29 Callisti, Felicis, & Bonifacij martt.

Isthæc sunt sanctorum nomina Ro-
mano in Martyrologio singillatim de-
scripta, quorum martyrij, vel sepulturæ
locâ ignorantur, & quorum optatissi-
mis plane auspicijs quarto huic libro fi-
nem, ac subterraneæ huic pariter a no-
bis susceptæ peregrinationi terminum
tandem imponimus, id vnum ad enarra-
torum hætenus fidem obsirmandam,
figilli instar operi atroxentes, nobile
nimirum antiquissimi Romani Martyro-
logij fragmentum, quod quidem pri-
mam sub Liberio in lucem prodijisse
creditur, & nuperrime ab Ægidio Bu-
cherio in eruditissimo opere *de doctrina
temporum* editum fuit, in quo præcipui
Romani Pontifices, alijque celeberrimi
nominis martyres longa seriè commemo-
rantur, & loca insuper Cœmeterio-
rum venerandæ antiquitatis titulo con-
spicua recensentur, in quibus recolenda
olim eorundem memoria sacris in dyp-
ticis peragebatur. Catalogus autem iste
hunc in modum contextus est.

Catalogus Pô-
nificum &
Martyrum.

*Deposito Episcoporum, Romanorum videlicet,
a Lucio ad Iulium Pontificem
numerando.*

Sexto Kalendas Ianuarias, Dionysij in
Callisti.

Tertio Kalend. Ianuarij, Felicis in Cal-
listi.

Pridie Kalend. Ianuarij, Siluestri in Pri-
scillæ.

Quarto Idus Ianuarij, Miltiadis in Cal-
listi.

Decimo octavo Kal. Februarij, Marcel-
li in Priscillæ.

Tertio Non. Martij, Lucij in Callisti.

*Lucius horum 12. Pontificum, qui recensentur,
antiquissimus est; Iulius novissimus. De-
sunt autem duo intermedij, Sixtus vide-
licet, & Marcellus. At Sixtus inter
Martyres adnumeratur.*

Decimo Kalend. Maij, Caij in Callisti.

*Corpus S. Caij in Cœmeterio Callisti sub Gre-
gorio XV. ann. 1622. die 21. Aprilis
opera ac studio Iacobi Ab. Crescentij ipso
natalitij die porrigilio in lucem venit.
Cuius nomen lateri insculptum hoc modo
erat, CAIO P P. Insculptum insuper
palme signum, & Christi nomen consueto
Christianorum more cernebatur
sepulchrale s vero lapides lamina ✠
plumbea inuicem iungebantur: intra sepul-
chrum tria Diocletiani Imp. numismata,
sub quo coronatus fuerat, & Sanctissimi
Pontificis annulus adiuuentus est. Cor-
pus vero Romæ in eiusdem Ecclesia sub
Vrbano VIII. repositum est.*

Quarto Non. Augusti, Stephani in Cal-
listi.

Sexto Kalen. Octobris, Eusebij in Gal-
listi.

Nonis Octobris, Marci in Balbinæ.

Sexto Idus Decembris, Eutychiani in
Callisti.

Pridie Idus Aprilis, Iulij in Via Aurelia,
milliario .xii. in Callisti.

Item depositio Martyrum.

Octavo Kal. Ianuarias natus Christus in
Bethleem Iudæ.

MEN-

Lib. IV. Cap. XLVIII. 427

MENSE IANVARIO.

Decimo tertio Kal. Februarij, Fabiani in Callisti, & Sebastiani in Catacumbas.

Duodeccimo Kal. Februarij, Agnetis in Nomentana.

MENSE FEBRVARIO.

Octauo Kalen. Martij, Natalis Petri de Cathedra.

MENSE MARTIO.

Nonis Martij, Perpetuæ, & Felicitatis Africæ.

MENSE MAIO.

Decimo quarto Kal. Iunij Parthini, & Caloceris, in Callisti, Diocletiano IX. & Maximiano VII. Cofs.

MENSE IUNIO.

Tertio Kal. Iulij Petri in Catacumbas, & Pauli Ostiense, Tulco, & Basso Cofs.

MENSE IULIO.

Sexto Idus, Felicis, & Philippi in Priscillæ, & in Iordanorum Martialis, Vitalis, Alexandri: & in Maximi, Silani (hunc Silanum martyrem Nouati furati sunt) & in Prætextati, Ianuarij.

Tertio Kal. Augusti, Abdon, & Sennen in Pontiani, quod est ad Vrsum pileatum.

MENSE AVGVSTO.

Octauo Idus Sixti in Callisti, & Prætextati, Agapiti, & Felicissimi.

Septimo Idus Augusti, Secundi Carphori, Victorini, & Seueriani, Albano, & Ostiense.

Sixtus iste, vt supra dictum est, Romanus Pontifex hic inter Martyres, non inter alios Pontifices adnumeratur.

Sexto Ostiense, Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiæ, Iulianæ, & Smaragdi.

Quarto Idus, Laurentij in Tiburtina. Idibus Augusti, Hippolyti in Tiburtina, & Pontiani in Callisti.

Vndecimo Kal. Septembris, Timothei Ostiense.

Quinto Kal. Hermetis in Bassillæ, Salaria vetere.

MENSE SEPTEMBRI.

Nonis Septembris, Aconti in Porto, & Nonni, & Herculani, & Taurini.

Quinto Idus, Gorgonij in Labicana.

Tertio Idus, Proti & Hyacinthi in Bassillæ.

Decimo octauo Kal. Octobris, Cypriani Africæ, Romæ celebratur in Callisti.

Dccimo Kal. Octobris, Bassillæ Salaria vetere, Diocletiano IX. & Maximiano VII. Cofs.

MENSE OCTOBRI.

Pridie Idus Callisti, in Via Aurelia, miliario III.

MENSE NOVEMBRI.

Quinto Idus, Clementis, Semproniani, Claudij, Nicofrati in Comitatum.

Tertio Kal. Decembris, Saturnini in Thrafonis.

MENSE DECEMBRI.

Idibus, Ariston in Pontum.

Et hæc sunt, quæ beatorum Pontificum Romanorum, & martyrum sepulchris insculpere, & ex antiquissimi Martyrologij tabulis fideliter accepta triumphalis instar coronidis ad perenne purpuratorum pro Christo monumētum ad huius libri calcem inscribere volumus, illud Cœmæterialibus istis stylo pariter inscribentes: *Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuunt in æternum.*

Alteram iam, eandemque nouissimam susceptæ peregrinationis, ac Subterraneæ Romæ partem, singula, quæ nobis inter excurrendum sese obtulere, antiqua Christianorum Cœmeteria perlustrando, consceimus. A Latina quippe Via iter primo, beatissimi Apostoli Ioannis auspicio aggressi, ad Vias Labicanam, & Prænestinam, inde ad Tiburtinam, & Nomentanam, necnon ad Salariam tum nouam, tum veterem, tandem ad Flaminiam, recolenda passim sacra & profana pariter carundem Viarum monumenta inspiciendo, totiusque Romanæ Urbis circuitu feliciter peractò, substitimus. Et quidem nobis antiquam percurrentibus Urbem idem plane accidit, quod antiquis præstitum seculis Hieronymus enarrat: *Cumenim, ut ille ait, ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, quamplures nobiles viri ex ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus venirent, nouo quidem, ac inusitato miraculo, quos ad contèplationem sui Romanon traxerat, vnius hominis fama perduxit.* Currebât tunc passim videlicet homines, ut non tam Urbem, quam in Vrbe hominem, quem procul distiti mirabantur, portenti instar viderent. Quod plane antiquioribus Christianorum seculis probe adimpletum nouimus, cum plerique viri nobilitate, ac pietate conspicui ex remotissimis terrarum regionibus, quos Roma ad sui con-

Hiæ. pref. ad Paulin. 6. 7.

templationem non traxerat, sacrorum Urbis nostræ Cœmeteriorum fama, ac religio, venerandaque beatorum martyrum, quæ ibidem tumulata quiescunt, ossa ad sui admirationem, venerationemque traxere. Quamobrem quod olim Hieronymus vel obiter enunciauit, hoc in sacris rerum historicarum paginis quis palam manu deprehendit: permulti enim longa ac laboriosa peregrinatione suscepta Urbem ingressi, eius dūtaxat religione huc se adductos professi, antiqua martyrum Cœmeteria, & sacre antiquitatis monumenta extra Urbem solcite exquisuerunt. Verum ut apte Hieronymi verbis in ré præsentem vtamur: *Habuit illa, inquit, ætas (habet & nostra ego dixerim) inauditum omnibus seculis, celebrandumque miraculum, ut Urbem tantam ingressi, aliud extra Urbem quærant.*

Sacra igitur Urbis Cœmeteria, quæ deuoto hætenus pede excurrimus, & ad quæ volentem, contendentemque manu deducimus, ingenitæ merito sanctitatis admirationem, ac venerationem pariter perlustrantibus, imo & hæc nostra lecturis perpetuo ingerent: venerandis enim tot beatorum martyrum, ac Pontificum Romanorum exuijs reserata coruscant, quorum nominibus, *quæ in libro vite conscripta sunt, nouissimas huius quarti libri paginas ob-* *Ap. 1. 1. Philip. 3.* signauimus. Et de his hætenus.





R O M A
S V B T E R R A N E A
S I V E
DE SACRIS ROMÆ COEMETERIIS
TOMVS II. LIBER QVINTVS.

ABSOLVIMVS tandem, nostris Deo votis annuente, Cœmeteriorum Urbis, quam longo, vt vides, circuitu, nec exiguo labore aggressi fuera-
mus, descriptionem. Primum enim eorundem, ne quid operi desiderari contingeret, originem, atque institutionem exacte exposuimus: pari subinde studio situs, nomina, sacras item imagines, ac varia sym-
bola, & hieroglyphica descripsimus, quæ in Cœmeterialibus oratorijs, & in subterraneis item cubiculis, ac Sarcophagis quando-
que inter perscrutandum suspicienda occurrunt. His igitur præmissis nostri nunc muneris esse intelligimus, recolenda sacra-
rum earundem imaginum mysteria, atque arcanos, ac mysticos sensus, qui sub earundem corticibus latent, pro nostri facultate ingenij paucis differendo elucidare. Sed antequam huiuscemodi opus aggrediamur, cum plerisque in Cœmeterijs præter sacras vtriusque Testamenti imagines, quædam etiam promiscuæ, & nonnullæ insuper, quæ profanos quodammodo Gentilitiæ superstitionis, abolitosque iam antiquorum temporum errores sapiunt, oculis obijciantur: ne vlla vnquam de religioso locorum eorundem cultu, ac veneratione cuiuspiam menti vel leuis quidem vmbra suspicionis obrepat, in id præcipue toto animi studio nobis insistendum est, vt sanctorum Patrum, & Oecumenicum Conciliorum sententijs inhærendo, validis rationibus illud in primis inter huius quinti libri præludia comprobetur, sacra nimirum Romanæ Urbis Cœmeteria haud vllò vnquam tempore profanis gentilium cadaueribus, quod nonnulli perperam opinati sunt, contumeliose polluta, ac misere deturpata fuisse; sed primæuo suo, natiuoque iugiter seruata nitori, procul ab exc-
crando

crando idololatrarum commercio, Christianis Catholicis dumtaxat, qui sanam ac illibatam Christi fidem tenerent, neque vlla hæreseos, aut schismatum labe turpiter ab Ecclesia seiuncti contaminarentur, veneranda eiusmodi loca vsui quondam extitisse.

Ijs vero imaginibus, quæ originario è fonte Ethnicam superstitionem redolebant, vti gentilium quoque rebus, ac ritibus pariter ad pium orthodoxæ fidei, ac religionis obsequium feliciter traductis, ijsdem insuper viuificæ crucis signo, ac virtute expiatis, primitiuos illos, qui in hac potissimum Vrbe sub Christi iugo vexillum erexere, res pariter antiquorum, & loca magno quidem sanctitatis incremento in vsu de more habuisse, suis, inquam, infra locis opportune demonstrabitur.

CAPVT I.

De antiquis Christianorum Cœmeterijs, Gentilium cadaueribus haud vnquam pollutis.

Exterarum gentium furor in sacra quoque Cœmeteria olim debacchatus est.



NGENS quidem olim, vt rem altius repetamus, antiqua Christianorum Cœmeteria, de quibus sermo nunc est, certo scriptorum testimonio detrimentum perpessa fuere, & haud leuis contumelia sacræ, venerandisque locis ab impia quarumuis gentium manu passim illata est: vt de præcipuis enim Urbis Romæ Cœmeterijs loquamur, acerbas plane ijsdem clades a Gothis, Vandalis, ab Hunnis, & barbaris demum quibuscumque nationibus inflictas fuisse, quarum vnâ pars gentilitiæ superstitionis labe, altera vero Arrianismi erroribus tenebatur, Hieronymus satis abunde expressisse, ac simul deplorasse videtur, dum eas potissimum calamitates, atque incommoda summatim referendo describit, quæ Romano florentissimo quondam Imperio a viginti iam annis miserandum in modum inferebantur: *Capti, inquit ille, Episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia clericorum: subuersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi: martyrum effossæ reliquiæ, vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago.* Quod plane lugubri rerum facie incommo-

Calamitates à Gentilibus, & Arrianis in Ecclesiâ Catholicam intulerunt, Hier. ep. 3. ad Hlud.

dum Africanæ Ecclesiæ contigisse Victor Vticensis affirmat, dum immanes Vandalorum Arrianorum in Africam irruptiones his verbis enarrat: *Ab eorum contagione nullus remansit locus immunis, præsertim in Ecclesijs, basilicisque, & Cœmeterijs, & monasterijs sceleratius sauebant.* Et quidem, vt rei proposito insistamus, quod ad Urbis Ecclesiâ, & ad Cœmeteria pertinet, in quibus martyrum corpora asseruabantur, si Anastasium Bibliothecarium consulamus, isthæc de acerbissima omnium clade, quæ sub Siluerio Papa Ghotis Arrianis adnitentibus ac Urbem deuastantibus obtriguit, lugubri voce enarrantem comperiemus: *Ecclesiæ, & corpora sanctorum martyrum exterminata sunt a Ghotis.* En, amice lector, intelligis deplorandas locorum, quæ religioni inferuiebant, vastitates, atque iniurias: en obliterata recolenda antiquitatis, ne dicam funditus euersa, monumenta: en proculcatum reliquiarum cultum, ac decorem, en impietatem vbique, vt vides, regnantem, ac debacchantem. Quam inique autem habita sint potissimum sanctiora quæque loca omni veneratione dignissima, cum Longobardi sibi Romam subijcere aggressi fuerant, Paulus primus huius nominis

viâ. Vri.

Africana ecclesia eadem cladem Arrianis accepit.

Vrbis Cœmeteria à Ghotis Arrianis deuastata.

minis Pontifex in constituto de erectione Ecclesie ac Monasterij sanctorum Stephani, & Siluestri vehementer ingemiscens. his plane verbis indoluit: *Cum per euoluta annorum spatia diuersa sanctorum Christi martyrum ac Confessorum eius foras muros huius Romane Urbis sita antiquitus Cœmeteria neglecta satis manerent diruta: contigit postmodum ab impia Longobaridarum gentium impugnatione funditus esse demolita, qui etiam & aliquanta ipsorum effodientes martyrum sepulchra, & impie deuasantes secum deportauerunt.* Hæc ibi præmemoratus Pontifex, ex quibus commode intelligere vnusquisque potest, quæ potissimum vastitas venerandæ Cœmeteriorum Urbis antiquitati impia hominum manu grassante obtigerit, dum profani hostes Cœmeteria quamplurima passim inuadunt, suffodiunt, perscrutantur, demoluntur, & suspicienda, quæ ibidem inerant Christianæ fidei monumenta, imo ipsiusmet Christi trophæa vnâ cum beatorum Martyrum reliquijs temerario, quod credi vix potest, ausu conculcant: ex qua hostili vastitate incredibile est, quæ Urbis, & Orbi, imo ipsimet orthodoxæ religioni damna, haud vllo vnquam tempore reparanda, obuenerent; non quidem expilatione auri, sed sacrorum cinerum expoliatione, & Cœmeterialis luti, quod omni auro pretiosius habendum est, violatione admissa, digna quidem quæ fideles, ac pij homines lacrymis iugiter prosequantur. Sed tot ingruentibus malis Dei prouidentia factum est, vt et si profanorum hominum manibus, pedibusque sacra hæc loca passim conculcata sint, haud tamen impuris, ac profanis eorundem osibus polluta, sed, illibata omnino persisterint.

2 Vt enim omnibus sub ipsamet huius enarrationis præludia luce meridiana clarius innotescat, veneranda iugiter Urbis Romane Cœmeteria haud vllo vnquam tempore è profanorum permixtione cadauerum, ac consortio aliquam contagionis labem contraxisse, velut quid certum omnino, ac indubitatum lectori præmittimus, quod nemo pariter rerum historicarum non expers ignorat, Christianos videlicet vnâ cum gentilibus, tum quod ad funebres ritus, tum quod ad sepulturæ locum spectat,

nullatenus aliquando conuenisse. Et quidem quod ad perantiquos funerum, ac funeralium ritus attinet, etsi Romani defunctorum corpora quandoque humo inferre consueuerint, id tamen ad remotiora tempora referendum est. Iuxta id quod Tullius lib. 2. de leg. & Plin. disertis verbis afferunt, & ipse Lucretius istis expressit: *Omniparens eadem rerum est commune sepulchrum.* Ex eo autem antiquissimus iste mortuos terræ infodiendi mos comprobari videtur, quod eo ritu *πρωτογενεῶν* noster sepultus fuisse creditur. Rex item Numa ad fontis aras humatus pariter fuit: qua etiam ratione Corneliorum gens, quæ priscos illibatos omnino ritus seruauit, vique ad Syllæ Dictatoris tempus humata est: hic enim primus subinde ex eorum nobili profapia crematus fuit, vt traditur. Certe Iulium Epigonum haud igni cæterorum more absumptum, sed hoc plane ritu terræ illatum fuisse memorandus hic lapis olim quinto ab Vrbe lapide Via Lauicana repertus, fidem facit:

D. M.
L. IVLII EPIGONI
VIXIT. ANNIS XXVI. M. V. D. XII.
CORPVS INTEGRVM CONDITVM,
L. IVLIVS HAMVS
PATER, FILIO PIISSIMO

Plin. l. 7. c. 54.

Iacob. Clifft. de Iudeis Sep. c. 1.

Epitaphium Iulij Epigoni

Alter item hic lapis, qui Romæ extat, his plane notis insculptus antiquum pariter, quem diximus, humani morem probe confirmat:

L. IVLIVS HAMVS
DIS MANIBVS
L. IVLII MARCELLI
NEPOTIS SVI
VIXIT ANN. V.
DIEBVS. XXXXI.
CORPVS INTEGRVM
CONDITVM
SARCOPHAGO.

Verum si ad posteriorum temporum seriem attendamus, solemne, ac magis apud eosdem vîtatum fuit, vt eadem igni comburenda traderent, ac demum in cineres redacta locis apte seruanda recondiderent, quæ consuetudo apud Romanos vim quodammodo legis obtinuit, vt Tacitus illis verbis testatur: *Corpus, Poppæ scilicet, non igne abolitum, vt Romanis mos est.* Et Laertius hac de re scribit: *Ἐξ ὑπὸν quoque condientes sepeliunt corpora:*

Funus Poppæ

Tacit. Annal. lib. 11. Laert. de vit. Philis. 9. in Pyrron.

Roma-

Romani vero incendunt. Hæc autem consuetudo apud Romanorum gentem, defunctorum videlicet corpora concremandi vsque ad Principum Christianorum tempora inoleuit. Quod Macrobius, qui sub Theodosio Iuniore floruit, cuius primus Imperij annus in Christi annum quadringentesimum octauum incidit, his plane verbis confirmat: *Deinde licet vendi corpora defunctorum vsus nostro seculo nullus sit, lectio tamen docet &c.*

Macrobius.

3 Vt nostri enim instituti propositum attingamus, nec quidquam studiosum latere lectorem patiamur, illi sanctitate conspicui Christianorum reipublicæ parentes, duces pariter ac magistris, qui ijs potissimum temporibus Ecclesiam legibus iuxta, ac moribus informandam susceperant, in id potissimum toto animi studio eniti non desistere, vt profanam illam a gentilibus deriuatam cadaueram, quæque comburendi consuetudinem e medio penitus tollerent, atque abolerent. Hinc est quod apud Minutium Felicem ethnicus ille ingentis probri loco Christianis duntaxat obieciebat: *Execrantur, inquit, rogos, & damnant ignium sepulturam*. Cui egregie quidem, & ad rem nostram optime Minutius isthæc respondet: *Nec, vt creditis, vllum damnum sepulturae timemus, sed & veterem & meliorem consuetudinem humandi frequentamus*.

Christiani ab Ethnicis damnantur, quod i cadaueribus e comburendis abolerentur.

Minut. Felix.

Differencia inter Christianorum, & Gentilium Sepulchra.

4 Quoad locum vero, & sepulturæ defunctis exhibendæ rationem ac formam, illud vtique lectorem probe nosse arbitramur, a quolibet nimirum ethnico- rum, prout opportune cuique facultates accessus suppetebant, sepulchra magis vel minus conspicua gentilibus suis consistui atque a parari defunctis consueuissent. Ex his enim, qui inter cæteros diuitijs ac nobilitate præcipui erant, vel in suis quibusque prædijs, vel certe iuxta publicas ac celebriores viarum semitas id commode præstiterunt, vt in Vijs potissimum Aurelia, Ostiensis, Appia, Latina, Labicana, Prænestina, Tiburtina pariter ac Flaminia, nec non alijs videre est, in quibus adhuc post euoluta tot annorum secula insigniorum aliqua saltem ex parte sepulchrorum vestigia contemplanda subsidunt.

5 Porro illustribus viris ac magnati-

bus, qui rebus præclare gestis optime de Republica meriti fuerant, intra ipsammet Vrbe[m] quandoque sepulturæ locus, accedente ipsiusmet Romani senatus auctoritate, concedebatur. At pauperibus ac infimæ sortis hominibus Exquilinam extra portam publica sepulturæ loca patebant, quæ *Puticuli*, Varrone cum alijs teste, dicebantur. Quæ postmodum loca Mæcænati suo Augustus in amœnos deriuanda atque excolenda hortos dono dedit; ne videlicet e proximo Puticulo- rum ambitu, qui sætentibus iugiter cadaueribus redundabat, aër Romanis ciuibus minus quidem salubris redderetur. De iisdem autem Horatius in suis carminibus isthæc concinens meminit:

Viri illustres in memoria sepeliebantur.

Varr. l. Puticul.

Hor. l. 1.

*Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus vili portanda locabat in arca.*

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum.

*Pantolato scurræ, Nomentanoque nepoti,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum*

Hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur.

*Nunc licet Exquilij habitare salubribus;
atque*

*Aggere in aprico spatij: quomodo tristes
Albis in formem spectabant ossibus agrum,
&c.*

Idem autem Augustus, vt nobis credere par est, alia id genus suburbana loca huic vsui destinauit: cum plerique potissimum rerum antiquarum scriptores, inter quos præcipui sunt Marl. & Kirchman eadem pariter extra portam Exquilinam, sepulchrorum translato illuc ministerio, designata fuisse constanter affirmant.

Marl. & Kirchman de sepulchris.

6 Romanorum insuper sepulchra, dum gentilium adhuc erroribus detinerentur, duplicis quidem generis erant: alia nimirum eleganti opere conspicua, & quæ ad humo sursum altius attollebantur, quorum nonnulla adhuc, vt diximus, vestigia contemplanda supersunt: quædam vero subterranea, ædicularum instar, in imo terræ sinu sabrefacta, ad quæ per gradus quosdam descendebatur: hic cinerariæ quamplures interim ollæ ordine quodam inter se cum in modum dispositæ, in ipsa parietum crassitudine locabantur, vt binæ vel ternæ sibi inuicem contiguæ, vel paruo duntaxat interuallo distarent. Hæ autem ædicularum pro-

Sepulchris apud gentes.

Ædicularum.

Ollæ inter.

pro-

prolixo utique sermone ab iisdem Marl. lib. 4. cap. 19. & Kirchmanno loco nupercitato, & Georgio item Fabritio in sua Roma cap. 21. exacte describuntur. In sepulchralibus item titulis frequens de cinerarijs ollis mentio recurrit: nam in Lucij Hofülj Fortunati sepulchro, quod hunc in modum extructum cinerarijs ollis redundabat, illæ potissimum notæ, vt cap. 26. n. 24. huius libri diximus, inscriptæ legebantur, videlicet:

EXTERÆ FAMILIÆ
ADITVS NON DATVR,
NEC IVRE QVIS IN HOC
MONVMENTO
OLLAS EMET.

7 Antiqui vero illi Christianæ fidei cultores, cum a profano concremandorū corporum ritu penitus abhorrerent, sanctorum veteris Testamenti Patrum, qui defunctorum cadauera speluncis inferebant, exempla sectantes, sanctiori quidem religionis vsu eadem humo inferre consueverunt: & quoniam dum acerba persecutorum rabies defuisset, immanissimis tyrannorum edictis fideles non modo dum adhuc inter viuos degerent, quouis crudelitatis genere ad necem quærebantur, sed vita iam functi, vbi tormentorum videscissent, ne vllum vel post mortem quietis locum consequerentur, & ne quid omnino ex eorundem cadaueribus humandum superesset, flammis aut fluminibus passim iniiciebantur; quæ potissimum de causa subteranea sibi Cœmeteria opportuno consilio fodere ac substruere, pio utique studio ac labore aggressi sunt. Siquidem gentiles aduersus Christianos veluti in suorum contemptores idolorum, ac dijs fere omnibus, quos ipsi colebant, inuisos, insensosque intestino cum in modum odio efferuescebant, vt ab eorundem tanquam a nequissimorum hominum commercio, ne aliquam ignominia notam contraherent, penitus abstinerent; quippe qui eosdem non lucis duntaxat & vitæ, sed et sepulturæ ipsius beneficio indignos omnino existimaret: quapropter Christianos *Biothanatos*, id est, violentæ morti destinatos, communi voce appellare consueverant. Quod quidem ex ipso Minutio Felice satis manifeste conuincitur, qui Cæcilium aduersus Christianos hunc in modum

Tom. II. Rom. Subt.

obloquentem iisdemq; acriter insultantem inducit: *Homines, inquam, deploratæ, inclinatæ, ac desperatæ factionis, grassari Deos, non ingemiscendum? Qui de vltima face collectis imperitiis, & mulieribus creduli sexus sui facilitate labentibus, plebem profanæ coniuurationis institunt: quæ nocturnis congregationibus, & ieiunijs solemnibus, & inhumanis cibis non sacro quodam, sed piaculo sedantur: latebrosa & lucifugax natio, in publico muta in angulis garrula, &c.* Hæc utique Cæcilij, et si iniquo, constanti tamen tum ore, tum animo aduersus purissimos Christianæ fidei sectatores blasphemiarum vocum iacula contumeliose intorquet, ac stygium intimis e præcordijs venenum euomit.

8 Haud vnquam igitur cum Christianis ethnicos, neque cum ethnicis Christianos funerales ritus, ac sepulturæ loca communia habuisse, diuersa, quæ vtrisque inerat, discrepantium inter se morum forma, atque animorum dissensio satis superque demonstret: *Quæ enim participatio, vt Apostolus ait, iustitie cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis?* nulla prorsus. Procul igitur impiorum cadauera a venerandis sanctorum Cœmeterijs: loca enim sanctitatis luce conspicua, & quæ ipsis in tenebris lucent, ab his, qui filij tenebrarum sunt, respersi caligine haud condecet. Haud arca Dei idoli Belial consortium patitur, & corpora, quæ templum Dei viuui quondam exitere, sacrilegis commiseri cadaueribus nullatenus sustinent. Cum præcipue fideles illud Apostolus caute præmoneat: *Nolite iugum ducere cum infidelibus, &c.* Et diuinum illud altius intonet oraculum: *Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis.* Discreti igitur, ac separati fideles loco, ac tumulo ab immundis gentiliū ossibus iugiter permansere, nec vllus vnquam profanis ossibus intra Vrbs Cœmeteria aditus patuit, & congrue quidem: eos enim, qui dum viuerent, inter se moribus toto Cælo distabant, vel mortui haud vllò vnquam sepulturæ ac funeris commercio simul coire potuisse pronuntiandum est.

Bibl. Patr. 20.
9. p. 412.

Nullum Christianorum cum gentilibus commercio.

Ep. 2. ad Cor.
c. 6. n. 14.

Ep. 1. ad Cor.

CAP. II.

De Christianorum Cœmeterijs haud vnquam hæreticorum, Schismaticorumq; commercio pollutis.



Cœmeteria
Vrbis aut quæ
ab hæretico-
rum schisma-
tice prænate,
cadaueribus
polluta.

Amb. l. 3. de
off.

Varie hæreti-
corum scite
Vrbem olim
aderunt.

V in ipsomet enarra-
tionis vestibulo sacro-
rum Cœmeteriorum
decus, ac gloria, &
quod singularis eo-
rundem pariter præ-
rogatiua est, a quavis impiorum obla-
trantium calumnia vindicetur, & loca
hæc, quæ venerationis cultu præci-
pua in Vrbe sunt, ab omni prorsus exe-
crandorum cadauerum labe, ac fœtore
immunia extitisse iugiter constat (*Non
possunt enim, vt inquit Ambrosius, esse in-
ter eos iura pacis, inter quos est bellum fidei*)
haud hic silentio inuoluendum puta-
mus, quod nonnulli, qui parum antiquos
Christianorum ritus, ac mores callent,
in religionis orthodoxæ contumeliam
petulanti ore effutire ausi sunt, in Vrbis
videlicet Cœmeterijs hæreticorum quo-
que corpora reposita olim, vel certe
supposita, vt ita dixerim, fuisse, tum ma-
xime, quia diuersis quidem temporibus
hæreticos Romam aduenisse negari nul-
latenus potest. At vero dum iidem in
Vrbe degerent, & forte tunc tempo-
ris quæpiam ex his mori contingeret,
in nostra quoque Cœmeteria eorundem
humanda corpora illata fuisse, haud as-
sertione incongruum, & satis quidem
per se creditu facile, rem minus bene
expendenti videtur. Verum quod ad
hæreticos spectat, omnis fere cum illis
communicatio fidelibus Apostoli ore
primum interdicta est, & subinde iuxta
id, quod Apostolus ante edixerat, san-
ctus Clemens in Apostolicis Constitu-
tionibus magis expresse his plane verbis
cauendum præcepit: *Impios hæreticos
non penitentes discludite, & semouete a
fidelibus, & eis Ecclesiam Dei interdicite,
vt omnibus modis ab eis declinent, & neque*

*vlla cum eis sit sermo, aut precationis
communitas. Fideles igitur Catholicæ,
ac illibatae fidei sectatores, & Apostoli-
corum præceptorum æmulatores iugiter
obseruantissimi, qui ab hæreticorum
commercio penitus arcebantur, haud
vnquam sepulchri cum eisdem in suis
Cœmeterijs locum obtinuerunt, quibus
enim non communicamus viuis, nec mortuis
quidem communicare fas est, quæ erroribus
cum veritate, aut filijs ipsiusmet lu-
cis cum filijs tenebrarum communica-
tio? Haud enim, vt Cyprianus inquit,
coherere, & coniungi potest amaritudo cum
dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum
serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate
sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tran-
quillitate tempestas: nec demum ortho-
doxorum corpora, vt rem paucis per-
stringamus, profanis cadaueribus com-
misceri vllatenus possunt. Sed vt insa-
næ aduersariorum petulantium calum-
niæ valde confutentur a nobis, de Ar-
rianis potissimum nonnulla hic præ-
mitramus, eos non Romam dumtaxat
ingenti numero diuersisse, verum
& Ecclesiam beatæ Agathæ profanis
conspurcandam ritibus temere inuasisse,
& atque aliam insuper in Merulana,
ipso D. Gregorio locupletissimo rei te-
ste, Catholicorum manu abreptam sibi
vsurpassè, apud omnes fere indubita-
tum est. Si de Donatistis autem loqua-
mur, Optatus Mileuitanus, dum contra
Parmen. scribit, plures eorundem Epi-
scopos successiuo ordine Romam ve-
nisse asserit, vt ibidem, si opportuna ijs-
dem facultas suppeteret, sedem sibi, ac
sectatoribus suis constituerent: quos
haud Ecclesiam dumtaxat, sed & Cœ-
meteria insuper sacrilega temeritate
vsurpare sibi ausos fuisse proclamans,
his in eisdem verbis acrius inuehitur:
*Quia ad hoc basilicas inuadere voluistis, vt
vobis solis Cœmeteria vendicaretis; non per-
mittentes sepeliri corpora Catholica, vt ter-
reatis viuos, male tractatis & mortuos, ne-
gantes funeribus locum, &c.* Hæc Opta-
tus.*

Ex quibus magnum plane vel
primo oculorum intuitu præmemorati
vtriusque sectæ hæretici Christianorum
rebus negotium sacessere videntur: ve-
rum enim vero si ipsamet diligenter tem-
pora subinde expédantur, quibus potissi-
mum

Cyp. l. 1.
vnt. Eccl.

Arriani
D. Agathæ
Vrbe obit

D. Greg.
l. 2. ep. 19

Donati
Episcopi
miam vnt

Opt. Mil
Parmen.

mum hæreticos, Urbem Romam subire contigit, nimirum vel ante, vel certe post ditam Ecclesiæ obortam persecutionis procellam : & præterea si ipse Opati verba, qua decet animaduersione ad trutinam reuocentur, nullius quidem momenti est quidquid ab aduersarijs obijcitur, quin imo diligenti rerum præmissio examine omnem ambigendi scrupulum veluti vmbra ipsa statim per se veritas dissoluit, ac difficultatis nodus quicumque subtexitur, ab oculis protinus euanescit. Quod igitur ad hæreticos attinet, primus, qui, dum acriter a persecutoribus Ecclesia impeteretur, Romam contendit, is plane Valentinus Philosophus Platonicus extitit, qui sub Antonino Pio Imperatore anno Christi centesimo quinquagesimo quinto, Hygini Papæ tempore, in Urbem profectus, illuc iterum sub Aniceto, ac demum sub Eleutherio remeavit.

3 Eodem sub Hygino in Urbem quoque Cerdo quidam, & Marcion hæretici aduenere : sed sub eisdem postmodum Pontificibus hi tres, quos meminimus, sacris merito interdicti, & ab omni Catholicorum hominum consorcio seiuñdi fuerunt. Porro Cerdonis huiusmodi, Marcionis item, ac Valentini, Tertullianus his plane verbis meminit : *Vbi tunc Marcion Ponticus Naucleus Stoica studiosus ? Vbi tunc Valentinus Platonicæ sectator ? nam constat illos, neque adeo olim fuisse, Antonini sere principatu, & in Catholicam primo doctrinam credidisse, apud Ecclesiam Romanensem, donec sub Episcopatu Eleutherij benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum reiecti sunt.* Et de eodem Cerdone ipsemet Tertullianus Carm. con. lib. 3. isthæc proloquitur :

Post illum (Telephorum scilicet, cui successit Hyginus) socius legis, certusque magister.

Cum vestri sceleris socius præcursor & auctor

Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera gestans :

Detectus, quoniam voces, & verba veneni spargebat furtim : quapropter ab agmine pulsus

Sacrilegum genus hoc genuit, spirante dracone,

*Constabat pietate vigens Ecclesia Romæ
Composita a Petro, cuius successor &
ipse,
Iamque loco nono Cathedram suscepit Hyginus.*

De Marcione autem idem, qui supra Tertullianus eodem libro prope finem isthæc recenset :

Atque pio suscepit Anicetus ordine sortem,

Sub quo Marcion hic veniens, noua Pontica pestis

Non dum secretum facinus suo corde reclusum

Passim vulgo loquens latebrosa perfidus arte.

Sed postquam cepit mortis proferre sagittas,

Abiectus merito tam sæui criminis auctor

A sanctis reprobis, patuit mirabile monstrum.

Sub Eleutherio pariter Pontifice Florinus quidam ex ipso presbyterij gradu depulsus, & Blastus nouam Romæ hæresim contra antiquam Ecclesiasticæ normæ, ac traditionis regulam inducere conati sunt : quorum insanas errorum blasphemias S. Irenæus editis vltro scriptis valide confutauit, teste Euseb. lib. 5. cap. 14. & 19. & Baron. Annal. tom. 2. ann. 180.

4 At sub Victore Papa, anno Christi centesimo nonagesimo sexto, è Constantinopoli hæreticus alter, Theodotus nomine, Romam venit, quem postmodum in saluorum dogmatum, quæ disseminare conabatur, comentis deprehensum eiusdem Pontificis opera ab Vrbe protinus exturbatum, & a fidelium cœtu exterminatum fuisse Epiphanius testatur, cui Theodoretus in hæc plane verba subscribit : *Eum beatissimus Victor Romanus Episcopus abdicauit, & excommunicauit, etc.* Sub Zephyrino item Romano Pontifice, Praxeam quendam ex Asia, in Urbem aduolasse, atque ab eodem, ubi primum eiusdem impietas ad Lydium Petri, & Romanæ ipsius fidei lapidem explorata innotuit, inde protinus effugatum, atque anathematis iaculo impetum fuisse, ipsemet Tertullianus aduersus eundem Praxeam scribens enuntiat. Anno decimum redempti orbis ducentesimo decimo quinto, sub ipsemet Zephyrini Pontificatu Proclus Cataphry-

Tertull. l. cit. 13.

Florinus, & Blastus hæretici.

Euseb. hist. eccl. l. 5. c. 14. et 19
Baron. annal. tom. 2. an. 180.

Theodotus hæreticus.

Epiph. har. 54.

Theodot. har. l. 2.

Praxeam hæreticus.

Tertull. cap. 1. adu. Prax.

Proclus hæreticus.

garum dux pedem in Urbem inuexit, eo quidem animi consilio, ut sedem ibidem figeret, ac cathedram stabiliret, quem cum Caius Theologus disertis palam verbis, argumentisque confutasset, eundem de hæretica prauitate conuictum idem Zephyrinus, Apostolicæ sententiæ sulmen in torquens, vnâ cum suis erroribus damnauit: de quorum nobili, ac memorando certamine hæc Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis, & de Caio præsertim Theologo verba faciens, recitat: *Gaius autem sub Zephyrino Romanæ Urbis Episcopo, id est, sub Antonini Seueri filio disputationem aduersus Proclum Montani sectatorem, valde insignem habuit, arguens eum temeritatis super vna Prophetia defendenda. Eiusdem quoque Eusebius meminit, qui præmemorata insuper disputationis libellum se vidisse testatur, cum ait: Disputatio porro Gaii viri eloquentissimi Romæ, Zephyrino Ecclesiæ regente, contra Proclum Phrygum erroris propugnatorē habita ad nos peruenit, etc.* Conscriptæ autem sententiæ tum aduersus eum, tum contra cæteros eiusdem pseudoprophetiæ defensores Tertullianus ipse, qui ab eodem Proclo errores propinante seductus, pari quoque anathematis censura percussus fuerat, in libro de ieiunijs cap. 1. in fine mentionem facit.

5 Haud alios subinde præter istos, quos nuper memorauimus, hæreticos, antequam præoptata Ecclesiæ tranquillitas redderetur, ad Urbem Romanam confluisse, apud antiquos, probatæque fidei scriptores legimus. Verum si qui huc quandoque ex quibusuis orbis terrarum regionibus aduenere, illud sane apud omnes exploratissimum est, nullam prorsus eorum alicui cum Catholicis vnquam consuetudinem interfuisse, nec commune eisdem sepulchrorum consortium, sed omnino discretum, ut infra demonstrabitur, extitisse. Toto enim in id animi studio Catholici potissimum incumbabant, ut perditos, perfidosque hæreticæ prauitatis sectatores, tanquam terribiles Christianæ reipublicæ hostes cunctis palam detegerent, detectosque omnimoda sollicitudine præcauendo deuitarent. Neque vero id Romæ dumtaxat, sed vbique etiam locorum ipsimet Pontifices Maximi vigi-

lantissimi Ecclesiæ Pastores præstabant, ne quos videlicet oculis Domini grex (cuius regimini præerant) huiusmodi fraudulenter irruentium bestiarum incursum pateretur. Quapropter, ut apud Eusebium videre est, sanctus Dionysius Alexandrinus Episcopus statim atque nefanda olim Sabellij hæresis Ptolemaide apud Pentapolim suboriri cœpit, beatum Sixtum Secundum Romanum Pontificem, conscriptis ad eundem epistolis, ea de re certiores reddidit.

6 Postica vero vbi ab infestantium impetu Ecclesia Dei paululum respirare contigit, inter primos, qui ex hæreticorum numero in Urbem aduenere, hi profecto è Donatistarum secta præcipui extiterunt. Quorum detestanda, iugiter errorum semina in Africa primum sub Imperatore Diocletiano, circa annum Christi trecentesimo tertium pullulare cœperant: cui Edictum illud occasionem præbuit, quod in Christianos sub ipsâ persecutiouis temporibus, de sacris videlicet tradendis Codicibus, promulgatum fuerat. Tunc enim Cirtæ, quæ Africae vrbis est, Cirtensi coactio Episcoporum cœtu, immane aduersus Catholicos, ac perhorrendum schisma constatum fuit, quod postea impijssimo Donato, a quo ipsa quoque hominum factio nomen accepit, accedente, atque impietatis vexillum propudiosis manibus extollente, maiora in dies, ipso insulstante dæmone, vnâ cum Schismatiorum erroribus incrementa sortitum est. Donatistæ autem tunc altius delirantes, Dei Ecclesiam ad illa vsque tempora Catholicam quidem extitisse, deinceps vero, cum in cæteris desecisset, in ipsis solis duntaxat candidam, illibatamque adhuc seruari asserendo iactabant. At detestanda perduellium, ac nequissimorum hominum lues haud in Italia locum nacta est, nec vllas in Africanis regionibus radices fixit, sed in alias distitas, remotasque orbis terrarum provincias euagando ingenti orthodoxæ fidei detrimento miserrime debacchata est.

7 Non imus autem iniustas, sibi Romæ quoque Donatistas sedem constituturæ totis plane viribus conatos fuisse: quam potissimum ob causam Episcopos suis

Hier. de Sept. Eccl.

Euseb. 6. c. 14.

Tertul. de Ieiū c. 1.

Studium ac vigilantia Catholicorum in pellendis hæreticis.

Euseb. 4. c. 2.

Hæretici, sedis percutio in cellis in fluxerunt.

Donatista

Donatista vrbem suam Episcopos suos accepit.

fuis è ciuitatibus successiuo ordine in Urbem commigrasse iam diximus. Hi nunquam tamen, etsi in id maxime adniterentur, ob acerrima contentionis studia, quibus eosdem Catholicis iugiter insectabantur, & præsertim ob eximiam perpetuamque supremi Pastoris vigilantiam, nedùm ullam in Vrbe Ecclesiam fortiri potuerit, ubi suos profane ritus peragerent, sed nec peculiarem quempiam consensu locum, ubi simul omnes in vnum de more ad sua confouenda dogmata coalescerent: quo propter in abditum montis cuiusdã antrum extra Urbem sese ad conuenticula peragenda recipere coacti sunt; ex quo Montanenses deinde appellati fuerunt. Sed Optatum ipsum quæstio hæc, & alia quamplura de Donatistis, quæ ad rei nostræ institutum faciunt, referentem, si liber, audiamus: *Videndum est, inquit, quis & ubi prior Cathedra sederit: si ignoras, disce: si nosti, erubescere. Ignorantia tibi adscribi non potest, restat ergo ut noueris &c.* Et hæc infra post enumeratum successiuum Romanorum Pontificum in Petri Cathedra ordinem subdit: *Vestra Cathedra vos originè reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare: sed & habere vos in Vrbe Roma partem aliquam dicitis. Romus est vestri erroris protensus de mendacio, non de radice veritatis. Denique si Macrobio (is vnus erat ex Episcopis illis, qui in Urbem aduenerant) dicitur, ubi illic sederit? nunquid dicere potest: In Cathedra Petri? quam nescio si vel oculis nouit, & ad cuius memoriam non accedit, quasi Schismaticus contra Apostolum faciens, qui ait: Memorij sanctorum communicantes. Ecce presentes sunt ibi duorum memorie Apostolorum. Dicite si ad has ingredi potuit, ita ut obtulerit illic, ubi sanctorum memorias esse constat. Ergo restat, ut fateatur focus ille Macrobius, se ibi sedere, ubi aliquando sederit Encolpius: si et ipse Encolpius posset interrogari, diceret, ubi ante sedet Bonifacius Ballitanus: deinde si & ipse interrogari potuisset, diceret, ubi sedet Victor Garbiensis, a vestris iam dudum ad paucos erraticos missus. Quid est hoc, quod tot Afris, & peregrinis in illa ciuitate sibi successiue uolantur? nonne apparet dolus & non factio, que mater est schismatis? Interea Victor Garbiensis, ut hinc, id est, ex Africa, prior mitteretur, non dico lapis in fontem, quia nec valuit puritatem Catholicæ multitudinis*

perturbare: sed quia quibusdam Africanis Vrbe placuerit commoratio, & hinc a vobis profecti videbantur, ipsi petierunt, ut aliquis hinc, qui illos colligeret, mitteretur. Missus est igitur Victor: erat ibi filius sine patre, tyro sine principe, discipulus sine magistro, sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, pastor sine grege, Episcopus sine populo. Non enim grex, aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta, & quod excurrit, basilicas, locum, ubi colligerent, non habebant. Sic speluncam quandam foris a ciuitate gradibus sepegerunt, ubi ipso tempore conuenticulum habere potuissent, inde Montanenses appellati sunt. Igitur quia Claudianus Luciano, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori successisse videntur. Si Victori diceretur, ubi sederit, nec ante se aliquem illic fuisse monstraret, nec Cathedraliam aliquam nisi pestilentia ostenderet, &c.

8 Ex huiusmodi igitur Optati viri quidem fide dignissimi verbis, quibus ipse in Donatistarum sectam acriter inuehitur, satis aperre studioso lectori demonstrantur hæc, quæ in nostris hisce paginis infra subijciuntur, Donatistas videlicet, præterquam quod ex his Romæ pauci admodum numero fuerit, ibidem tamen haud vnquam Ecclesiam, aut peculiarem quempiam sibi locum vendicasse. In cuiusdam item montis speluncam ad sacrilegos sectæ ritus neuitquam tamen intra Urbis Cœmeteria, eosdem simul conuenisse: quippe quæ haud in montibus, sed subterraneis in cryptis, ut lib. I. dictum est, serro excisa existunt. Præterea nullum omnino perditissimos alioqui homines cum Catholicis commercium habuisse, cum Donatistæ venerandam beatissimi Apostoli Petri Cathedraliam, ipsismet inuidetibus oculis, videre veluti rem sibi, ac suis omnibus maxime inuisam, exorsamque sumopere detrectarent, eiusdemque Apostolici throni præsentiam pariter, ac splendorem adeo inique serrent, ut vel ipsa, quidem sacrosancta Apostolorum sepulchra, quod Catholicis tamen peregrinis Romam adeuntibus peculiare symbolum semper extitit, adire, ac venerari nullatenus sustinerent. Ex quibus insuper palam confici videtur, quod & credere par est, hos nequissimos reprobos, qui Catholicis omnibus ingiter in-

Conclusio ex dictis Optati elicita.

Rationes, quibus Donatistas nullum in nostris Cœmeterijs locum habuisse demonstratur.

insultabant, alienos omnino tum moribus, tum animo fuisse, vt sacris Martyrum sepulchris, quæ in vrbis Cœmeterijs sita sunt, condignum honoris, æ venerationis cultum deserrent: cum præterea ex antiquis rerum historicarum paginis manifestum sit, a Catholicorum oblationibus eisdem perpetuo reiectos, atque interdictos fuisse. Denique profanis eorundem deliramentis Romanos haud infici, aut decipi aliquando contigit, nec quisquam ex fidei orthodoxæ Professoribus, qui Romæ degebant, illorum opera a recto sentiendi tramite ad futilia, ineptaque Donatianorum dogmatum commenta pertrahi vnquam potuit. Nam vt rebus congrua loquamur, cum Donatistas, quos hæcenus memorauimus, Catholici maxime detestarentur, mutua vtrisque animorum dissensio increpat, æ intestinum iugiter odium discordes animos perurgebat, vt mox ex recitandis infra studioso lectori patebit. Quapropter ipsidem nec viuis, nedum mortuis ad sacra Vrbis Cœmeteria aditus patuit, nec vlli vnquam ad sepulturæ commercium intra eorundem ambitum recipi, vel admitti fas fuit.

9 Nec vero, quæ nuper ex dignissimo viro Optato protulimus, verba aliud palam conuincere videntur, nempe: *Basilicas inuere voluistis, vt vobis solis Cœmeteria vindicetis.* Hæc enim verba haud de vrbis Basilicis, quas nunquam profecto, vt vidimus, sacrilegi homines obtinuerunt, sed de basilicis, & ipsis Africanarum regionum Cœmeterijs, quæ Donatistæ dolis instructi inuaserant, intelligenda sunt. Vbi quæ potissimum ipsidem sub impio Imperatore Iuliano Apostata, eius suffulti præsidio, peregerint, & qualia demum, ac quanta, & vt vno verbo dicam, quam execranda in Catholicos facinorum gesta perpetrarint, satis prolixo ipsemet Optatus sermone enarrando recenset, quæ nos quoque, ceteri haud singula, ex parte saltem hoc loco referemus; sic igitur ille Donatistas acriter stylo sugillans, ait: *Veniistis rabidi, veniistis irati, membra laniantes Ecclesie, &c. De sedibus suis multos fecistis extorres, cum conducta manu venientes, basilicas inuastis.* Et hæc infra ad idem propositum perurgendo subdit: *Tota celeritate currerunt ad castellum Lemellem; vbi cum*

contra importunitatem suam viderent basilicam clausam, præsentes iusserunt comites suos, vt ascenderent culmina, nudarent tecta, iactarent tegulas. Imperia eorum sine mora completa sunt: & cum altare defenderent diaconi Catholici, tegulis plurimi cruentati sunt, duo occisi, &c. Nec eiusmodi facinorosorum hominum, imo turpissima facinorum monstra reuelasse contentus, post quædam alia nefanda enarrata impiorum hominum gesta, subdit: *Et quod vobis leue videtur, facinus immane commissum est, vt omnia sacrosancta supramemorati vestri Episcopi violarent, iusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuini iudicii: nam ipsidem canes accensi rabie ipsos dominos suos quasi latrones, sancti corporis reos dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos lanauerunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, vt frangerent, iactauerunt, & cum casum adiuuaret abiectione, non defuit manus Angelica, quæ ampullam spiritali subuentione deduceret, proiecta casum sentire non potuit, Deo muniante, illesa inter saxa concidit.* Et congrue quidem hi, qui canino dente mysticum Christi corpus, id est, Ecclesiam dilaniabant, & sacrosanctum item Christi Corpus impie canibus discerpendum dederunt, nil prorsus veriti diuini fulmen oraculi premonentis: *Nolite sanctum dare canibus.* Congruè, inquam, velut contempti numinis crimini obnoxij, & supplicio, quod hominum manu infligitur, minus digni, ipsis rabidorum canum dentibus discerpi meruerunt.

10 Hæc & alia deploranda facinorum portenta Optatus recenset. Ex quibus vtique antiqua recolentibus videre licet, quemnam sacris nostris Cœmeterijs venerationis cultum Donatistæ detulerint, & qua ratione profanorum dogmatum sectatores in eisdem sepulturæ sibi locum delegisse affirmandum sit, qui tum de nobis, tum nostris de rebus tam inique ac perperam sentiebant, & Catholicos, Catholicorumque nomen æ religionem pariter execrabantur. Postremo hoc tandem loco subijcere nobis visum est, recensitis hæcenus Optati verbis hanc quoque interpretationem eommode aptari, & congruere posse, si Cœmeteriorum videlicet nomine haud eryptas & subterranea loca, sed septa & illa potissimum spatia subintelligamus, quæ

Hæreticorum oblationes ab Ecclesiis reiecit.

Donatistæ Ecclesias Africæ inuadunt.

Eorum in Ecclesiis Catholicorum sacrilegus furor.

Opt. Milles. l. 2.

Donatistæ Eucharistiam canibus dant.

Sed ab ipsi rabies veris dilatus.

Ratione nativitate in nec Cœmeterijs vnquam tus patuit.

iuxta Templâ, & SS. basilicas ad mortuos humo inferendos, post redditam Ecclesiæ tranquillitatem, destinari iam cœperant. Cum igitur ait: *Basilicas inuadere voluistis, ut vobis Cœmeteria vindicetis, his quidem verbis illud sorte Optatus innuisse videtur, subdolos nimirum Donatistas, Catholicorum basilicas eoque quidem animi consilio inuasisse, ut Cœmeteria eisdem adiuncta sibi, ac sectarijs suis vsurparent.* De quibus plane Diuus Ambrosius intellexit, cum ait: *Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquijs statia laxata sunt.* Quæ item aurea sanctissimi Doctoris verba in cap. Anurum, 12. quæst. 2. & cap. Parochiam, de sepult. cap. quoque *Animarum* de sepult. ad perenne monumentum descripta leguntur.

11 Verum quæ hætenus de nefaria Donatistarum factione, iurisque eorum studio, ac conatu, in basilicis nimirum, & Catholicorum Cœmeterijs per dolum & vim occupandis, huc vsque discernimus, luculenter utique consimili Tertullianistarum exemplo comprobantur, quos olim, cum sub Maximo tyranno, Siricio Ecclesiam regente, Romam venissent, errorum pariter suorum deliramenta in Vrbe disseminate conatos fuisse legimus. Sed quam facile horum quoque studia, ac consilia euauerint, dum Martyrum sibi Cœmeteria vindicare satagebant, ex anonymo quodam scriptore, qui paulo post Augustini tempora hæresum catalogum descripsit, isthæc cognoscere operæpretium est, cuius quidem verba hæc sunt: *Tertullianistas olim a Sotero Papa Romano damnatos legimus. Cur autem octuagesimam sextam eos hæresim dicamus arripuisse, hæc causa est: quod quedam Oclauia veniens ex Africa, cuius vir Hesperus nomine, videbatur ductor, Argobasto valde coniunctus, qui etiam apud Maximum tyrannum multum potuit. Hæc Oclauia adduxit secum quandam tergiversatorem, versutumque demonem, cui vix centum occurrerent verbosanti, atque in hominem confidenti. Hic cum se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, uti sibi collegium extra muros Vrbs fabricaret, quod dum impetrasset a tyranno Maximo, sanctorum nostrorum exclusit locum, id est, duorum fratrum Processi, & Martiniani, dicens Phry-*

ges fuisse, & ideo hæc legem tenuisse quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem Martyrum Dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona, quæ venerat, nec viuentis, nec mortui rumore renouato, Martyrum suorum Deus excubias Catholicæ festinitati restituit.

12 At de Nouatianis quoque illud subiicimus ex vetustissimo Martyrologio excerptum, quod sub ipsamet Liberij Pontificis tempora conscriptum. P. Aegidius Bucherius libro suo de doctrina temporum inseruit: prædictum autem Martyrologium depositiones, sanctorumque Martyrum apud singulaeque Vrbs Cœmeteria existentium memorias exacte describens, hæc habet: *Mense Iulio, sexto Idus Felicitis & Philippi in Priscille: & in Iordanorum, Martialis, Vitalis, Alexandri: & in Maximi, Silani (hunc Silanum martyrem Nouatiani furati sunt) & in Prætextati, Ianuarij.* Hæc apud recensitum hætenus Martyrologium. Ex quibus plane verbis comperitur fit, Nouatianos sancti Martyris corpus ex Cœmeterio Catholicorum suffuratos fuisse, ut ad sua illud forsitan conuenticula deferrent, quandoquidem ipsi a Catholicorum synaxi, quæ ad beatorum Martyrum sepulchra peragi consueuerat, excludebantur: si enim ipsis illuc aditus patuisset, & Cœmeteriorum vsus, atque oratoria, quæ subterraneis in cryptis existebant, ad eundem facultas suppetijset, quanam ex causa sanctorum inde corpora furantes ancilium abstulissent?

13 Quod nunc autem ad ipsum Cœmeterij nomen, Maximi videlicet, & Silani, atinet, in vtroque librorum inscriptionum irrepsisse crediderim, & præcipue in Silano pro Siluano, quem in Cœmeterio S. Felicitatis dignissimæ eiusdem matris conditum, ibidem vsque ad tempora Bonifacij Papæ Primi, a quo sepulchrum eius exornatum est, perstitisse iam supra lib. 3. cap. 52. enarrauimus. Quamobrem cum Bonifacius iste longe post Liberium in Petti Cathedra sederit, proculdubio asserendum est, idem beati Siluani corpus ab impia hæreticorum manu vindicatum, ac suo loco re-

Nouatiani heretici in Vrbe etiam appellant.

Aegid. Bucherius de doctr. temp.

Martyr. apud Aegid. Bucher.

Cœmeterij Maximi, & Silani.

repositum, Catholicæ & ipsum religioni, ac festiua item annua solemnitati redditum fuisse. Porro Maximi Cœmeterium, vel certe Cœmeterij cuiusdam partem hoc titulo denominatam, apud antiquos nusquam legimus; ex quo id opinari fas est, pro *Maximi* nomine, *Alexij* nomen forsitan irrepsisse, qui inter filios pariter beatæ eiusdem Felicitatis adnumeratur, cuius quidem Cœmeterij partem hoc plane titulo appellatam loco supra citato ostendimus. Hæc interrim in studiosi lectoris gratiam adnotasse volumus, ne vetustissimi huius Martyrologij verbis, quæ protulimus, vlla ratione fides derogeretur.

14 Sed agendum nunc serio, & perplexiori difficultatis nodo, si modo facultas suppetat, dissoluendo conatus noster adhibendus est, quem quidem ex Arrianorum sectæ promptuario delumptum aduersarij ultro in nostros obijciunt valide, atque intorquent. Hi quippe hæretici, vt alibi præmisimus, Ecclesiam S. Agathæ, quæ ad Suburram extitit, & aliam item in Merulana profanis dogmatum, ac cæremoniarum ritibus è Catholicorum manibus abreptas violarunt.

Arriani hæc
D. Agathæ
Romæ obtu-
nerat.

Quotusquisque igitur Catholicorum Ecclesias eosdem obtinuisse negabit? cum id vel ipsa luce clarius constat. Sed facili quidem negotio tota controuersia vis rem altius expendendo cluditur. Quamuis enim nequissimi homines præmemoratas in Vrbe Ecclesias, Ricimeri Arriani item patrocinio suffulti, violenter sibi addixerint, qui vir maximè tunc temporis auctoritate pollebat, vt pote Antymi Imperatoris gener, eiusdemque exercitus dux, ac ipsimet Vrbi Romæ, & vniuerso Romanorum Imperio, armorum vi, ac præliandi arte, quæ cunctis præstabat, apprimè metuendus, & a quo Imperator subinde interemptus est: haud hinc tamen deducitur, quod prolari vis argumenti præsert, Arrianos nimirum aliquando vnà simul cum Catholicis conuicisse: quinimmo, vt argumentum ipsum valide in aduersarios retorqueatur, iidem hæretici hanc potissimum ob causam peculiare ultro Ecclesias sibi adsciscere, atque usurpare conati sunt, quia eiusmodi vtrisque commercium penitus interdictum fuerat. Quod vero veneranda orthodoxy-

Ricimerus ge-
ner Antymi
Imp. Arria-
nus,

rum Cœmeteria haud vnquam profanis hominibus vsui extiterint, satis vtique vel toti terrarum orbi ex eorundem sacrorum Cœmeteriorum visitatibus innotescit, quæ impia Arrianorum, scætariorumque manu obtigere: cuius sacrilega impietatis vestigia, quod quidem vix sine lacrymis, ac intimo animi sensu exprimi potest, immani prorsus Christianæ religionis detrimento, ijs potissimum in locis, in quæ impij nefario se ausu intrudere valuerunt, vsque in præsentem diem in Vrbe passim conspiciuntur. Absit igitur, vt ad obtinendum nostrorum quandoque Cœmeteriorum vsus hæretici homines conspirauerint, quippe qui grande piaculum, nec facile expiandum computabant, ipsosmet, quos extra Ecclesiam velut quid abortiuum, proiectos palam vbique proclamabant, vel iam defunctos ad sepulchri dumtaxat communionem recipere, eodemque pariter loco vnà cum fidelium cadaueribus humari, ne quispiam videlicet ex mutua ipsorummet cadauerum conspiratione, eosdem veluti transfugas in orthodoxæ fidei castra se turpiter recepisse arbitraretur.

15 Iugis igitur animorum pariter, ac morum Catholicos inter atque hæreticos dissensio, atque discrimen viguit, & quidem cuncti ex nostris cum illibatæ fidei dogmatibus, sanctorumque vestigijs mordicus inhærent, praua ac detestanda iugiter hæreticorum commercia impensiori studio deuitare satagebant. Quod vt lectori clarius compertum sit, quam pluribus ultro prolatis in medium exemplis, vt credimus, comprobabitur: & vt ab exurgentis propemodum Ecclesiæ incunabulis oratio deriuetur, iam satis superque ex antiquis sacrarum historiarum monumentis nouimus, Petrum beatissimum, Apostolorum Principem, qui fuit Pastorum pariter, ac totius gregis Dominici forma, haud constanter dumtaxat hos euitasse, sed etiam, vt cæteris præberet exemplum, iugiter infectatum iuisse vaserrimum illum hominem, qui tunc potissimum ab inferis erumpebat, Simonem Magum videlicet hæreticorum omnium, atque hæresum itidem patrem ac coryphæum. Præterea vt a Petro, tanquam ab Ecclesiæ capite, præscripta ad singulos lex inuiolabiliter seruanda deri-

Arriani
vbi sed
Rationi
meterio
studerat.

Auerfio
tholico
ab hære-

detiuaret, a cæteris omnibus Pontificibus, qui Petri Cathedram successiuo ordine tenuerunt, teterrimos istos Ecclesiæ peruelles, veluti morbidum pecus, ac serpens venenum, impugnatos, ac tota item animi contentione profligatos fuisse constat. Quod tamen ab his maxime Pontificibus præsitum est, quorum hic nomina recensimus, a Clemente videlicet, Hygino, Aniceto, Victore, Zephyrino, Cornelio, Dionysio, Siluestro, Iulio, Liberio, Damaso, Siricio, Anastasio, Innocentio, Zosimo, Bonifacio huius nominis primo, Cælestino, Sixto item Primo ac Leone, Hilario, Simplicio, Felice Secundo, Gelasio, Hormisdæ, Ioanne Primo, Agapito, Vigilio, Pelagio Primo ac Secundo, Gregorio Magno, Scuerino, Theodoro, Martino, Agathone, Gregorio Secundo, & Tertio, Zacharia, Adriano, Paschale, Nicolao Primo, Adriano Secundo, Marino, Leone Tertio, Nicolao Secundo, Alexandro Secundo, Gregorio Septimo, Victore Tertio, Paschale Secundo, Innocentio Secundo, Eugenio Tertio, Adriano Quarto, Alexandro Tertio, & cæteris; qui veluti Pastorum omnium, qui Dominicis præsent oibus, vigilantissimi, acerrimique hæreticorum hostes, non hæreticos dumtaxat, si forte in Urbem aliquando irrepere, detegendos vltro, proclamandos, atque exturbandos, ac demum eosdem, si suis mordicus errorum dogmatibus inhærent, condignis Ecclesiasticarum vi legum pœnis subiiciendos, toris sacerdotalis animi viribus institere, sed vt hoc ipsum toto item in orbe terrarum, vbi fides Christi vigeat, pari quoque studio, ac conatu a reliquis, qui animarum curam gerebant, præstaretur, è supremo thoni Apostolici culmine haud intermissis vquam laboribus fatigare non desuerunt. Quapropter, vt cætera sileamus, generalia quandoque Concilia, ac synodos quam frequenter in vnum huius rei causa coegerunt: legatos item, ac nuntios, epistolâ quoque Apostolica ad Episcopos auctoritate aptis, inculcatisque verbis direxere: ac Reges ipsos, necnon Imperatores, vt in id potissimū negotij, quod negotiorum omnium maius computandum est, apprime incumbent, anxiori sermone, adhibitis itē precibus,

adhortati sunt: sapienter illud, ac solite pro sui animi viribus præcauentes, ne pestifera videlicet huiuscemodi lues vel leuiter subrepens in eorundem quandoque prouincijs ac regnis ferperet, & vbi opportunus deinde aditus paruisset, longe lateque ingenti quidem Christianæ fidei detrimento diffunderetur.

16 Hinc vero Pontificiæ sollicitudinis stimulo animos perurgente, a Romanorum Imperatoribus, qui propugnandæ religionis zelo, vt suo satis muneri fieret, tenebantur, & salutaribus Summorum Pontificum, vt par erat, studijs ac monitis inhærebant, quamplures & que sanctissimæ aduersus hæreticos sanctiones emanarunt, & edicta pariter semel, atque iterum promulgata fuerunt, vt a Iustino, Iustiniano, Arcadio, Theodosio, & Honorio Augustis. In quo quidem præclaro opere haud satis inquam pro merito laudanda tot Summorum Pontificum, Imperatorum, necnon Episcoporum, & denique recolenda iugiter Catholicorum omnium sollicitudo mirifice enituit, & quod item ad rei propositum facit, eorundem studia in prouehendis ad publicam fidelium populorum notitiam hæreticis, ac prauis eorundem dogmatibus valide, constanterque profligandis, extirpandisque, ex pluribus Oecumenicorum Conciliorum Actis locupletis testimonio comprobantur, vt apud sanctissimos Ecclesiæ Patres, probatosque scriptores, qui luculentos hæc super re tractatus edidere, a studiosis quibusque facili negotio deprehendi potest: sed ipsummet in suis Annalibus Baronium consulere præsertim licet, ad quem vltro breuitatis gratia lectorem amandamus. Haud interim tamen a nobis silentio obuoluenda sunt, quæ beatissimus Ioannes Apostolus aduersus hæreticos, eorundem commercium suis constanter adeo euitandum iniungens, scribit, vt nec verbum quidem, quod tribus dumtaxat elementis constet, iisdem commune voluerit, consuetam scilicet omnibus salutationis vocem *Aue*. Hæc autem Apostolus beatissimus suis scriptatoribus præscribens, edixit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius.* Quod autem ipse verbo

Imperatores leges, ac constitutiones contra hæreticos edunt.

S. Ioannes Evangelista commercium hæreticorum prohibet.

s. Io: Apoſt. ep. 2.

cæteros edocens commonuit, opere item exhibuit. Balneum enim aliquando diuino afflatus spiritu adiens, cum ibidem Ebionem hæreticum adesse comperisset, festinus inde protinus aufugit, eam susceptæ rationem fugæ contestatus, ne balneum, in quo hæreticus morabatur, corrueret, & vnâ simul cum eo & ipse ruinis interceptus periret. Adeo sibi dilectus Christi Apostolus ab vnus dumtaxat hominis hæretica prauitate, infecti communionem cauendum, abstinentiumque indixerat.

17 Præclarum autem hoc perennis quidem memoriæ, ac tanto condignum. Apostolo facinus Epiphanius vir plane ipsemet Apostolicus istis vtique verbis lectu dignissimis enarrat pariter ac describit: *Ioannes, inquit, prædicans in Asia, mirabile opus fecisse narratur ad veritatis declarationem. Cum enim vitam degeret admirandam, & dignitate ipsius decentem, & penitus non lauaretur, coactus est a Spiritu sancto progredi vsque ad balneum; & cum comites ipsum sequentes mirarentur, venit ad ipsum balneum & vbi peruenisset ad eum, qui lauantium veste suscipere solet, interrogauit: Quis est intus in balneo? At olearius seruandis vestibus seruicus (in gymnasijs enim hoc officium est aliquorū, quotidiani alimenti acquirēdi gratiā) ad Ioannē dixit: Ebion est intus. Ioannes vero statim intelligens Spiritus sancti ductum, ob quam causam impulisset illum vsq; ad balneū venire, velut dixi, memoriæ videlicet gratia, vt relinqueret nobis veritatis argumentū, qui sint serui Christi et Apostoli, ac filij eiusdem veritatis, qui vero vasa diaboli, & portæ inferni non valentes contra Petram, et adificatam super ipsam Sanctam Dei Ecclesiam. Statim vbi se turbasset, & leuiter fleuisset, vt omnes audirent in testimonium, ac declarationem impollutæ veritatis doctrine: Festinate, inquit, fratres, egrediamur hinc, ne cadat balneū, & pereamus cum Ebione, qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem &c. huc vsque Epiphanius; cui quod ad hæretici nomen atinet, Irenæus lib. 3. cap. 10. Eusebius lib. 3. cap. 22. & Theodoretus Hæres. fabul. lib. 2. haud adtipulari videntur; Cherintum quippe intus in balneo, nullatenus vero Ebionem adiuuentum fuisse aiunt. Baronius vero Annal. To. 1. ann. 74. vbi eiusdem prolixius historiæ meminit, vt recensitas singulorum sententias, et si minus cohæren-*

S. To. Euang. balneum fugit in quo hæreticus verificatur.

Epiph. bar. 30

Iren. l. 3. c. 10.

Eus. l. 3. c. 22.
Theod. hæres. fab. l. 2.

tes, se adinuicem apte conciliet, hæc ait: *At ne dicamus Epiphanius hallucinatum fuisse, haud inconueniens erit excusare, vtrumque simul repertum esse: siquidem magna necessitudo intercedebat inter eos. Cum enim multi dicant occasione Cherintia Ioanne scriptum esse Euangelium: S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis in Ioanne, Ebionis causa id præsitum esse affirmat, quod scilicet communicatione hæresis eadem vtrisque censeret esse communia. Vides igitur totam hanc facili negotio controuersiam sopiri, & eius, qui de fonte dominici pectoris secreta cælestia, & Euangelicorū dogmatum arcana ebibit, exemplo, & auctoritate pariter, fidelibus hæreticorum confortia interdici.*

18 Porro Ioannem Polycarpus eiusdem discipulus egregie postea æmulatus est: quippe qui dum in Vrbe degeret, Marcioni hæreticorum nequissimo sibi inrer euudum occurrenti, ac vehementius indignabundis vocibus exostulanti, quod se tantopere auerfaretur, cum illis ab eo verborum subinterrogatus fuisset: *Cognosco me? ira protinus excandescens, respondit: Cognosco primogenitum diaboli. Eundem quoque pari pietatis exemplo sanctissimi Patres perpetuo imitari non desistere, qui execrandam hæreticorum consuetudinem iugiter abhorrentes, eisdem velut lethiferam animorum tabem, ac certam Christianorum, bonorumque omnium vastitatem declinandos esse verbo passim, ac scriptis docuerunt. Quod miro plane Catholici, inuictique animi exemplo in primis magnus ille Anachoretarum pater Antonius præstitit, cuius præclaras laudes Athanasius dignissimus cælestis viri laudator, eiusdem gesta describens, insigni hoc elogio cumulat: Antonius, inquit, nunquam Schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens prauitatem, atque transgressionem. Nunquam Manicheis, aut alijs hæreticis saltem amabilia verba largitus est, nisi tantum ea, quæ eos possent ab iniquitatis errore reuocare; denuntians talem amicitias, atque sermones perditionem esse anime. Sic etiam Arrianos detestabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam Arriomanita, reperta eorum post examinationem infidelissima secta, effugauit eos de monte, dicens multo serpentibus deteriores*

Baron. an. 74. 1. ann. 7.

S. Hieron. de script.

S. Polycarpus fugit, & erat in Ebionem hæreticum.

Doctrinæ exempli. S. Antonius fugiendū hæreticis. S. Arrianus.

horum esse sermones. Quinimo cum ver-
fipelles Arriani, ac dolis iugiter imbuti
probe iam noscent, quanti Catholicorum
populus faceret, quod Monachorum
quique probatissimi Catholicæ fidei
testimonium detulissent, e mentita illico
religionis aduersus religionem larua-
nil erubescerent, aut veriti, Magnum
Antonium eadem ac ipsi de fide ac re-
ligione pariter sentire iactabundi apud
omnes palam asseuerabant. Quod cum
Antonius comperisset, ab intima ere-
mi solitudine abscedens, ad eludendas
aduersariorum technas protinus Alex-
andriam aduolat, vbi de Catholicæ fidei
dei summa, quam illibatam ipse coleret,
coram grauitate, sapienterque disseruit,
vt idem Athanasius his verbis luculen-
ter prosequitur: *Mentientibus autem
Arrianis aliquando Antonium ita vt se cre-
dere: admiratus eorum audaciam, & iusti
doloris ira commotus, rogatusque ab Episco-
pis, atque vniuersis fratribus, Alexandriam
descendit, ibique Arriomanitas publico sermo-
ne condemnauit, predicauitque in populo, etc.*
En veritas vt suo nitore, ac decore con-
tenta, haud fucis, haud fallacijs ad sua-
dendum indiget, sed dolos versipellium,
ac latitantium sub ouina specie luporum
fraudes, moreseque ad fallendum, ad deci-
piendum præferentium detegit. Et de-
mum sanctissimus vir ad populum in fi-
de roborandum isthæc subtexit: *Cum
Arrianis vobis nulla sit coniunctio; quæ enim
societas lucis ad tenebras. Vos fideliter cre-
dentes Christiani estis: illi nullo intervallo a
gentibus separantur, &c.* Hæc insignis
Antonij, gestorumque eius præco Atha-
nasia. Eadem plane Hieronymus de
beatissimi Antonij in Alexandrinorum
urbem aduentu ad confutandos utiq; va-
lids argumentorum rationibus Arrianos
in suis epistolis conscribit.

19 Probatissimus quoque cæteros
inter Cœnobitas Pachomius hæc sub ip-
sum vitæ terminum nouissima monito-
rum verba discipulis exhibuisse legitur:
*Nulla sit vobis coniunctio cum sectatoribus
Meletij, vel Origenis, seu cæteris, Christi
præceptis aduersantibus.* Hæc, inquam,
ad suos Pachomius, vt in vitis Patrum
videtur est. Neque hic prætereundum
videtur, quod de conspicuæ sanctitatis
viro, & Abbate Olympio ibidem narra-
tur. Hic enim a fratre quodam rogatus

vt monitum sibi aliquod salutis impen-
deret, hoc vnum dumtaxat percontan-
ti respondit: *Ne fedas cum hæreticis.*
Verum ad nostri instituti propositum
id maxime facit, quod Ioannes Moschus
in Prato Spirituali in hæc plane verba
enarrat: *Cum essem Theopoli apud Patriar-*
cham Gregorium, venit ab Hierosolymis Ab-
bas Cosmas Eunuchus Lauræ Pbaran, vir sin-
gularis religionis & fidei, rectorumque dogmatum
valde tenax, & zelator, &c. Cum ergo fuisset
ibi senex dies paucos, defunctus est, et iussit Pa-
triarcha pretiosas illius reliquias in moniste-
rio suo sepeliri, vbi et positus erat quidam Ep-
scopus. Die igitur quadam profectus sum, vt
salutarem sepulchrum eius. Erat autem supra
sepulchrum homo quidam pauper e leemosynam
petens ab ingredientibus in templum. Cum ergo
conspexisset me pauper tercio prostratum, &
seni orationem facientem, dixit mihi: Abba,
magnus profecto erat senex, quem sepelists
hic ante duos menses. Tunc ego ad illum:
Vnde hoc nosti? Qui respondit: Vere do-
mine Abbas, ego paralyticus fui annis duo-
decim, & per ipsum curauit me Dominus,
& quoties in tribulatione sum, venit ad me
consolationem offerens, mihi que refrigerium
præstat. En salubris sanctorum memo-
ria, ac præsentia, vel ipsam post mortem
ad opportunum perentibus, credenti-
bus, ac indigentibus refundendum so-
lamen existit, & multiplici beneficio-
rum genere eorundem patrocina iugi-
ter ditant. Quantum vero beati viri
orthodoxæ fidei sectatores, hæretico-
rum confortia, vel tumuli inclusi exhor-
reant, quod mox a scriptore præcitato
subditur, amplissimâ fidem facit, cum ist-
hæc scribit: Sed & aliud audi de illo mi-
raculum. Ex qua die illum sepelists, vsque
ad diem hanc audio illum singulis noctibus
clamantem, & dicentem ad Episcopum:
Noli me tangere hæretice, ne appropinques
mibi inimice sanctæ Dei Catholicæ Ecclesie.
Vt Ioannes autem subtexit, id quod
contigerat, quamprimum Patriarchæ ob
id vnum renuntiatum est, vt senis vide-
licet probatissimi corpus in alium trans-
ferri locum satageret, cui vbi rem totam
vti se habebat, ex ordine exposuisset,
nil ab hæretico senem, qui sanæ fidei
sectator extiterat, lædi posse Patriarcha
respondit, sed totum quod percrebuerat,
eam ob causam accidisse, vt meritum
eiusdem virtus, ac illibatæ fidei candor

Io. Mosch. grat
ser. c. 40.

Monachus
morceus cla-
mans ex sepul-
chro auer-
tens cadaver
hæretic iux-
ta se positum.

singulis innotesceret, cuius nimirum vir ille probitatis extiterit, & quodnam, vel post resoluta carnis vincula, integritatis, ac innocentiae meritum retineret, & vt excranda quoque prauorum dogmarum opinio, cui, dum Episcopus vinceret, contra illibatas Ecclesiae assertiones mordicus inhæserat, palam fieret, & demum ne impius ille, ac profanus homo, qui alienus a fide vixerat, pro orthodoxo, atque Catholico vel post mortem a fidelibus haberetur.

20 Susceptæ autem enarrationi ad rem nostram mirifice consonat, quod de Samosateno quodam Episcopo Arriano, qui se in Catholici locum impudenter intruserat, Theodoretus his plane verbis insinuat: *Postea autem quam Arriani gregem Pastore longe optimo priuarant, & alium in eius surrogarant locum, nemo ex urbis incolis, vel pressus egestate, vel diuitijs affluens, famulus, vel artifex, &c. ad conuentum Ecclesiae, vt moris erat, accedere voluit, sed Episcopus solus agebat: quippe nemo aut in eius venit conspectum, aut cum eo sermonem contulit, licet diceretur vitam apud eos valde modestè instituisse. Cuius rei erit argumentum, quod sum iam dicturus. Cum ei in animo esset se in balneo lauare, famuli quò ingredi cupientes prohiberent, fores balnei occluserunt. At ille vbi videt multitudinem pro foribus stantem, fores aperiri, & omnes audacter se in balneo vnà lauare iubet. Idem quoque præstitit in interiori balneo testudinato. Nam cum sibi lauanti multos astare cerneret, mandat vt fruantur vnà aquis calidis: illi autem taciti consuebant. At iste eos honoris causa stare arbitratus, surgens ocyus egreditur è balneo. Illi vero aquam hæreticæ nequitie contagionis, infectam esse rati, cam in cloacam emittunt, nouamque sibi infundi imperant. Qua re cognita, iste vrbe relicta, abiit, &c.* Hoc utique patientissimo execrandum hæreticorum hominum commercium argumento perstringens Theodoretus, ac fidei orthodoxæ causam perorando, proloquitur. Manifeste igitur, vt arbitrari fas est, ex prolatis iam in medium exemplis lectori constat, quam inuisi iugiter, quam perditit, quam execrabiles hæretici perpetuo Catholicis, tum passim vbique terrarum, tum præcipue in Vrbe Roma extiterint, vbi Apostolica Petri Sedes ipsius Christi voce constituta totius ve-

ritatis norma, fidei pariter, ac morum magistra supra fundamentum Apostolorum, ac ipsammet fundamentalem Petram, aduersus inferni portas, ac tartareas legiones inuisa, inconcussa iugiter ac diuino haud vnquam munimento destituta constitit. Hinc præter quoduis vnà cum hæreticis perpetuo ab Ecclesia reiectum, damnatumque communionis genus, arctissimis item legibus, vt iam vidimus, cautum est, vt omnia penitus, si quæ intercedunt, amicitiae iura, ac humanæ consuetudinis vincula dissoluatur, & ne ad orandum, psallendum, ac festiuum insuper peragendum cum hæreticis diem fideles vnquam in vnum cocant, prout sacrosancti Apostolorum canones decreuere, num. præsertim 45. & 63. & Clemens Conf. Apost. lib. 8. cap. 15. Conc. Laodicen. Carthaginen. & alia hoc idem conceptis, inculcatisque verbis districte seruandum ab omnibus sanxerunt.

21 Quod vero ad sana, vel profana potius hæreticorum loca spectat, haud vnquam in sacros Catholicorum vsus fore assumenda, nisi forte quæ ipsimet sacrilegi homines ab orthodoxorum manibus antea per vim, aut certe dolum abstulissent, validissimo Eppanenſis Concilij decreto sub Gelasio Pontifice statutum est. Quamobrem S. Gregorius Magnus cum primum beatæ Agathæ Ecclesiam, quæ ab Arrianis inique Catholicorum è manu vsurpata fuerat, recepisset, festiuo totius Romani Populi gaudio, ac pompa, non absque præstitis ad publicæ lætitiæ cumulum patentibus è Cælo signis, vt in eiusdem dialogis videre est, solemnè ritu sanctissime expiauit. Quantum vero Ecclesia Dei, quam veluti sponsam sibi Christus gloriosam exhibuit, non habentem maculam, aut rugam, quantum, inquam, Ecclesia maculosam, ac serpentem hæreticæ prauitatis labem detestata iugiter exhorruerit, vel hoc vno argumento palam conuincitur, quod haud corpora dumtaxat hæreticorum, sed eorumdem libri, & scriptæ insuper cuiusuis generis paginae, ne eiuscemodi venenum in aliorum perniciem aliquando serperet, flammis vltro inijecti iubebantur, vt fatis quidem ex antiquis Apostolorum canonibus, decretalibus item Pontificum Romanorum epistolis, &

Episcopum Arrianum populum Catholicum fugit, & auerſatur. Theod. l. 4. c. 14.

Catholici lauare in balneo, vbi prius hæreticus fuerat.

Aquam balneum quam hæreticus attingeret, Catholici in cloacam emittunt.

Can. Apost. num. 45. & Clem. Conf. Apost. l. 8. c. 15.

Basilicas hæreticorum vsus fore assumenda, nisi forte quæ ipsimet sacrilegi homines ab orthodoxorum manibus antea per vim, aut certe dolum abstulissent, validissimo Eppanenſis Concilij decreto sub Gelasio Pontifice statutum est.

Conc. Epp.

D. Greg. Dial. l. 3. c. 30.

Ad Ephes. c. 27.

Hæreticorum libri à Pontificibus, & Concilijs prohibiti.

ex ipsis denique vniuersalium Concilio-
rum sanctionibus compertum fit: quin-
immo & Imperialium quoque legum.
Constitutionibus, quæ apud Concilij
Ephesini acta recensentur, assertionis
nostræ propositum stabiliri videtur.
Hoc autem sæpissime a Catholicis, &
laudabiliter quidem præstitum fuit, vt
exemplis compluribus ab historicarum
rerum prætorario excerptis palam con-
uinci potest: illud tamen hoc loco nobis
enarrasse sufficiat, quod S. Leonis Papæ
Primi opera ac studio Ecclesiasticis in-
tabulis proditum est, de quo isthæc Pro-
sper in Chron. refert: *Hoc tempore* (an-
no scilicet Domini quadringentesimo
quadragésimo tertio) plurimos Manichæos
intra Urbem latere diligentia Papæ Leonis
innotuit, qui eos de secretis suis erutos, &
oculis totius Ecclesiæ publicatis, omnes dog-
matis sui turpitudinem damnare fecit &
prodere, incensis eorum codicibus, &c. In-
comparabili siquidem labore, ac iugi
Pontificiæ sollicitudinis studio Leo sanctis-
simus instituit, tum in fraudulentis hisce
hominibus sollicitè perquirèdis, ne inter
ouillis Dominici gregem sub ouina pelle
lupos aliquando latere contingeret: tum
in commonendis frequenter etiam pro
concione populis, vt in perditis inquam,
detegendis, proclamandis, insectandis-
que Manichæis, toris animi viribus, cer-
tatim singuli operam impenderent. Nec
vero vigilantissimus pastor id præstitisse
contentus, vt & perfidos insuper prauum
dogmatum sectatores magis magis-
que Romanis ipsis inuisos, ac detestan-
dos redderet, publicis item concioni-
bus, qua pollebat eloquentiæ vi, infa-
nos eorundem errores perstringere, ac
palam facere haud vnquam desistit.
Quod quidem egregie a beatissimo Pon-
tificæ præcæteris sermone quarto de col-
lectis: sermone 4. in Quadragesima:
serm. 7. in die natali Christi Domini, &
sermone 4. Epiphaniæ præstitum fuisse
innotescit.

22 Huc item, studiose lector, spectat,
quod in eodem Prato Spirituali his plæ-
ne verbis legitur: *Die quadam* (Cyracus
Abbas loquitur) *vidi per somnium mulie-
rem honesta facie, purpura indutam, & cum
ea viros duos, & ipsos venerando habitu, &
ad spectu præclaro. Arbitraus autem sum
mulierem illam esse Dominam nostram, san-*

*ctam Dei Genitricem, eosque cum illa erant,
duos viros, sanctum Ioannem Baptistam, &
sanctum Ioannem Theologum, & Euangeli-
stam. Egressusque de cellula, orabam illam,
vt ingrederetur, quæ non consensit. Per-
mansit ergo diutius orans, & obsecrans, ac di-
cens: Ne quæso auertatur humilis factus,
confusus, & alia plura huiusmodi. Illa igitur,
vt me vidit instare precibus, eandem po-
stulationem iterare, seuerius mihi respondit,
dicens: Habes intra cell. m tuam inimicum
meum, & vis vt ingrediar? & his diu-
sis ab-
cessit. Euigilans autem ego affligi cepi, &
cogitabam, num aliquid in mente peccatum
contra ipsam admissem; neque enim erat
aliquis alius in cella mea, nisi ego solus. Diu-
tius igitur me ipsum discutens, nihil inueni,
quod in illam peccassem. Cum enim vidis-
sem me nimio more absorberi, surgens ac-
cepi librum, vt legerem, quo per huiusmodi
lectionem dolorem vni, cogitationesque repel-
lerem. Librum autem ipsum acceperam mu-
tuo a beato Ilychio presbytero Hierosolymita-
ne Ecclesiæ: euoluensque librum, inueni duos
in pi Nestorij libros in fine voluminis scriptos,
moxque agnouit hunc esse sanctæ Domine no-
stræ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ
inimicum. Vides hinc quantum Decipa-
ra Virgo, quæ veluti veritatis mater, &
Apostolorum magistra, cum cæcis hæreses (vt
canit Ecclesiæ) in vniuerso mundo intererit;
quantum, inquam, hæreticos, hæretico-
rumque libros, ac dogmata exeret, vt
mitissima omnium inimicæ se illis vltro,
insensamque iugiter obtestetur. Sed
cætera si libet prosequamur: Tunc sur-
gens abij, librumque illi, qui mihi eum accom-
modauerat, reddidi, dicens illi: Accipe librum
tuum frater, neque enim ex eo tantum utilita-
tis cepi, quantum detrimenti. Cum vero il-
le detrimenti ipsius causam sciscitaretur, om-
nem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei
succensus, protinus duos illos Nestorij libros
ex volumine præcidit, eosque igni tradidit, di-
cens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ
Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ
inimicus, etc. Ex quo perspicue, tu quis es,
qui isthæc legis, perspicue, inquam,
legendo intelligis, quam execrandum
viris Catholicis sit hæreticorum libros,
& scripta, haud manibus dumtaxat euolu-
ere, ac curiose admodum oculis deli-
bare, verum etiam apud se veluti rem
cerum omnium perniciosissimam priua-
tim domi vt eumque retinere.*

Maria Virgo
hæreticorum
inimicam se
ait.

Libri hæreti-
corum perni-
tiosissimi.

23 Quoniam vero de hæreticis interrim fermo recurrit, vt quã abominanda apud orthodoxos eorundem memoria, & quam caute subterfugiendum pariter eiusmodi labe insectorum commercium perpetuo extiterit, lectori luce elarius innotescat, vel ipsa hæreticorum nomina, quippe qui pessime olebant, cum in modum Catholicos exhorruisse constat, vt nec in Ecclesijs vnquam legi, neq; in sacris dypticis recenseri aliquando permillum fuerit, in ijs videlicet Tabulis, seu libellis, in quibus eorum nomina, quorum in sacrosancto Missæ sacrificio memoria recolenda esset, ex more describerentur, vt præsertim in B. Gregorij Papæ Sacramentario, & alibi videre est. Quamobrem in quinta Constantinopolitana Synodo Collat. v. a sanctissimis, qui tunc aderant, Patribus diligenti scrutinio perquisitum fuit, num, & quam ratione, & a quibus potissimum execrandum Theodori hæretici nomen sacris inscriptum dypticis fuisset. Quod item præcipuæ sollicitudinis, ac nunquam intermissæ studium Catholicis ab Episcopis iugiter exhibitum epistolares paginae fidem faciunt, vt ex epistola ipsius B. Leonis ad Anatolinum Constantinopolitanum: & ex conscripta item Episcoporum Ægypti epistola pro Concil. Calcedonensi ad eundem Anatolinum: ex epistola insuper Damasi Papæ ad Episcopos Dardaniæ: & ipsius Iustiniani Imperatoris ad Hormisdam Papam: & denum ex alijs innumeris Romanorum Pontificum epistolis, & sacrosanctis Oecumenicorum Conciliorum decretis, quæ hic breuitatis gratia, & ne lectorem tædio conficiamus, ex industria prætermittimus, liquet: cum ex his, quæ hætenus in medium prolata sunt, satis superque, vt nobis arbitrari licet, omnimoda Catholicorum animis insita ab hæreticorum tam moribus, quam opinionum dogmatibus auersio ac repugnantia, vel ipsa luce clarius comprobetur. Ex quo item validissimo argumenti genere conuincitur, haud vlla vnquam ratione eosdem Catholicos acquieuisse, vt profana nimirum hæreticorum cadauera, quæ merito quidem iure sepultura asini sepelienda fuerant, iuxta sacras recolendasque orthodoxorum exuuias in Cœmeterijs deposita, sacris vtique profana miscendo, locarentur. Verum enimue-

ro si per varias passim Italiæ regiones hæresum labem, ac perfidiam longe lateque grassari, ac perdere aliquando contigit, profecto haud vnquam eorundem hæreticorum corpora Catholicorum Cœmeterijs illata, ac fidelium corporibus permixta fuisse quis nisi temere suspicetur. Procul enim dubio sacra hæc loca a Catholicis quantocumque consuetis Ecclesiæ ritibus expiata, perditorum vero hominum corpora inde confestim eruta, sublata, proiecta, ac ignibus vltro ad consumendum tradita, & ne quid penitus ex obliuionis anathemate superesset, in cineres, ventis vtique dispergendos, redacta fuere, quod quidem nobis credere par est, & pius ac prudens quisque absque vilo ambigendi scrupulo affirmare potest. Quem sane laudabilem, celebrandumque morem Apostolicis sanctionibus præscriptum Catholicis moribus, ac consuetudine obfirmatum, per tot seculorum curricula illibate seruatum, hæreditario propemodum iure ad posteros, vt ita dixerim, per manus transmissum, ad hæc nostra vsque tempora deuenisse, omnes, qui probe sacram rem historicam callent, dubitare nullatenus valent.

24 Quapropter Alexander Papa Quartus, qui sub Christi anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto in supremum Petri solium euectus, totius Ecclesiæ regimen obtinuit, ac sapientissime administravit in c. *Quibusdam de hæreticis*. in 6. hæc potissimum Apostolici decreti auctoritate sanxit: *Quicumque hæreticos credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præsumpserit Ecclesiastica tradere sepulture, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerit subiicere, nec absolutionis beneficium mereatur, nisi proprijs manibus publice extumulet, & projiciat huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura.* Audisti pie & amice lector Pontificiorum Canonum, quæ merito fortissimi quemque animi virum absterreant, verba ne dixerim fulmina, quibus formidanda Ecclesiastici anathematis sententia ipsius, qui Christi locum tenet, imo ipsemet diuini numinis oraculo in temere præsumentes intorquetur?

25 Quod vero ad schismaticos atinet, arctiori sane ambigendi scrupulo illud

Hæreticorum nomina sacris dypticis inscribi nefas.

S. Greg. Pap. in sacramentario.

Conc. Const. collat. 5.

S. Leo Pap. ep. ad Anatol.

S. Dam. Pap. ep. ad Ep. Dard. Iust. Imp. ep. ad Horm. Pap.

Hæreticorum cadauera co sacro arantur, & sepeliuntur in Cœmeterijs.

Alexander constituit de hæreticorum cadaueribus Ecclesiasticam sepulturam censens.

Alex. 4. Quibusdam in 6.

illud modo in quæstionem reuocari posse videtur, an schismaticis nostra vsui aliquando fuerint Cœmeteria, cum quâplures huius farinae homines, ab Ecclesiâ sinu seiuncti, sub diuersis temporibus in Vrbe commoratos fuisse apud omnes exploratissimum sit: verum vt ambigendi nodus, qui occurrit, facili negotio dissoluatur, præhabita interim distinctione, totius controuersia, quæ nunc obijcitur, vis dirimenda, ac eludenda est. Nam vt rem altius repetamus, nonnullos quidem inter eos adnumerari contigit, qui non schismatis dumtaxat, verum etiam hæresis labe turpiter inficiebantur: alij insuper inter hos recensentur, qui nullo circa sanam doctrinam, & illibata fidei dogmata hæretum errore detinebantur, sed apud eos canonice tantum Romani Pontificis electio, cui tanquam capiti adhærendum esset, in quæstionem verrebatur. Verum nos de primâ notâ hæreticis satis superque iam diximus. Interim igitur distinctio, quam de schismate morbofo dumtaxat laborantibus paulo ante præmisimus, explicanda, ac subdividenda adhuc remanet, inter eos videlicet, qui tunc potissimum temporis schismata aduersus Ecclesiam conflagrant, cum sanctissimis hæc persecutionum procellis valide impeterebatur, atque alios, qui suborta demum eidem Ecclesiâ præoptatæ pacis tranquillitate, temere in aciem prodeuntes, ipsius vnitatē, schismatis bello dirimere, ac violare nõ dubitarunt. Quo igitur tempore, ipso insusilante damone, persecutionum procellis Ecclesia concutiebatur, vnus schismaticorum omnium dux ac vexillifer contra beatissimum Cornelium Papam Nouatianus audacter insurrexit: eius autem schisma eodem plane anno, quo exortum fuerat, desijt: & quamuis eiusdem postmodum Nouatiani sectatores diurius Christi Ecclesiam vexauerint, hos tamē in Vrbe Roma neque Ecclesiâ, neque synaxes, ne quid minus Cœmeteria vnquam cum Catholicis communia habuisse, ex recensitis hætenus compertum sit. Ex quo item nec illos Romana in Vrbe radices figere, aut ibidem diutius consistere, & sectatores eorundem eoalescere potuisse, etsi totis in id viribus adniterentur, perspicue constat. Porro quod de Noua-

tiano ediximus, idem plane de Felicio schismate contra Liberium Papam asserendum est. At vero sedatis subinde, Deo votis fidelium aspirante, persecutionum, quæ vrgebant, fluctibus, complures vtique Romanam apud Vrbe schismatici, sed tunc potissimum temporis sublitere, cum iam erectis vbique locorum Ecclesijs, tumulanda defunctorum corpora ad Catholicorum Cœmeteria deferri haud opus fuit, & quamuis eisdem in Ecclesijs non nisi sacra, venerandaque beatorum Martyrum corpora recondi liceret, quod Maxentius sanctissimo Romano Pontifici Marcello, vt ipse testis est Baronius, indulserat; veruntamen iuxta illud spatium, quod proxime iisdem adiacet, & in earundem interioribus atrijs, ac vestibulis ob impensum deuoti animi studium, quod Martyribus iugiter deferrebat, fideles ipsi tanquam rem præoptatissimam nacti sepeliri consueuerant. Quod egregie quidem Chrysostomus de Constantini Magni sepultura proloquens, vt nos etiam meminimus, satis luculenter in hæc verba enarrat: *Hic, Constantinopoli nempe, Constantinum Magnum filius ita demum ingenti honore se affecturum existimauit, si eum in Piscatoris vestibulo conderet* (Ecclesiæ videlicet S. Petri ibidem ab eodem Constantino erectæ) *quodque Imperatoribus sunt in aulis iamitores, hoc in sepulchro Piscatoribus sunt Imperatores, &c.* Idem plane vir sanctissimus repetit hom. 66. ad Pop. vbi quod ad rem nostram facit, & eandem Romæ consuetudinem viguisse subrexit: *Nec hoc tantum, inquit, quis Romæ fieri viderit, verum & Constantinopoli. Nam & hic Constantinum Magnum ipsius filius in honore magno censuit habere, si pro foribus Piscatoris paternum corpus collocaret.* Hæc Chrysostomus.

26 Præterea, vt iam enarratis & isthæc pariter inferantur, satis cuiuslibet notum putamus, quod sanctissimus Pontifex Gregorius in suo Registro de inolito defunctorum corpora iuxta Ecclesias, earundemque ambitum tumulandi more inter scribendum refert. Græcorum enim quorundam monachorum pietatem dixerimne, an temeritatem, eo vsque profusillisse affirmat, vt defunctorum corpora, quæ in publico ac patenti iuxta basilicam beatissimi Apostoli Pauli agro

Schisma Felicio.

Maxentius martyr in Ecclesijs sepelendorum potestatem facit.

S. lo. Chryso. hom. 66. in 3. ep. ad Corin. 12.

Chryso. ho. 66. ad pop.

Greg. in reg. l. 3. ep. 30. in d. 12.

Monachi Greg. et Cœmeterijs corpora defunctorum secum ferēda effodiunt.

schismatici sacris Ro. Cœmeterijs vsi vnquam sunt?

in Roma No. an.

agro tumulata iacebant, sub intempesta noctis silentium effoderent, eorundemque ossa, veluti pretiosas sanctorum reliquias, cum inde recessuri essent, secum in Græciam delaturi. Haud igitur a schismaticis, ut iam lectori præmissimus, defunctorum corpora tunc temporis ad sepeliendum Cæmeterijs inferri necesse erat, cum alia quamplura & opportuna quidē ad ministeriū huiusmodi loca suppetere: quamvis fideles intimo cordis, ac pietatis ardore succensi sepulturam sibi ijdem in Cæmeterijs perpetuo eligere, ac singuli certatim statuere haud villo vnquam tempore desisterint.

27 Porro Vrsicini potissimum schisma, quod contra Damasum Romanum Pontificem conflare contigit, ob temporis diurnitatem, quo Romana in Vrbe semel inuectum inualuit, graue admodum assertis hinc nostris negotium faceffere, eoque magis inde controuersie vis hoc vno argumento adaugeri videtur, quod videlicet sectatores eiusdem, qui tunc in Vrbe morabantur, arenarias intra cryptas conuenerint, ut his plane verbis Baronius affirmat: *Eo vsque (inquit) proruperūt Vrsicini partis Romæ schismatici, ut compressi licet manu militari, atque etiam basilica, quam occuparant, spoliati fuissent, reddita illa Damaso, nequaquam acquieuerint, sed obduratis animis, abhorrentes penitus communicare cum legitimo Vrbis Antistite, nouum illud parant consilium, a mente admodum obdurata suggestum, nempe quod Præfæctis prohibentibus intra Vrbem conuentus agere non liceat, in suburbij, in cryptis arenarijs, alijsue priuatorum locis Ecclesiam congregarent, in qua insano conatu Cathedralam contra Cathedralam exererunt, hæc vtique in rem præsentem Baronius. Quamuis in ipsius Valentiniani Imperatoris ad Olybrium rescripto, quod per extensum a Baronio ibidē recitatur, nulla prorsus de Cæmeterijs, aut cryptis, sed de extramuraneis dumtaxat locis mentio incurrat. Imperator enim ibidem hunc in modum rescribit: *Tu quidem sicut proximis literis indicasti, enixissimo studio preestare voluisti, ut nulla in Vrbe Roma posset esse discordia, Christianusque populus profunda in otio securitate gauderet: sed quantum Aginatij clarissimi viri Præfæcturæ scripta testantur, adhuc aliquanto placata misceri delectat, extramuraneisque conuentibus fre-**

quens strepitus excitatur. Quamobrem egregia sublimitas tua præset, ut populo dissentienti nulla intra vigesimum lapidem, vel religio ad coeundem possit esse, vel copia, ut cessare non vult, migret, ut iussum est, insana collectio. Ita Demum etiam tumultuantibus cunctis longe proculque submotis, certa pax plebi in ænum esse tribuatur. Isthæc aduersus schismaticos Imperator dum scribit, eorundem mores, animosque ad tumultuandum iugiter promptos, ac procliuus ad viuum delineare videtur.

28 Facile igitur lector, ut vides, ex enarratis præsentæ difficultatis nodus dissoluitur, atque euanescit; si perditissimos nimirum eosdem schismaticos haud Cæmeteria, sed abditissima loca, quæ procul a mœnibus sita sunt, ut Donatistæ iam fecerant, Imperialibus coactos iussionibus, adijisse dicamus. Verum si ad Cæmeteria quoque sacrilegos homines peruenisse fateamur, haud tamen ibidem suorum corpora defunctorum condidisse ex prolato in medium argumento conuincitur: subterranea quippe loca hæc ad conuenticula dumtaxat contra Damasum Pontificem cogenda, vti rescriptum Imperiale præfæctum, ijdem hominibus vsui futura erant. His præterea, ad magis eludenda aduersariorum obiecta, breuem admodum temporis moram, quo Romæ, aliò migraturi, substiterunt, subtexere licet: Vrsicinum enim, ut ab ipso dicendi exordium auspiciemur, eodem plane, quo Damasus Pontifex renuntiatum est, Christi videlicet anno 368. ex Vrbe exturbatum, in Gallias profugum amandari contigit: eiusdem vero sectatores, virgente Valentiniani, quod iam recensitum est, edicto, insequenti anno, trecentesimo sexagesimo nono, illuc pariter, pari ac consimili tam criminis, quam supplicij vinculo obstricti, pedem vertere compulsi sunt. Et quamuis Vrsicinus deinde ab exilio sub Christi annum 371. reuocatus fuerit; haud tamen in Vrbem, eiusque suburbia, altero Valentiniani ipsius perurgente edicto, pedem inserere permissus est. Quæ ut magis lectori innotescant, Imperatoris interim verba in medium proferamus: *Dudum Vrsicini inquietudine prouocati, fauentes concordia populi Christiani: quieti etiam Vrbis sacratissime prouidentes, vno interim loco intra Gallias dumtaxat perturbato-*

Schismatici
Vrsicini sectatores vbi
conueniunt
suis agere?

Baron. annal.
to. 4. an. 368.

Rescriptum
Valentiniani
Imp. contra
Schismaticos

Rescript. Val.
Imp. ad Olyb.

Schismatici
intra 20. a
Vrbe lapidibus
coeundi co
pia interdi

Vrsicinus
ma eijs

Vrsicinus
exilio redi
Vrbem in
ingredi illi
permittere

Valen. Ep.
Bar. annal.
4. an. 371.

batorem tranquillitatis publicæ statueramus iure cohiberi, scilicet ne applicatione morum late diffusionis incommodum spargeretur. Verum natura nostræ mansuetudine leuigati, ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad Urbem Romam, vel certe suburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitia sua contagionem conetur infundere. Hactenus pro Vrsicini reditu, ita tamen vt ab Urbis, & suburbiorum abstineret accessu, vt supra rescripsit Imperator. Ex quibus studioso, prudentique lectori rem altius expendenti, nullatenus a schismaticis vnquam sacra Catholicorum Cæmeteria pollui, ac sædari potuissent, compertum fit, cum ad hæc haud illis otium, ac facultas accedendi suppeteret: vel tunc præsertim temporis, quando idem B. Pontifex Damasus, compositis iam, sedatisque procellis, pacificum Ecclesiæ regimen libero, ac pleno ministerij iure obtinebat. Hic quippe obsequentium sibi Imperatorum, quibus iidem schismatici insensissimi erant, potentia suffultus, haud vlla ratione ipsidem Cæmeterijs execranda nequissimorum hominum cadauera, vnà cum cæteris Catholicorum inferri, atque humari permissurus fuisset. Quinimmo (vt magis argumenti vis augeatur) nec ipsi quidem schismatici, Damasus Petri nauiculae & Ecclesiæ clauum tenente, sacra Urbis Cæmeteria adire vnquã voluissent, ne, quod summopere detestabantur, Romano Pontifici aliquatenus conuiuere, & cum Damaso communicare viderentur, qui Cæmeteriorum loca incredibili pietatis studio complexus, eo deuotionis cultu profecuebatur, vt haud semel hæc inuississe, osculis, suspirijs, ac lacrymis rigasse simul, & cumulasse contentus, recolendis eadem iugiter piorum carminum monumentis exornaret, & demum, vt vno verbo omnia complectamur, vnus præ cæteris tantum obsequij subterraneorum locorum sanctitati detulit, vt illic ipsemet Pontifex, Mausoleum consecuturus omnium nobilissimum, se vnà cum matre, ac sorore inferri pariter, ac tumulari voluerit.

29 Quapropter, vt perspicue ex enarratis hæctenus constare videtur, quibus postrema capitis huiusce periodus velut nobili quadam coronide concluditur, ac illustratur, illud vnum

Tom. II. Rom. Subt.

apud omnes certum omnino, ac indubitatum sit, sacra videlicet subterraneæ Urbis Romæ Cæmeteria pura, & illibata ab omni hæreticorum, schismaticorumque sæditate, ac profani commercij labe perpetuo extitisse. His autem omnibus, vel illud postremo loco, argumenti instar validissimi inferamus, sanctissima videlicet Cæmeteriorum loca, intermisso haud vnquam studio, præcipua a fidelibus cunctis veneratione habita, ab ipsismet Summis Pontificibus pretiosorum munerum largitionibus aucta, multiplici passim ornamentorum genere cumulata, resecta iugiter, exulta itidem, ac pristino cultui, ac nitenti restituta fuisse, quod Romanorum Pontificum hac laude præcellentium gesta apud Anastasium locupletæ præconiorum argumento conscripta testantur. Neque hic interim, vbi de Cæmeteriorum cultu, ac splendore sermo incurrit, complures inde sanctorum corporum in Urbem translationes, obsequenti Pontificum eorundem manu, & opera præstitæ, post profigata hæresum monstra, necnon post multiplices, ac deplorandas, quæ eidem Vrbi acciderant, vastitates, obtinendæ videntur. Quibus palam, vt absque vilo ambigendi scrupulo videre est, singulari quidem Romanorum Cæmeteriorum prærogatiua, eadem Cæmeteria nullo vnquam ethnicorum, hæreticorum, aut schismaticorum commercio polluta extitisse conuincitur. Alioqui sacrae tot, ac recolendæ numero translationes, quas a summis passim Pontificibus perfeci, ac celebrari contigit, tanquam superstitionis cadaueribus obnoxia, iure merito irritæ prorsus, ac futiles censendæ, ac pronuntiandæ a nobis forent, cum pro ipsis sanctorum exuuijs, quibus Christiana religio condignū iugiter obsequium deferre consuevit, profana hæreticorum, seu schismaticorum corpora lenari quandoque, ac deferri, quod tamcn falsum omnino est, contigisset.

30 Si nostræ vero assertionis positum, vt contendunt, aduersariorum argumentis succumberet, ipsidemque imperitum valide, quod neutiquam verum est, minus subsistere comprobetur, de singulis plane, quibus Romanæ potissimum Ecclesiæ cumulantur, reliquijs

Pontifices Romani factorum Cæmeteriorum cultores præcipui.

Translatio corporum è Cæmeterijs, nullis mihi hæreticos fultos fuisse comprobatur.

de ipsismet beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ac venerandis reliquorum sanctorum pignoribus, quæ è Cœmeterijs vario, ac successiuo temporum tractu translata sunt, & de cunctis demum, ac singulis Ecclesiarum tam Urbis, quam Orbis terrarum reliquijs, quæ hinc potissimum transmissæ, tot vrbes apprime locupletarunt, vltro ambigendi occasio suppetet. Innumera quippe in sacris passim Cœmeterijs cum olim extabant, tum adhuc beatissimorum Martyrum, sanctorumque sepulchra extant, quæ titulis omnino destituta, his notis dumtaxat, ac numeris inscribuntur, ac alijs huiuscemodi signis prænotantur, quæ cunctis plane fidelibus tunc temporis trita pariter & solemnia crant, & ab omnibus passim absque tergiversatione, vt supra enarratum est, veluti certissima athletarum Christi monumenta facili negotio internoscantur. Et hæc sunt, quibus religiosus antiquorum Urbis Cœmeteriorum cultus, ac splendor aduersus insanas temere oblatantium, & insultantium pariter voces firmissime stabilitur, ac magis magisque coruscet. Interim vero reliqua prosequamur.

Multa corpora nomine ac inscriptione destituta in Cœmeteriorum sepulchris.

CAP. III.

De promiscuis Cœmeteriorum imaginibus, commentitijs ethnicorum errores redolentibus.

Imagines Cœmeteriorum indifferentes non contrito suspectæ habendæ.



IN TIQVÆ potissimum imagines, quæ tum a Christi fidelibus, tum ab ipsismet ethnicis promiscuo olim vsu receptæ, futiles idololatrarum errores quodammodo sapiunt, & quæ insuper, vt in sacris Cœmeterijs passim occurrunt, videre est, sanæ, illibataque fidei, ac orthodoxæ religionis ritum pariter, & cultum in suspicionis vmbra, vel leuiter saltem reuocarent,

vt nonnulli perperam arbitrati sunt, omnes fere recolendi arcanorum mysteriorum ritus, & sacræ diuinorum sacramentorum, ac ministeriorum præcipuæ, quibus Ecclesia vti consuevit, cæremoniæ, ipsa demum Euangelica symbola, quæ magni Catholica iugiter Ecclesia, fecit, profana vtique, futilia, ac nullius momenti censenda, ac pronuntianda essent. Supplices nimirum, vt exemplis res conficiatur, & quæ tam frequenter apud Christianos vsu receptæ sunt, genuum submissiones: ipsæ manuum inter precandum eleuationes; pectoris item, tunctiones, quæ inter præcipuos pœnitentium actus recensentur: sacrorum, deosculaciones liminum; diuinorum in obtestationem obsequij altarium conuocaciones: sanctorum imaginum vsus, ac religiosus earundem cultus: festiuorum dierum solemnitates: ornamenta, templorum, frequentes eorundem pompæ, atque apparatus: iugis populorum ad sacra obeunda cœtus: consuetæ aque iustralis aspersiones, & vt vno demum, verbo singula complectamur, ea omnia, quæ, vt supra lib. 1. cap. 9. demonstrauimus Christianis pariter, ac gentilibus communia quondam fuerit, a pijs Christianorum manibus, & ab ipsomet illibato totius Ecclesiæ vsu amouenda, vel potius procul amandanda, ac iure merito ob hanc dumtaxat rationem omnino proseribenda erunt, quod ipsidem videlicet impios quondam superstitionis gentilitiæ homines vt, vel certe, vt melius dixerim, abuti contigit.

2 Quod magis autem rem perstringit, & ad instituti propositum facit, quis non protinus, vel hanc vnam ob causam consuetas ipsius Agni, atque Arietis imagines de medio ab Ecclesia tollendas, & his quidem Christum Saluatorem nostrum posthac repræsentandum nullatenus fore pronuntiauerit, quia nimirum hic ex vano ac futili gentilium ritu Iouideorum omnium parenti, ille vero Iunoni quondam dicatus, ac sacer habebatur, idemque Mineræ, Fauni, Neptuni, aliorumque commentitiorum id numinum, ac gentilitiæ superstitionis idolorum sacrificijs instruentis, peragendisque deseruiebat: eadem pariter ratione frequens admodum apud recolendas diuinarum scripturarum tabulas, bouis,

tau-

Ritus gentiliū primariis Christianis nispermitti vsus pios erant ducti.

Christiani dem vntu hieroglyphicis, ac symbolis gentilitiæ alio ramentu sentu.

os Hierogly-
pticum Mat-
thæi Euang.

tauri, vel vituli effigies haud congrue posthac, si argumenti huiusce vis conuinceret Christi symbolum præferret: nec vlla item in posterum ratione veluti nobilissimum Matthæi Apostoli, & Euangelistæ hieroglyphicum proponendum pariter, ac suspiciendum videretur, cum illud potissimum animal in sacrificiorum oblationibus, quæ peculiari quondam ritu in ipsius Isis, Lunæ, Dianæ, Mineræ, Neptuni, Martis, Apollinis, Iouis, ac cæterorum inanum simulacrorum honorem, ac cultum offerebantur, adhiberi consueuisset. Ceruus insuper inter ipsa nemorum abdita, ac siluestrium ferarum latibula Eccllesiasticis reiectus è tabulis amandandus esset, qui Dianæ a gentilibus dicatus fuerat: nec ceruus vltra locum sibi peculiarem mystica inter symbola tenebris addictus vindicabit. A sacro item altari, diuinarumque paginarum libris profuga euolare cogetur aquila, nec Christum Dominum, nec dignissimum illum, ac lynceum in arcanarum rerum ac mysteriorum sublimitate speculatorem, Ioannem Euangelistam sublimi velocium pennarum symbolo portendet. Innocua item et candida præ reliquis columba, auicula nempe innocentia totius imago, ac tycus, ex Noëtica Eccllesiæ arca, eo quod peculiare Veneris, atque Cupidinis symbolum quondam extiterit, eisdemque gentilitæ superstitionis cultu dicata fuerit, haud Spiritum sanctum Paracletum orthodoxæ, illibatæque sponsæ Eccllesiæ perpetuo sub huius typo incubantem designabit. Neque itidem selectæ Angelorum imagines sub pennatorum puerorum specie coloribus adumbrandas quis dixerit, cum ipsæ plane imaginibus apud Ethnicos olim Cupidines, Amores, ac Genios representari consueuissent satis aperte constat: quibus & alia id genus innumera subnecti possunt.

serjalari spe-
e Angelus
gura cur.

3 Verum si nil dissonum, ac repugnans censendum est, si sacris hæc mysterijs significandis, quamuis olim a Gentilibus frequentissime usurpata, pijs plebique Christianorum ritibus expurgata adhibeantur, nec quid a religionis pariter cultu alienum primæui illi fide-
lium apices duxere ad electissimos Christi Martyres, Confessores, vel virgines

mulis, & fe-
lebris Chri-
stianis quid
alissimum
sculperetur?

orbi prænotandas, palmam, coronam, columbam, nauim, piscem, numeros, ac cæteras eiusmodi notas, ac signa, ab ethnicis alioqui per manus accepta, Cœmterialibus tumulis inscribere, ipsædemque studiose exsculpta, quædam veluti trophæa affigere, ob multiplicia ac pecularia scilicet arcanorum mysteria, quæ his præferuntur: quibus tamen Christianos iugiter ab ipsamet Eccllesiæ nascentis origine vsos fuisse constat, ve Clemens Alexandrinus antiquissimus re-
rum nostrarum scriptor his plane verbis edocet: *Sint autem vobis signacula, columba, vel piscis, vel nauis, quæ cursu veloci a vento fertur, vel lyra musica, qua vsus est Polykrates, vel anchora nautica, quam insculpebat Seleucus, et si sit piscans aliquis, meminert Apostoli, & puerorum, qui ex aquis extrahuntur.* His doctissimus iste vir sacra recolenda antiquitatis monumenta, testimonijs valide suffulciendo compro-
basse visus est.

Cl. Alex. 13.
Vadag.

4 Insigne autem huiusce rei in beati Maximi martyris insculptum sarcophago exemplum recognoscere licet, in quo celebre illud Phœnicis symbolum beatissima virgo Cæcilia insculpendum curauit, vt in M. S. eiusdem beatæ Cæcilie Actis, Cod. Vatic. Vallic. & S. Cæcil. his quidem verbis describitur: *Quem, Maximum scilicet, S. Cæcilia virgo, Valerianum ex Tiburtium sepeliuit in nouo sarcophago, & iussit, vt in sarcophago eius sculperetur Phœnix ad iudicium fidei eius, qui resurrectionem se inuenturum, exemplo Phœnicis ex toto corde suscepit.* Alia item quamplura in eodem id genus argumenta adduci possent, & haud pauca ad eundem conuincendum exempla suppeterent. At quæ hæcenus satis prolixè enarrauimus, pio ac studioso lectori sufficiant, recolenda nimirum Urbis Cœmeteria perpetuo illibata, ac ab omni prorsus labis inquinamento immunia extitisse, & sacras, quæ in ipsædem conspiciuntur, imagines, vel promiscuas, vel certe communes, quæ ad certum quid ex se ipsis significandum institutæ sunt, sua quæque, vt mox enarrabitur, arcanorum mysteria continere. Sed his præmissis ad recolendum antiquum sacrarum imaginum cultum, quæ apud subterranea Cœmeteriorum Cubicula vsque nunc conspiciuntur, orationis stylum conuertamus.

Cod. Vat. 3.
Vat. 1. & 3.
Cæcil.
Phœnicem
Epulchro S.
Maximian-
sculpendi S. Cæ-
cilia curat.

CAP. IV.

De antiquo in Ecclesia sacrarum Imaginum cultu.



REOLENDA venerandarum imaginum, quæ passim in Christianorum Cœmeterijs suscipiendæ exhibentur, mysteria explanantur;

vt probatissimam antea dorum temporum lector pietatem ediscat, de peruectusto earundem imaginum vsu quædam prius a nobis e sacrarum potissimum Conciliorum promptuario, Patrum ite, ac probatæ fidei scriptorum fonte paucis delibanda existimauimus. Vt tanti igitur rem momenti altius repetamus: primus quidem sacrarum imaginum, & vt ita dixerim, architectus, & auctor ipse met Deus, sapientissimus rerum omnium artifex, extitisse iure merito comprobatur, dum hominem ad sui ipsius imaginem, ac similitudinem ex nihilo condere, ac plasmare dignatus manus tuas operi addixit: & dum arctior legis Moisaicæ cultus Iudaicum apud populum vigeret, quædam in Hierosolymitano Templo, quod Salomonis potissimum studio exædificatum est, imagines fieri, atque in eodem locari præcepit, Moyse videlicet iniungens Exod. 25. vt Arcam vnâ cum Propitiatorio studiosa artificum manu construendam curaret, cui sacræ binorum Cherubin imagines affabre ex auro effictæ apponerentur. Serpentem insuper æneum, Deo iubente, vt constat Num. cap. 21. in deserto Moyse constandam curauit, posuitque eum pro signo, vt quicumque in sui pœnam sceleris tabifico morsu percussus fuisset, æneiduntaxat serpentis aspectu incolumitatem protinus consequeretur. Typum autem, nec nõ rerum futurarum iam tum serpens ille imaginem præfererebat, & Christum Dominum in Crucis eleuandum stipitem inuentibus designabat: vt ipsemet Redemptor Ioan. 3. manifestissimis verbis edocuit: *Sicut Moyses, inquit,*

Primus imaginum auctor Deus.

Exod. c. 25.

Num. c. 21.

Serpentem æneum mandato Dei a Moyse conditum.

exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, &c.

2 Quamuis autem subinde Ezechias Rex piissimus serpentem hunc longa post reuoluta secula pietatis zelo permotus, e medio sublatum constantissime confregerit, vt lib. 4. Reg. 18. videre est, haud id tamen sacris iniuriam imaginibus inflicturus præstitit, sed ad execrandum, vti par erat, Idololatriæ piaculum, quod omnino tolli, atque aboleri vir sanctissimus peroptabat: tunc enim temporis eodementia, ac impietatis Israëliticus populus deuenerat, vt diuinis effictam, atque inanem serpentis eiusdem imaginem honoribus, consuetisque veluti Deum ipsum obsequijs impensius coleret, & nefanda se Idololatrarum labeturpiter polluens, incensum eidem adolere iugiter non dubitaret; quod D. Augustinus luculenter prosequitur lib. 10. cap. 8. de Ciuit. Dei, hæc dicens: *Quem sane serpentem propter facti memoriam reseruatum, cum postea populus errans, tanquã idolum adorare cupisset, Ezechias Rex religiosa potestate Deo seruens, cum magna pietatis laude contriuit.* Id porro ex ipsomet sacrarum paginarum textu colligitur 4. Reg. cap. 18. vbi de laudatissimo Rege Ezechia isthæc conscribuntur: *Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, et succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum.* Vides hinc miro illibati pectoris, ac condigno diuini cultus sacrificio præstito antiquam animi vere sacerdotalis ac regij pietatem comprobata fuisse.

3 Hic interim lectori adnotandum est, sexcentos circiter annos æneum hunc serpentem ad perennem impertiti beneficij memoriam sollicito Israëlitici populi studio reseruatum fuisse; quo videlicet temporum decursu viri quamplures sanctitatis merito insignes extiteret; religiosissimi item Leuitici ordinis sacerdotes; ac permulti demum eximie pietatis & religionis ardore conspicui Iudices, Duces ac Reges florueret, quorum tamen nemo prorsus reprehensionis notã incurrisse legitur, ob id videlicet, quod antiquissimam serpentis eiusdem imaginem integram, illibatamque reseruari permisit, quo vsque serpens ille apud populum pro signo extitit, vt primum Deo iubente

Serpens æneus a Rege Ezechia confrectus.

4. Reg. c. 18.

Serpenti diuisus honor a Hebrais idololatriæ delictus.

S. Aug.

4. Reg. c. 18.

Serpente æneum in signum beneficii accipere fieri Deo mandauit: eoque nomine sacerdotibus is asseruatum.

te in sublime erectus, a Moysē oculis intuentium propositus fuerat: vbi vero supremum patriæ cultum eidem tanquam Idolo sacrilega hominum superstitione deferre cœpit, tunc piissimus Rex Ezechias diuini honoris tuendi gratia, ac vlciscendæ religionis stimulo acriter permotus, abominandum illud idololum abolere cupiens, sub ipsismet Idololatrarum oculis contriuit. Porro serpentem hunc, quem Ezechias confregerat, Arnulphus Mediolanensis Archiepiscopus a Nicephoro Constantinopolitano dono acceptum, quid veluti pretiosissimum Mediolanum detulit, ibique in D. Ambrosij Ecclesia, ad perenne mystrii haud vnquam abliterandi monumentum, ad hanc vique diem perstat.

4 Quis autem nesciat Salomonis quoque immortalium omnium sapientissimi iussu imagines in Iudæorū Templo, quod orbis miraculum extitit studiosa artificum manu exculptas fuisse? sic enim 2. Paralip. cap. 3. his quidem verbis res eiuscemodi describitur: *Calauit Cherubim in parietibus. Et infra: Fecit etiam in domo sancti sanctorum Cherubim duos opere statuar. o. & textit eos auro &c.* Sed iam ab imaginibus, quæ ab antiqui Testamenti patribus præcipuo cultu habitæ sunt, ad eas, quæ nobis in noua Euangelij luce, contemplandæ proponuntur, oculos, si libet, ac stylum conuertamus. Quis autem ignorat peculiari recentis prærogatiua Testamenti admirandum imaginibus cultum, gratiam, ac religionem conciliatam fuisse? Siquidem ipsemet Deus humana forma circumdatus sacram imaginum auctor, sua eadem auctoritate præmunire & comprobare dignatus est, cum sui ad viuam expressam imaginem haud humana, vt cæteris accidit, manu, ac vlla haud arte elaboratam, sed ab ipsomet sapientissimo rerum opifice, diuinæ faciei admoto velo exceptam, efformatamque ad Abagarum Edessenorum Regem, qui eandem audivisse experierat, votis eiusdem annuens, transmissit: cuius sane recolendam rei historiam probatissimi quique rerum historicarum scriptores luculenter enarrant; quæ sacrorum item Conciliorum, summorumque Pontificum, ac Patrum testimonio suffulcitur. Vt a sanctissimis autem

Patribus huius assertionis nostræ vis primum deriuetur, sanctum Germanum Constantinopolitanum Episcopum aduersus impium Leonem Hauricum Imperatorem, qui sacris bellum imaginibus palam indixerat, acriter proclamantem, & his plane verbis, quæ eidem per præcipuum quendam è suis Ecclesiæ ministris renunciari præceperat, perstringentem, deuotis auribus excipiamus: *Haudquam oportebat Imperator, qui tum vitam, tum Imperium a Deo accepisses, te aduersus Conditorem tuum insolenter extollere &c.* Et infra post enarratam celeberrimè quondam hæmorrhoidis historiam, quæ, vt perpetuum grati præferret animi testimonium, ac posteris piæ itidem mentis monumentum commendaret, sacrosanctam Christi Saluatoris imaginem artificum manu assidue delincandam, exculpendamque curauerat, isthæc subdit: *Ac prius etiam ab ipsomet Christo, ipsissima Patris imagine, diuino linteo facies ipsius impressa est, ac Toparchæ Abagaro, id postulanti, Edesam missa. Quæ quidem omnia apud Ioannem Damascenum in sanctorum Martyrum Stephani iunioris, & soc. actis, a Surio quoque to. 6. 29. Nouembr. relatis recitantur. Sed prolixiori sermone idem Damascenus de orthodoxa fide, eadem his plane verbis enarrat: Historia quoque proditum est, cum*

5 Præterea, vt res Pontificia quoque auctoritate fulciatur, hic nobis sanctissimi viri, Gregorij Papæ Secundi verba mente repetenda sunt, quibus impium Leonem Hauricum, prima ad eundem conscripta epistola, merito grauterque perstringit: *Cum Hierosolymis, inquit ille, ageret Christus, Abagarus, qui tum temporis dominabatur, & Rex erat vrbis Edessenorum, cum Christi miracul-*

Auctoritas Patrum, ac Conciliorum, historice de dicta Imagine comprobanda accedit.

S. Greg. ep. Constantinop.

Damasc. in. 3. vit. S. Steph. Iun. et sec. mart.

S. Io. Damasc. de Orth. fid. l. 4. c. 17.

S. Greg. Papæ II. ep. I. ad Leon. Hauric.

audisset, epistolam scripsit ad Christum, qui manu sua responsum, & sacram, gloriosamque faciem suam ad eum misit. Itaque ad illam non manu factam imaginem mitte ac vide: congregantur illic orientis turba, & orant, &c. Quæ item verba apud Baronium Annal. to. 9. anno 726. recensentur, qui primo quoque Annalium Ecclesiasticorum tomo, anno Christi 31. de conscriptis ab eodem pijsimo Regi, & transmissis vltro, citroque epistolis, de locupletissima insuper earundem fide sapienter quampluribus luculento sermone edisserit. Eiusdem itidem historix memoriæ repetit studiosissimus ille inter scriptores Theodorus Studita, oratione, quam aduersus Leonem Armenum Imperatorem Iconoclastam pietatis zelo incensus exaravit, cuius verba hæc sunt: Quo autem diuini characteris fides nostri certior feret, idem ipse, qui eam gerit, Saluator noster, suæ ipsius faciei oris formam, admotò ad faciem linteo, expressit, atque effinxit, petentique Abagaro misit: qui diuinam illam effigiem complexus, incredibilem eius vim mox sensit, omnibusque patefecit, diuturno, ac incurabili morbo, quo tenebatur, liberatus, nec magis corpore, quam animo corroboratus. Vanam infani, impudentesque nouatores, qui sacrarum imaginum contemptores existunt, diuinitatis, quam repræsentant, imaginibus vim insidentem agnoscerent, & inde pharmacum salutis haurirent.

6 Sed hæcenus enarratis ad stipulator accedit Adrianus Papa huius nominis Primus, qui epistola ad Carolum Magnum de Imagin. quæ Conciliorum tomo 3. ad verbum recitatur, & apud Baronium item Annal. to. 9. ann. Christi 769. a Stephano Papa Quarto in Lateranensi Concilio, quod eodem anno 769. celebrari contigit, de sacrosancta eadem, ac venerabili Christi imagine ad Abagarum transmissa mentionem habitam fuisse scribit; sic autem inquit: Denique fertur ab asserentibus, quod Redemptor humani generis, appropinquante die passionis, cuidam Regi Edesse ciuitatis desideranti corporaliter illam cernere, & vt persecutiones Iudæorum fugeret, ad illum conuocare, vt auditas miraculorum opiniones, & sanitatum curationes illi, & populo suo impertiret, respondisset: Quod si corporaliter speciem meam cernere cupis, en tibi vultus

mei speciem transformata in linteo dirigo, per quam & desiderij tui feruorem refrigeres, & quod de me audisti, impossibile nequaquam fieri existimes, &c. De Abagaro item Rege repetitam eadem in Synodo mentionem fuisse, ex Theodori Patriarchæ Hierosolymitani ad Romanum Pontificem epistolis, idem Adrianus affirmat. Demum in probatissimis Concilij Secundi Nicæni Actibus eadem super re fatis locuples eiusmodi testimonium habetur: Leo religiosissimus lector magnæ, & egregiæ Ecclesiæ Constantinopolitane dixit: Et ego indignus vester famulus cum descendissem cum regijs Apocryphis in Syriam, Edessam petiui, & venerandam Imaginem non factam hominum manu, adorari, & honorari a populo vidi, &c. Complures alij subinde Scriptores de memorata hæcenus imagine condigne, vt par est, egerunt, Eusebius nimirum lib. 1. cap. vltimo, Nicephorus lib. 2. cap. 7. Sanctus Ephrem Edessæ Diaconus in eius Testamento apud Palladium cap. 28. Euagrius lib. 4. cap. 26. Constantinus Porphyrogenitus in oratione coram Imperatore & clero Constantinopolitano, apud Surium ex Metaphraste To. 4. 16. Augusti, & alij, quorum verba, ac sententias, vt breuitati cõsulamus, haud hic recensendas duximus. Illud tamen a nobis silentio prætereundum neutiquam est, sacratissimam videlicet Imaginem hanc ab Edessenorum ciuitate Constantinopolim, atq; in Urbẽ deinde translata, condigno ad hæc nostra tempora venerationis cultu in D. Siluestri, quæ in Capite nuncupatur, Ecclesia, veluti diuinum quid, ac perenne sacrarum imaginum monumentum pariter ac propugnaculum aduersus insanos Iconoclastas asseruari, & suspiciendam fidelibus, adorandamque proponi.

7 Alteram quoque Christus Dominus venerandam fuit imaginem, admotò pariter sacratissimæ faciei linteo, diuinitus effinxit, dum in Caluarix montem, cruci suffigendus ab impijs apparitoribus duceretur; quod velum postmodum Veronica sanctissima scemina sanguineis notis, ac characteribus copiose exaratum, & sibi e Redemptoris manu haud beneficijs ac miraculis vacuum, sed portentosa Dci patientis imagine nobilitatum redditum, tanquam donarium haud

Baron. annal.
to. 9. ann. 726.

Abagarus accipia imaginem Christi morbo incurabili liberatur.

Theod. Stud.
orat. cont. Leo.
Armen. ann.
to. 9. ann. 714.

Adrian. Pap. 1.
ep. ad Carol.
Mag. ex to. 3.
Cap. 1.

Baron. to. 9.
ann. 769.

Conc. Nic.
act. 5.

Euseb. lib. 1.
c. vlt.
Niceph. lib. 2.
c. 7.
S. Ephrem.
Palladius.

Metaphr.
Aug. 16.

Imago I.
ni missa
Abagari
Romæ
uatur.

Christi
imago
nem fac
effigie
Veronic
dic.

haud vllrei pretio comparandum fidelium obsequentium posteritati dedicauit. Sacrosancta autem eiusmodi Redemptoris imagogenimarum thesauris quibusque longe anteferenda in Vaticana Basilica, quo par est, venerationis cultu asseruatur, & hoc praesertim anno Iubilæi 1650. cunctis colenda proponitur, & recolendum patitur, quibus oculatus est testis, iure merito comprobatur propheticum illud Isaiaë oraculum: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Vixit languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo.* Huius itidem imaginis quamplures grauissimi scriptores meminere, sed praeter ceteris Constantinus Porphyrogenitus loco citato, sanctus Methodius Tyri Episcopus, Marianus Scotus Chron. lib. 2. & alij, quos iam editis a Scuerano septem Ecclesiarum monumentis, vbi de eadem proluxe agitur, studiosus per se lector cognoscere valer. Illud postremo loco subteximus, nempe ab Urbano VIII. Pont. Max. nobili sacram hanc Christi imaginem conditorio inclusam, exornatamque fuisse, addito ipsius Veronicæ simulacro, & facto erecto in eiusdem honorem altari, vt lapis notis hinc exculptus legentes vltro commonsciat:

SALVATORIS IMAGINEM VERONICÆ
SVDARIO EXCEPTAM,
VT LOCI MAIESTAS DECENTER
CVSTODIRET, VRBANVS VIII.
PONT. MAX.
MARMOREVM SIGNVM,
ET ALTARE ADDIDIT, CONDITORIVM
EXTRVXIT, ET ORNAVIT.

8 At quoniam sacris de imaginibus sermo interim est, etiam quoque ipsiusmet Christi Domini imaginem mulier illa statuit, ac dicauit, quæ infesto profluente quondam sanguinis morbo laborans, pristinae sanitati reddita est: cuius sane probatam a scriptoribus historiam ipsemet Eusebius, oculatus alioqui testis, luculenter verbis hinc describit: *Mulierem illam sanguinis profluuium afflictam, quam sanctorum Euangeliorum*

testimonio a Salvatore nostro morbi remedium inuenisse cognouimus, ex ea ciuitate oriundam (Cæsarea nimirum, seu Pancada, de qua supra disseruerat) illiusque domum ijs ostendi, & admirabilis quaedam Saluatoris in eam beneficij monumenta, & quasi trophea ad hoc tempus durare memorant. Troforibus enim domus illius etiam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus instar suspicantis in anteriorem partem extensis, super editum lapidem collocatam: huc è regione viri erectam imaginem ex eadem materia conflam, vestitu ad talos demisso, decenter ornata, & manum mulieri porrigentem: ad cuius pedes in ipsa basi peregrinam quandam, & inusitam herbae speciem enasci, quam quidem, vbi ad eius vestitus fibrariam excreuerit, morbi cuiusque generis medicandi vim, & facultatem habere. Hanc statuam effigiem Iesu exprimere dicunt, quam ad vsque nostram aetatem manentem, ipsi ad eam ciuitatem profecti oculis cernebamus. Nec plane mirum, eos qui ex gentibus proueniunt, a Salvatore, dum inter homines vivebat, beneficijs affecti fuissent, ita fecisse, cum & nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas conseruatasque aspexerimus, &c. Hæc Eusebius, qui se rem oculis delibasse, vt cæteris deinde eiusmodi portenta pro sacrarum imaginum cultu propinaret, manifestis verbis inculcat.

9 Veneranda item eiusdem imaginis S. Germanus Constantinopolitanus Episcopus loco supra citato meminit, vbi aduersus Leonem Isauricum acerrimum sacrarum imaginum impugnatorem verba isthæc validorum instar iaculorum intorquet: *Non longe, inquit, abean, post Christi in Cælum ascensionem, mulier illa, quæ sanguinis profluuium laborabat, ab eo sanitati restituta, ipsius imaginem veluti acceptum beneficium referens, exculpfit. Eandem insuper imaginem miris laudibus tanquam firmissimum religiosi cultus, quod ab antiquitate petum est, argumentum S. Gregorius Secundus ad eundem S. Germanum scribens, concelebrat: quarta enim epistola hæc ad rei propositum refert: Neque unquam Ecclesia errauit in hoc, quod dixerit, Deum nobis imagines concessisse: neque etiam hoc ethnicam traditionem sapit. Nam & in Paneadem Ciuitatem hamorrhossa imago*

Etiam Christi Domini statuam postmodum statam, que ab Hamorrhoidia.

Herba, quæ ad pedes eiusdem statuæ nascitur, saluifica.

Auſtoritas Conciliorum & Patrum, idem, conseruantiæ.

S. Germ. Conf. Ep.

S. Greg. 2. ep. 4

in memoriam miraculi, quod herbe excre-
scentes omnibus egritudinibus auxiliares es-
sent, celebratur, &c. In Oecumenico pa-
riter Nicæno Secundo Concilio Act. 4.
condigna Antipatri Bostrensis Episcopi
relatio subtextitur, quæ sat nobile anti-
quissimæ eiusdem imaginis testimonium
in hæc verba præferret: Georgius dia-
conus & notarius sacri Patriarchatus legit:
ex oratione de muliere sanguinis fluore labo-
rante Antipatri Episcopi Bostrorum, cuius
initium: Quia Iudæorum vocationem
primum docuit scripturam: Et paulo
post. Hæc salutare simbrias attingens, Re-
gem naturæ velut retinens Dominum allocu-
ta est, vehementiamque passionis illi exponens,
postquam gratiam nacta fuisset, statuum Chri-
sto erexit. Cum autem substantiam in medi-
cos omnem erogasset, quicquid habebat reli-
qui, Christo applicauit. Sanctissimus Patriar-
cha dixit: Quemadmodum columnarum
depictarum imaginem Christo adsignat, eodem
modo & Hæmorrhøissa illa statuum, &c.
In celeberrimo item eodem Concilio
Act. 7. Epiphanius Sardinensis de eadem
imagine disertissimis verbis loquens hæc
ait: Quod autem cum multis alijs, quæ in
Ecclesia seruantur sine scriptura, nobis ima-
ginum veneratio tradita sit, ab Apostolorum
temporibus late per historiam traditum est,
de imagine maxime Hæmorrhøissæ, quæ mul-
tis scriptoribus confirmare possumus.

10 Quæ augustissima inter reliquas
recolendæ antiquitatis imago ad treccen-
tos & amplius annos, ad impij, ac sacrile-
gi Iuliani videlicet Apostatæ tempo-
ra, integra adhuc, atque illibata perman-
sit: donec sceleratissimus ille Apostata
eandem, vt suam ibi reponeret, temera-
rio quidem ausu, sed haud impune, de-
turbauit, quod totum his plane a Sozo-
meno verbis enarratur: Illud porro di-
cetur a me, quod etiam regnante Iuliano ac-
cidit, quod quidem, vt Christi potentiam pla-
ne indicat, ita iram diuinam aduersus Impe-
ratorem accensam euidenter ostendit. Cum
certior factus esset Cæsareæ Philippi (est ea
quidem vrbs Phœnicæ, quam Peneadam vo-
cant) præclaram esse Christi statuum, quam
mulier, quæ sanguinis profluuio laborabat,
cum esset morbo liberata, ibi collocauerat,
eam deturbauit, suamque in eo loco posuit.
Quo factò, ignis violentus de Cælo delapsus,
statuum illam circiter pedus persecuit, caput-
que vnà cum collo in terram deiecit, atque

in faciem humi ea in parte defixit, quæ fue-
rat a pedore diuulsi. Ex quo quidem tem-
pore ad hodiernum diem atra, atque submis-
setu ambusta manet. Id temporis igitur Gen-
tiles statuum Christi tanta cum violentia tra-
hebant, vt eam confringerent. At Christiani
postea eius fragmenta cum collegissent, in
Ecclesia posuerunt, vbi adhuc seruantur, etc.
Hæc Sozomenus, quæ pariter in sancti
Artemij apud Surium Actis to. 5. die 20.
Octobris, & apud Nicephorum lib. 10.
& alios prolixius recitantur.

11 Quod autem ad sacrarum ima-
ginum tam cultum, quam antiquitatem
spectat, haud in nouo Testamento pri-
mus dumtaxat earundem auctor, & in-
stitutor, vt vidimus, ipsemet Christus
Dominus pronuntiandus est, sed & bea-
tissimus insuper Apostolos, vt eadem
in Ecclesiæ decore coloribus affabre
pingerentur, præcepisse ex Antioche-
na, quæ Apostolorum dicitur, Synodo
constat, vbi eiusmodi Canon recen-
setur: Ne decipiantur saluati ob idola, sed
pingant ex opposito diuinam humanamque
manus factam impermixtam effigiem Dei veri,
ac Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, ip-
susque seruorum, contra idola, & Iudeos,
neque errent in idolis, nec similes sint Iudæis.
Porro idem Canon a Gregorio Pefsinun-
tis Episcopo in eodem Secundo Con-
cilio Nicæno Act. 1. recitatus legitur, eius-
demque Innocentius Papa Primus epi-
stola 18. ad Alexandr. Episcopum me-
minit: Turribus quoque contra Mag-
deburgenses lib. 1. cap. 21. De eodem
in suis Ecclesiasticis Annalibus Baronius
tom. primo ann. 57. & alij sermonem
faciunt.

12 Nostri autem instituti propo-
siti ex Act. 2. eiusdem Concilij secun-
di Nicæni comprobatur, vbi isthæc ex-
ponuntur: Euthymius sanctissimus Episco-
pus Sardi dixit: Et ego polliceor, & confi-
teor ita me sapere de orthodoxa fide, quam
de sanctissimis iconibus, non quasi quiddam
nouum dogma admittens, sed tanquam certif-
sime sciens de illis traditionem sanctorum
Apostolorum, & sacratissimorum magistro-
rum, qui has reliquerunt in sancta Dei Eccle-
sia, constitutam, &c. In recolendis ve-
ro beatissimi Nicetæ confessoris apud
Surium Actis hæc de perantiquo sacra-
rum imaginum cultu Euthymius Epi-
scopus Sardinensis apud Leonem Arme-
num

Conc. Nic. 2o
act. 4.

Nicæno Conc.
Act. 4.

Conc. Nic. 2o
7. Epiph. Sardi.

Iulianus Apo-
stata sustulit
statuam Chri-
sti Domini, &
in loco eius
posuit.

Soz. 1. 5. c. 10.

Illa Iuliani sta-
tua fulmine
dissipata.

Sur. to. 5.
10. Octob.
Niceph.

Apostoli-
cum tam
præcipit

Et Con-
ciliem
gines
bant.

590. A.

Innoc.
ep. 18.

Turris
c. 21.
Baron.
to. 1. 57.

Nic. Co-
Baron.
400. 5.

num Imperatorem Iconoclastam perorasse legitur: *Audias Imperator, ex quo tempore Christus in terram descendit, usque ad hunc diem, per octingentos annos, & amplius in Ecclesijs, quæ ubique gentium sunt, Christus ipse depingitur, & in imaginibus adoratur. Et quisnam tam arrogans est, qui audeat tot annorum traditionem, a sanctis Apostolis, & martyribus, ac pijs Patribus profectam dissolvere, vel paululum mouere, &c.* Audiant Nouatores, qui noua nunc superstitionum in Ecclesiam commenta, imo potius portenta, antiquis reiectis, conculcatisque orthodoxæ fidei dogmatibus inducere, ac stabilire conantur.

13 Quis igitur, dummodo pius, ac fani iudicii, tot iam seculorum curriculum visu receptam, obfirmatamque sacrarum imaginum venerationem quoquo modo in controuersiam reuocare ausus fuerit, cum sub ipsamet exurgente Ecclesiæ primordia sacratissimum ritum hunc incandidis fidelium animis coaluisse, ac sedem pariter fixisse nouerit Lucas enim Euangelicus scriptor, qui Christi ortum, atque infantiam, necnon Ecclesiæ, quæ per totum postmodum orbem diffusa est, incunabula luculenter describit, venerationam quoque ipsiusmet Redemptoris nostri imaginem coloribus affabre delineando effinxit, vt earundem imaginum cultum iam tum sua auctoritate comprobare, & Euangelici oraculi calamo contra vesanos iusurgentium hæreticorum impetus ab omni prorsus iniuria vindicando præmuniret. Quod præcipue testatur D. Gregorius Constantinopolitanus contra Leonem Isauricum loco, quem supra recitauimus, & Theodorus item Studita oratione contra Leonem Armenum, qui disertis verbis in rem præsentem hæc scribit: *Lucas vero, qui sacrum composuit Euangelium, cum Domini pinxisset imaginem, pulcherrimum, & pluris faciendum opus posteris reliquit, &c.* Porro quis nesciat, dummodo rerum Ecclesiasticarum noticiam Probe teneat, a beatissimo eodem Luca Euangelista pictatis ergo alias quâplures Deiparæ Virginis imagines sua manu pictas, elaboratasque fuisse; quarum alteram ab Eudoxia Imperatrice ad Pulcheriam Augustam dono transmissam Theodorus Lector collect. lib. affirmat: Tom. II. Rom. Subt.

harum vero aliquot tum in varijs Romanæ Urbis Ecclesijs, tum in cæteris Christiani orbis regionibus velut nobilissima recolendæ antiquitatis monimenta, ac validissima sacrarum imaginum, earundemque cultus propugnacula merito venerationis cultu a fidelibus, hæreticorum inuadentium oculis obijciendæ, seruantur.

14 Dignissimas item Apostolorum, ac sanctorum Christi martyrum, & confessorum imagines sub ipsiusmet Ecclesiæ ortum pennicillo adumbratas, coloribusque expressas fuisse disertis verbis Gregorius Secundus epistola prima, quâ ad Leonem Isauricum scripsit, hæc dicens probat: *Qui Dominum cum viderent prout viderant venientes Hierosolymam, spectandum ipsum proponentes depinxerunt: cum Stephanum Protomartyrem vidissent, prout viderant, spectandum ipsum proponentes depinxerunt: cum Iacobum Domini vidissent, prout viderant, spectandum ipsum proponentes depinxerunt: & vno verbo dicam, cum facies martyrum, qui sanguinem pro Christo fuderunt, vidissent, depinxerunt.* Hæc Gregorius sacrarum imaginum originem, atque institutum describens; qui & secunda ad eundem epistola isthæc subtexit: *Quid enim nostræ sunt Ecclesie? nonne res manufactæ? verum picturis, historisque miraculorum a sanctis editorum, & Christi passionum, ac sanctæ Matris ipsius gloriose, sanctorumque Apostolorum exornatæ sunt, & in historias, ac picturas homines facultates suas conuertunt.* Hæc ille pro sacris imaginibus diserte vno Catholicorum omnium ore perorasse visus est. Verum haud hic interim lectori subticendum videtur, quod potissimum Eusebius ipse testatur, beatissimorum videlicet Petri & Pauli Apostolorum imagines olim, dum iidem adhuc in terris degerent, pictorum manu coloribus diligenter expressas fuisse, eademque ad posteros quasi manu transmissas fideliter deuenisse. Excipe igitur studiosis auribus lector eiusdem Eusebij verba: *Nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas, conseruatasque adspeximus: idque propterea quod maiores nostri ad Gentilis consuetudinis similitudinem quamproxime accedentes, eos qui tanquam saluatores illis fuissent (id est, qui*

Apostolorum imagines.

S. Greg. 2. ep. 1 ad Leo. Isaur.

Idem Greg. ep. 2 ad Leo. Isaur.

Eusebij. 1. 7. c. 14.

illis aliquid salutis & sub sidij attulissent) apud se honore in hunc modum officere confecerant. hæc ille. Porro præmemorata Apostolorum imagines in Vaticana adhuc Basilica ad retundendam impiorum Iconoclastarum audaciam, & ad irritos pronunciandos quoscunque eorundem conatus, integræ illibataeq; extant, quas beatus Silvester Papa Constantino Imperatori pristina eorundem ope sanitati reddito conspiciendas, venerandasque obtulit. Earundem præ cæteris Adrianus Papa Primus epistola ad Constantinum, & Irenem expresse meminit. Illud item sanctus Ioannes Chrysostomus oratione pro Meletio habita, de semetipso testatur, quod cum vel lectioni, vel operi cuiquam scribendo vacaret, expositam beatissimi iugiter Apostoli Pauli imaginem ob oculos habere consueverit.

15 Verum de cæteris sanctorum imaginibus haud pauca ex antiquis rerum excerpta promptuarijs exempla suppetunt, nec locupletissima defunt scriptorum quamplurimum testimonia, quibus assertio nostræ veritatis satis superque roboratur. Memoria interim repetenda sunt, quæ Venantius Fortunatus præcipue in conscriptis beati Martini gestis de eodem hisce olim carminibus cecinit:

*Hic paries retinet sancti sub imagine formam,
Amplectenda ipso dulci pictura colore.
Sub pedibus iusti paries habet ante fenestram,
Lychnus adest, cuius vitrea natat ignis in vna.
Huc ego dum propero, &c.*

Prudentius item de recolenda B. Mart. Cassiani imagine, pari quidem eruditione, ac pietate carmina hæc exaravit:

*Dum lacrymas mecum reputo, mea vulnera
& omnes
Vite labores, ac dolorum acumina,
Erexi ad Calum faciem, stetit obuia contra
Fucis colorum picta imago Martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus, &c.*

Et infra hæc apte ad rem subdit:
Aedituus consultus ait: Quod prospicis hodie,
Non est inanis, aut anilis fabula.

*Historiam pictura refert, quæ tradita libris,
Veram vetusti temporis monstrat fidem.*

Porro quod ad sacras imagines spectat, Adrianus Papa huius nominis Primus in iam laudata ad Carolum Magnum epistola, Cælestinum notæ sanctitatis Pontificem, qui anno Domini quadringentesimo vigesimo quarto Ecclesiam rexit, sacris quidem imaginibus Cæmeterium, quod extruxerat, exornasse his verbis asseruit: *Iterum, de sancto 3. Concil. sanctus Cælestinus Papa proprium suum Cæmeterium picturis decoravit, &c.*

16 Præclarum vero est, ac perenni memoria dignum, quod S. Ioannes Damascenus perantiquo sacrarum imaginum vsui testimonium affert oratione tertia de eisdem Imaginibus, ex vita sancti Basilij his quidem verbis: *Quod autem imaginum institutio non noua, sed prisca sit, & apud sanctos, & eximios Patres nota & vsitata, discite ex ijs, quæ in vita Basilij ab Helladio eius discipulo, in Pontificatuque successore scripta sunt. Pius enim vir, ut ipse narrat, Domine nostræ astat imagini, in qua Mercurij etiam celebris Martyris figura descripta erat. Astat autem supplicans, ut impius Iulianus Apostata tolleretur. Ex qua quidem imagine didicit, quod esset euenturum. Vidit enim martyrem exiguum ad tempus obscurum, non autem multo post hastam cruentam tenentem, &c. Eadem plane beatissimi Mercurij martyris manu, teterrimi Iuliani Apostata impietatem vindicantis è Cælo præstita è eiusdem S. Basilij gestis, quæ sub Amphilochoij nomine circumferuntur apud Sozomenum histor. lib. 6. cap. 2. & Niceph. lib. 10. cap. 34. & 35. ut omnimoda sit lectori fides, eiusdemque plane argumenti verba recitantur.*

17 His autem ad magis magisque comprobandum venerandarum cultum imaginum subtexere libet, quæ conspicuæ vir sanctitatis Theodorus Studita, oratione contra Leonem Armenum, quam supra reulimus, asserit, nimirum post Lucam Euangelistam pingendi arte egregie excultum, ac de re sacra optime meritum, alios insuper sacris pennicillo efformandis imaginibus operam contulisse; hæc sunt autem eiusdem verba: *Alijque Dei nutu quamplurimas ima-*

Imagines Petri, & Pauli Apostolorum Constantino inspicendâs oblatæ.

Adr. Pap. 1. ep. ad Const. et Iren. I. Sa. Chrys. or. pro Meletio.

Ven. Fortun. 1. 4 in vit. S. Marti.

Prud. de S. Cassian. Historia Cassiani depicta.

S. Cælestinus Papa Cæmeterium picturis adornat.

S. Basilus imagine S. Mercurij et Iuliani Apostatae telligit.

S. Io. Damasc. 3. or. de Im.

Sozom. lib. 6. 2. Niceph. lib. 10. cap. 34. et 35.

Cultus imaginum alij mensuris probatur.

Theod. Stud. or. cont. Armen.

imagines sacras affatim effingendo, publice conseruatam eorum cultum conseruarunt: nec locus vllus est, non regia non domus, in qua diuinae imagines affixae non sint. Et paulo infra: Annis igitur octingentis, & eo amplius promulgatam, & ab omnibus receptam, atque confirmatam imaginum venerationem, tanquam vna cum Christianismo auctam, & propagatam, vno siquidem, parique gressu incesse- runt Christianismus, & imaginum efformatio. Tu nunc temporis momento, solaque pro animi tui libidine tollenda e medio censuisti? &c. Vides quo studio, qua contentione sacrae iugiter in orthodoxae Ecclesiae sanctuario imagines Christiano- rum manu appensa, ac dedicatae sint? Intelligis quot, & quantos antiquus earundem cultus catholicae ad stipulatores veritati obtineat? vt iure merito pro eiusdem sancti Patres, cum res exigeret, ca- lamo, & penicillo non secus, ac gladio certatim dimicare non dubitauerint.

18 Innumeræ quippe sanctorum Pa- trum, atque Oecumenicorum Concilio- rum miri ponderis sententiae ex antiquis rerum historicarum promptuarijs sup- petunt, quæ hic de recolendo imagi- num vsu coaccruari, ac in medium pro- ferri queunt, & ex Nicæno Secundo præ- fertim Concilio, vbi in singulis fere Oe- cumenicæ Synodus eiusdem Actionibus de iisdem passim agitur: verum cæteris omnibus silentio obuolutis, ea hoc potif- simum loco meminisse sufficiat, quæ in- sexta Concilij eiusdem Actione his ver- bis leguntur: *Epiphanius ait: Vtinam erubescant, cum in priscos Christianorum mo- res inspiciunt, qui nunc dici volunt hoc no- mine: sane non damnarent picturarum appa- ratum, qui ab eo tempore fuit, quo prædica- tum est Euangelium. Nam ab eo tempore, quo celebrata est sacrosancta Synodus, usque ad conciliabulum, quo hi conuenere, qui con- tra sacras imagines steterunt, non plus quam septuaginta anni lapsi sunt. Omnibus au- tem notum est illis annis sanctorum picturas non fuisse contemptas: omnibus, inquam, notum est, verum ab illis temporibus, immo, vt verius loquar, ab Apostolorum prædicatione extiterunt, &c. Parem igitur, vt ex dictis liquet, venerationem sacris imagi- nibus, ac ipsismet Euangelicis tabulis antiquitas ipsa conciliat, & fidelium ani- mis æquo studio vtraque colenda, & exci- pienda suadet. In præmemoratis autem*

Concilij actis hæc infra: *Videmus igitur omnes, & intelligimus, quod & ante sacras sex Synodos, & post has etiam sanctorum picturæ in Ecclesijs tradite fuerint, non aliter ac sacra Euangelia. Nam quæ leguntur, vbi ad aures venerint, ad animum dein- de legamus, & transmittimus, & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur, atque ita per duo ista inuicem consequentia, lectionem, inquam, & pictu- ram, vnam cognitionem acquirimus, quæ ad recordationem rerum gestarum peruenitur. Hæc ibi, quibus profecto sacrarum imagi- num antiquitas, & cultus itidem, vt videre est, locupletis testimonio conuincitur. Demum propositi nostri assertio, vt vno verbo rem conficiamus, aurea illa, intimisque imprimenda præcordijs Isidori Pelusiotæ sententia comproba- tur, quæ in prima eiusdem Concilij actio- ne, ingenti quidem omnium plausu ex- cepta est, & a Gregorio Pessinuntis Epi- scopo, & deinde ab eodem Ioanne Da- masceno eadem oratione tertia velut di- uinæ vocis oraculum summopere cele- bratur, his plane verbis contenta:*

Aurea Pelu- siotæ & Io. Da- masceni de vsu Imaginū in templis sen- tentia.

Templi nulla ratio, quod non coronat imago.

Et hæc passim de antiquo sacrarum imagi- num cultu orthodoxi Patres perorasse visi sunt, quibus pro corona Laetantij & Paulini sacras Cœmeteriales Tem- plorum imagines adumbrantiū carmina isthæc inscribimus. Laetantius enim anti- quissimus inter scriptores, vt Baronius in suis Annalibus ait, Redemptoris cruci affixi imagines in Templis reptæsen- tari consueuisse his carminibus refert:

Laet. car. de pass. Dom. Bar. to. 2. ann. an. 57. n. 117.

Quisquis ades, medijque subis ad limina Templi

Siste parum, in fontemque tuo pro crimine passum

Respice me, me corde, animo, me pectore serua.

Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos,

Huc veni.

Huic pariter Paulinus iisdem plane sen- tentijs subscribit, cum de Basilicis picturis excultis in hæc verba loquitur:

Paulin. ep. 12. ad Senat.

Cerne coronatam Domini super atria Christi

Stare crucem, duro spondentem celsa la- bori

Præmia tolle cruce, qui vis auferre coronam.

Crux igitur in Templis Christianorū veluti laborū corona affabre pingi consuevit, & hanc nos interim pro sacrarū imaginum cultu nostris hīc paginis triumphalem veluti coronam perpetuo suscipiendam affigimus. Si quis vero plura de sacris imaginibus nosse cupit, Baronium in Ecclesiasticis Annalibus prolixius pro eisdem perorantem consulat, & de his hactenus.

CAP. V.

Quid sacrarum cultus Imaginum fidelibus præstet.



DE sacris quidem imaginibus, quibus Christianorum templa, & sacra item Cœmeteria splendide instruuntur, atque exornantur, ac de saluberrimo item earundem vsu (quod instituti ratio postulat) nūc verba facturi, hic præmittenda quidem a nobis foret enarratio, tum de iugiter prælitato recolendis imaginibus venerationis obsequio, tum de acerrimis æque ac diutinis contra pios earundem cultores hæreticorum conatibus: de condignis item pœnis a Deo vesanam impugnantium temeritatem vindicante inflictis; & de quampluribus alijs, quæ ad instituti propositum quoquo modo pertinet, sermonem prætexere opus foret. Verum cum plerique sanctorum Patrum, ac probatæ scriptores fidei refertos admodum de eisdem tractatus ex professo ediderint, vt breuitati consulamus, quid potissimum emolumenti Christianæ reipublicæ eiusmodi cultus conferat, & quantum ad fidei incrementum fidelium animis conciliandum proficiat, paucis demonstrare conabimur. Primum autem quod ad venerationem attinet, quæ iisdem impenditur, nullus profecto Catholicorum est, qui nesciat, haud in materiam, quæ sacris imaginibus substat, sed in earundem prototypum, & in id, quod aspicientium oculis, ac mentibus pariter repræsentatur, cultum hunc, ad

Quis sacris
Imaginibus
cultus ac quo
modo deferendus.

sum velut terminum ferri, vt apertissimis verbis in septima præmemorata Concilij Nicæni secundi actione præ cæteris dicitur; & nouissime sacrosancti Tridentini Concilij auctoritate sessione 25. de veneratione, huiusmodi edito canone sancitum est: Mandat Sancta Synodus omnibus Episcopis, &c. vt iuxta Catholicum & Apostolicum Ecclesie vsum a primæis Christianæ religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, & sacrarum Conciliorum decreta, in primis de sanctorum intercessione, inuocatione; reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu fideles diligenter instruant &c. quibus enarratis hæc paulo infra subiiciuntur: Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertiendam; non quod credatur inesse aliqua in ijs diuinitas, vel virtus, propter quam sint colende, vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat a gentibus, qui in idolis spem suam collocabant: sed quoniam bonos, qui in eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant: ita vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus & sanctos, quorum ille similitudinem gerunt, veneremur: id quod conciliorum, præsertim vero secundæ Nicænæ Synodi decretis contra imaginum impugnatōres sancitum est, &c. Isthæc sunt, quæ Concilium Tridentinum pro sacris imaginibus in Ecclesia colendis, retinendisque, ac de sacro & catholico earundem cultu patentissimis verbis decreuit.

2 Verum vt singula opportune discutiamus bona & commoda, quæ a sacrarum cultu imaginum Christiano orbi proueniunt; & de quibus hoc præsertim loco sermonem instituumus, gentilitiæ quoque ferre superstitionis homines ex ipsismet detestandæ idololatriæ imaginibus, quas colebant, accepta probe norunt, ac passim edisserendo cæteris contestati sunt. Quamobrem Cicero Catilin. 3. id hunc in modum exponens legitur: Tum ostendi Tabellas Lentulo, & quæsiui, cognosceretne signum? Annuit. Est vere, inquam, signum quidam notum: imago aui tui clarissimi viri, qui amauit vniuersam patriam & ciues suos: quæ quidem te a tanto scelere etiam muta reuocare debuit. Intelligebat quip-

Conc. Nicæni
25.

Conc. Trid. sess.
25. de vener.

Quænam
moda e.
Imaginibus
fideles præ
stant?

Cicero

quippe acuti vir ingenij, ac eruditionis eximia ipsismet proborum hominum petitas ab antiquitate imagines, oculis intuentium atque animis virtutum exempla, ac præclarissimorum facinorum memoriam ingerere, & alia quamplura ex earundem aspectu mortalibus commodorum emolumenta obuenire.

3 Sed, quæso lector, ab ethnicorum promptuarijs, vt res nostræ validioribus argumentis obsirmentur, ad sacrorum Conciliorum propugnacula, & ad sanctorum Patrum auctoritatē, quæ vim antiquis Ecclesiæ moribus acritibus affert, confugiamus, quibus exploratissimum quidem est, fidelium animos sacrarum imaginum aspectu Christianam pietatem, & deuotionis affectum mirifice edoceri, ad sectanda sanctorum vestigia incitari iugiter, ac mentes eorum, qui in terris degunt, facili negotio ad ecclesiā altius contemplanda oculorum duntaxat obtutu subleuari, & demum, vt vno verbo singula complectar, tantumdem vtilitatis ex ipso piarum imaginum aspectu percipi, quantum ex probatissimis quibuslibet libris, eorumque lectioe provenire cōsuevit; quod vt palam studioso lectori innotescat, nonnullas hic antiquorum Patrum sententias, ac recolenda orthodoxorum Conciliorum decreta in medium proferemus.

4 Vt huic autem enarrationi velandantur, primo quidem loco repetenda nobis videntur, quæ disertissimus vir Gregorius Nyssenus oratione in Theodorum Martyrem egregie perorauit, vbi post narratam templi, quod Martyri dicatum fuerat, amplitudinem, in quo pariter suspicienda beati eiusdem Theodori mart. acta picturis affabre expressa cernebantur, isthæc subnequit. *Pictor artis sue flores in imaginibus exprimens, res Martyris præclare gestas, labores, cruciatus, immanes tyrannorum aspectus, impetus, ardentem illam, & flammam euomentem fornacem, beatissimum athletam, Christi que certamini præsentis, ac præmia dantis humana formam imaginis. Hæc, inquam, nobis tanquam in libro loquente, artificioso describens, Martyris certamina sapienter exposuit. Nouit enim etiam pictura tacens in parietibus loqui, & vtilitatis plurimum afferre.* hæc ad rei nostræ propositum Nyssenus. Magnus

quoque Basilius homil. in xl. Martyres Gregorio in hæc verba subscribit: *Nam magnifica in bellis gesta et oratores sapientissimi, & pictores pulcherrime demonstrant; hi oratione, illi tabulis describentes atque orantes, amboque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim sermo historie per inductionem, eadem & pictura tacens per imitationem ostendit. Picturis igitur tacita vox inest ad promenda fidei arcana, & ad Martyrum Christi certamina condignis laudibus prouehenda & quod eloquio Rhetores, hoc visu sacræ piorum mentibus imagines præstant.*

5 Quod plane disertis verbis laudatissimum illud Ecclesiæ lumen Gregorius Magnus in suis epist. asserit, dū Serenum Massiliensem Episcopum, qui impio temeritatis ausu venerandas sanctorum, imagines confregerat, acriter perstringens, hæc aduersus petulantem hominem verborum iacula intorquet: *Idcirco enim pictura in Ecclesijs adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, siletem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Codices igitur ac picture in Ecclesiæ sanctuario parem vim ad imperitorum, animos edocendos, commonendosq; obtinent. Sed Gregorio Magno pro factis imaginibus alter eximia sanctitatis Gregorius Papa Secundus ad stipulator accedit, qui prima ad Leonem Isauricum epistola ijs, quæ supra recitauimus, ad sacras tuendas imagines isthæc subinfert: *Dicis nos lapides & parietes ac tabellas adorare: non est ita, vt dicis, Imperator, sed vt memoria nostra excitetur, & vt stolidi & imperiti a crassa que mens nostra erigatur, & in altum prouebatur per eos, quorum hæc nomina, & quorum appellationes, & quorum hæc sunt imagines, &c.* Lapidis quippe, tabellæ, ac parietes, qui sanctorum gesta coloribus adumbrata præferunt, nos ad eorumdem memoriam, imitationemque salubriter, efficaciterq; promouent. At isthæc de imaginibus exposuisse Gregorius Pont. haud satis ratus, secunda ad Imperatorem eundem conscripta epistola de antiquissima Christianorum vsu recepta consuetudine, pueros videlicet sacrarum imaginum ostensione erudiendi, hæc asserit: *Quid enim, inquit, non sunt Ecclesiæ? nonne res manifestæ, lapides, ligna, paleæ, lutum & calx: verum picturis, historiisque miraculorum a fanclis edi-**

Pictores Tabulis idem quod oratores verbis præstant. S. Basilius hom. 27. in SS. quædraginta mart.

Imagines sacræ in Ecclesijs quem vsu præstant?

S. Greg. lib. 7 ep. 110.

S. Greg. Pap. 2

idem.

nicilia & res sacræ in imaginibus appropinquat.

ago Sancti Theodori.

Greg. Nyss. in 3. Theod.

editorum, & Christi passionum, & sanctæ gloriose Matris ipsius sanctorumque Apostolorum exornatae sunt; & in picturas & historias homines facultates suas insunt, & pueros paruos nuper baptizatos in vlnis suis tenentes; it emque florentes etate iuvenes, & ex gentibus diuersis profectos, viri, mulieresque indicatis digito historijs eos edificant, eorumque mentes, & corda sursum ad Deum erigunt.

6 Porro de iisdem pueris sacrarum imaginum exhibitione Christianæ fidei rudimenta edoctis, & religionis orthodoxæ dogmatibus, nec nouipietatis ac opportuno reliquarū virtutum alimento veluti paruulis lacte imbutis Gregorius, quem meminimus, iam pridem ad ipsummet Leonem scripserat, admirandum eorumdem animi ardorem his plane notis eleganter adumbrans: *Obito, inquit, scholas eorum, qui elementis imbuuntur, & dic: Ego sum euesor, & persecutor imaginum; & confestim tabellas suas in caput tuum projicient.* En vt Christiana pietas ipsis infantium animis insidens, sacrarum imaginum propugnatores efficit, eorumque imbelles dexteræ in religionis obsequium armat.

7 Quod autem quique fidelium pietatis affectum, ac ipsammet deuotionis gratiam è sacris iugiter imaginibus haurirent, idem Gregorius in epistola, quam supra laudauimus, de seipso loquens, hæc scribit: *Nos ipsi cum Ecclesiam ingredimur, & miraculorum Domini nostri Iesu Christi picturas contemplamur, ac sanctæ Matris eius, Dominum Deumque nostrum lactentem in vlnis habentis, angelosque circumstantes, ac ter sanctum hymnum canentes, non sine compunctione regredimur.* Consulendus item nobis est Adrianus Papa Primus epistola ad Carolum Magnum, cui sacras ille dono imagines transmiserat, qui earundem cultum egregie inculcat: *Dum nobis, ait, illa pictura, quasi scriptura ad memoriam fidelium Dei reducit, animum nostrum, aut de resurrectione letificat, aut de passione demulcet.* Vtinam fideles Gregorij permoti exemplo, venerandas Christi imagines haud curiosis duntaxat oculis, sed oculis, ac pijs quoque animi motibus delibare, ac pertinere contendant.

8 Sed quæso, pie lector, Ioannem Damascenum præcipue sanctitatis virum

constantissimum vtiq; præ cæteris sacrarum imaginum propugnatorem, diserte ac iugiter pro earundem cultu perorantem audianus. Hic etenim de proficuo earundem vsu sermonem inlituens, satis superque piorum hominum consuetudinem ingerit, atque commendat: *Imagines, inquit, sunt monimenta quædam.* Etenim illiteratis hominibus hoc sunt, quod literatis libri, & quod auribus oratio est, idem est oculis imago. Et hæc infra ad rei propositum subiecit: *Quibus verbis clarius demonstrari potest imagines apud homines illiteratos, ac rudes, esse veluti libros, & sanctorum honoris esse minime mutos lucinatores: quippe quæ tacita quadam voce doceant, aspectumque sanctum reddant.* Ego, cui nec suppetit librorum copia, nec legendi spatium, quique rationum, & argumentorum aculeis tanquam spinis enecari sentio, in communem animorum medicamenta continentem officinam, hoc est Ecclesiam, ingredior. Ad spectandum me alliciunt picturæ flores, ipse tanquam in prato oculos meos oblectant, sensum instillant animo gloriam Dei. Contemplor fortitudinem martyrum, coronarum præmia considero, & tanquam igne incendorum emulandi cupiditate, atque prostratus, & supplex per martyrem, Deum adoro, salutemque percipio. Idem insuper Damascenus lib. de orthodoxa fide idiopium constanter repetit, dicens: *Verum quia non omnibus hoc contingit, vt literas norint, ac lectioni operam impendant, idcirco sanctis Patribus visum est, vt refrigerande quamprimum memorie causâ, hæc tanquam præclara quædam trophæa in imaginibus pingantur.* Huc vsque Damascenus, strenuus pro antiquo venerandarum imaginum cultu propugnator. Præmemoratis autem Patribus Beda quoque mirum in modum adstipulatur, dum libro, quem de Salomonis Templo conscripsit, isthæc ait: *Imaginum aspectus multum compunctionis solet præstare contuentibus, & eis, qui literas ignorant, quasi viam Dominicæ historie pandere lectionem.* Rudes igitur, qui pietatem addiscere, & arcana fidei mysteria haurire cupiunt, sacras, librorum, ac scripturarum instar, picturas consulant.

9 Denique vt valida Conciliorum auctoritas sanctorum Patrum sententijs clypei, & coronæ instar accedat, in ipso quoque Concilio Secundo Nicæno

Pueri, & rudes
offensis picturis
ad imitationem
bonorum accenduntur.

Zelus puero-
rum contra
Iconoclastas.

S. Greg. ep. 1.
ad Leonem.

S. Gregorius
II. ad speculum
sacrarum ima-
ginum in pie-
tatem fertur.

Id.

Adrian. Pap. 1.

S. Io. Dama-
scenus plus e
imaginibus
quam illis
se perciper
affert.

S. Io. Dama-
scenus. l. de ima-
g.

Io. Dama-
scenus. l. de
orthod. fide.

Beda. de T
pio Sai. c. 1.

Greg. Nicæ-
no. c. 4.

fre-

frequenter admodum de bonis, quæ ab imaginum vſu orthodoxorum menti proueniunt, diſſeritur, ſed præcipue in Act. 4. vbi Gregorius Diaconus D. Gregorij Nyſſeni teſtimonium in medium protulit, de piſta videlicet Abrahæ hiſtoria Iſaac dilectiſſimum vltro immolare fatagentis, cuius quidem tabulæ aſpectu, in lacrymas conſectum proſilire cogebatur: cuius igitur verba libenti aures excipiamus: *Vidi ſæpius inſcriptionis imaginem, & ſine lacrymis tranſire non potui, cum tam efficaciè ob oculos poneret hiſtoriam.* Quæ quidem Nyſſeni verba, vbi primum Ioannes monachus audiſſet, factum admirans, in hæc protinus verba exclamauit: *Si tanto doctori hiſtoria inſpecta peperit vtilitatem, & lacrymas, quanto magis rudibus, & idiotis vtilitatem?* Hoc ipſum cum ſecum animo Theodorus Epiſcopus ſtudioſè peruolueret, ſacrarum vim imaginum, atque emphasiſ contentus, iſthæc conſtanti corde, ac libero ore pronunciauit: *Si Gregorius vigilantiffimus ad diuina oracula, inſpecta hiſtoria Abrahæ fleuit, quanto magis œconomia incarnati Domini noſtri Ieſu Chriſti Verbi Deoſtri a nobis inſpecta ad lacrymas, & vtilitatem contemplantes nos adhortabitur?* Vides vberriſimos è venerandarum imaginum fonte, honorum omnium, & ipſos lacrymarum riuos promanantes.

10 Haud hic tamen ſilentio obuolucnda ſunt, quæ in Act. 4. Nicæni Concilij Secundi, quod iam ſupra citatum eſt, exponuntur, vbi a Coſma Diacono, & cubiculario cgregium ſanctitati beati Nili, & imperterriti, conſtanti que euſdem animo teſtimonium condigno in medium præconio prolatum fuiſſe legitur, qui Olympiodorum Proconſulem eam ob cauſam acriter perſtrinxerat, quod profanas intra ambitum Eccleſiæ imagines coloribus exprimi permiſſet, quem ſalubriter deinde monuit, vt ſacras ibidem efformandas toto animi ſtudio curaret. Sed præſtat interim ipſamet Concilij verba pio lectori ſuggerere: *Coſmas ſanctiſſimus diaconus, & cubicularius accepto libro, legit e iſdem B. Patris noſtri Nili ad Olympiodorum Proconſulem verba. Noxi & veteris Teſtamenti hiſtoris hinc inde parietes Templi impleri, doctiſſimi pictoris opera delim: quo ſcilicet hi, qui literas non norunt, neque ſacram Scripturam legere*

queunt, contemplatione picturarum in memoriam reducant, quinam germane vero illi Deo per fortioſa facta ſeruiuerunt. Quod cum Adriani Papæ legati percepſſent, hæc dixerunt: *Tale etiam, qui nunc quieſcit, Conſtantine fecit. Nam cum templum Rome Saluatoris extruxerit, in vtroque pariete templi, hiſtoriam veteris & noui Teſtamenti inſcripſit: hinc quidem Adam exeuntem paraduſum, illinc vero latronem paraduſum ingredientem.* Quod ſapienti quidem conſilio nouiſſimis temporibus ſeruatū eſt, dum ſacroſanctam Lateranenſem Baſilicam a Conſtantino olim exadificatam, quæ ruinis patebat, ab Innocentio X. Pont. Max. qui feliciter nunc in Petri Cathedra ſedet, ſplendide inſtaurari cōtigit. A lateribus quippe euſdem Baſilicæ cuius vetuſtatem haud omnino ſoluendam, at diligenti opera, & ſtudio reparandam eſſe Anno Iubilæi quinquageſimo ſupra milleſimum ſexcentiſimum recurrente viſum eſt, ſacras euſdemodi hiſtorias præmemoratus Pontifex, ſanctorum exemplis inſilens, Eccleſiaſticæ antiquitati probe conſulens, reſtituendas voluit. Hinc videlicet Adæ præuaricantis, & inde Chriſti Domini proprio ſanguine Protoplaſti generis humani crimen expiantis imagines, vt apte ſibi è conſpectu tam noui, quam veteris Teſtamenti figuris, myſteriorumq; diuinorum ſymbolis reſpondentibus, antiquus Conſtantineanæ Baſilicæ (quæ omnium Eccleſiarum mater & caput eſt) ſplendor, ac ipſimet venerandæ antiquitati ſuus illibatus iugiter, vt loci maiestas exigat, decor perſeueret.

11 Demum, vt ſupremam enarrationi manum imponamus, verba, quæ in ſexta euſdem Concilij Actione de ſacrarum imaginum cultu, earumque commodis tanquam pretioſi auro lapilli inſeruntur, hic ſtudioſi lectoris iudicio expendenda in medium proferantur, quæ iſthæc ſunt: *Vidimus omnes, & intelligimus, quod & ante ſacras ſex Synodos, & poſt hæc ſanctorum picturæ in Eccleſia traditæ fuerunt, non aliter, ac ſacra Euangelij lectio. Nam quæ leguntur, vbi ad aures veniunt, ad animum deinde delegamus, & tranſmittimus, & quæ oculis videmus in picturis, ex quoque mente complectimur: ita per duo iſta inuicem conſequentia, lectiōnem, & picturam, vnam cognitionem acquirimus, quæ ad*

Imagines in Baſilica Lateranenſi olim depictæ.

Innocentius X. Pont. Baſilicam Lat. inſtauravit, & ſacris veruſque Teſtamenti hiſtoriis ornat.

Sacrarū imaginū vſus haud alteræ ſacra Euangeliorū lectio ab Eccleſia traditus eſt.

Conſ. Nic. Act. 6.

Gregorius I. Hiſtoriam Abrahæ, & e picturam ens lacrymæ contuic equit.

Nyſſ. de imag.

Nic. 2.

Olympiodorus Proconſul ſpicitur à Nilo ob inſaniam in ipſo imago permitteſ depi.

Nic. de imag.

ad recordationem rerum gestarum peruenitur. Unde ex duobus istis sensibus in Canticis Canticorum 1. & 18. inuenire licet efficacem coniunctionem. Sic enim ibi dicitur: *Ostende mihi faciem tuam, & audire fac mihi vocem tuam. Quibus & adiungimus illud: Sicut audiuius, ita & vidimus. Et demum his enarratis in vltima eiusdem Actionis periodo isthæc subtexuntur: Sancta & Dei Catholica Ecclesia ad penitentiam, & cognitionem obseruationis mandatorum Dei, omnes nostros sensus trahit, & fludet nos deducere, non modo per auditum, sed per visum, morum correctionem moliri cupiens. Quare cum ex auaritia, & habendi studio aliquis rapitur, Mattheum ex telonio Apostolum illi indicat: eodem modo Zacchæum. Ita imaginum pictarum iugis contemplatio continuo memoriam exercet, ne iterum reuertatur ad vomitum. Plura ibidem id genus, & quæ morum salubritatem animis ingerunt, exempla reuelantur, Iosephi nimirum Patriarchæ in Ægypto, Sufannæ, Danielis, Ioannis Baptistæ, & aliorum, quæ, vt breuitati consultum sit, dum ad earundem imaginum dilucidationem contendimus, & ne diutius in ipso itinere tramite immorari contingat, in alium locum reijcienda decruimus.*

12 Interim vero pro sacris imaginibus aduersus impios Iconoclastas vexillum crucis erigentes, illud ipsum quod Constantino Magno in certamen prodituro oraculum vcluti certum victoriæ omen diuinitus reuelatum est, lectorem auribus insonet: *In hoc signo vince.* Tutelares enim, ac victoriales clypei triumphantorum indices, ac signa sanctorum imagines sunt, quas Ecclesiæ parietibus appensas, exculpasq; passim cernimus, deuotaque mente suspicimus, dum propheticum illud interim meminisse iuuat: *Mille clypei pendet ex ea, omnis armatura fortium.* De sacris quippe imaginibus, quæ in templo exhibentur, idem prorsus nobis, quod de sacrarum Scripturarum codice ipsiusmet Gregorij Magni ore pronuntiandum est: *Ibi enim, inquit, facta, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantum proficimus, ibi a profectu quam longe distamus.* Narrat autem gesta sanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum, dumque illorum victorica facta commemorat, contra vitiorum prælia, debilia nostra confir-

mat: *fitque verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt.* Ita plane pictæ, coloribusque expressæ tabulæ, sacrarumque martyrum gestis obfignatæ, quibus Ecclesia instruitur, inertes Christianorum animos ad pugnam excitant, imbecillitatem cordis redarguunt, virtutum decorem, ac vitiorum turpitudinem ad viuû intuentibus ingerunt, & inspiciendo dumtaxat contingit, quod diserte Gregorius asserit: *Vt tot martyrum exemplis roborata mens minus inter certamina trepidet.* Vnicuique enim dum aspicit, tacito suppetit: *Aspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in muro monstratum est.*

13 Verum enim vero, vt nouissimis huius nostri seculi exemplis recolendus sacrarum imaginum cultus aduersus earundem insectatores valide comprobetur, nouis quidem quotidie signis, ac portentis, Virginis Deiparæ imagines in Vrbe coruscant: haud multis enim abhinc annis sub quouis Romano Pontifice sacra aliqua, ex antiquioribus præsertim eiusdem imaginibus, recens signis conspicua exitit, & vt cæteros Pontifices, quorum longa subtexi series posset, fileamus, satis notum omnibus est, qui Vrbeni incolunt, Paulo V. Gregorio XV. Urbano VIII. & demum Innocentio X. Summis Pontificibus, nonnullas imagines peculiarem sibi apud fideles nouorum ostensione signorum, venerationis cultum promeruisse. Sed quorum hic recolendam S. Dominici Confessoris, & sacri Prædicatorum Ordinis Patriarchæ imaginem silentio obuoluimus, quæ apud Surriannam in Calabria iugibus nunc miraculis præsulget, & frequenti totius Christiani populi obsequio, atque admiratione suspicitur. De Cælo quippe, vt pia traditio est, hæc primum sub anno redempti Orbis trigésimo supra sesquimillecimum delata, validissimum aduersus impios Iconomachos, in Ecclesia Dei propugnaculum, & nobile illibatæ Christianorum fidei intuentibus monumentum exhibet. At veneranda imago satis ruditer, ac minus compta, nec pennicillo, sed superum manu adumbrata, dextera librum, sinistra lilium præferret. Staturæ quidem mediocris, pulchro autem, & graui virum aspe-

Caup. 6. 1. et 18.

Cruce que Cōstantino Magno in acie apparuit.

Greg. Magni 13.

Greg. Magni 12. c. 1.

Affiduis sacrarum Imaginum cultum miculis Deus probat.

Imago S. I. Dominici Surriana.

CAP. VI.

De sacris Cœmeterialibus Imaginibus.

aspectu, habitu ad talos vsque protēso contemplandum offert. Eandem haud ab omnibus omnimode ex prototypo excipi, ac delineari posse, multiplicē quoque præferre aspectum, lucis itē radios e facie erumpentes a quibusdam conspectos fuisse, & haud semel imaginē ab vno in alium commigrasse locum, qui rem historice pertractant, asserunt. Porro eiusdē cultus in cuncto populo Christiano eum in modum percrebuit, vt sc̄ptura recurrente singulis annis beati Dominici die, ad centies mille, & amplius hominum multitudo illuc venerationis gratia confluat.



Enarratis hæctenus compertum sit recolentibus, vt opinor, haud otiose, & haud futilis ac vanæ, quod plerunque contingit,

curiositatis obtentu fidelibus, qui singulari pietate conspicui extitere, Cœmeteriales imagines in locis plerunque abditis, & procul ab hominum oculis, & commercio, cuiusmodi sunt Cœmeteria, efformari antiquitus consueuisse, in quibus ipsimet, dum acriores persecucionum procellæ ingruerent, tuto recepti, intra ipsosmet latebrarum sinus in meridie palpantes delitescerent. Verum enimvero id ab antiquis eam potissimum ob causam præstitum est, vt sacras iugiter imagines intuentes, ac suauissima earundem contemplatione animum demulcentes, vberima inde, quæ hæctenus enarrata a nobis sunt, commoda consequerentur. In pictis namque tabulis velut in libris, ac voluminibus cordati viri ac fidei lumine altius imbuti legebant, quæ beatissimus Christi Apostolus ad Titum scribens populos vltro docendos, exhortandosque monuerat: *Vt abnegantes, nimirum, impietatem, & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie in hoc seculo viverent, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Vides igitur, quæ & quanta ex ipso imaginum aspectu antiquis fidelibus subsidia suppeterent.

Hæc imagines peculiariter mysteria demonstrant.

Ep. ad Tit. c. 2.

2 Nam, vt rem altius repetamus, Imaginibus seruentiores illi Christianæ fidei cultores, emblematum, & hieroglyphicorum, seu parabolarum vice utebantur, quarum aspectu muto, vt ita dixerim, quodam vocis sono intimos cordis affectus intuentibus propinarent, sanctissimos videlicet antiqui Testamenti proceres, ac Prophetas in eisdem studiose efformandis æmulati; qui subobscura plerumque loquendi formula altiora quæque oracula proferentes, vt pote,

N n n ne

plaria
inis S.
inici Sur
mira

6. 7. 9.

14 Porro et si magnum est, quod hæctenus enarrauimus, maius tamen est, quod in rem præsentem nunc pio lectōri subiicimus: vt quid enim beatissimi viri meritis dignum eloquamur, haud eiusdem sacre dumtaxat imaginis prototypus nulla artificum inanū, ac cælitum, vt diximus, ministerio apud Surrianum effectus; signis quotidie illustratur, sed excerptum item ex cō pictorum studio exemplar, quod pie nunc in celebri Prædicatorum Ordinis Cœnobio apud S. Mariam, vulgo supra Mineruam de Vrbe asseruatur, assiduis hoc nostro seculo signis, vt innumeræ votiux appensæ ibidem in gratiarum actionem tabellæ testantur, non secus ac confertis gemmarum monilibus decoratur, & cum in dies rediuiua magis tantū viri in toto Christiano orbe merita, & memoria vigeat, illud iugiter intuentium animis ingeritur: *Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare.* Sancti item Antonij Patauini Ord. Minor. hoc præcipuo seculo signis, ac miraculis imagines in Ecclesia Dei illustres habentur. Et hæc vel obiter de sacra imagine hic pio lectōri, vbi de imaginibus sermo recurrit, delibanda volumus. Sed vt ad nostra redeamus, iam ad sacras Cœmeteriorum imagines contēplandas progredimur.

Christus Dominus parabolis ac figuris plurimam docebat.

Psal. 77.

ne facili isthæc negotio legentium auri-
bus intercepta vilescerent, arcana quæ-
dam ambiguis sermonibus adumbrare,
potius, quam fidelium auribus reuelasse
videbantur. Quinimmo hæc in re, vt
suo apte membra capiti cohererent, ip-
summet Christum Dominum parabolice
hisce figuris æmulari satagebant, quem
Regius Propheta Dauid in psal-
mis haud semel eiusmodi loquen-
tem notis inducit: *Aperiam in parabolis os
meum, & eruclabo abscondita a constitutione
mundi*. Quod frequenter quidem ipsum
Dominum, dum turbas alloqueretur,
præstitisse Matthæus, Marcus, & Lucas
Euangelicarum rerum scriptores, & con-
stantissimi diuinarum assertionum testes
affirmant. Porro ista parabolice loquen-
di forma, & consuetudo cum in modum
vsu recepta, & familiaris exitit Christo,
qui Dei, ac totius veritatis Verbum est,
dū inter homines in terris ageret, vt ip-
somet discipuli quantumuis rudes, ac mi-
nus sermonibus excultis, id aliquando ad-
mirantes, magistrum vltro interrogare
non dubitauerint: *Quare in parabolis lo-
queris? Quibus ille in hæc plane verba
responsum exhibuit: Vobis datum est
nosse mysterium Regni Dei, cæteris autem
in parabolis, &c.* Vt apud Matth. videre
est, ad quem pium lectorem remitti-
mus.

Matth. c. 13.

Quid potissi-
mum veteres
Christiani Ta-
bulis Cœmete-
rialibus do-
cuerunt.

3 Ex pictis igitur eiusmodi ima-
ginibus, de arcanis illibata fidei myste-
rijs, atque de humanæ, ac rationalis ani-
mæ immortalitate, ac de futura demum
corporum resurrectione intuentium ani-
mi mirifice instruebantur. Ad cuius po-
tissimum orthodoxæ veritatis mysterium
constantius asserendum, confirmandum-
que singulæ propemodum Cœmeteria-
les, vt infra patebit, imagines ex anti-
quorum instituto Patrum diriguntur.
Christiani vero, qui veteris Testamen-
ti figuras iam Christi aduentu adimple-
tas ex ipso imaginum aspectu probe di-
dicerant, easdem interim pijs oculis stu-
diosè contemplando, singulis quibusque
luctantis animi moribus sedandis, com-
ponendisque ad præscriptam rationis re-
gulam moribus, & rebus terrenis ac su-
tilibus floccifaciendis iugiter vacabant.
Præterea ad mortem, qua nil acerbius,
& cui se inuitabiliter ex vi ortus desti-
natum quiuis vnus probe norat, ad mor-

tem, inquam, pro Christo forti, libenti-
que animo subeundam se ipsos vltro in-
citare satagebant: spe insuper ad æter-
næ felicitatis præmia post exandatos hu-
ius vitæ labores, obtinenda erigeban-
tur, & demum ad sanctorum sectanda
vestigia, virtutumque omnium exem-
pla propensius æmulanda, sacrarum
imaginum aspectu pariter, & cultu pro-
uocabantur. Quæ quidem recolendæ
imagines in Cœmeterijs pictæ, vel in
Sarcophagis, cubiculisque affabre inscul-
ptæ, sua quæque diuinorum arcana my-
steriorum, mox a nobis, Deo fauente,
lectori dilucidanda continent.

4 Verum cum vna, eademque para-
bolarum, atque imaginum ratio haben-
da sit, quod & in parabolis vsuauit,
haud nobis singula ad animum expen-
denda sunt, vt ipsomet D. Chryso-
stomus Homil. 48. in Matth. his verbis af-
firmat: *Superius me dixisse memini, non
ad verbum exponendam esse parabolam, ne
multa sequantur absurda*. Quod idem san-
ctissimus doctor Homil. 63. in eiusdem
Matthæi cap. 19. hæc dicens reperit:
*In parabolis non oportet nimia in singulis
verbis cura peranzi: sed cum quid per para-
bolam intendit, didicerimus, inde vtilitate
collecta, nil vltius est anxio conatu inuesti-
gandum*. Quædam enim, vt experimen-
tum edocet, parabolicis interdum sermo-
nibus adijciuntur, non certe ad quid noui
designandum, sed vt elegantiam, pon-
dus & quoddam veluti complementum
ipsimet, quæ contexitur, parabolæ in-
teriecta conferant. Quod plane ipsi-
met imaginibus contingit, quibus varia
plerumque pro libito pictores parerga
additamentorum instar attexere con-
sueuerunt, haud rerum quidem signifi-
candarum gratia, sed vt ipsimet imagi-
nibus, quas coloribus exprimunt, deco-
rem, splendoremque concilient. Nos
igitur, quæcunque superuacanea sunt,
reijcientes, sedula duntaxat iudicij tru-
tina expendemus, quæ in iisdem effin-
gendis, componendisque auctores in-
tuentium tum oculis, tum animis con-
templanda exhibere voluisse arbitramur,
& ea potissimum, quæ sancti Patres erudi-
tione conspicui de huiusmodi imagini-
bus satis prolixè scriptis cõsignantes edo-
cuere, quorum præcipua tantum senten-
tiarum, quibus vsi aliquando sunt, verba
ver-

D. Chry-
48. in Ma

Id. hom. 4.
c. 19. Ma

verborumque ipsorum vim, cum de singulis suo loco agendum erit, in medium afferre pro viribus, vt studioso lectori fiat satis, conabimur.

CAP. VII.

De Adami & Euæ Imaginibus.

Mortem necessariam pro Christo vltro libenterque amplectendâ.



VT a recolendis igitur antiqui Testamenti imaginibus, atque ab ipsamet Protoparentis humani generis nostra initium desumat oratio; primo quidem loco eorum, qui primatum sibi iure merito inter cæteros vindicât, Adami scilicet & Euæ imaginum contemplanda lectori mysteria, sese offerunt; quæ nimirum in sacris Cæmeterijs frequentius, quam reliquæ omnes coloribus adumbratæ, & in parietibus effictæ vel certe marmoreis monumentis insculptæ visuntur. Has porro ad allegoricum, seu tropologicum intellectum salubriter deriuantes, hæc, quæ a nobis infra subijcientur, descriptis potissimum imaginibus prænotari existimauimus.

Adam & Euæ sicque.

nam per significat.

1.

im nemo esse homi-

2 Certam in primis atque inuitabilem mortis, cui omnes additi sunt, pœnam. Cum enim fidelium quisque, qui tunc viuebant, pictam Adami imaginem intueretur hanc suspiciendo tacite admonebatur, vt serio apud semetipsum primæuæ omnium originis memoriam refricans recoleret, quod ab eo progenitus vitam hanc hauserit, quem ex humo vili admodum pulueris admixtione concretum, in humum tandem ac puluerem turpiter solui, diuino vrgente in admissi fecleris vltionem imperio, contigit. Intorferat enim Deus, cum se contemptui a protoplasto habitum cerneret, hanc in eundem sententiam: *In sudore vultus tui veseris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quapropter cum mortalium nemo mortis fatum, quod velit, nolit necessario impêder, subterfugere valeat, & quam primæuus omnium parens præuaricando pœnam in orbem

inexit, subire cogatur, optimo ac salubri quidem consilio negotium animæ agebatur, si vitam, quæ tandem aliquando reluctante licet animo mortis salce amputanda est, vltro libenterque pro Christo, pro quo mori (vt Apostolus ait) *lucrum est*, perennis vitæ suffulti spe, atque immortalitatis laurea donâdi profunderent. Quod quidem vbi semel inuentium menti studiose præconceptum infedisset, ad acerbiora, quæ ingruerent, certamina, & ad martyrij agonem alacriter subeundum tum vnicuique Christianorum tum maxime primæuis illis orthodoxæ fidei Patribus, qui inter luctus passim abrepti ad necem tyrannorum edictis expetebantur, vt futilem hanc nimirum perituramque vitam contemnerent, stimuli instar inciramêto esse, & quamplura inuentium animis Christianarum virtutum subsidia atque incrementa poterat.

3 Vt hic autem singula, quæ ad ipsius Adæ historiam atque imaginem spectant, lectori suggeramus; illud sane præcipua animaduersione dignum videtur, quod post violatam diuini numinis sanctionem, diuinarum scripturarum paginis enarrantibus, Adamo contigisse didicimus. Statim quippe his potissimum a Deo verbis compellatus est: *Adam vbi es?* Quæ quidem verba paternorum viscerum, atque intensissimi amoris vim, ac sensum præsetulisse Chrysostomus in suis ad populum homilijs hunc in modum pronunciat: *Non tantum prior vocans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans, & dicens: Adam vbi es? Amorem suum, & multam curam ostendit: iam enim omnes nostis, quod hoc est legitime amicitie indicium.* Et infra: *Vicissim odio habentes, & inimice erga quospiam affecti nec nominorum, qui se lesere, ferunt commemorare, Ideo Saul non dixit: Vbi est David, sed vbi est filius Isai? Et Iudei non dicunt: Vbi est Iesus? sed vbi est ille. Sed Deus in hoc demonstrare volens, quod nec peccatum amorem extinxit, inquit: Adam vbi es? Quæ quidem prolata a nobis in medium Chrysostomi enarratio haud parum solaminis quauis criminum labe obnoxij, vbi ad salutaris pœnitentiæ, quæ cuique patet, remedia conuolant, & maximum spei ac fiduciæ robur eorundem animis ingeritur, si ad eum, qui misericordiarum Pater est, & Deus*

Paterna Dei misericordia in Adamum.

D. Chrysostomus 7. ad pop.

Id. Chrys.

totius consolationis supplici, conritoque corde confugiant. Verum si iisdem paululum verbis vnà eum Augustino insistamus: *Adam videlicet vbi es?* quæ ipse de Genes. ad lit. l. xi. cap. 34. & lib. 83. Quæstion. quæst. 65. edisserens, *Increpantis ait esse, non ignorantis.* Dum ipse Adam a Deo rationem de præcepti præuaricatione reddendam euocatus obijcitur eundis, id sane maximum vnicuique timorem ineuitet, atque in mentem protinus illud Apostoli reuocabit: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum.* Quis enim non videt, quod si altius animo diuini, ac formidabilis iugiter iudicij econtemplatio insit, salubris inde culparum metus exorietur, & ex metu postmodum Spiritu Sancto afflante charitas erga Deum conciliabitur, iuxta illud: *Perfeda charitas foras mittit timorem.* Verum quoniam hic de primævis adhuc parentibus sermo recurrit, quorum tam frequens apud Christianos persecutionibus impetratos memoria extitit, in Cœmeterialibus quidem imaginibus Adamus & Eua nudi plerunque exhibentur, vt apud sacram Genes. verbis illis aperte describitur: *Erant autem vterque nudus; Adam scilicet & vxor eius, & non erubescabant.* Quod sane haud peculiari mysterio vaeuum pronuntiandum est. Qui quis enim ipsam Adæ figuram oculos studiose intenderet, illud eaute præmonebatur, vt natiam videlicet, congenitamque sibi nuditatem meminisset, qua in terrarum orbem ex ipso matris vtero prodijt; & cui iterum sub extremam vitæ periodum additus, obuiente rerum omnium, quas opipare obtinebat, iactura, hinc demum omnibus terrenis exspoliatus miserrime inops e vita abire cogetur, iuxta illud Iob. 1. *Nudus egressus sum de vtero matris mee, & nudus reuertar illuc.* & iuxta illud item Apostoli ad Timoth. 1. cap. 5. *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possimus.* Ad quod sapienter Ambrosius quoque in suis in Dauidicos Psalmos dilucidationibus alluisse visus est his plane verbis: *Diuitia hic acquiruntur, hic relinquuntur.* Quapropter cum his omnibus orbari hominem aliquando eotingat, ne utiquam eos, qui Christianam fidem

colerent, nimis dolere, ac tædio gentilium more affici par erat, si sponte pro Christo, firma tamen subsecutoræ mercedis spe erecti, futilia despicerent, quæ vel inuiti tandem ac nolentes irreparabiliter amissuri fuerant, quo potissimum miserrimæ humanæ conditionis exemplo imbuti, eum fidei insectatores, quæ ipsi possidebant, bona diriperent, & in Christianos, per summam iniuriam, facultatibus eisdem exspoliando, sæuissent, rapinam bonorum, vt Apostolus ait, cum gaudio susciperent.

4 Ad huius autem rei propositum, concinne facit, quod D. Ambros. Comment. in Luc. lib. 4. cap. 4. Christum vestibus nudatum e cruce pendentem, ac nudatum pariter in paradiso voluptatis Adamum recolens, verum cum eundem inde eijci contigit, pelliceis tegumentis indutum econtemplans, verbis hisce proloquitur: *Nudus, inquit, ascendit Christus: nudum ecce video.* *Talis ergo ascendat, qui seculo vincere paratus est, seculi indumenta non querat.* *Vicitus est Adam, qui vestimenta quæ sinit, fecerunt enim sibi perizonata: vicit ille, qui vestimenta deposuit.* *Qualis in paradiso homo primus habitauit, talis ad paradisum homo secundus intravit.* Quibus sane verbis, vt lector vides, ad retum omnium, quæ in seculo sunt, despicientiam egregio primævi parentis symbolo fidelium quemque viriliter prouocat.

5 Illud vero expendendum nobis est, quod inter Adamum & Euam verita insuper noxialis pomi arbor, eidemque stygius anguis circumuolutus affabre pingitur, & interdum quoque, vt in septima Monumentorum Cœmeterij Callisti tabula videre est, ipse tserpens interdictum ore pomum præsert, quod Eux, vt eamin erimen, ac ruinam pelliceiat, fraudulenter blandiendo exporrigit. Huiusmodi autem symbolo haud obscure laureari illi, præstātesq; Christi athleta ac Martyres nobilissimi vim mysterij, quod oculis exponebatur, probe intelligentes, futilia profas, vt nobis quidem existimare fas est, ac nullius quidem momenti, immo potius noxia euncta, funestaq; esse, quæ e mentis ad seducendos Christianorum animos fucis tyrannimunera offerrent, ac demum mollissimas, pomorumq; instar putrescentes huifec seculi voluptates, ac blanditias

Aug. de verb.
Gen. ad lit. l.
11. c. 34. et l.
83. q. 65.

Apo. ad Cor.
1.

Gen. 2.

Rerum huma
narum con
temptus.

Iob cap. 1.

Ad Tim. 1. c. 5.

Apo. ad

Mundi. & o
nium eius d
liciarum d
spicientia.

D. Ambros.
in Luc. l. 4.

Praua cac
monis te
tio.

cau-

caute deuitandas edocebantur, vt pote quæ diuinis legibus aduerfando, velut pabula serpentinis infecta venenis, acerbis ærumnarum moleftias inferrent, ac multiplicia damnorum incommoda parerent, quæ haud vnquam refici, vel compenſari queant. Quibus bonorum temporalium fucus, ſi vltro, quod ſenſus noſter ſuadet, exceipendis manum atque animum exhiberent, futurum profecto foret, vt pœnas, ac momentaneos certaminum labores eſſugerent, haud tamen deplorandam animæ mortem, ac æternos inferni cruciatibus, qui delinquentibus referuntur, euaderent. Quapropter miſerandum Adami caſum iugiter deſſendo, eiufdemque intuentes acriter exemplo perurgente, hominum impiorum munera, quæ perniciem blande propinant, forti conſtantique animo reſpuerent, ne videlicet animæ ſalutem venalem facerent, ac permanſurum prore ſucili regnum diſtraherent, illud audacter ſibi iſthæc exhibentibus inclamantes: *Diſcede a me pabulum mortis: & illud ad latentes præcauendas infidias probe meminiffent, videlicet: Diabolus porrigit tibi pomum, & ſurripit paradifum.*

6 Præterea ipſius Adami effigie Chriſtum Dominum, & Eux figura Eccleſiam præſignari concors eſt, acceptaque ſanctorum Patrum ſententia, quorum prolixior hic catalogus recenſeri poſſet, ſed præcipuos ad rei noſtræ proſiſtitum oportune loquentes gratis, ſi liber, auribus exceipiamus. Et quidem incomparabilis vir eloquentiæ ſæros inter doctores Ambroſius, mira verborum vi ipſi Adæ Chriſtum Dominum, diſeritiſque ſententiarum rationibus comparat, dum loco, quem ſupra citauimus, hæc ſubiicit: *Ex terra virgine Adam, Chriſtus ex Virgine: ille ad imaginem Dei factus: hic imago Dei: ille omnibus irrationabilibus animalibus: hic omnibus animantibus antelatus: per mulierem ſtultitia: per Virginem ſapientia: mors per arborem: vita per Crucem, &c.*

7 At idem plane ad rem noſtram Auguſtinus in pſalmos his verbis inſinuat: *Quia Adam forma erat futuri, & Adam dormiuit quando de latere eius Eua facta eſt. Adam in figura Chriſti, Eua in figura Eccleſiæ: vnde eſt appellata mater viuentium. Quando fabricata eſt Eua? Dum*

dormiret Adam. Quando de latere Chriſti Sacramenta Eccleſiæ profuxerunt? cum dormiret in cruce, &c. Hæc ibi, plura item ſermonem 101. de tempore poſt 3. Dominic. Quadrageſ. hunc in modum proſequitur: *Quod iuſte debebat Adam, Chriſtus iniuſte, mortem ſuſcipiendo, perſoluit. Ille extendit manum ad pomorum dulcedinem: iſte ad crucis amaritudinem. Ille arborem necis: iſte ſalutis oſtendit. Ille contra Deum erexit, & excidit: Chriſtus ſe humiliavit, vt omnes erigeret. Adam mortem vniuerſis intulit, & Chriſtus vitam omnibus reparauit, &c.* Conſulendus inſuper eſt ſanctiſſimus doctus libro de ſymbolo ad Catechumenos, vbi iſthæc: *Iſſeſem gradibus, dilectiſſimi, quibus perierat humana natura, a Ieſu Chriſto Domino noſtro reparata eſt. Adam ſuperbus: Chriſtus humilis. Per feminam mors: per feminam vita. Per Euan interitus: per Mariam ſalus. Illa corrupta ſecuta eſt ſeducitorem: hæc integra peperit Saluatorem. Illa poculum a serpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo ſimul mereret occidi: hæc gratia caeleſti de ſuper inſuſa vitam protulit, per quam caro mortua poſſit reſuſcitari, &c.* Sed hæc hætenus de Adamo humani generis protoplaſto Auguſtinus.

8 Conueniamus hic interim Chryſoſtomum aureo quidem ore ſingulas Adæ prærogatiuas iuauiſſimis verbis perſonantem; quippe qui homil. de interdita arbore ſic habet: *Mors per Adam, vita per Chriſtum. Euan ſerpens ſeducit: Maria Gabrieli conſenſit: ſed ſeducitio Eua attulit mortem: conſenſus Mariæ peperit in ſeculo Saluatorem. Reſtauratur per Mariam, quod per Euan perierat. Per Chriſtum redimitur, quod per Adam fuerat ante contractum. hæc vtrique ad rem Chryſoſtomus. Hacigitur potiſſimum de cauſa factum eſt, vt ſapientiſſimi Patres, ipſarum e regione imaginum, quibus Adam & Eua exhibebantur, ipſuſmet Deiparæ Virginis imaginem aliquando coloribus adumbrarent, vt in ſeptima Cœmeterij Calliſti tabula videre eſt. Quam item ob rationem enarratum myſterij ſymbolum vclut digito demonſtrans concinne canit Eccleſia:*

*Quod Eua triſtis abſtulit
Tu reddis almo germine,
Intrent vt aſtra ſtebiles*

Aug. ſer. 101.
tempore.

Maria Virg. &
Eux Anti-
theſis.
Aug. l. de ſym.
ad Catech.

S. T. Chryſ.
hom. de interd.
arb.

Hyſt. de B.
Virg in Brev.
Rom.

Celi fenestra facta es.
 Nec in Cœmeterialibus tantum Cubiculis Deiparæ filium gestantis imaginem, quæ Euæ pomum præferenti obijcitur, sed signatorij insuper in annulis Christiani mysterium recolentes delineabant, vt ex antiquo hoc patet annulo, qui rudi quidem manu, aurea tamen Christianorum secula prænotans è stano cōfectus, inter Cœmeteriales exuias adiuuentus est, cuius hic tibi iconem nobis ab Illustrissima Felice Rondanina exhibitam, contemplandam offerimus.



Aug. l. 3. c. 4. et
 9. traçt. de
 symb. ad Cat.

Quo scilicet probe illa Augustini verba Deiparæ imaginem respiciendo vnusquisque recoleret: *Per feminam*, inquit, *mors*, *per feminam vita*: *per Euam interitus*, *per Mariam salus*: *illa corrupta secuta est seductorem*: *hec integra peperit Saluatorem*. *Ille populum a serpente libenter accepit*, & *viro tradidit*, *ex quo simul mereretur occidi*: *hec gratia celesti desuper infusa vitam protulit*, *per quam caro mortua possit resuscitari*, etc. Verū quoniam Patres hic recentemur, qui ipsius Adæ & Euæ imagines sapienti calamo dilucidarunt, his quoque Bernardus mellifluo dicendi stylo haud vlli secundus subscribit: hic enim Homil. quam edidit super Missus est, ad umbratæ figuram imaginis recognoscens, his plane verbis Adamum compellat: *Quid dicebas o Adam? Mulier, quam dediisti mihi, dedit de ligno, & comedi; verba malitiæ sunt hæc &c. Redditur femina pro femina, quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitæ, & pro venenato cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo iniquæ excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Mulier, quam dediisti mihi, dedit de ligno vitæ & comedi; & dulce factū est super mel ori meo; quia in ipso viuificasti me. Vides, o lector, ex noxiali pomo nobis Euæ manu propinato viuificum optatæ salutis antidotum ipsius Deiparæ suffragio salubriter præstitum.*

D. Bern. hom.
 20. sup. missus
 118.

9 Demum vt cuncta hic mysteria in medium proferantur, quæ sub descripta

Adami imagine cordatis viris antiquitus contemplanda suppetebant. Vt a præcipuo exordium sit, Resurrectionis mysterium, eo quod Adamus Christum, tum oculis, tum menti ad vinum representet, intuentibus vltro parentes nostri exhibere satagebant, quod quidem ex illis Apostoli verbis patet, dicentis: *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo omnes viuificabuntur*. Ex quibus plane verbis præclarum hoc ad futura resurrectionis mysterium, & præcipuum illibatæ fidei, quam tenemus, articulum, probati quique sanctorum Patrum luculentis in vnum congectis argumentis comprobant. Inter quos Tertullianus in primis omnium antiquissimus de resurrectione quidem sapienter edisserens isthæc prodit: *Si ad exemplum Christi resurgemus, qui resurrexit in carne; iam non ad exemplum Christi resurgemus, si non in carne & ipsi resurgemus: quia per hominem, inquit, mors, & per hominem resurrectio mortuorum: vt separet quidem auctorem mortis Adam, Christum resurrectionis: eiusdem autem constitueret substantiæ resurrectionem, cuius & mortem, per ipsorum auctorem in nomine hominis comparisonem. Si enim sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo omnes viuificabuntur; carne viuificabuntur in Christo, sicut in Adam carne moriuntur &c.* hæc tenus pro asserendo resurrectionis mysterio isthæc ad rem Tertullianus.

10 Sed instituti proposito optime consonat, quod D. Anselmus, cæteris omnibus prætermisiss in ep. 1. ad Corinth. in hæc verba pronunciat: *Sicut per Adam mors intrauit, quia ipse primus est mortuus: ita & per Christum resurrectio, quia primus ipse resurrexit. Sicut ille forma morientium, sic iste forma resurgentium. Et sicut in Adam omnes moriuntur, quia sunt eius filij: sic & in Christo omnes viuificabuntur, quia sunt eius filij. Nemo enim venit ad mortem, nisi per Adam, nemo ad vitam, nisi per Christum.* Vides hinc, pie ac studiose lector, quam aptis concinnisque delineata mysteriorum coloribus recolenda Adæ historia in abditiis Cœmeteriorum recessibus ad suspiciendum his, qui ibidem demorabantur, & contemplanda pariter ob ocu-

los poneretur, qua nimirum mortalium quisque serio edisceret mortem, quæ singulis inuitabiliter obuentura est, ob melioris, qua tenemur iugiter, spem vitæ reformidandâ nullatenus esse; quin immo prompto, libenterque animo, vbi opus est, ac incerta rerum humanarum conditio exposcit, temporalem pro Christo vitam alto mentis despectu contemnendam, vt immortalis postmodum (quæ in votis est) feliciter quis consequatur. Et his paucis recolendam Adami & Euæ imaginem, qua sacra decorantur Cœmeteria, saluasse sufficit.

CAP. VIII.

De Abele, & Caino.



Primæuorum parentū imagine, quam Cœmeterialibus huius paginis descripsimus, ad contemplandas Abel, & Caini imagines de-

uenimus: ex quibus antiquis imaginibus, & ex his præsertim, quæ pluribus locis apud sacra Cœmeteria primæuorum fratrum sacrificia representant, complura venerandi Patres mysteriorum arcana congestis luculenter enarrationibus eliciūt: quippe qui sapienti consilio Synagogæ Ecclesiam conserunt, diuinum probis adesse viris iugiter patrociniū, ex ipsiusmet historiciæ rei textu monent, atque inculeant: patientiæ bonum solite eidem æmulandum: præmiorum munera, quæ illibata vitæ hominibus reseruantur: dira item tormentorum supplicia, quibus impij, Deo scelerum iudice, addicendi sunt: & certam demum obuenturæ resurrectionis expectationē mortalium oculis palam ingerunt, ac vltro in mentem reuocant. Vnum igitur præ cæteris Tertullianum, cæteris antiquitate præstantem, audiamus, qui aduersus Iudæos de adumbratis vtriusque Testamenti sacrificijs sub duorum istorum fratrum typo hæc apte edisserit: *Et quidem a primordio maioris filij, id est, Israel terrena fuisse in Cain præcenssa sacrificia, & minoris filij Abel, id est, populi nostri sacrificia demonstrat, &c.*

2 At ad rem nostram egregie item

Ambrosius sub istorum fratrum symbolo Synagogam, Ecclesiamque, necnon populum gentis vtriusque adumbrari vult, Iudaicæ scilicet, & Christianæ, quam quidem eidem quasi digito palam designari verbis huiusce affirmat: *Hæc figura Synagoge & Ecclesie in his duobus fratribus ante præcessit, Cain & Abel. Per Cain parricidialis populus intelligitur Iudæorum, qui Dominum, & auctoris sui, & secundum Mariæ Virginis partum, fratris, vt ita dicam, sanguinem persecutus est. Per Abel autem intelligitur populus Christianus adhaerens Deo, &c.* Hæc Ambrosius. Cui S. Hieronymus in elucidationibus super Psalm. isthæc exponens pari sententiarum vi adstipulatur: *Non vetamus grauitate, & honeste contemplationes asserere, & mentis cogitatum extollere ad sensa sublimiora: quemadmodum conferre Cain & Abel Synagogæ Iudæorum & Ecclesie, & conari ostendere reiectam esse Synagogam, vt Cain sacrificium: accepta autem esse dona Ecclesie, vt tunc fuerunt Abel. Eucherius item in Genesim, eiusdem rei explanationem hunc in modum confirmat: *Sicut Cain, inquit, sacrificium ex terra fructibus reprobatur: Abel autem sacrificium ex ouibus, & earum adipe suscipitur: ita noui Testamenti fides ex innocentia grata Deum laudans, veteris Testamenti terrenis operibus antefertur. Audis quanta diuinorum mysteriorum arcana ex eorundem sacrificiorum fonte, sanctis Patribus enarrationibus, fidelium menti promanant.**

3 Ar vero Ruffinus Aquileiensis in Psalm. 53. verba illa acute expendens Genes. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius;* dum nimirum docet cuiusmodi nostrorum sacrificiorum oblatio futura sit, vt Deo grata, & accepta benedictionis gratiam promerantur, hæc ait: *Voluntatem, & affectum pensat Deus in omni sacrificio, &c.* Hinc Moyses ait: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, non prius ad munera, sed ad Abel respexisse Dominus perhibetur: quia non pensat voluntatem ex munere, sed munus ex voluntate. Ad Cain vero, & ad munera eius non respexit, quia videlicet bonam in eo voluntatem non vidit. Seipsum obtulit Patri Filius in sacrificium pro nobis, voluntarie quidem, quia non ex necessitate, sed ex caritate. Non enim coacta dona, & coacta seruitia dili-*

Abelis, & Caini typo synagogæ, & Ecclesie adumbrata.

D. Amb. de Parad. 2.

S. Hier. in prom. sup. 12.

Euch. l. 1. in Gen.

Genes. 4. Deus in oblationibus immanus ex voluntate pensat.

Ruff. in 1. 53.

Abel, & Caini quidem

synagogam ecclesiam.

in ill.

diligit Deus. Hactenus ad rem nostram
 Rufinus. Nec vero minus diserte, ac
 sapienter Clemens Alexandrinus fratris
 vtriusq; sacrificia expendens, sinceram,
 candidamque innocentissimi Abelis fi-
 dem his plane verbis commendat: *Fide*
maiores hostiam Abel, quam Cain detulit, per
quam testimonium est consecutus, quod esset iustus,
testimonium perhibente muneribus eius Deo,
et per illum defunctus adhuc loquitur.

4 Sed vnus præ cæteris, Christianæ
 videlicet eloquentiæ pater, Cyprianus
 de bono patientiæ, præstantissimam eius-
 dem Abelis patientiam admirans: *In-*
uenimus denique, inquit, et Patriarchas,
et Prophetas, et iustos omnes, qui figuram
Christi imagine præeunte portabant, nihil
magis custodisse in laude virtutum suarum,
quam quod patientiam forte, et stabili aqua-
nimitate tenuerunt. Sic Abel originem mar-
tiryj, et passionum iusti hominis intrans pri-
mus, et dedicans, aduersus fratrem parricidam non
resistit, nec reluctatur, sed humi-
lis et mitis patientia occiditur. Ac demum
S. Epiphanius contra hæreses to. 1. lib. 1.
sect. 10. ex verbis illis: Vox sanguinis
fratris tui Abel clamat ad me de terra, au-
gustissimū futuræ resurrectionis myste-
rium ex Abelis cruore diuinam procla-
mante vindictam, his plane verbis elicit:
Coniunguntur autem ipsi vnde quaq; de resurre-
ctione mortuorum, primum ex Abel, quod post
mortē sanguis eius Dominum alloquitur: san-
guis autē anima non est, sed in sanguine anima
est, et non dixit: Anima clamat ad me, offen-
dens quod est spes resurrectionis corporū, etc.

5 En igitur quam opportune,
 quā congrue ipsismet Christianæ fidei cul-
 toribus, dū, licet ab omni labe immunes,
 acerbioribus gentiliū persecutionibus
 premerentur, eiusmodi Abelis histo-
 ria in sacris mart. Cœmeterijs, in quibus
 demorabantur, tunc maxime cum a tor-
 toribus ad necem auide perquirerentur,
 contemplanda iugiter ob oculos ponere-
 tur, vt innoxij videlicet viri pictam ad
 viuū imaginem intuentes innocentia
 clypeo ac bonæ mentis præsidio muniti,
 inter aduersa quæque impauidi respira-
 rent, & haud leuis momenti mæstis rebus
 doloris leuamentum accederet, cum pro-
 be noscent se tuto Ecclesiæ sinu rece-
 ptos, sub Dei patrociniū, quod iustis iugi-
 ter præstio est, consistere; *si Deus enim pro*
220 bts (vt Apostolus ait) quis contra nos?

Quinimmo ipsomet oculorū aspectu ad
 æmulandam innocui Abelis fidem, pa-
 tientiam, longanimitatem, vltro eamq;
 suimet ipsius oblationem, inanimis qui-
 dem tabulæ lineamentis, ac si viuū
 perstrepentis buccinæ sonitu excitaban-
 tur, vt si quādo ipsi occasio suppeteret,
 sanguinem vltro fidei causa profunden-
 di pari virtute, pari itidem prouocati
 exemplo, promptam quoq; obnoxij fan-
 guinis oblationem, cuius vocem gratis
 auribus excipit Deus, benignis vltro ocu-
 lorū obtutibus respici, & ratam, acce-
 ptamq; iugiter ab eodē haberi fide firmi-
 ter, confianterque tenerent. Demum se
 quoque immortalem aliquando in vitam
 feliciter euocatos pro diuersimodis hic
 sibi inflictis per vim, ac summam iniu-
 riam tormentorum pœnis, amplissimis
 tandem aliquando præmiorum muneribus
 Dei manu cumulandos fore procul
 dubio sperarent, nec tribulati cordis sac-
 rificio, quod acceptissimum Deo est, suā
 deesse mercedem præuio Abelis exem-
 plo obfirmati intelligerent: *Sacrificium*
quippe Deo spiritus contribulatus, vt Psal-
mista oraculum edocet. Sed de his ha-
ctenus.

CAP. IX.

De Noemo.



ANCTISSIMI viri, No-
 emi videlicet Patri-
 archæ symbolum,
 quod sacris plerun-
 que Cœmeterijs in-
 est, haud parum, vt
 credere nobis par est, Christianorum
 animos diutinis persecutionum procellis
 exagitatōs fida inconcussa spei, quæ
 nunquam inter naufragantis mundi peri-
 cula deficit, anchora valide in pietatis
 officio & fidei vigore continebat. Viri
 quippe inter diluuij procellas tuto tan-
 dem in salutis portum emergentis imago
 Christianos vel inter aduersa mæstos,
 fluctuantefque solari poterat, qui ipso-
 met nomine mæstis solatium rebus, vt ait
 Scriptura, præsererat: *Vocauitque nomen*
eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operi-
bus, et laboribus manuum nostrarum. Enim-
vero historia hæc cum sit quamplurimis
 refe-

Noemus in
 Arca quid
 significet?

Abelis imagi-
 nem intuen-
 tes ad fortiū
 dinem in ad-
 uersis innocē-
 tia freti exci-
 tabantur.

Apo. ad Rom

referta mysterijs, quæ intimis quibusvis animorum molestijs leuamen afferunt, ac doloribus quantumuis acerbissimis opportuno medelam temperamento conciliant; quis ambigendo negare audeat cordatos homines, qui tunc potissimum temporis in diluuiò aquarum multarum, vt cum Propheta loquar, constituti absque vlla e periculis emergendi spe, vix digito a morte distabant, ex arcæ Noeticæ medijs in fluctibus absque naufragandi metu persistentis aspectu haudquaquam animum despondisse, sed fausto protinus columbæ virentem oliuæ ramum ad vesperam deferentis auspicio mirifice erectos, subsecuturæ tandem pacis tranquillitatem, fluctuanti inter aduersa nauiculæ feliciori sancti Spiritus omine, cuius hæc iugiter nutu regitur, precatos, auguratoque fuisse.

2 Sed præcipua quæso sacrorum arcana mysteriorum, quæ in celeberrima Noëmi historia a sanctis Patribus acute prenotari contigit, hic in studio si gratiam lectoris repetamus; & primo quidem loco, vt singulos ex ordine recenseamus, is, qui cæteris tum antiquitate, tum ingenio præstat, sese nobis offert; Tertullianus, inquam, qui pietati in mysteriorum sensibus perscrutandis ex more cõsulens, in ipsis diluuij aquis, quæ vniuersum terræ ambitum operuerunt, saluberrimam dclictorum expiationem pie admodum, & his quidẽ verbis contempletur: *Quemadmodum enim post aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post Baptismum, vt ita dixerim mundi, pacem celestis iræ per columbam terris annunciauit, dimissam ex arca, & cum olea reuersam; quod signum etiam apud nationes paci prætenditur: eadem dispositione spiritualis affectus terræ, id est, carni nostre emergenti de lauacro post vetera delicta, columba sancti Spiritus aduolat, pacem Dei afferens, emissa de calis, vbi Ecclesia est Arca figurata.* hæc tenus ad nostræ rei propositum Tertullianus.

3 Sed eloquentissimum interim, & Tullio haud imparem, Cyprianum audiamus, qui epist. ad Pompeium Pœnum dum illa potissimum verba explicat i. Petr. 3. *In arca Noe pauci, id est, oculo anime salua facti sunt per aquam, quod & vos similiter saluos faciet Baptisma, ipsam Noëmi arcam sacrosanctæ Ecclesiæ comparat,*

Tom. II. Rom. Subt.

hæc autem sunt eius verba: *Quam breui & spiritali compendio vnitatis Sacramentum manifestauit? Nam & in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est: qui in arca Noë non fuit, non potuit per aquam saluus fieri: ita nec nunc potest per Baptismum saluus videri, qui baptizatus in Ecclesia non est, quæ ad arcæ vnitatis Sacramentum Dominica vnitatis fundata est. Prolixiori autem sermone eandem profectur enarrationem contra Nouatianum hæreticum isthac scribens: Illa arca figuram Ecclesiæ portabat. Catachismus ergo ille, qui sub Noë factus est, figuram persecutionis, quæ per totum orbem nuper supereffusa est, ostendit. Aquis autem, diruptis cataractis, vndique conuenientibus, & excrecentibus significabantur gentes, quæ ad nostram Ecclesiam excreuerunt, sicut Apocahypsis 17. docet, dicens: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & regna, &c. Cypriano neutiquam dissentit, qui haud minori eloquentia cæteris præcellit, Hieronymus, dum conficta profluentis eloquij vi aduersus Luciferianum inueniens, proclamansque ex iisdem Petri verbis adductis in medium argumentis Noë manifestissimum Ecclesiæ typum extitisse probat. Sed eius hic verba, si libet, studiose expendenda lectori proferantur: Noë, inquit, Ecclesiæ typus fuit, dicente Paulo Apostolo: In arca Noë, &c. vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuersarum & gentium, & morum homines sunt. Idem plane Homilia de nomine ipsius Noë Chryostomus affirmat: Sicut tunc, inquit, omnis creatura deleta est, sola autem arca euasit, de trabibus quadratis facta, octo animas baiulans; ita & in consummatione omnes hereses interibunt, vna tantummodo arca saluabitur, id est, Ecclesia Christi de iustis hominibus congregata.*

4 Verum præmemoratis Patribus, quorum præscripta in sacris paginis auctoritas est, Augustinus quoque, augustissimum Ecclesiæ lumen, pari sententiarum pondere eiusmodi rem expendens in lib. de Cath. rud. subscribit, vbi arcæ quidem Noeticæ symbolum haud miris recolendisque mysteriorum sensibus vacuum, nudatumque fuisse demonstrat: *Factum est, inquit, aliquando diluuium per totam terram, vt peccatores delerentur, & tantum illi, qui euaserunt in arca, sacramentum future Ecclesiæ demon-*

O o o stra-

Id. Cypri. cont. Nouat.

Apoc. 17.

D. Hier. aduoc. Luciferian.

Chryst. hom. de nom. Noë.

In arca Noëmi lignum Crucis per quod seruamur, figuratum.

D. Aug. l. de Cat. rud. c. 27

emi exem
o veteres
ristiani in
secutioni
ctibus fidu
m in Dei
debant.

que diluuij
pessimum
ignant.

rell. l. d. c.
aptis.

yp. ep. 74.
Pomp. p. 27

Petr. 3.
ca Noëmi
eclesiæ cõe
ata.

strabant, quæ nunc in fluctibus seculi natat, et per lignum Crucis Christi a submersione liberatur. Nec isthæc pro Noëmi arca lectori delibasse contentus, alia item passim contemplanda suggerit in lib. de Ciuit. vbi hæc habet: *Arca procul dubio figura est peregrinantis in hoc seculo Ciuitatis Dei, hoc est, Ecclesie, quæ sit salua per lignum, in quo pendit mediator Dei, & hominum Homo Christus Iesus. Et infra: Quod ostium in latere accepit, profecto illud est vultus, quando latus Crucifixi lancea perforatum est. Hac quippe ad illum venientes, ingrediuntur, quia inde Sacramenta manarunt, quibus credentes initiuntur, & quod de lignis quadratis fieri iubetur, vndique stabilem vitam sanctorum significat: quacunque enim vertitur quadratum stabit. At Augustino pro Noëmi nauigio illustrando elaboranti, consuetæ eloquētix vela ad dicendum expandens Ambrosius ad stipulatur, quippe qui de gentium vocatione agens, isthæc profert: *In arca Ecclesia figuratur, dum per lignum & aquam redemptio crucis Christi, & ablutio regenerationis aperitur, &c. Audis, quæ & quanta certatim pro Noëmi arca singuli sanctorum Patrum perorando congerunt.**

5 Nec vero venerabili vir conspicuus sanctitate Beda dirigendæ, exornandæque huic arcæ, quæ Ecclesie typum gerebat, suam deesse manum, auctoritatemque patitur: hic enim expositione, quam in Genes. edidit, non ipsam dumtaxat Noëmi arcam Ecclesie confert: *Arca enim ista, inquit ille, Ecclesiam significat, quia natat in fluctibus mundi huius, sed post eiusdem structuram arcæ, ac formam pariter verborum coloribus cōcinne adumbratam, multiplicium insuper mansionum seriem verbis hinc eleganter edisserit: Confertur sane, inquit, populus hic, qui saluatur in Ecclesia, illis hominibus, siue animalibus, qui saluati sunt in arca: quorum quia non vnum est omnium meritum, non vnam habent in arca mansionem: licet enim in Ecclesia omnes intra vnam fidem contineantur, atque vno Baptismate diluantur, non tamen idem omnibus profectus, de quibus dicitur: *Homines & iumenta saluabis Domine. Multitudo irrationabilium iumentorum, vel etiam bestiarum in inferioribus locis habentur: hi autem qui per rationabilem scientiam viuunt, in superioribus**

sunt, qui sunt valde pauci. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi, &c. Hæc pro venerando ipsius Ecclesie symbolo venerabilis doctor iste fidelibus exposuit.

6 Sed nunc ab Ecclesie typo ad ipsummet Christum, cuius Noë mysterium apte, concinneque præsetulit, styllum conuertamus. Quod profecto conspicuæ vir sanctitatis Ioannes Damascenus satis luculenter edocuit, dum homilia, quam de Sabbato sancto inscripsit, hæc enarrat: *At Noë quidem arca inclusus, & ligno illo alterius mundi semina conseruans, rursus humani generis principium effectus, Christum sponte sua; sepultura inclusus, peccatumque sanguine simul, & aqua ex latere eius fluente lauantes, ac genus nostrum vniuersum in ligno crucis conseruantem, noua Ecclesie, ac reipublice auctiorem nobis, ducentemque effectum typice nobis demonstrabat. Id ipsum vero longe ante Iustinus martyr in colloquio, quod cum Tryphone Iud. habuit, circa finem his plane verbis edocuerat: *Nam & Christus cum primogenitus esset omnis creaturæ, & primogenitus ex mortuis, primitiæque dormientium, principium rursus alterius generis fuit regenerati ab ipso per aquam, & fidem, & lignum: quod mysterium crucis obtinet; quemadmodum & Noë in ligno seruatus est vna cum suis, super aquas inuictus. Verum recitatur hæcenus a Damasceno doctissimus item vir Beda loco, quem supra citauimus, in hæc verba ad stipulatur: *Hæc autem per omnia significat Christum. Noë requies interpretatur, & Dominus dicit in Euangelio: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Noë solus iustus: Christus solus sine peccato est, cui septem animæ homines donantur, id est, perfecti homines per septiformem gratiam. Noë per aquam, & lignum liberat suos: Christus per crucem, & Baptismum liberat Christiana nos. Vides quam præclara fluctuantis arcæ lignum suo sinu sacramenta recondat, & ad quæ saluberrima ipso intellectu assequenda rerum diuinarum argumenta nauigantes perducatur.***

7 Quoniam vero de Noëmi arca, quæ præ cæteris haud obscurum Ecclesie symbolum antiquis temporibus extitit, adhuc sermo recurrit, opportuna hic

I. Aug. l. 15. de ciu. Dei c. 6. Arca figura Ecclesie seculi fluctibus agitata.

S. Amb. l. 1. c. 4. de voc. gen.

Arca Ecclesie mundi fluctibus natantis symbolum.

Beda expof. in Genes. c. 5.

Per. Noëmi Christus Dominus typice significatur.

S. Io. Dam. de Sab. sanæ

Iust. mart. col. loq. cum Tryphone Iud. c. 1. p. 10. 2.

Beda in Genes. cap. 5.

hic quoque nobis ipsiusmet Petri Naucula mentio suggeritur, quæ patentissimum Ecclesiæ pariter typum intuentibus præferret. Et quidem ex veteri annulari onyche ab antiquis ad nos per manus transmissa, & inter cætera rerum Cœmeterialium, ac sacræ antiquitatis monimenta curiosis oculis suspicienda, magnum aliquod, ac præcipuum nobis sacramentum obijcitur. Ibi enim in gemmæ prospectu Petri naucula in medio mari, nautis vltro in remigando laborantibus, contemplanda, & Petrus supra maris fluctus gradiens exhibentur. In summo item Nautis malo Noëmica arca (vt nonnulli contendunt) efficta conspicitur. Præterea supremum eiusdem arcæ vestigium, ne quid prætereamus, columba tenet; altera vero columba puppi gubernatoris instar insidet. At quod nobis mirandum magis, explorandumque videtur, Nauti subinde, quam describimus, piscis immani præditus mole, ore semihulco, velut deuictus, ac prostratus subest. Christus insuper Petrum supra aquas gradientem manu, ne demergatur, sustinet, quorum capitibus Græci hoc modo exculptri characteres, IHC & PET. Iesu videlicet & Petri nomen denotant. Verum ipsius gemmæ, quæ humanæ vix vnguis mensuram exæquat, hic sub ampliori forma imaginem, eiusdemque ex prototypo, qui apud Ludouicum Compagnium rei antiquariæ studiosum asseruatur, excerptam fideliter iconem nobis oblatam, tibi quoque vltro suspiciendam, vt vides, offerimus.



8 Et probe quidem, vt nonnulla hic vel obiter inferamus, annularis hæc gemma sacram antiquitatem redolet, cū vsitatum apud Christianos morem ex Clem. Alexandrini verbis, ac præscripto indicet, qui in signatorijs Christianorum annulis aut columbam, aut piscem, aut nauim, aut lyram, aut anchoram, vt nos infra suo loco dicemus, exprimi debere affirmat. Tribus vero præcipuis hæc Cœmeteria-

lis gemma symbolis præfulget. Primo enim tam Noëmi arcam, quam Petri Nauculam, apertum ipsius Ecclesiæ typum præferret, quæ cū ambæ simul iunctæ appareant, Catholicam Christi Ecclesiā vnā, eandemque ab ipsomet mundi primordio extitisse intuentibus palam innotescit. Porro cum arca vno eodemque nauis malo suffulciatur, omnes tum ex Iudaismo, tum ex gentibus non nisi ob Christi merita salutem adeptos fuisse celebri mysterio suggeritur. Nam quod Noëmi arca Ecclesiā olim mystice adumbraret, disertis vtique verbis Paulinus in rem præsentem edocuit: *Superavit arca diluuium, & nunc Ecclesia hoc seculum supernauigat.* Hieronymus quoque isdem plane verbis consonat: *Arca, inquit, illa iuxta Apostolum Petrum, typus Ecclesiæ fuit: quod item aduersus Luciferianos scribens insinuat, vt Cyprianus his verbis: Si potuit euadere quisquam, qui extra arcam Noë fuit, & qui extra Ecclesiā fuerit, euadet? Quod autem Petri naucula, cuius mysteria orthodoxi certatim Patres edisserunt, Ecclesiā quoque euidenter designet, ipso Augustino enarrant didicimus: *Nauiculam, inquit, istam Ecclesiā cogitate, turbulentum mare hoc seculum, quod plane Hieronymus, Beda, alijque ex Patribus vnanimiter edocent. Enarratis autem hætenus postremo loco accedit, quod vt huius apte rei mysterium intelligentibus exhiberetur, a primis quidem Ecclesiæ temporibus templa, quæ in Dei cultum pia Christianorum manu erigebantur, oblonga quidem, & in nauis aptata formam ex Clementis Romani lib. 11. Apostolicarum constit. præscripto protendebantur. Verum omnimodam arcam ipsius cum Naucula symboleitatem Cyprianus de arca sermonem instituens his verbis innuit: *Iam tunc, inquit, illa præfigurabantur tempora, quibus arca Noë aquis inuecta diluuij, viri iusti familiam conseruauit illasam.* hæc Cyprianus.**

9 Porro vt paucis reliqua prosequamur, columbæ symbolum, quod in nostra naucula exprimitur, haud mysterio, & quidem multiplici caret: columba enim, quæ summitati inest, eam symbolice præscire crediderim, quam ad explorandum, an diluuij aquæ desisset,

Paul. ep. 11.

Hier. d. t. adu. Ioum.

Cyp. de unit. Eccl.

Aug. de ver. Dem.

Clem Rom. li. 11. Constit.

Cyp. de Card. inal. Chr. operib.

Quid columba Naucule Petri insides significet.

Noëmus ex arca transmisit, quæ quidem intra eandem regressa haud boni, quod expetebatur, nunciij tunc auis extitit, sed iterum ab eodem foras emissa, feliciter reuersa est ad vesperam, vt sacra edocent paginae, portans ramum oliuae virentibus solijs in ore suo. Altera subinde columba, quæ puppis loco insidet, sanctus vtique Spiritus, qui Ecclesie regimini, tanquam supremus motor, ac ductor præest, palam adumbratur: eandem enim dirigit, ne in syrtes aliquando impingat; regit, ne procellis absorbeat, & diuinitus præstat, vt ad salutis portum tuto tandem emergat. Magna autem, ac mira inter arcam Noe, & Petri Nauiculam, inter Nocticam columbam, ac faustum Ecclesie alitum similitudo intercedit, baptifinus quippe apte concinneque, vt Chryfologus ait, hoc symbolo præsignari videtur: *Hodie*, inquit, *Spiritus sanctus supernatat aquis in specie columbae, vt sicut illa columba Noe nunciauerat diluuium decessisse mundi: ita ista indice nosceretur perpetuum mundi cessasse naufragium.* Nostra autem Columba haud virentis oliuae ramusculo insigniri opus habet: Christus enim, qui vnctus mystice interpretatur, illic iugiter præsentissimus est. Sed Columbam interim ad Noemum intra arcam remittentes, plura nos infra de eadem lib. 6. Subterraneæ Romæ.

Gen. 8. 10. 11

Chryf. ser. 149

Piscis sub Nauicula Colupus diaboli designat.

10 Ab arca, & nauicula expediti, & a naufragandi metu liberi, in immanem, qui nauis subternitur, piscem sine periculo incurrimus, quem peculiari neutiquam mysterio destitui pronunciantum est, & symbolice quidem diabolus, qui in sacris passim scripturis Leviatan appellatur, hoc designari crediderim: hic enim aperto iugiter, hiantique ore nauigantes absorbere præoptat, verum Petri Nauiculæ, & his, qui tuto in eadem nauigant, ac circumferuntur haud vllatenus præualendo damnatum inferre posse Christus in sacris Euangeliorum paginis illis palam verbis Petrum edocuit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Quod quidem, vt clarius Christiani facto exhiberent, piscem tam immensi præditum magnitudine nauiculæ velut subactum, depresso-

que exprimere voluerunt, quod egregie Ambrosius illis aliquando verbis innuasse visus est: *Sanctus Iob aduentum, inquit, Domini prophetabat, de quo vere dixit, quod magnum cetum erat debellaturus.* Potest autem fortasse eiuſcemodi symbolo cetus ille intelligi, in cuius vastitate alui tres dies, aperto, constantique iam tum Dominicæ Resurrectionis mortalibus propinato mysterio, Ionas propheta perstitit, & vegetus subinde, atque incolumis, vt in Cœmeterialibus passim Sarcophagis videre est, in lucem tandem emerſit.

Amb. 1. 4. file ad Gra.

11 Sed vt ad Noemum, & arcam reuertamur, etsi singula interim, amice lector, quæ ad instituti propositum attinent, elucidemus, haud ipsummet Noe vocabulum, vt vides, peculiari mysterio destituitur, quod, vt disertis Damascenus verbis pronuntiat, nobili quidem nominis auspicio, requies interpretantibus resonat. Nec vero tanti rem momenti, & obseruatione dignissimam Patres silentio obuoluerunt: Hieronymus enim in sacris exponendis scripturarum mysterijs omnium oculatissimus, id peculiariter adnotauit, dum lib. quæſtionum in sacram Genes. illa Lamech verba explicans, hæc ait: *Et vocauit nomen eius Noë, dicens: Ipse requiescere nos faciet ab operibus nostris.* Ab eo igitur (inquit Hieronymus) quod sub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuium, appellatus est requies, &c. Ioannes item Chryſostomus in conscriptis a se in Genes. homilijs hæc ad rem nostram habet: *Nomen autem Noe lingua Hebraica quies dicitur: quia ingruente diluuiio, hic solus mundum saluaturus, & posterioris seculi futurus auctor erat.* Idcirco inquit: *Faciet nos requiescere, &c.* Isidorus quoque Hispal. in suis ad sac. scriptur allegorijs: *Noe, inquit, qui interpretatur requies, &c.* Origenes ite in ditceptationibus in Gen. *Noe (inquit) requies interpretatur, pro eo, quod sub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuium.* Vnde & pater eius vocans nomen eius Noe, dixit: *Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris &c.* Idem insuper in Comment. in Genes. isthæc subtextit: *Non conueniunt cum Noe verba Lamech patris sui dicentis: Iste consolabitur ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: sed cum Christo conueniunt*

Noe vocabulum requies significat.

Hier. 2. 1. Gen. 2. 5.

Chryf. hom. in Gen.

S. Iul. Hisp. 12. in sac. 3.

Orig. 1. 7. 2. 6

1. 1. in Com. in Gen. 2. 7.

nunt verba hæc etc. Quod aureis totidem verbis Beda præcipua vir eruditione conspicuus repetit exposit. in Genes. & quæst. pariter super Genes. Idem quoque Beda perferutandis rerum diuinarum arcanis lyncæus ex numero octauo, quo iuxta ordinē recensēbatur Noemus, futuram corporum resurrectionem his plane verbis exposit. in Genes. argumentatur *Quod autem octauus ipse Noë, quia in Christo spes resurrectionis nostræ apparuit, qui octauo die post sabbatum resurrexit.* Quod & egregie perantiquus ille sacros inter scriptores Iustinus martyr loco supracitato adnotauerat.

12 Vt autem singula, quæ ad Noemi historiam attinent, vt pote peculiaribus imbuta mysterijs diligenter inquirendo perferutemur, iam enarratis illud adiicimus, quod in ipsa demum Cœmte-riali Noc imagine adumbrari columba cernitur, ore virentis ramum oliuæ defrens: cuius sane mysterium his potissimum adnotationibus passim elucidando orthodoxi Patres illustrarunt. In primis autem Cyprianus ad Nouatianum scribens de secunda columbæ emissionē apte, eleganterque edisserit: *Recepta igitur columba, paucis etiam diebus interiectis, iterato emittitur ex arca, quæ reuersa non tantum firma vestigia, sed & insignia suæ pacis, atque victoriæ per illa olivæ folia, quæ suo ore portabat, ostendit. Duplex ergo illa, emissio duplicem nobis persecutionis tentationem ostendit: prima, in qua qui lapsi sunt, vici ceciderunt; secunda, in qua hi, qui ceciderunt, victores extiterunt etc.* Quibus concinne quidem respondent, quæ S. Ioannes Chrysostomus homil. 12. in cap. 3. Matth. in medium affert: *Cum vniuersum aliquando orbem naufragium commune merisset, & omne prorsus hominum genus periclitaretur, istud interim certe animal apparuit, sinemque illius tempestatis ostendit, atque ore ramum portans oliuæ, pacem mundo redditam nunciauit: quæ omnia erant futurorum signa.* Et hæc infra saluberrimæ istius historie, qui Christianorum tum oculis, tum animis proueniunt, fructus commendans: *Ne igitur (inquit) ipse desperes, illius te historie confirmat admonitu, &c.* hæc Chrysostomus. Sed de columba & olea pariter suo infra loco opportunus a nobis sermo instituetur.

13 Hæc, & complura alia aspicientes edocet, conmonetque descripta, nec non ab antiquis adeo frequenter vsu recepta sanctissimi Noë imago, & a sanctis subinde Patribus aureis plane animaduersionibus cumulata, sed præcipue ab Ambrosio, qui luculentum satis de Arca & Noë tractatum edidit. Verum plura hic ad Noeticam illustrandam historiam referre superuacancum ducimus cum ea quæ hæctenus nobilissimo sententiarum promptuario recensita a nobis sunt, satis superque ad valide comprobandum sufficiant, quo potissimum animi consilio in abditis Cœmeteriorum recessibus Noëtica exhibeat historia, vt Christiani videlicet, qui ibidem velut nobilissimi seculo ad Decem transfugæ terræ recepti sinu morabantur, inter ipsa met exundantis Oceani procellas respicientes et leuantes, vt Euangelicus habet sermo, *copita sua*, optimam in aduersis quibusque spem conciperent, metumque omnē ac mœrorem animo deponerent; memoria, inquam, repetentes, se intra turæ Ecclesiæ arcam Dei munitam præsidio recipi, quæ debacchantium persecutionum vi, ceteri grauiore impetant, haud perpeti naufragium queat, sed potius aduersorum fluctibus immane excresecientibus, Deo feliciter aspirante, felicitatis sortita cumulum eleuanda sublimius foret: *Creuerunt enim aquæ, vt scriptura ait, & eleuauerunt in sublime arcam.* Demum diuinæ opis præsidio suffultis sub fausto Noeticæ columbæ omni credentibus spes certa obuentionis pacis incrat, vt sedatis nimirum tandem aliquando fluctibus, tranquillitatem nacti in sublimibus atque æternis Paradisi collibus, velut olim in Armeniæ montibus arca substitit, optatam ipsi pariter sedem figerent, & Noemum virum sanctissimū egregie inter ipsa fluctuantis mundi deliramenta æmulati, perennem vnâ cū ipso laborum mercedem, ac iugem, sedatis tandem procellis, requiem obtinerent. Quæ omnia antiqui illi proceres tacite sortasse, vt menti quoque nostræ opinio subest, innui intuentium oculis voluere, dum recolendam hanc historiam coloribus adumbrates, nullibi prorsus Noeticæ formæ arcæ, sed patens ac supereminens quoddam suggestū pennicillo effinxerunt, in quo Noemus ipse, vt videre est, exi-

Christiani in Ecclesia tanquam in Arca Noëtica vniti & spe pleui.

Christiani ve Noë in diluuiū transfacti huius mundi fluctibus requiem sperabant.

mij instar concionatoris residens, boni in ter aduersanuntij officioungeretur, dum sacrosancta isthæ arcanorum mysteria Christiano felicissimus futurarum rerum præco orbi e suggesto fideliter propinaret. Sed a Noemo ad Abrahamum rationis stylym conuertamus.

CAP. X.

De Abrahamo, & Isaac.



Crux eum
Christo illi-
no neutriquã
effigiatu olim
solebat.

VM probe nosset candidi Christianæ fidei cultores, qui omnium primi religionem, quæ e celo fluxerat, ac vniuerso postmodum

orbi innotuerat, Romanâ in vrbe sectati sunt, Christum Redemptorem, qui Crucis mysterium præferebat, *Iudeis quidem scandalum*, vt cum Apostolo loquar, extitisse, a gentibus autem stultitiæ habitum esse symbolum, id potissimum totis animi viribus præfiteri, vt ad abolendam, quâ mente præconceperant, viuificæ crucis sub funestæ mortis trunco vnâ cum metu ignominiam. & ad tollendam dedecoris pariter, quod pænali ligno inerat, notam tunc maxime, cum temporis oportunitatem sectando passionis dominicæ arcana expetentibus populis denuntianda forent, mysticis res coloribus adumbrata exhiberetur. Quapropter quo cautius religioni, eiusque decori prospicerent, haud palam Christi Saluatoris cruci affixi imaginem recolendam, venerandamque; intuentibus propofuere, sed emblematicis, figuratisque; modis obuolutam, sub innocui videlicet Agni iuxta crucis lignum placide consistentis typo (de quo suo infra loco) & multiplicibus tum rerum historicarum, tum latentium mysteriorum symbolis, quæ Dominum cruci suffixum quoquo modo præferrent, sub ipsa exurgenti Ecclesiæ primordia affabre coloribus effingere consueuerunt.

Agnus vicẽ,
actypũ Christi
gerens sub
Crucẽ effinge-
batur.

Isaac vera
Christi figura,

2 Ad assequendum autem instituti propositum illis quidem satis frequenter & quasi ad manum celeberrima præcæteris Abrahami & Isaaci historia vsu venit: cuius rei vt præcipuas rationes attingamus, miræ, ac luculentæ Patrum

sententiæ consulendæ nobis sunt. Sed omnium præcipuus Tertullianus pro re præfenti audiendus est, qui aduersus Iudæos, & libro item aduersus Marcionem hæc ad rem nostram apte, eleganterque explanat: *Et vtique sacramenta passionis figurari in predicationibus oportuerat; quantoque incredibile, tanto magis scandalum futurum, si nude prædicaretur: quantoque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei quæreret. Itaque in primis Isaac, cum a patre hostia duceretur, & lignum ipse sibi portaret, Christi exitum iam tunc denotabat in victimam concessa a Patre, lignum passionis suæ bairantantis. Sed disertissimus idem scriptor altiora, quæ latent, mysteriorum arcana sapienter edisserens, hæc de sacrosancto viuificæ Crucis ligno diuinis prænotato mysterijs satur: Hoc lignum & Isaac filius Abrahæ ad sacrificium ipse portauit, cum sibi eum Dominus hostiam fieri præcepisset: sed quoniam hæc fuerunt sacramenta, quæ temporibus Christi perficienda seruebantur, & Isaac cum ligno reseruatus est, arietem oblatum in vepe cornibus hærente, & Christus suis temporibus lignum humeris suis portauit, inherens cornibus crucis, corona spinea in capite eius circumdata. Vides hinc horrificum crucis patibulum, Christi Domini consensu apprime nobilitatum, haud horrorem incutere, sed decorem intuentibus vltro præferre: Factus est enim principatus eius super humerum eius.*

3 Porro nobilissimum hoc fidei mysterium Theophylactus quoque magis perspicue his quidem verbis exponere satagit: *Nam præfigurabat illum Abraham in oblatione Isaac, & arietis sacrificij: sicut enim ille Isaac ligna, ita Dominus crucem portauit, & sicut relictus quidem est Isaac, immolatus autem aries, ita & Deus quidem alienus est a passione, in humana autem carne & natura passus est. Nec prætereunda hic sunt, quæ ipsemet in Ioan. & in Epist. ad Hebr. cap. i. i. in rem præfentem suggerit: Fortassis, inquit, sicut illic Isaac dimissus est, & agnus immolatus est: ita & hoc loco diuina natura impassibilis mansit, humana autem natura, quæ & Agnus dicitur, quia Adæ erraticæ ouis filius, immolatur. Hæc Theophylactus. Idem sere disertis planè verbis Cyrillus Alexandrinus in Genes. & Isidorus lib. de different. attestantur. Sed præcæteris*

Hic.

Tertull. con
Iud. c. 10. et
3. adu. Mar
c. 18.

Id. Tert. L
Cruce c. 13

Oblatio I
ci Passio
Domini p
figurabat
Theoph. in
c. 8.

Theoph. in
c. 9. in G
Hab. c. 2.

Cyrrill. A
17. in Gen
16. l. 4.

Hieronymus homil. de resurrectione Dominica, eandem satis eleganter figuram explicans, his plane verbis profequitur: *Hic idem Dominus in nouissima mundi senescentis etate, per figuram B. Abraham longaeui patris offertur in victimam: quo tempore dum nouo sacrificio, in vnici filij sui iugulum pius parricida consurgit, ex improviso aries oculis eius apparuit, sicut eloquitur sermo diuinus. Et videns Abraham arietem inter vepres harentem cornibus. Inter vepres, inquit, requiramus quae sit ista novitas, id est, in multitudine circumstantium peccatorum harentem cornibus, id est, ad Crucis cornua clauorum confixione pendentem, sicut in alio loco legimus: Cornua in manibus eius.*

4 Porro ex receptissima apud antiquos Christianos Abrahami historia corporum quoque resurrectionem argutissimis conficere arguentis orthodoxi Patres conati sunt, inter quos praecipue Origenes homil. 8. in Genes. explicans illa Apostoli verba Hebr. 11. *Fide Abraham non haesitauit, cum vnicum offerret, in quo acceperat repromissionem, cogitans quia & a mortuis eum suscitare potens est Deus, hae ad rei propositum subinsert: Prodidit ergo nolis cogitationes viri fidelis Apostolus, quod fides resurrectionis iam tunc haberi coeperit in Isaac. Abraham ergo resurrectorum sperabat Isaac, & credidit futurum, quod adhuc non erat factum. At singulari plane eruditione S. Epiphanius in lib. Dialog. fusius de adumbrato eiusdem resurrectionis mysterio, & Christi cum Isaac comparationem inducens, argute his verbis edisserit: Conser ergo, inquit, figuram cum veritate, & videbis etiam in typo diuinitatis impassibilitatem. Pater enim est hic, & illic, & filius similiter dilectus hic, & illic: & ferens vterque materiam sacrificij: hic enim ligna, ille crucem portauit humeris. Dicunt autem & montis verticem vtriusque sacrificij operatione esse dignatum, conuenitque dierum & noctium numerus, & quae post eum facta est resurrectio. Etenim Isaac Patris sui animi promptitudine interfectus, a quo die magnorum donorum largior Deus hoc iussit fieri, tertio typice reuixit, eiusdem benignissimi & humanissimi voce: visus est autem aries ab arbore pendens, & Crucis imaginem ostendens, qui eadem pro puero passus est. Et haec idem paulo intra: Quia ergo fieri non poterat, ut in ariete praefiguraretur resurrectio,*

cum sit animal expers rationis, & diuinitatem carens imagine, in aconomia mysterij figuram partiuuntur, & hic quidem mortis, ille vero resurrectionis imaginem ostenderet, &c. Haec tenus ad rem Epiphanius, quo altius hae super imagine differente vides, quae & quanta sub vno eodemque symbolo viuifica arcanorum mysteria contemplanda tibi exhibeantur.

5 Concinne insuper, & satis eleganter hoc ipsum S. Ioan. Chrysostomus Homil. in epist. ad Hebraeos hunc in modum insinuat: *Si autem, inquit, Abraham ante tot annos credidit, quod Deus sit potens suscitare ex mortuis, multo magis nos id delemus credere. Vides quod sicut prius diximus, mors nondum intrarat, & eos statim traxit in spem resurrectionis, & ad certam deduxit persuasionem, ut etiam iussi suos mactarent filios, ex quibus expectabant se impleturos orbem terra. Idem plane S. Eusebius lib. in Genes. his verbis profequitur: Veruntamen Abraham confestim filium, cum esset immolaturus, resurrectorum credidit. Theophylactus quoque in epist. ad Hebr. condignis Abraham erudentium parentis fidem laudibus hac ratione commendat: Hoc sane, inquit, valde est admirandum, quod cum olim non haberet filium, per quem promissionem, felicem euentum habituram speraret, & expectaret, sed hunc solum, etiam eum tamen obtulerit. Vnde hoc? ex multa & ingenti fide. Credidit enim, quod posset Deus post eadem ex mortuis ipso suscitato complere promissionem, ac per ipsum rediuuum multiplicare semen. Et in epist. ad Ephes. dicitis quidem verbis edocet, quo videlicet pacto inuidissimi Abraham exemplo emergentes iugiter vitae huius arumnas, atque assiduas ingruentium malorum procellas, vberrimo meritorum prouentu exsuperare quis valeat. Sed quae eo eiusdem hic verba excipiamus: Si tentationes inuadunt, fidem adhibens futuris bonus, consolationem accipies. Reputa tecum, quomodo vreretur Abraham, quando gnatum offerret, sed fides flammam istam extinguebat. Hucusque Theophylactus fidelibus inter rerum angustias deprehensis amulandum Abrahami exemplar ob oculos ponens.*

6 Ex repetita igitur, & frequenter tum oculis, tum animo exhibitae historicae enarrationis huiusce imagine, fide-

Fides Abrahami.

S. Io. Chrysostomus hom. 25. in epist. ad Hebr.

S. Eusebius l. 2. in Genes.

Theophylactus in epist. ad Hebr.

Idem in epist. ad Ephes. c. 6.

Idem.

Quidam fideles ex depi-
ctis Abrahami
& Isaac histo-
ria differunt?

fideles illi probatæ innocentæ viri ad-
uersus infensorum hostium, quæ instab-
ant certamina constanter exilientes
haud modicas animo vires aspiciendo
exhaurire poterant, cum maxime facer-
bos admodum Christi cruciatus iugiter
præ oculis haberent, & futuræ spem re-
surrectionis pia ac frequenti meditatio-
ne recolerent. Hinc beatissimis illis
Christianorum plane aureorum seculis
in more positum fuit, vt non in Cœme-
terijs duntaxat, verum etiam ipsis in Ec-
clesijs historia hæc sæpissime coloribus
exprimeretur, quam, vt supra notauimus,
haud absque vberimis profusis lacrymis
Gregorius Nyssenus sanctissimus vir aspi-
cere aliquando potuit: quod item Gre-
gorio Papæ secundo contigit, qui ad
Leonem Isauricum scribens, hæc ait:
*Quis picturam Abrabæ cernens, & gladium
pueri ceruicibus imminentem, non compungi-
tur, & collacrymatur? &c.* Hinc muta,
sed ad viuum coloribus animata viri san-
ctissimi imaginis vim edisce, quæ ab in-
tuentium oculis lacrymas, & ab ipsis
præcordijs dolorem elicere potis est. Sed
de Abrahami historia hæc pauca scien-
tibus exposuisse sufficiat.

Greg. Pap. 2.
ep. ad Leon.
V. 17.

CAP. XI.

De Iosepho Patriar-
cha.

Iosephi Pa-
triarchæ ima-
go in Cœme-
terijs frequens.

VONTIAM præclara, ac
omnibus sere virtu-
tum numeris absolu-
ta Iosephi Patriarchæ
gesta miris laudum
præconijs vno passim
Patrum omnium sanctorum ore concele-
brantur, hinc fit, vt in abditis plerunque
Cœmeterialium Cubiculorum recessi-
bus hominis cuiusdam apparitorum
manu intercepti, vel certe in captiuita-
tem deducti contemplanda frequenter
imago proponitur: qua profecto Iose-
phum recolendæ virtutis Patriarcham in-
tuentibus exprimi nonnulli, quibus &
sacrorum Cœmeteriorum explorator
Bosius præcipue adstipulatur, existima-
runt. Cum igitur tam sæpe præmemo-
rata oculis imago subiiciatur, nos vltro

fatcri oportet, dignissimam hanc Iosephi,
qui a fratribus dolose venditus fuit, histo-
riam consulto ibidem adumbratam fuisse
ac multiplicis quidem generis intuen-
tium animo mysteria suggerere; sed cæ-
teris omisis, quæ magis præcipua sunt,
accepta a Patribus deriuantes, hoc præ-
fertim loco lectori adnotabimus. Ter-
tullianus itaque, qui in scripturarum
arcanis, quæ latent, per scrutandis mirifice
præstat, aduersus Iudæos scribens, Iose-
phum Christi Saluatoris nostri figuram
manifestissimam extitisse ait, sed eius
quæso verba consulamus: *Ioseph & ipse
per Christum figuratus, vel hoc solo, quod per-
secutionem a fratribus passus est, & venunda-
tus est in Ægyptum ob Dei gratiam: sicut &
Christus a Iudæis carnalibus fratribus venun-
datus est, a Iuda cum traditur.* Hæc in-
rem præsentem Tertullianus. Idem
plane Origenes Homilia in Exod. his
verbis asserit: *Antequam moreretur no-
ster Ioseph, ille qui distraclus est triginta
argenteis ab vno ex fratribus suis Iuda,
valde pauci erant filij Israël: cum vero pro
omnibus gustauit mortem, per quam destru-
xit eum, qui habebat mortis imperium, diabo-
lum, multiplicatus est fidelium populus, &
diffusi sunt filij Israël, & multiplicauit eos
terra, & creuerunt nimis valde. Nisi enim,
vt ipse dixit, cecidisset granum in terram, &
mortuum fuisset, non utique fructum hunc
plurimum totius orbis terræ Ecclesie attu-
lisset. Igitur posteaquam cecidit granum
in terram, & mortuum est, omnis hæc ex ipso
surrexit fidelium seges, & multiplicati sunt
filij Israël, & inuaduerunt nimis valde: in-
omnem terram exiuit sonus Apostolorum, &c.*
Hæc Origenes de Iosepho, qui sicut
Christi præ omnibus fratru dolo vendi-
tus imaginem prætulit, ita pariter vnus
præcæteris innumera Christiano populo
mysteria propinauit.

2 Nec vero cum de Iosepho agi-
tur, a memoratis Patribus sapientissimus
scripturarum arbiter Augustinus dissen-
tit, qui in libro quæst. quem super Ge-
nesim edidit, hæc ad rem nostram elegan-
ter exponit: *Ad hoc enim occisus est Chri-
stus à Iudæis, & traditus est gentibus, tan-
quam Ioseph Ægyptijs a fratribus, vt &
reliquæ saluæ fierent. Et contra Faustum
agens, isthæc ingerit: Ipse mihi Ioseph in-
nuitur, qui persequentibus, & vendentibus
fratribus, in Ægypto post labores honoratur.*

Didi.

Iosephus
Patriarcha
atum in
designat.
Ter. L. 10.

Orig. in
Exod.

Vt lo-
postul-
ita Ch-
post p
honor

s. Aug.
sup. G.

Aug. l.
Eras.

Didicimus enim labores Christi in orbe gentium, quem significabat Aegyptus, per varias passiones Martyrum, & nunc videmus honorem Christi in eodem orbe terrarum, erogatione frumenti sui, sibi omnia subiugantis. Rursus idem sanctissimus doctor in Psalm. ait: *Nostis Ioseph in Aegyptum venditum, Christus ad gentes transiens: ibi Ioseph post tribulationes exaltatus, & hic Christus post passionem Martyrum glorificatus.* Sed idem hæc susius pertractans concludendus est in serm. de tempore, ubi quæ ratione profapiam filiorum Israël in Aegypto multiplicari contigerit, explicans, quod iam supra Origenes acute differens exposuerat: *Hæc, inquit, fratres charissimi, in illo Ioseph figurata sunt, in nostro autem Ioseph, id est, Domino Christo in veritate completa sunt.* Prius enim quam crucifigeretur Ioseph noster, pauci in eum crediderunt, posteaquam vero mortuus est, & resurrexit, in vniuerso mundo multiplicati sunt, & venerunt Israelitæ, id est, populi Christiani. Sic & ipse Dominus in Evangelio dixit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Sed alias insuper Augustini sententias hic repetamus. Ipse enim tractatu in Psalm. rationem breuiter assignat, qua nos quoque Iosephi, & ipsiusmet Christi Domini exemplo edocti, aduersa quæque constanter perpeti valeamus, eius autem hæc sunt verba: *Si tentationes durae sunt in hoc seculo, Ioseph in carcere, Christum in cruce cogitate.* Idem porro sanctissimus doctor in sermonibus diuturnam, quam Iosephus carceri mancipatus moram traxit, expendens, eam potissimum rationem affert, quod videlicet spem omnem suam homini magis, quam Deo commiserat, sic autem inquit: *Præuentus est, ut auxilium peteret, dicens magistro pincernarum: Memento mei, cum bene tibi fuerit, & supplica Pharaoni, ut me eiciat de isto carcere. Et quia nondum scriptum erat: Bonum est sperare in Domino, quam sperare in hominibus, cum in omnibus gratiam Dei meruisset, surreptum est illi, ut ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tanquam diceret ei Deus: Ego tibi ostendo, ut magis a me, quam ab homine debeas auxilium postulare, &c.* Hucusque de Ioseph suo eleganter more Augustinus.

3 In Augustini vero sententiam it quoque pedibus S. Prosper Aquitanus, qui lib. de Prædict. in Promiss. Dei, Christum Redemptorem a Iosepho præsignatum fuisse, & ex eadem insuper historia aptum futuræ resurrectionis mysterium eiusmodi argumento deducit: *Post duos, inquit, annos dierum, tertio incipiente, de carcere educitur Ioseph, & noster Ioseph Christus Dominus die tertio a mortuis resurrexit.* Cæteri denique orthodoxi Patres permulta in huius enarratione, historiae mysteria contemplati sunt, inter quos præcipue Ambrosius adscribendus est, qui satis lueulentum, & miris refertum animaduersionibus de Iosepho pariter tractatum edidit: sancti item Ioannes Chrysostomus, Hieronymus, Eucherius, Beda, & alij: verum hæc interim studiose lectori exposuisse satis sit, ut ex his facili quidem negotio sapientissima Christianorum consilia deprehendere queat, quibus ad huiusmodi historiam oculis exhibendam permoti sunt, quo nimirum ex historiae huius enarrationis ad viuam coloribus adumbratæ aspectu mortalium, quique probe discerent, probos viros, ac diuinæ seruitutis obsequio addictos, multiplicium luctaminum molestijs, ac certaminibus exercendos iugiter fore: in quorum tamen conspectu haud vnquã humanum, sed diuinum vltro auxilium expetendum, implorandumque iisdem sit. Id insuper, ut singula complectamur, rem altius expendentium animis emolumentum inerat, inspiciendo quippe palam intelligebant, vberimos ex aduersis virtutum prouentus consequi, ac demum, quod & Regius olim Psalmista enunciauerat, futurum, ut secundum multitudinem dolorum, consolationes Dei mæstorum cordibus inenarrabili persufus lætitia exuberarent, quibus pereennis insuper gloriæ corona post momentanea isthæce agonum certamina ipsius Dei manu impartienda feretur. Sed non ipsa dumtaxat nuda Iosephi imago, sed ne nomen quidem mysterio vacat: nam fidelium auribus veræ felicitatis omen, & futurarum rerum spem bonam denuntiat, iuxta illud, quod diuinæ paginæ monent, oraeculum: *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu: ita plane, incrementum nomen*

Historia Iosephi Patriarche figura. Resurrexerunt.

S. Prosp. l. de prædict. prom. Deip. l. c. 2.

Ambrosii. de Ioseph. Chrysost. Hieron. Eucherius, Beda.

Iosephi nomen mysterium.

Bern. hom. 2.
sup. mart.
prop. fia.

hoc indicat, vt egregie ex ipsius etymologia nominis Bernardus his verbis argumentatur: *Coniice & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubites interpretari.* Futuræ augmentum igitur felicitatis ex Iosephi nomine, tum etiam imagine deprehensi inter procellas Christiani edocbantur, & in ipsomet dignissimi Ioseph nominis augmento de Ioseph dicendi finis esto.

CAP. XII.

De Moyse Hebræorum
Legislatore, ac Duce.

Moyse, eiusque
actiones myste-
riose plene.



VT de Moyse clari nominis, & cōspicue sanctitatis viro, qui totius Israeliticæ gentis post viriliter excussum eorum dorso Egyptiæ seruitutis iugum, dux, legifer, ac princeps extitit, opportunus hic a nobis sermo instituat: quamuis singillatim celeberrimi viri gesta, quæ tum in Exodo, tum in cæteris Pentateuchi tabulis descripta recensentur, condignis quæque mysteriorum sensibus obuoluta sint; apud sacra tamen Cœmeteria hæc præ cæteris pennicillo adumbrata exhiberi contigit, quemadmodum videlicet primum ipse ad colloquendum eū Deo in Horch montem conscensurus manibus calceamenta soluit: qua ratione ibidem consistens lapideas tabulas digito Dei prenotatas populo oblaturus accepit: nec non vberimos emergentiū aquarum riuos petram virga quatiendo eduxit: quæ quidem singula præcipuorum arcana mysteriorum his potissimum sententiarum adnotationibus, sanctorum Patrum ore mirifice dilucidantur.

Mysterium
soluendi prius
calceamenta
quam Deum
conueniat.

S. Greg. Naz.
v. 2. in pasch.

2 Sed primo quidem loco disertissimus omnium Gregorius Nazianzenus in medium prodeat, qui Oratione secunda in Pascha, diuino Moyse iussu calceamenta soluentem pie contemplatus, hæc ait: *Iam qui terram sanctam ac diuinis vestigijs impressam contacturus est, calceamenta soluat; quemadmodum & Moyse ille in monte, vt nil mortuum ferat.* hæc Gre-

gorius. Sed pari quoque eloquentia, apertisque subinde verbis Augustinus Sermon, quem de sanctis habuit, hoc idem mysterium hunc in modum exponit: *Calceamenta, inquit, quibus utimur, coria mortuorum sunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo iubemus renuciare mortuis operibus. Hoc in figura Moyse admonebatur, quando Dominus loquens, ait: Solue calceamenta de pedibus tuis, &c. Audis magna isthac, quæ vel sub cortice minimarum rerum mysterialatent. Verum Gregorio inhærens, idem pariter Isidorus Hispal, lib. Procem. his plane verbis recitat: Quia nullus digne consistere, vel Deum videre potest, nisi qui cuncta terrena & mortalia deposuerit vitia: quod significabant illa calceamenta deposita, &c. Hoc ipsum, plane viri doctissimi, Beda, Theophylactus & alij edocent. Isidorus autem, ibidem de legis diuinitus conscriptæ tabulis iterum quidem Moyse manu receptis; & de anterioribus, quas in admitti ultionem sceleris perfringi contigit; non autem de posterioribus, quæ illibata omnino subsistere, hæc subtiliter edidit: *Tabule ille imaginem demonstrabant prisce legis, non post longum intervallum pro populi peccato cessantis. Alia vero ad instar priorum iterato incisæ, noui Testamenti habuisse figuram. Iste non franguntur, vt ostenderetur noui Testamenti eloquia remansura, &c. Ex quo plane Christi Testamentum, quibus nouum Christi Testamentum, eminet, paginarum prerogatiuam ediscis.**

D. Aug. ser. 43
de sanã.

S. Isid. l. proem

Beda.
Theophyl. l. 1.
Primæ Tabule legis tractat
& secunde
conferuat
integritate curp

S. Isid. de sat
lig.

Mysteria aquarum
est petra
in deserto
turientium

S. Lu. H. 2. 1.
collog. cum
Trypho

3 De vberimis vero aquarum, fluentis, quæ portentosa Moyse manu, durissimo e silice sitienti conseruando populo emanarunt, Iustinus Martyr Colloq. cum Tryphone agens, ipsummet ingeniose locum adnotat, in quo portentum hoc contigit, in deserta nempe gentilium populorum regione, ac inde gentilium eorumdem ad orthodoxæ fidei sinu uocationem præsignari edocet. Sed eius hic verba excipiamus: *Fontē, inquit, aquæ viue a Deo in solitudine cognitionis Dei ex parte, in terra videlicet gentium scaturire fecit hic Christus.* Nec Hieronymus, qui eloquentia, ac cruditione haud cæteris impar est Patribus, suam altioribus hisce mysterijs exponendis ingenij vim desiderari patitur; quippe qui, in illa Psal. verba: *Interruptit petram in eremo.* Hier. in Pe.

Petra quidem ipsummet Christum, aqua vero Apostolos ac orthodoxos Ecclesie doctores subintelligi affirmat: *Percussa est, inquit, Petra, & fluxerunt aquae: illa Petra qui dixit: Qui sitit, veniat ad me, & bibat: de cuius ventre fluxerunt flumina.* Et paulo infra hæc subiicit: *Sicut Moyses percussit in eremo petram, & produxit populo aquas; ita Dominus, quem Paulus percussum ait propter peccata nostra, immersos nobis protulit fontes, Apostolos scilicet, quos Petra monstravit, & per quos fluxerunt torrentes: torrentes autem doctores accipimus, per quos torrentes, id est, subsequentes Ecclesiarum doctores repleti sunt; ex quorum nos predicatione sitim extinguiamus.* Concinne autem, eleganterque idem sanctissimus Doctor Mosaicarum riuulos aquarum, Baptismo & Martyrio his plane verbis confert: *Sed & fontem Baptismi nobis atque Martyrij eadem Petra ostendit. De latere enim eius, cum percussus est, sanguis & aqua processit; quod Baptisma & Martyrium figuravit.* Idem fere disertis verbis inculcat, ac repetit in Comment. Isai. ubi illa Pauli verba explicans 1. Corinth. 10. *Petra autem erat Christus, isthæc ad rem subdit: Cuius, ut noue loquar, latus lancea vulneratum, aqua fluxit, & sanguine, Baptisma nobis & Martyrium dedicans, etc. huc vsque ipsam Moysis imaginem serio contemplans Hieronymus.*

4 Sed Augustinum quoque intimos scripturarum sensus probe elucidantem, si liber, hac super re consulamus, qui Homil. lib. Mosaicæ petreæ symbolo, Christum intelligens, virgam ipsiusmet Crucis trunco studiose comparat, dum isthæc subiicit: *Denique percussa est ipsa Petra ligno, ut aqua fluere: virga enim percussa est. Quare ligno, non ferro? nisi quia Crux ad Christum accessit, ut nobis gratiam propinaret. Quod pari sententiarum vi ad rem nostram in sermone de tempore his verbis prosequitur: Percussit ergo Moyses virga bis siliem, quid est fratres? nec hoc puto esse sine mysterio. Quid est hoc quod non semel, sed bis percussa est petra? ideo secunda vice petra percutitur, quia duo ligna in Crucis patibulo eriguntur: quia in vno sacras manus expandit, in alio vero a capite vsque ad pedes immaculatum corpus expandit.* At aliud præterea, & satis quidem viuudum, satilique per se efficax ex historia, quam nunc recensemus, argu-

mentum Augustinus insert, ad excitandum videlicet in Christianorum animis alacra aduersa quæque patiendi desiderium, quo sane primæuos, ac feruentiores illos Ecclesie Patres, qui a persecutionibus passim impetiti clanculum in cryptis demorabantur, ex eiusdem historie symbolo oculis obiecto, supra modum æstuatim nobis credere par est. Subdit autem isthæc infra: *Bibit ergo de Petra populus, & statim bellum inijt contra Amalech. Videte fratres, quia posteaquam quisque de petra biberit, & Christi sacramentum susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. Tandiu enim aliquis diabolum contra se pugnantem non sentit, quamdiu opera illius exercere voluerit. Qui vero illum reliquerit, & de Petra bibens, Christum sequi elegerit, necesse est, ut illum patiat in se ipsum, cum in isto iudicio voluit præponere Christum. Quisquis ergo Christo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur: quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.* Recensitis autem ab Augustino optime consonant, quæ idem in sermonibus de tempore, speciatim de virga, viuificæ Crucis symbolo, loquens in hæc plane verba suggerit: *Virga illa Crucis mysterium præferbat.* Et paulo post comparisonem hanc subinfert: *Sicut Pharaon & populus eius per virgæ sacramentum affligitur, ut ad seruendum Deo dimittat populum Iudeorum: ita & diabolus, & angeli eius per Crucis mysterium fatigantur, & premuntur, ut a Dei seruitio reuocare non possint populum Christianum.* Hactenus Augustinus in referendis diuinarum scripturarum oraculis oculatissimus. At Augustino Isidorus quoque Hispal. constanter ad stipulatur, hæc dicens: *Eadem autem Petra, que percussa aquam euomuit, Christi figuram habuit, ad quem velut Virga lignum passionis accessit, ut emanaret credentibus gratia. Percussa enim petra fons emanauit: percussus in Cruce Christus sitientibus luacri gratiam, & donum Spiritus sancti effudit, &c.* En quam congrue, quæ olim a Moysse preclare gesta narrantur, ipsi Christo, eiusque fidelibus, velut viux exemplar inagini consonant.

5 Verum ut ad cætera, quæ ad Moysen spectant, elucidanda progrediamur; si imago illa in Cœmeterialibus

Id. Aug. Necessitas puniendi cum diabolo vt in Christo feruntur.

Id. ser. 26. de tempore.

Virga Moysis symbolum Crucis.

s. Isid. Hispal. l. 1. Proom.

Manna quid
figuificet?

plerisque Tabulis frequenter delineata, qua vir quidam, virgam manu gestans, & cistas panibus refertas tangens exprimitur, si Moysen, inquam, mellifluum, quod pluuit Hebræis, manna præmonstrantem, vt merito Bosius arbitratus est, imago ista præsefert, sapienti quidem consilio in sacris hanc Cæmeterijs pictam fuisse fatendum nobis est. Ex eiusmodi etenim historiae prospectu satis apte ratiocinari fideles secum poterant, quam eximij interim gratiarum muneribus cumulentur hi, quos inter seculi huius deserta degeneres haud corruptibili mannae pabulo, vt quondam Hebræi, verum saluberrimo, ac suauissimo, qui è Cælo pluuit, Christi pane in viuifico altaris Sacramento recreari contigit, ipsomet verbis illis protestante Domino: *Ego sum panis viuus, qui de Cælo descendi. Et: Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuunt in æternum.* Quod sane præstantissimi valoris, celebrandum iugiter diuinæ beneficentiæ, immensique amoris pignus in hæc plane verba satis luculenter Augustinus expressit: *Manducauerunt, inquit, manna, & mortui sunt, id est, manna quod manducauerunt, non illos potuit a morte liberare: non quia vsurum manna mors eis fuerit, sed quia a morte non liberavit. Ille enim liberaturus erat a morte, qui per manna figurabatur. De Cælo certe manna veniebat, attende quem figurabat: Ego sum, inquit, panis viuus, qui de Cælo descendi, &c.* Hucusque ad rem nostram Augustinus, qui sacrosancta, vt vides, altaris mysteria, & panis Dominici sacramenta sub virga, ac Moysis panibus adumbrata fuisse pronuntiat.

Panes cruce
signati.

6 Et hanc fortasse ob causam in quarta Cubiculi Tertij tabula, quæ apud Callisti Cæmeterium adhuc conspicua extat, iuxta Moysis imaginem, quæ ibidem efficta cernitur, Christi quoque panes cruce obsignatos sinu continentis imago contemplanda exhibetur. Sed hic quæso mente, si libet, repetamus, quæ Origenes potissimum in Exodi elucidationibus eiusmodi manna verbi diuini pabulo comparans, concinne arguteque describit: *Dominus, inquit, pluuit manna de Cælo, sed & hodie ego dico, quia pluuit Dominus manna de Cælo: celestia namque sunt eloquia ista, quæ nobis lecta sunt, & a Deo de-*

Orig. hom. 7.
in exodum.
Manna est
verbum Dei.

scenderunt verba, quæ nobis recitata sunt, & ideo nos felices, qui talia manna suscepimus. Pluribus autem omnimodam hanc diuini vrbis similitudinem, ex mannae eiusdem proprietatibus, sed præcipue ex miro ipsius candore, ac dulcissimo itidem sapore comprobatur. Sic autem inquit: *Candoris autem, & dulcedinis habet plurimum. Quid enim candidius, quid splendidius eruditione diuina? quid dulcius, quid diuina suauius eloquij Domini? quæ sunt super mel & fauam.*

7 Demum vt saluberrimum Mosai-
cæ historiae, necnon imaginis aspectum,
lynceis quisque oculis assequatur, ex præ-
memorata historiae symbolo probatissi-
mi orthodoxæ fidei cultores, mysterijs
quampluribus mirifice instruebantur, &
primum quidem haud vllis supernarum
consolationum eos dignandos fore mu-
neribus, qui futiles sibi, terrenasque vl-
tro subtrahi non acquieuerint, cum iux-
ta id, quod sacrarum oracula scriptura-
rum perhibent, tunc temporis potissimum
manna de Cælo Hebræorum genti Deus
irrorauerit, cum Egyptiacam, quam se-
cum detulerant, farinam descensisse peni-
tus contigit. Quod mysticis quidem elocutionibus Gregorius Nyssenus in libro
de vita Moysis erudite satis expendit;
vbi isthæc: *Posteaquam mare transferunt,
&c. Tunc quæ Egyptia viatica, & cibos sibi
assumpserunt, penitus eos descecerunt: tunc
omni nutrimento, quod ab Egypto ferebant,
absupto, desuper sibi desluit cibis variis
simul, & simplex, &c.* Ex iniuncto in-
super ijdem diuinitus præcepto, tan-
tundem videlicet matutino tempore,
quod ad mensuram pertinet, colligen-
di manna, quantum ad opportunam
quotidiani pabuli mensuram vniciui-
que sufficeret, ita vt quod victui su-
perfluum haberetur, computresceret;
salubri quidem prouehendæ vitæ in-
stituto admonebantur, vt quæuis lubri-
ca noxiarum cupiditatum incientia re-
scinderent, & paucis ad fouendam, pro-
pagandamque vitam contenti, sobrieta-
tis modum tenerent, iuxta id quod Apo-
stolus ait 1. Tim. 6. *Habentes alimentum, &
quibus tegamur, his contenti sumus. Quod
totum pari verborum elegantia suo ex
more Nyssenus in hæc verba ibidem
edisserit: Nec plus aut minus, quam indigen-
tia exigebatur; quod meo iudicio, præcepto
quæ-*

Munera diu-
ne consolati-
onis cum mi-
datis Deus
non largitur.

Manna de
Cælo non plu-
uit desuper
re farina. Eg-
pti.

D. Greg. Ny-
sseni.
lib. de vita
Moysis.

Manna pur-
fecbat vitæ
necessarium
instantem
lectum. eius-
mysterium.

ad Tim. 6.

D. Nysseni.
lib. de vita
Moysis.

CAP. XIII.

De Pharaone Aegyptio-
rum Rege, maris Ru-
bri fluctibus
obruo.

quædam est, omnes communiter instruens, ne
plura, quam natura sufficiant, causa viuendi
ex his materialibus appetamus. &c. Quod si
quis stulta cupiditate deponendi, quicquam
ex illo cibo in crastinum deposuerit, totum in
vermes commutatur. Indigentia igitur
ac sobrietati diuinitus consultum est;
humanæ autem auiditati, ac inexplebili,
quæ passim obtrigit, cupiditati Dei pro-
uidencia, velut indignis, semper cæst.

8 Nec vero peculiari vacat myste-
rio, vt idem scriptor egregie contempla-
tur, illæsa, illibataque conuictæ eiusdem
mannæ mensura, quæ ab Israelitis sedulo
collecta, ad vsque sabbati diem seruaba-
tur, cum grande alioquin piaculum
haberetur, ipsomet recurrente sabbato
manna colligere, cuius rei gratia duplam
côsuetæ mannæ mensuram, die, quæ sab-
batum antecedebat, sibi Israelitæ ad
victum parare consueuerant. Quo sane
aptissimo rerum arcanarum symbolo
cunctis, qui in æternitatis spem euocati
sunt, intelligi aperte datur, in presen-
ti nimirum seculo laboribus iugiter in-
sistendum esse, & bonis interim virtutum
operibus vacando, opportuni insiar
viatici, meritorem subsidia comparanda,
quibus recurrente postmodum sabbato,
hoc est, cum perpetuæ vniuersæ quietis
aduenerit dies, exoptatæ mercedis præ-
mia consequamur. Sed Nyssenium, si
libet, his plane verbis egregie petoran-
tem excipiamus: *Die autem sabbati solum
illesum permanebat: quia ex re tunc hæc de-
ponendi superfluitate prouida mente vtendum
docemur, quando ipsum depositum corruptio-
nem pati non potest. Id enim post huius vite
parascuon, in quiete, quæ post mortem est,
vtilissimum erit. Hæc vero præparationis
dies, hæc vita est, in qua præparamus, quæ
ad futuram vitam nobis præstita erunt. Vi-
des hinc, amice lector, quam oppor-
tuna ad immortalẽ vitam comparan-
dam ex adumbrata Moyse imagine sub-
sidia suppetant, & quænam diuinarum
virtutum semina, vel vt melius dicam,
ad æternitatem mortalibus viatica, ex
Cœmeterialibus symbolis eruta mente,
iugiter, ac animo recolenda patcant.
Sed isthæc interim nobis ad cætera con-
tendentibus delibasse sufficiat.*



A Moysæ ad Pharaonẽ,
hoc est, a legum diui-
narũ assertore dignif-
imo, & Israelitica-
rum gentium ducto-
re, ac propugnatore,
iugiter memorando, ad insensissimum
diuini numinis, ac nominis, & populi
ipsius hostem, ad Athcum denique ho-
minem, qui ipsi iniurius diuinitati, san-
guinem innocentium vltro exposcebat,
& nec Deum timebat, nec homines, vt Scri-
pturæ aiunt, reuerebatur, orationis sty-
lum conuertimus, verum quoniam est
& vas aliud in honorem, & aliud in con-
tumeliam, & ex noxijs quoque vene-
nis pharmaca comparantur, haud in-
uisa hæc, ac expungenda calamo, & per-
stringenda reprobi istius hominis ima-
go sacris ad intuentium vtilitatem my-
sterijs desituitur. Cum enim in Cœ-
meterialibus frequenter Tabulis Pharao-
nis in ipsomet maris profundo demer-
si oculis subijciatur historia, quod ip-
siusmet Moyse opera, vt sacra testan-
tur Paginæ, diuinitus contigit, haud
quidem dissonum & ab re fuerit, si a
nobis singula venerandæ antiquitatis
monimenta recolentibus, etsi Moyse
imago nullatenus tabulæ exsculpta ex-
tet, hic quoque paucis in studiosi le-
ctoris gratiam ipsiusmet Pharaonis men-
tio suggeratur. Vt credere autem no-
bis par est, primæui Christianæ fidei scõta-
tores eandem hanc sibi ob oculos histo-
riam idcirco proposuere, vt impertiti e
cælo auxiliij in arduo rerum momento
menti iugiter memoria subesset; quo ab
Ægyptiæ, qua premebantur, seminitus
iugo, & impia idolorum, a quibus detin-
ebantur, tyrânide in libertatem mirabili-
ter vindicati quondam fuissent, spemque
bonam vel inter aduersa, Deo aspirante,
conciperent, futurum videlicet, vt Tar-
ta-

Pharaone hi-
storia, eiusque
mysterium.

Pharaonis hi-
storia auxiliũ
diuinum iustis
auelle duce-
bat.

nna in die
bati colle-
m non pu-
cebat, eius
mysteriũ.

ff. l. d. e.
v. 1. f.

tarcis tandem deuictis hostibus, reu-
ctoq; de ipso tenebrarum principe, cuius
Pharao typus extitit, triumpho, ad opo-
tã diuinarum promissionum, ac uiuentiũ
iugiter regionem, Christo adnitentibus
duce, ipsi quoque palmis victorialibus
insigniti emergerent. Quod præ cæteris
egregie idẽ, qui supra, Gregorius Nyssen-
us innuit Homil. in Cant. illa præsen-
tim verba exponens: *Equis meis in curri-
bus Pharaonis; sic enim ait: Fieri non potest,
vt assimiletur quisquam equis, per quos in-
profundum demersi sunt currus Aegyptiorum,
nisi per aquam mysticam liberatus a seruitute
aduersarij omni sensu Aegyptiaco, & omni
externo vitio, & peccato in aqua relicto, pure
emergat, Aegyptiaca conscientia nihil secum
adducens in vitam postea futuram, &c.* Hæc
diferte in rem præsentem Nyssenus.

Greg. Nyss. ho.
3. in Cant.

2 Cui plane ipsemet Augustinus in
serm. de Tempore, his quidem verbis
adstipulatur: *Ipse est, inquit, Via, Chri-
stus nempe, per quam populus, qui Deo con-
iungitur, de Aegypto, id est, de Idolorum ob-
seruatione educitur per mare rubrum, Chri-
sti sanguine rubicundum, & quodammodo
iam tunc mysterio consecratum, tanquam
per Baptismi Sacramentum, Pharaone sub-
mersus, populus Dei eripitur. Et vero ita fit,
fratres, quando in salutari lauacro, tertio
Christiani merguntur. Tunc Aegyptij, id
est, originalia peccata, vel actualia crimina
quasi in rubro mari sepeliuntur, & filijs Is-
rael pertransuentibus ad Dei seruitium, sola
patiuntur peccata naufragium. Et ne ali-
quis dubitet, & putet non omnia peccata so-
piri per Baptismum, agnoscat & intelligat,
quia quomodo nullus remansit Aegyptiorum,
sic nihil remanet peccatorum. Vides quam
bene Aegyptiorum naufragio inter ba-
ptismales vndas omnimoda peccatorum
obliteratio respondet. Quod egregie
pariter Chrysostomus insinuat in illud
Pauli: *Nolo vos ignorare fratres, quod pa-
tres nostri omnes sub nube fuerunt, &
omnes mare transierunt. Sed eiusdem hic
verba referre præstat: Poterimus te do-
cere, quomodo vetus ad nouum Testamentum
habet cognationem, & ille transitus ad no-
strum Baptisma. Nam ibi aqua, & hic aqua;
lauacrum hic, & ibi pelagus: omnes hic in
aquam ingrediuntur, & ibi omnes. Iuxta
hoc similitudo est. Postea vis cognoscere co-
lorum varietatem? ibidem liberati sunt ab
Aegypto per mare: hic autem ab Idololatria,**

Chrysostomus
4. in 1. Cor. 9

& ibi equidem Pharaon submersus est: hic
autem diabolus: ibi Aegyptij submersi: hi au-
tem vetus homo peccatis defoditur, &c. Sed
interim, quæ disertissimis idem verbis
Homil. ad Neophytos recitat, audiamus:
*Vidisti, inquit, mirabilia longe maiora, quam
Iudei in illo tempore Aegyptum relinquen-
tes: non vidisti armatum Pharaonem suffoca-
tum, sed vidisti diabolum mole suppressum.
Illi fluctus, & pelagus transierunt: tu mor-
tem transisti. Illi Aegyptiorum separatione
alienati sunt: tu demonum liberatione gra-
tularis. Illi iugum amiserunt barbarice ser-
uitutis: tu, quod durius est, a peccatorum
seruitute liberatus es. En, mira symbolum
inter vtrumque, maris videlicet, & ba-
ptismi proportio. At vero Alcimus Aui-
tus Viennensis lib. quem de maris rubri
transitu inscripsit, in Patrum Bibliotheca
carminibus hisce eleganter expres-
sit:*

Chryf. ho.
Neoph.

*Quod vero Aegyptus lapsis euaditur vn-
dis,*

*Euafoque mari, nostri illa figura lauacri
est*

*Cum Pharaon infernus sacris submersus in
vndis*

Ingenit è tanto miseris discrimine lapsos.

Cæteris demum omnibus, vt breuitati
consultum sit, prætermisissis, Bedam do-
ctissimum, lector, consule, qui in suis in
Exod. animaduersionibus hæc omnia
paucis quidem, sed concinne hunc in-
modum explicat: *Rubrum mare signifi-
cat Baptismum, Christi sanguine consecra-
tum. Virga autem, qua mare tangitur,
Cruce Christi est, quam per Baptismum acci-
pimus. Inimici sequentes cum Rege, qui a
tergo moriuntur, præterita peccata sunt, que
diluuntur, & diabolus in spiritali lauacro,
id est, Baptismo suffocatur. Quid mirum
igitur, si apud Christianos, quibus ba-
ptismali fonte expiatis iter ad Cælum
pandebatur, & quibus mors iugiter im-
minebat, necnon sub ipsa quoque ætio-
ra persecutionum tempora feriente
tyrannorum gladio, ipsiusmet sanguinis
vnda ablutis expeditus ad vitam transi-
tus parabatur, si Pharaonis, inquam, intra
Occani fluctus demersi coloribus efficta
& sepulchralibus item lapidibus inscul-
pta haud semel imago suspicienda pro-
poneretur, cū ex illius obiectu probe il-
lud vnusquisq; meminisse posset; *Et in
mari rubro via sine impedimento. Sed de
Pha-**

Alcimus Aui-
vius. l. 5. de
transitu ma-
ris rub. Bibl.
PP. 10. 8.

Bedam
c. 14.

Sap. 2.

Pharaonis naufragio, ac de Baptismi sym-
bolo hæc pauca delibasse sufficiat.

CAP. XIV.

De Arca Fœderis.



HRISTIANI, quippe
qui regenerantis aque
lanaero, vt diximus,
diuino munere imper-
titi, e medijs pericu-
lorum fluctibus felici-

ter emergere didicerant, triumphale
Arcæ Fœderis lignum, quod olim Iu-
dæis inter desertæ agentibus, & in ipsius
Iordani præsertim transitu miris poti-
tatis præsto fuerat, turumque aduersus hos-
tium conatus propugnaculum extiterat,
intra Cœmeteriales cauernas sibi ob o-
culos iugiter contemplantum proponere
consecuerant. Eiuscemodi enim sym-
bolo, sedatis tandem rebus, vnâ cum
Israelitis bonum felicitatis omen. naçti,
canendum sibi quoque portendebant:

*Surge Domine in requiem tuam tu, & arca
sanctificationis tue.* Et hinc potissimum,
vt rem ad sua deriuemus initia, conti-
gisse arbitramur, vt Arca, quæ coloribus
affabre in quarta Cubiculi primi apud
Callisti Cœmeterium tabula exprimitur,
ipsammet, quemadmodum coniectura
suadent, & nobis credere par est, testa-
menti Fœderis Arcam exhibeat: sub eu-
ius profecto cortice haud obscura re-
rum altissimarum cõsiderenda mysteria
latitant. Hanc enim, vt eius hic gloria
decorem studiosorum auribus ingera-
mus, apertissimam Christi Saluatoris no-
stri figuram extitisse cuncti sere e Pa-
tribus asseruere, qui Arcæ eiusdem for-
mam, mensuram, ac munera solerti la-
bore ac studio adnotarunt: inter quos
Cyrillus Alexandrinus locum præcipuû
tenet, qui lib. quem de Incarnat. Vni-
genit. conscripsit, super illud: *Et facies
Arcam Testamenti,* &c. hæc ait: *Sed lignum
quidem impuñibile sit figura corporis incor-
rupti: impuñibilis enim cedrus: aurum
vero quasi materies alijs pretiosior, diuine no-
bis indicat substantia maiestatem.* Neque e
id satis ad rem pro dignitate illustran-
dam exposuisse ratus Cyrillus, hæc in-
super lib. in Ioan. addit: *Christus est*

*Tabernaculum quidem propter carnis tegu-
mentum: Arca vero legem habet reconditam,
vt Dei Patris Verbum.* Hæc ille.

2 Sed promptis quæso auribus di-
fertissimus inter cæteros Hilarius exci-
piatur, qui elucidatione in Psal. super
illud: *Arca sanctificationis,* &c. hæc
optime ad rem nostram inserit: *Et qui-
dem esse Arcam Testamenti meminimus intus
& foris auream, vbi tabule Testamenti, vbi
sacra licera, vbi liber Testamenti, vbi Gomo-
mannæ: sed hæc omnia eius, quod Dominus
assumpsit, corporis species est, omne in se
sacramentum continens legis. Hoc & Dei-
tatis spiritu, & origine carnis munitum, in-
tus ac foris aureum. Est enim Dominus no-
ster Iesus Christus in gloria Dei Patris, &
manna in se continens æternum: ipse enim
panis est viuus Testamenti intra se tabulas
& legis librum conseruans: sicut enim in
eo verba vitæ. Nec prætereundus interi-
rim nobis est Ambrosius, qui in epist.
ad Fel. Comen. Episcopum in hæc pla-
ne verba idem profequitur: *Ibi Arca
Testamenti est vndique auro tecta, id est,
doctrina Christi, doctrina sapientie Dei. Ibi
dolium aureum habens manna, v. c. captaculum
scilicet spiritualis alimonie, & diuine prom-
ptuarium cognitionis. Ibi Virga Aron,
insigne sacerdotalis gratie, quæ aruerat ante,
sed in Christo restoruit, &c.* In epist. in-
super ad Hebr. *Hæc est, inquit, caro Salua-
toris nostri, in qua erat vna aurea habens
manna diuinitatis, & Virga Aron, quæ flo-
ruit in sacerdotio Christi, & Tabule duorum
Testamentorum.* Arca igitur Mosiacæ
legis, quæ tota auro præfulget, aureis
item interiorum tegminibus intus di-
uces coruseat.*

3 Nec vero vnum dumtaxat in Ar-
cæ simbolo mysterium Ambrosius re-
cognoscit, sed totus in perquirendis
perferutandisque cælestium arcanorum
thæsuris lynceus, ipsius Deiparæ sa-
cro sanctum in Arca mysterium venerari
haud definit, cuius hanc extitisse figu-
ram in ferm. pro Com. Confess. his ver-
bis asseruit: *Arca autem quid, nisi san-
ctam Mariam dixerimus, siquidem Arca
intrinsecus portabat Testamenti Tabulas:
Maria autem Testamenti gestabat heredem.
Illa intra semet Legem: hæc Euangelium
retinebat. Illa Dei vocem habebat: hæc Ver-
bum. Veruntamen Arca intus forisque auri
nitore radiabat: sed & sancta Maria intus
so-*

Arca Fœderis
Christo Do-
mino symbo-
lice collata.

S. Hil. in psal.
131.

Ambros. l. 2. ep.
60.

Arca Fœderis
figura Doctri-
næ Christi.

Id. in ep. ad
ad Heb. c. 9.

Arca Fœderis
figura Virgi-
nis Deiparæ.

S. Ambros. l. 25
pro Com. Con.

forisque virginitatis splendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro: ista caelesti. Vnde merito ab Ecclesia Arca Fœderis ipsa B. Virgo nuncupatur. Vides quam apte ea, quæ Arcæ congruunt, eadem in Virgini respondeant.

4 Sed aliud plane mysterium haud obiter expendendum sub Arcæ eiusdem cortice Gregorius contemplatus est, dum Homil. in Ezech. Israeliticam ipsimet Christo Arcam conferens, hæc ait: Arca quippe Testamenti ipse nobis factus est, de quo scriptum esse nouimus: In quo sunt omnes thesauri sapientie absconditi. Idem autem sanctissimus Doctor in suo Past. eandem apertissimum Ecclesiæ symbolum esse pronunciat: Quid per Arcam, inquit, nisi sancta Ecclesia figuratur: cui quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adiungi, quia in eo quod per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio sancti Euangelij libris accincta prædicatur. Gregorio Augustinus item subscribit, illa Apocalyp. verba explanans: Et visa est Arca Testamenti eius in Templo eius; vbi isthæc: Id est, intellectum est, Ecclesiam esse Arcam Testamenti. Arcæ igitur symbolum, multiplici quidem mysterio decorum, atque conspicuum, Christi, Deiparæ, & demum ipsiusmet Ecclesiæ contemplantibus exemplar exhibet. Et hæc pauca interim de Fœderis Arca studiose prælibasse lectori volumus.

S. S. 112. h. 32. in Ezech.

Arca Fœderis figura Ecclesiæ.

Id. in Past. p. 2. c. 3.

Aug. l. 9. in Apocal.

manu vltro sublatas expendit, sacrosanctum Dominicæ resurrectionis mysterium his quidem verbis agnoscit: Tollit tamen portas ciuitatis; id est, auferit portas inferni. Quid est portas inferni tollere, nisi mortis imperium remouere? Quid autem fecit Dominus Iesus Christus? ablati portis ascendit in cacumen montis: nouimus enim eum & resurrexisse, & in calos ascendisse. Idem quoque Gregorius affirmat, qui prolixior rem hanc sermone prosequitur, ac magis expresse, quod adumbratum est, mysterium explanat, dicens: Sed quid fecit Sampson, agnouimus; media nocte portas ciuitatis abstulit, & montis verticem ascendit. Quem, fratres charissimi, in hoc facto, nisi Redemptorem nostrum Sampson ille significat? Quid Gaza ciuitas, nisi infernum designat? Quid per Philisthaos, nisi Iudæorum perfidia demonstratur, qui cum Dominum venderent, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illico deputauerunt. Sampson vero media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit: qui Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed etiam & ipsa inferni claustra destruxit: portas tulit, & montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo colorum regna penetravit, &c. Sed strenuissimi mortaliū Sampsonis historiam paucis admodum perstrinxisse, eiusdemque coloribus vel leuiter imaginem adumbrasse volumus, cum satis superque tanti viri gloriam, cuius mentio est, ipsamet fama, quæ adhuc viget, totumque repleuit orbem, vel silens loquatur.

D. Aug. 107.

Greg. hom. in Ezech.

CAP. XV.

De Sampson.

QUOD laudatissimus ille sacras apud Paginas Sampson, & portentoso virium robore, satis nunquam admirandus, alter veluti antiquorum Atlas, typicam Christi Saluatoris nostri formam præstulerit, Patres fere omnes vnanimi voce affirmant: sed vnus præ cæteris constanter Origenes Tractat. in Matth. Ambros. item Comment. in Apocalyp. Augustin. in Sermone de Tempore; qui dum Gazæ ciuitatis portas ipsis e cardinibus Sampsonis

Sampson Christum Dominum typice significabat.



Orig. tra. 35 in Matth. Ambros. Com. in Apoc.

CAP. XVI.

De Regio Propheta Dauide.

SAPIENTI quidē Christiani consilio, qui olim insectatium metu adacti, ex Vrbe, & ex toto, vt ita dicam, terrarum orbe extores effecti, fugam arripere, & intra Cœmeteriorum cauernas ad latitandum se recipere compellebantur: nullibi enim tuto consistere poterant, nec vllus eis ad

Cur Dauide imaginem tiores Christi in Cœterijs depergerat?



ad latendum locus suppetebat, quod David strenuissimus vir, cum Saulem persecutorem pateretur, haud semel laudabiliter praestitit, animo recolecentes, viuis in tabula coloribus expressere. Congruè nimirum prophetae laudatissimi, qui in montes, silvas, atque antra, vt insequentium manus declinaret, regioque conatus eluderet, fugam arripuit, contemplandam sibi ob oculos in ipsiusmet Coemeterialibus cubiculis imaginem adumbrabant. A regia quippe Vrbe profugus apud Ziphæos iste aliquando in solitudine, vt sacrae testantur paginae, delituit, eisdemque vltro Sauli, vbi absconditus vir insons degeret, renunciantibus, quo Rex iracundia furens; æque ac inuidia tabescens, innoxiumque sanguinem sitiens, quem anxie requirebat, prompta manu obtineret, locum diligenter in hæc verba obseruari præcepit: *Considerate, inquit, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum: quod si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iudæ.* Vtique si intra ipsius terræ viscera is, quem hostiliter insectabatur, se insudisset, abditissimos quosque ad persecutandum hiatus se penetraturum edixit. Verum subinde, haud semel Deo protegente, qui facit ventis pondus, quærentis, immo ad necem insequentis sollicitudo deludi meruit, & opportuna vbi que David ferarum instar latibula fortitrus est. Apud Ziphæos enim frustra in montibus a Saule quæsitus, & in tutissimis Engaddi locis intra speluncam ab ipsomet insequente, ac veluti lato conclusus, præsentissimo numinis auxilio liber a cæde euadens, vel inter sugiendum palmam ex hoste haud occiso, sed seruato, & tunc maxime, cum nullum pateret effugium triumphando reuexit: Porro David desperabat se posse euadere a facie Saul. Sed meminimus quæso David speluncæ latebras subeuntem: *Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, &c.* Porro David, & viri eius in interiore parte speluncæ latebant. Quippe iam ex aduerso hostis non cum hoste, sed cum amico, etsi hostiliter conflicturus in arenam descendisse videbatur, qui tamen liber semel, atque iterum protegente Deo euadens, resecta dumtaxat chlamydis ora.

Tom. II. Rom. Subt.

liberum amicabiliter inimicum dimisit: quapropter domi forisque tunc maxime hosti pacificus, cum ille magis aduersus eundem truculentus, insensus, ac bellicosus, condignam è Cælo triumpho palmam promeruit: post immanem quippe Philistinorum cladem, Gigante ad internecionem delicto, festiuus illis merito vocibus quondam puella redeuntem excepere: *Percussit Saul mille, & David decem millia. Percussit Philistæum, & abstulit opprobrium ex Israel, quia manus Domini erat cum illo.* Et quidem prælaræ eius res gestæ æternitati commendatæ isthæc legentibus iugiter inculcant: *Numquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente. In tollendo manum, saxo funde deiecit exultationem Goliæ: nam inuocauit Deum omnipotentem, & dedit in dextra eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ, sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ.* En Davidicæ immensus gloriæ cumulus, condigni triumphorum inuicti Regis tituli, quos nulla vnquam temporum obliterabit iniuria, omnis ætas admiranda suspiciet. Iure igitur eius, qui Dei gloriam, qui religionis cultum præ oculis iugiter tulit, & regnum religionis posthabuit; iure, inquam, in subterraneis palæstris apud primæuos Christianos, dum probris, ac contumelijs ad abiurandam fidem impeterentur, eiusdem ob oculos imago contemplanda proponebatur. Quis enim saltantem ante Arcam in Dei obsequium Dauidem non meminerit: *David autem saltabat totis viribus ante arcam, cum interim ab vxore Michol insanis vocibus, didicerisque turpiter impeteretur: David saltat, & Michol irascitur.* Sed exprobranti vnicam pro clypeo Dei gloriam, qui tunc maxime inglorius videbatur, obiecit: *Ante Dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius mihi, vt essem Dux super populum Domini in Israel, & ludam, & vilior fiam, & ero humilis in oculis meis.* Merito igitur admirandus ille plus dum saltat, quam dum pugnat, plus dum se ad ima deiecit, quam cum inimicos potenti virtute debellans extollit: *Ego, inquit Gregorius, Dauid plus saltantem stupeo, quam pugnantem*

Reg. c. 18.

Ecc. 47.

Iure Davidis imago Christianis olim proponebatur

2. Reg. 6.

2. Reg. 6.

Greg. in c. 7. Job.

pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem coram Domino seipsum vicit. Et hæc infra in saltantis laudem Gregorius subdit: Rex se in diuino obsequio per saltum rotat. Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit, sese sub Domino, & exequando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Ad inuicti igitur animi intet aduersa exemplar æmulandum Dauidem Christiani, dum ipsammet speluncas incolerent, suspiciendumq; sibi obieiebant.

Dauidis cum Goliath certamen depictum quid duceret?

2 Cum igitur in nonnullis Cæmærerialium Cubiculorum tabulis præclara Dauidis pastoritia funda instructi ad certamen cum illo gigantem vastissimo Goliath prodeuntis imago exhibeatur, nostri quidem muneris est, opportunis sententiarum coloribus concinne imaginem hanc intuentium ob oculos delineare. Vt quid autem emolumentum potissimum pijs fidelium animis ex eiusdem aspectu proueniret, breuiter attingamus: recolendæ huius quidem historię pennicillo expressa imago inuictos Christi athletas sæuisimis cum tyrannis, ac tartareis ipsius Auerni potestatis conflicituros, haud ferreis tamen armis munitos, nec proprijs innixos, fidentesque viribus, victoriæ palmam consecuturos inspicientes vltro edocebat, iuxta illud Psalmistæ oraculum: *Nō enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non saluabit me, &c.* Sed valido Christianæ fidei scuto, ac viuificæ crucis, quæ vim præliantibus confert, & vires aduersariorum enervat & præripit, præsidio certam sibi victoriam polliceri ac lauream posse promereri vnumquemque posse, cum ipsamet Dominus, qui Petra symbolice dictus est, in crucis tunco tanquā in funda, ad omnem diaboli fastum, ac vix penitus omnem conterendam, prosternendamque, diuinitus in exemplum pariter, atque subsidium constitutus sit. Quod egregie Cyrillus Alexandrinus in hæc verba exponit: *Sane crux ista funda est, qua Dauid Goliath horrendum in armis, & formidabilem visu strauit humi. Vides hinc contemptibili ligno quam ingens & recolenda iugiter prouenerit orbi victoria.*

S. Cyrill. l. 8. in 16. n. 17.

Funda Dauidica Ecclesiæ præfigens.

3 Sed miris historiam hanc animaduersionibus Gregorius illustrat, dum Dauidicam Ecclesiam funda, limpidiuimis vero lapidibus orthoxos præsignari

Doctores affirmat; sed hic eiusdem verba lector accipe: *Quid per fundam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Funda namque dum in gyrum mittitur, sic vt de illa lapides exeant, quibus aduersariorum pectora feriuntur. Ita sancta Ecclesia dum volubilitate temporum per tribulationum circuitum ducitur, fortes ex illa viri prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tunduntur. Et hæc infra sanctissimus doctor enarrando subiicit: Vnde & Goliath immanissimus saxo funda moritur, quia singulari sancte Ecclesie lapide diabolica celsitudo superatur. Porro concinne Cyrillo Augustinus de quinque hæresibus hoc plane modo adtupulatur: *Goliath, magnum, robustum, armis terribilibus, ingentique turba munitum, Dauid solus puer paruus, & inermis, vno lapidis ictu prostravit. Quid autem aliud petra contra Goliath manu Dauid missa, nisi Christum contra diabolum ex semine Dauid venturum significauit? Eadem fere profequitur expositione, quam habet in Psal. & sicut in sermone de tempore. Et iterum sanctissimus Pater, Dauidē in certamen strenue profilientem, fide quidem armatum, non autem atmis fidentem, admirandus suspicit, dum ait: *Expediissime ille ad prælium procedere cupiebat. fortis non in se, sed in Domino; armatus non tam ferro, quam fide. Vnde abiectus armis elegit aliquid, vnde pugnaret, & hoc non sine sacramento, &c.* Idem repetit sermone quarto de verbis Domini: *Vide inquit, paruum Dauid contra Goliath, vide paruum contra ingentem, sed in nomine Domini profumentem. Tu venis ad me, inquit, cum chypeo & lancea; ego in nomine Domini omnipotentis. Sic, sic, aliter non, omnino aliter non prosternitur inimicus. Hæc ille.***

Greg. l. 34. moralium in cap. 42. Job.

S. Aug. de quinque hæresibus.

Aug. in psal. & ser. 197.

Fiducia Dauidis cum Goliath præliantur.

S. Aug. ser. 30 de diversis, de Monem.

Id. ser. 4 de Verb. Dom.

4 His vero plane consentiunt, quæ D. Ioannes Chrysostomus verbis hisce scribit: *Hoc factum est, vt virtus Dei aperte monstraretur, & non armis, quæ fiebant, mira adscriberentur. Nam deposuit arma, & arrepta pera pastorali, & silicibus contra carnem illam turrim egressus est. Sed miro vtique ingenij acumine, & paribus eloquentiæ lineamentis Ambrosius hanc si gillatim historiam expendens profequitur; ait igitur: *Per peram eius humanitas designatur: per quinque lapides, quinquæ libros Moysis, quos in peram misit, quia scientiam quinque librorum æqualiter possedit.**

D. Chryst. l. 46. in Gen. Christus verbis scripturæ Diabolum deuicit, & Cruce illius percit.

S. Ambrosius in 6. Apoc.

Cithara demulsit, quem non potuit obsequio, sacer Orpheus
inter Prophetas.

Quia Regem patienter sustulit, Regnum patientia abstulit,
Non sui miuus, quam aliorum semper magnificus triumphator.
E castris gloriosus ab hoste semper victor redijt, sed domi dum vacat
ab hostibus,

(Proh dolor!) ab inermi scemina captus, victus, prostratus est.

Fecit tunc, quod vel fecisse perpetuo pœnituit.
Et ne se ferreum hominem crederet, deuiçius carneum sensit,
Comprobavit & dum ex adultero factus homicida,

Post carnem, Vriæ sanguinem propinavit.
Sed Cælo vindice filius contra patrem rebellat, quia legi diuinæ rebellans,
amico iniurius exitit.

Natus naturæ opprobrio thorum paternum violat,
Quia ille violauerat alienum.

Fugit non ab hoste, sed a filio, qui hostes iterum; iterumque fugauit.
Vriæ cruorem, quem fuderat, filiorum Ammon, & Absalon sanguine
per sua viscera refudit.

Salomonem, id est, filium pacificum
Regno demum, ac paci destinavit,
Primus ad posteros pacifice regnum transmittens, haud transmissurus
cum Regno peccum.

Discant Reges in otio priuatam pacem timere, qui ob publicam
in bello pacem haud otuari timent,
Et culpam veterem intelligant haud claudo pede nouam
consequi pœnam.

CAP. XVII.

De Elia Prophetarum
celeberrimo.

IURE merito Elias
Prophetarum dignissi-
mus Cœmeteriales in-
ter imagines prudenti
Christianorum iudi-
cio locum tenet: hic

Elie imaginẽ
in Cœmete-
rijs cur puge-
retur?

enim Reges pro religione tuenda in-
fectatores habuit, nec loco vnquam con-
sistere permittus, sequester ab homini-
bus, nunc in montibus, nunc in spelun-
cis degere compulsus est: dissimili enim
prorsus ratione hic vnus ab Elifæo di-
scipulo dignoscendus videtur: ille enim,
prosperis arridentibus rebus Prophetiæ
dono præfulsit; iste vero aduersis qui-
busuis impetitus, signis, ac portentis di-
uinitus cumulari meruit. Siquidem
(vt egregie in rem præsentem Angusti-
nus adnotauit) *Elifæus cum magno hono-
re, ac seculi dignitate virtutum, ac prophe-
tiæ donum habuit; quod Elias profugus*

Aug. l. 2. de
myst. sac. Scri
6. 26.

*& persecutus in montibus, & speluncis de-
gens, & eiçlus ab hominibus retinebat.*
Quapropter non immerito duplicem
impertiendum sibi spiritum a magistro
in Cælum abeunte postit, vt inter pro-
spera nimirum, quæ ille inter aduersa
obtinuerat, supernorum charismatum
dona, teste Augustino, possideret. Con-
grue igitur Christiani in speluncis Cœ-
meterialibus latitantes profugi hominis
imaginem sibi contemplandam propo-
nebant. Et quidem familiari olim vsu a
primævis Christianæ militiæ ducibus,
qui sacra Cœmeteriorum loca incol-
bant, Prophetæ, ac viri sanctitate con-
spicui imago recepta est, in cuius reco-
lenda, atque admiranda iugiter historia,
complura arcanorum mysteria sapienter
orthodoxorum Patrum ingenia perferu-
tari non destiteret. In eodem enim, dum
igneo raptus curru in Cælum fertur, Do-
minicæ præsertim Resurrectionis myste-
rium satis aperte adumbratum fuisse tes-
tantur: inter quos Epiphanius in suo
Anchoratu Eliam, & Enoch manifestum
vtique resurrectionis Christi exemplar
extitisse affirmat. Quod pariter a Ioane
Chrysofomo his plane verbis confir-
ma-

Enoch, &
Elias figura
Resurrectionis
Epiphanius

ma-

matur: Post hanc vitam est retributio aliqua, et merces, & remuneratio. Propterea & Enoch transtulit, & Eliam rapuit, docens per eam resurrectionis materiam. Et expositione in psal. isthæc ab eodem studiosorum auribus ingeruntur: *Elabes etiam aliam imaginem resurrectionis, nempe Eliæ raptum, qui nec in hodiernum usque diem est mortuus, &c.*

2 Aptissimum item futuræ resurrectionis symbolum in eodem Eliæ ad cælum raptu Ambrosius lynceis abeuntem oculis contemplatus agnoscit: *Ecce, inquit, curru igneo raptus est Elias; rapietur & Ecclesia. Non mihi credis? crede & Paulo, in quo Christus locutus est: Rapiemur, inquit, in nubibus obviam Christo in æra, &c.* Sed plura interim disertissimus vir, miroq; ingenij acumine, vti mos est, perstringit, ac vna eademq; sub re mysteria cõplectitur, quippe qui sermone, quem de Elifæo inscripsit, haud vniuersalem duntaxat exliistoria hac resurrectionem, sed nobilissimum quoq; animarum triumphum, post oblectantes rationis imperio edomitos, subactosque viriliter animi motus, ac effrænes victorum imperus virtuti mancipatos, sub sausto Eliæ triumphantis in motem abeuntem vexillo aulpicatur; hæc autem sunt eius verba: *Elias magister Elifæi nomine Angelis ducentibus, raptus ad cælum est; & quadriga ignea impositus, quasi in quodam triumpho victor ascendit. Victor enim exciterat non gentium barbararum, sed secularium voluptatum. His ille ad viuum Eliæ cælum conscendentis coloribus imaginem expressit.*

3 In hanc vero Ambrosij sententiam haud imparis eloquentiæ vir, S. Maximus Taurinensis, coincidit sermone de Sãctis Canto, Cantiano & Cantianella, qui Diuo Ambrosio ob omnimodam styli similitudinem a nonnullis tribuitur, & a Surio in eorundem Sãctosum actis recitatur; verba autem hæc sunt: *Sicut Elias curru applicito quasi ascendit ad cælum: ita & isti vehiculo admoto ad martyrium peruenerunt: & quadriga sicut illum euexit ad requiem, ita hos portauit ad gloriam.* Et paulo infra igneam Eliæ, quo in sublime uectus est, eurrum contemplans, hunc quidem præferuidæ Martyrum fidei, & ipsiusmet Christi cõsdem ad superna loca euocantis symbolu extitisse pronunciat: *Sicut Eliam, inquit, quadriga portabat: ita & Martyres fides ignea iam*

serbat; ferebat, inquam, illos Christus, qui lumen est, qui ignis est, de quo scriptum est: *Dominus noster ignis consumens est.* huc usque Maximus, qui maxima queque suo apta nomini in Eliæ symbolo sacramenta stylo veluti digitæ præmonstrat.

4 Consuevere autem antiqui religionis Christianæ sectatores haud abditis duntaxat in Cœmeterijs, sed in alijs plerisque locis eandem frequenter ob oculos contemplandam historiam exhibere. Quamobrem, ipso S. Eucherio teste, eandem ethnici coloribus eleganter expressam intuentes, Solis vtiq; imaginem præferre opinati sunt, consimili videlicet ipsiusmet Solis vocabulo decepti, qui Græcè Helios nuncupatur. Hinc fabulosa illa de Solis curru cõmetæ excogitarunt, quæ iam mendaces, ac vaniloqui poetarum effinxerant; vt quique probatissimi Patrum asserunt, videlicet S. Ioannes Chrysostomus homilia de Eliæ raptu: Gloss. Ordin. in librum 4. Reg. cap. 23. Beda. quærit. in lib. Reg. ex eodem Chrysostomo: & Sedulius item libro primo de Eliâ isthæc recitat: *Vt autem eidem currus & equos tribuant, de miraculo sumptum Eliæ Prophetæ, qui curru igneo, & equis igneis est raptus ad cælum, Ioannes Constantinopolitanus Episcopus affirmat: Quod enim Græcè Helios dicitur sol, sicut etiam Sedulius, cum de Eliæ ascensu caneret, ostendit dicens:*

*Quam bene fulminei præluces semita cali
Conuenit Eliæ merito, qui & nomine
fulgens,
Hæc ope dignus erat. Nam si sermonis
Actiui*

*Vna per accentum mutatur littera, sol est.
Audientes Græci ab Israelitis, quos diuinas habere literas fama prodebat, prædicari, quod Elias curru igneo, & equis sit igneis ad cælestia translatus, vel certe hoc ipsum inter alia depictum in pariete videntes, crediderunt vicina decepti nomini, Solis hic transitum per calos esse designatum, & miraculum diuinitus factum Dei, mutarunt in argumentum erroris, humana stultitia commentatum. huc usque Io. Constantinopolitanus elegantissimis quidem verbis de Eliæ imagine, quam læris e Cœmeterijs delineatam excerpimus.*

5 Et id quidem merito ipsius euenientia nominis profanis scriptoribus ultro suadere potuit. Eliam enim

De Eliæ igneo curru in Cælum raptu gentium opinio, eiusque eorū erroris occasio.

Chrysf. ho. de Eliæ raptu. Gl. for. in l. 4. reg. c. 23. Beda. quærit. in lib. Reg. ex eodem Chrysostomo: & Sedulius item l. 1. reg.

Sedul. l. 1. de Eliæ.

De Eliæ nomine cum sit apud Græcos similitudo

He-

Hebræi *Elyabus* patria voce nuncupant; quem septuaginta Interpretes, sicut quæplura alia eiusdem formæ, verterunt *Elia*, Hebræi vero *Elyabu*. At Chryso-
Crysof.stomus, vir scilicet Græcus, Græcæ dictionis vim atque originem interpretando, solem ipsum sub descripto Eliæ nomine præsignari arbitratus est: Sol enim Græcè *ἥλιος*: quapropter nonnulli ipsummet *solis* nomen, ceteri perperam, ab Eliæ nomine deriuasse putant, cum maxima inter hæc ipsarum vocum consonantia intercedat. Idcirco enim a poetis solé confingi aiunt, qui igneo curru prouehitur, quia nimirum currus ignei ministerio Elias in aëra sublatus fuit: cuius sententiæ assertor præcipuus Beda supra citatus extitit, ex quo deinde Angelomus in lib. Reg. haussisse videtur: & ipsemet Chrysofomus a nobis pariter iam recensitus, qui cum Eliam in Cælum ascendentem descripsisset Homilia, quam de eodem Elia elucubrauit, hæc subiicit: *Hinc poetæ atque pictores in figuranda solis imagine exempla sumpsisse credo, qui curru, atque equis fulgentibus ipse rutilans, atque radians è fluctu Oceani sublatus inter præruptos montium scopulos euadens, quasi ad caelestia videtur ascendere in similitudinem luminis eius indutus: sol enim Græco sermone Elios appellatur, unde Elias vere Elios, quoniam curru, atque equis fulgentibus igne de oceani fluctu, id est, de mundi commotione, per montium scopulos, id est, per magnorum laborum progrediens ad caelestia deus cælus ascendit. Hæc satis apte eleganterque Chrysofomus in rem præsentem digessit.*

6 Porro ex vno errore in alium. insana profanorum hominum superstitione procedens, eò cæcitatatis, vel vt melius dicam, amentia deuoluta est, vt apud ipsosmet Hebræos, qui diuini quondam numinis cultores præ omnibus, assertoresque extiterant, notus quippe, vt scriptura ait, *in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*, apud ipsosmet, inquam, Iudæos Solis imago veluti quid plane diuinum coleretur, & in ipsomet augustissimo Hierosolymitanæ Urbis Templo ab impijs olim Regibus Iuda, inter cætera execrandæ idololatriæ insignia, ac errorum commenta recenseretur. Cum pijsissimus enim Rex Iosias Templum omni penitus superstitionis labe expur-

gatam, pristino nitore redditum vellet, locatam ibidem solis imaginem, ac publico delirantium cultu exceptam disiecit, indeque, velut anathema obliuionis, igni adijciendam curauit, vt 4. Regum cap. 23. his verbis expresse habetur: *Abstulit quoque equos, quos dederant Reges Iuda Soli in introitu Templi Domini, iuxta exbedram Nathan Melch eunuichi, qui erant in Phaurim: currus autem solis combussit igni.* hæc ibi Fabulosi quippe gentiliū commentis intercepti, corundemque erroribus nonnulli ex Regibus Iuda miserandum in modum irretiti, Soli equos, & currus in loco præ omnibus sanctitate, ac veneratione conspicuo erigentes dedicarunt, quod sub hæc fere tempora, & alijs postmodum recurrentibus sæculis gentiles insanis imbuti superstitionibus præstitere. Nam, vt cæteros hic taceamus, Persæ equos Soli consecrare, cosque in illius postmodum honorem concremantem delibare confueverunt, quod Xenophon libro octauo Cyropædiæ haud semel præstitum enarrat, vbi currus quoque Soli consecratos fuisse describit. Idem tradit Strabo, & Ouidius in suo Fastorum libro pereleganter ean, equum videlicet Hyperionem, qui idem est ac Sol, soleenni ritu immolatum fuisse:

Placat equo Persæ radijs Hyperiona circum,

Ne detur celsi victimæ tarda Deo.

Porro in celebri quadam iunioris Cyri pompa, tauri, & equi pariter consueto gentiliū more ad sacrificij vsum mactandi inducuntur, & illi quidem, vt Ioui Deorum principis, autem Soli delibentur, sed Xenophontis verba excipiamus: *Primum, inquit, agebantur tauri Ioui, post bones autem agebantur equi ad Solis sacrificium: post hos autem educebatur currus albus coronatus iugo aureo, qui erat Ioui sacer. Post hunc agebatur etiam solis currus candidus, & is coronatus, vt anterior.* Hucusque citatus auctor, immanem gentiliū superstitionem quot verbis, tot coloribus adumbrans.

7 Pari item ratione ad gentilitios ritus aduersus legem ac patrios mores exercendos, Hierosolymitano in Templo quidam olim currus egregio quidem opere sabrefacti extitere, quorum insuper vsui equi pretiosa ex materia, miroque artis studio elaborati conspiciebantur.

Crysof.

Aug. in l. 4. reg. r. 23.

Chrysof. in 3. de Elia.

Solis imago ab Hebræis idololatriæ culte.

Et in Templo Hierosolymitano, plus Regibus Iuda consecrata.

4. Reg. c. 23.

Reges Iuda soli equos consecrant.

Et Persæ.

Xenoph. l. 8. Cyrop.

Strab. l. 11.

Ouid. l. 1. Fast.

Xenoph. de Cyrop.

et in Templo Hierosolymitano.

et in Templo Hierosolymitano.

Currus equis ex operis in Templo Hierosolymitano.

bantur, qui currū illum, cui nexibus alligati erāt, facili negotio pertrahere viderentur, quod Solis quidem apertum symbolum esset, eodemque in Templo ad aram eidem Soli splendide erectam, pijs licet inuisum, cunctis tamen videndum offerrebarur. Porro equi illi, qui ad Hierosolymitani Templi introitum ad exhedram Nathan Meleth dicari perhibētur fuisse haud inanimes, ac sabrefacti, sed vini profecto erant, qui studiose illic in stabulis nutriebantur, vt congruis deinde temporibus, cum sacri de more ritus peragendi essent, ipsamet sacerdotum manu in Solis obsequium, cui dicari fuerant, immolarentur; & vt nuper de Perſis enarrauimus, viui flammis iniecti, solaribusque veluti radijs absumpti, in Solis holocaustum verterentur. Ita plane & ipsamet coniecturæ suadent, & nobis vltro existimare fas est: si enim equi, quos meminimus, lignei forent, aut ex cuiuscumodi materia compacti, quam facile ignis solueret, combureretque, quemadmodum iuxta id, quod iam enarratum est, currus igne absumptus fuisse dicitur, pari quoque ratione equi ex eadem materia ad currum aptati, igne combuſti dicerentur; at equi tublati sunt, & currus duntaxat concrematus est, vt citata hætenus paginæ præfererūt. Ab incendio igitur equi vindicati sunt, qui iam flammis ab infana hominum superstitione deuoti fuerant, & meliores ad vstraduſti. Hæc interim sunt, quæ eruditis plane rationibus Gaspar Sanctius è Societate Iesu in lib. Regum suo ex more differit, quem, si libet, studiosus lector consulat.

8 Nec orthodoxi autem Patres absque condignis moralium animaduersionum ponderibus Eliæ pallium in præstiti signum obsequij, & mutui amoris symbolum Elisæo derelictum præterierunt. Inde enim S. Hieronymus ad Eustochium de virginitatis custodia scribens, ab his videlicet, qui ad cælestia iugiter alacri animo contendunt, terrena omnia vltro sibi contemnenda, ac procul velut spei nostræ retinacula, ac obuia superni itineris impedimenta abijcienda fore, disertis verbis in hunc modum constanter subinsert: *At non flendum est, non gemendum, cum merurus serpens inuitat ad illicitos cibos. Cum de Paradiso virginitatis eieſtam*


tunicis vult vestire pelliceis, quas Elias ad Paradisum rediens proiecit in terram. hæc Hieronymus, qui eadem fere ad Lucianum scribens repetit; & adolescentis insuper exemplum, qui relicta lindone nudus profugit, perclegerat interserit, dicens: *Adolescens ille, qui opertus sindone sequebatur Iesum, quia tentus fuerat a ministris, terrenum abijciens operimentum, nudus euasit. Elias igneo curru raptus ad cælum, melotem reliquit in terris.* Demum ne diutius Eliæ in cælum abeuntis curri, remoræ aliuus instar, insitamus, vnus præ omnibus postremo loco Rupertus Abbas audiendus est, qui Eliæ pallium, quod Elisæo a magistro ad superiores contendente demissum fuit, potestatis eximie suis a Christo Domino discipulis, dum hinc ad Patrem transcurus discederet, imperitæ symbolum haud obſcurum extitisse affirmat: hæc autem inquit: *Transferendus Elias pallium super Elisæum posuit; quia videlicet Deus, & Dominus Christus ex mundo ad Patrem transiturus, officium simul & spiritum suum Apostolis dedit.* Sed aureis plane Hieronymi verbis prædiuitem abeuntis Eliæ pauperiem prosequamur, qui iam Cælum acquisiturus, quidquid terrenum est, libenter proijcit, & immortalitate donandus mortalium vestimenta secum deferre, tanquam oneri, ac probro futura, dedignatur: *Elias, inquit, ad Cælorum regna festinans non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit.* Tu ergo quisquis es, qui ad Cælum contendis, a terrenis omnibus cor tuum eleua, cunctas deponere animi cupiditates, quibus iugiter ad terrena deprimeris: *Amor quippe terrenarum rerum viscus est, vt Augustinus ait, spiritu lium alarum.* Et his paucis interim Eliam curru triumphantis more in Cælum cuntem, nobis ad vteriora properantibus intra hos Cæmetetiales sinus suspexisse, & a longe salutasse susficiat.

Hieron. ep. ad Lucian.

Pallium ab Eliâ traditum Elisæo symbolum potestatis à Christo datæ Apostolis.

Rup. de Trin. op. oper. l. 5. c. 15.

Hier. l. 5. in Gen.



CAP. XVIII.

De Iob Orientalium potentissimo.



CHRISTIANI, qui intra abditos Cœmeteriorum sinus ad synaxes frequenter coibant, & inter horridas tenebris cavernas, demortuorumque spolia, ac sepulcra lumen, vitam, ac vires cœlitus hauriendo, ad tolerantiam, ad fidem, ad constantiam, & demum ad martyria, martyrum iugiter memoriam recolendo, exercebantur, hominem, cui nil humanum præter corpus extitit, quo pati, & excruciarî amplius posset, nil vero diuinum magis inerat, quam animus, & constantia, quæ cunctis fortior tormentis euaderet, hominem, inquam, studiosa in Cœmeterialibus parietinis manu sibi ob oculos delineabant: hic enim vnus ipsomet aspectu cunctos, qui inspicerent, ad laborum, certaminumque sufferentiam exhortari poterat, qui martyrium multiplici laceratione corporis, haud vna dumtaxat sanguinis effusione præferbat: *Quis enim est martyr, vt Chrysostronus ait, cui hic non potuit equari, imo martyres innumeros hic vnus æquat.* Ex quo fit, vt probe intellexerint conspicui sanctitate viri, qui moribus iugiter informandis, regendisque animi motibus apprime insistebant, quid potissimum emolumenti præferret ad æumnas constanti animo subeundas, quid ad iniustam, ac violentam bonorum subreptionem æquanimiter sustinendam, quid demum ad inconcussam cœlestium præmiorum spem perpetuo retinendam, quid, inquam, roboris, tutamenti, ac solaminis conferret, si secum quispiam crebro mente repetere aduersa, quæ vir patientissimus Iob inuicto constantique animo pertulit, & amplissima subinde præmiorum munera iugi meditatione peruolueret, quæ ab ipsius Dei manu copiosi instar scenoris nobili cunctarum, quas possederat, rerum ditatum augmento receperat. Ex quo recolendam beatissimi eiusdem

viri iugiter ob oculos in Cœmeterijs imaginem sibi proponere satagebant. Immo vbi primum Ecclesiæ tranquillitas pacis oborta est, dignissima viri plane diuini gesta, ad fidelium animos in virtutum obsequio obfirmandos, in publicis conuentibus in Ecclesia, ipsa inter festorum solemnia perlegere consueuerunt, vt præsertim his verbis Origenes testatur: *Etiã adhuc vsque in hodiernum diem beati Iob tolerantia ante eos, qui sunt in dolore & luctu, atque planctu, legitur pro consolatione, atque exhortatione dolorum illorum, & pro ablatione angustie cordis eorum: similiter autem & in conuentu Ecclesiæ in diebus sanctis legitur passio Iob.* hæc Origenes. Audis quantum leuamenti, ac virium vel mutis syllabis expressum viri cœlestis exemplar conferret, & quale esset ad virtutes sectandas mortalibus incitamentum.

2 Cum vero in eiusdem enarratione historiæ spem firmam, & haud vnquam calamitatibus concussam, patientiam insuper plane admirandam, & perpetuo additum diuinæ voluntatis obsequio animi, mentisque vigorem in eiusdem modo viro animaduertent, nec non pietatem omnibus numeris absolutam recolerent, qua tot ærurnarum incommodis attritus Deo iugiter psallendo inhæserat, vt ipsamet eiusdem verba testantur: *Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est,* diuina haud vnquam decertantibus in agone subsidia deesse intelligebat. Quinimo cum persecutionibus acriter impeterentur, eius patientiæ ac constantiæ magisterio edocti, inuictam ad acerbiora quæque perferenda animi alacritatem præferentes, opem sibi a Deo iugiter exposcebant, cuius bonitatem ac singularem prouidentiam in arduis quibusque non mirari haud poterant, ex cuius sane imaginis obiectu, *cũ magis moueant, vrille ait, exemplis quam verba, incredibile dictu est, quantum roboris ad martyriorum subeunda certamina compararent.* Quod egregie quidem Origenes in verba illa perpendit: *Et sci dicit vestimenta sua.* Cum is plane Syrorum mos esset, se in præliũ hac vtiq; ratione vires exercendo ad fortiter dimicandum excitabant. Sed Origenem interim hæc enarrantem audiamus: Sic

Tolerantiam in aduersis habere suo exemplo nos Iobus docet.

Chrysostronus de Iob.

Patientiæ præmium a Deo certum expectandum.

Historia in Ecclesiis olim legita.

Orig. lib.

Mirum voluntatem tuam obsequium.

Iob. lib.

Prophetia Iob in a. lib. Iob.

Orig. in a. lib. Iob.

itaque, inquit, admirabilis Iob conscindens vestimenta sua, atque omnia deponens impedimenta, nudus atque audax stetit in spiritali praelio. Aut adhuc conscidit vestimenta sua, sine mora semetipsum ad ipsa sinit parans plagas. Ecce inquam dorsum nudum, ecce corpus detectum: vos flagellate, ego sufferam; vos verberate, ego autem sustineam, &c. hæc ille ad rem præsentem quameleganter digessit. Insignem autem, quam incomparandæ virtutis vir immortalis Deo suimet ipsius oblationem exhibuit, & haud vllatenus æquiparandam inuictæ patientiæ formam, quam copiosa subinde merces consecuta fuerit, facer historiciæ enarrationis textus in hæc verba satis exprimere videtur: *Addidit Dominus quæcunque fuerant Iob duplicia.* Et paulo infra: *Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis, quam principio eius.*


3 Ex quibus euidenti plane argumenti genere vsus optime subinfert Gregorius, post tentationum videlicet certamina, vberissima consequi supernorum munera gaudiorum: *Cuncta, inquit, quæ amiserat, duplicia recepit, quia per pietatem benigni Iudicis, tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum.* Minus autem tentat probatio, quam remuneratio consolatur, vt ex retributionis merito leue fuisse, quod tolerauit, agnoscat, qui exultationis pondere, graue aliquid se tolerare iudicabat. huc vsque ad rei propositum Gregorius edisserit. Quod grauius, ac eruditius item rationibus mirum in modum confirmat Beda, dum historiciæ Iob c. 2. expendit.

4 Verum quoniam post effugatas, quæ ingruebant, ærumnarum tenebras optatus tandem desuper Iob sanctissimo, vt sacra edocent paginæ, lætitiæ dies affulsit; id forte, & mystico quidem typo ab his præsignatum fuisse arbitramur, qui in marmoreo Probi viri clarissimi Sarcophago, quem supra descripsimus, viri cuiuspiam imaginem, qui panem ipsimet Iob in sartagine frixum exporrigit, inculpandam curarunt: hoc vtique symbolo, vt credere par est, intuentium oculis, ac menti similæ illius frixæ memoriæ ingerentes, quam in ipso solemnitate, ac lætitiæ die Rex piissimus Dauid ob Arcam ex hostium manu vindicatam, peractis iam, consummarisque

Tom. II. Rom. Subt.

consuetarum hostiarum oblationibus, populo munificè largitus est, vt 2. Reg. 6. in hæc verba legitur: *Cumque compleset offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum, & partitus est vniuersæ multitudni Israhel tum viro, quam mulieri, singulis collyridam panis vnâ, & assaturam bubale carnis vnâ, & simillam frixam oleo.* Quod plane mysticum lætitiæ symbolum hæc ratione a sancto Eucherio doctissime exponitur: *Offert Dauid holocausta, & pacifica coram Domino, fidem, deuotionemque Ecclesiæ commendat Patri Christus, &c. qui in exemplum Dauid fideles humilesque benedicens, salubris mysterij pasce alimentis: partitur singulis simillam frixam oleo, carnem videlicet a peccati labe mundissimam, sed ob humane salutis vberissimam delectationem, erucis sartagine tostam, &c.* Sed Iob viri probatissimi, id est, omnibus absolutam numeris imaginem iam satis inlæpimus, in qua notis haud obscuris patens vtriusque fortunæ, prosperæ nimirum, & aduersæ symbolum intuentium ob oculos propositum est.

CAP. XIX.
De Tobia.

I  **A**VD peculiaribus arcanorû mysterijs vacant recolenda Tobie senioris gesta, quæ sacrarum catalogo historiarum inserta multiplici eruditione, quod ad mores pertinet, referta sunt. Cum enim vir iste æque ac sanctus Iob, duo præclarissima admirandæ patientiæ exempla orbi extiterint, eorundem imago ante annos mille, & ducentos, vt egregie Serarius obseruat, in Ecelesijs pingi consueuit, quod S. Paulinus carminibus hisce testatur, porticus enim, vt ipse ait, *Quæ sunt dextra, leuaque patentes Binis historijs ornat pictura fidelis Vna sanctorum complet sacra gesta virorum Iob, qui vulneribus tentatus, lumine Tobia.* *Est alia sexus minor obtinet inclita Iudith*

Pictis Tobie figura Christi Domini.

Serarij in Iob

Paul. nat. 10

R r r Qua

*Qua simul, & regina potens depingitur
Esther.*

Sed quoniam sanctissimi viri acta memorauimus; multa quippe iisdem ex actibus, quæ pijs, ac studiosis animis digna & meditationum commentis exploranda videntur, orthodoxi certatim Patres peruestigare non desinunt: & vt hic nonnulla breuiter lectori exponendo proferramus: primo quidem loco piscis ille, quem manu Tobias gestat, aptissimus Christi typus extitisse describitur, qui cæcipientem iam, atque errorum tenebris pressum terrarum orbem lucis supernæ fulgoribus illustrauit, ac Tartareum hostem protinus inde eliminauit, vt complures sanctorum Patrum sententiæ testantur, inter quos Augustinus præsertim sermone de sanctis Petro & Paulo rem in hæc plane verba edidit:

Aug. serm. de
ss. Petri & Pauli

Est enim Christus piscis ille, qui ad Tobiam ascendit de flumine riuus, cuius iecore per passionem afflato, fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. hætenus ad rem nostram Augustinus. Optatus item Mileuit. idem acute verbis hæc profequitur: Christus intelligitur per piscem, qui in lectione Patriarchæ legitur in Tigride flumine prehensus: cuius fel & iecur tulit Tobias ad tutelam femine Saræ, & ad illuminationem Tobie non videntis. Eiusdem piscis visceribus Asnedeus demon a Sara puella fugatus est, quæ intelligitur Ecclesia, & cæcus a Tobia exclusa est, & c.

Opt. Mileuit. 3
con. Parm.

Christus Græco
vocabulo
piscis dicitur,
& qua ratione

Tertull. lib. de
Bapt.

Hier. ad Bonif.
ep. 43.

I Sed eruditissimos inter antiquos Tertullianus, etsi haud sublimiora, salubriora tamen mysteria acutè recoleus contemplatur, dum in libro de Baptismate Christum Græco vocabulo appellat *Ichthyn*, quod Latino idiomate idem plane sonat, quod piscis: Sed nos pisciculi, inquit, secundum *ἰχθύς* nostrum in aqua nascimur, nec aliter quam in aqua manendo salui sumus. Hieronymus item congruis Tertulliano verbis inhærens Græca itidem voce Christum piscem appellat, dum Bonosum laudans hæc inter cætera ait: *Bonosus tanquam ἰχθύς, filius a quo scriptum est: petiit. Nec vero mirum quid tibi, o lector, videatur, si Patres, quos nuper recensuimus, Græcum potius quam Latinum vocabulum vsurpare consueuerint: tunc enim potissimum temporis, quo iste loquendi modus inoleuit, omnium fre-*

quenter manibus acroftica quædam Erythrææ Sibyllæ carmina tenoris eiuscemodi circumferebantur.

Sibyllæ carmina de Christi acroftica.

Ἰησοῦς
Χριστός
Θεῖος
Υἱός
Σωτήρ.

Quorum initialibus literis vnâ pariter iunctis, compositisque, vox Græca *ἰηθῦς* conficitur, quod plane Augustinus edocuit libro de Ciuitate Dei, vbi isthæc in rem præsentem scribit: *In quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abyfso, velut in aquarum profunditate viuus, hoc est, sine peccato esse potuit. At Prosper, vt res magis, magisque comproberetur, Augustino constantè his verbis adsupulatur: Satiat ex seipso in litore discipulos, & toti offerens se mundo: ἰηθῦν namque Latine piscem sacris literis maiores nostri interpretati sunt, hoc ex Sibyllinis versibus colligentes, quod est, Iesus Christus Dei Filius Saluator. Piscis in sua passione decoctus, cuius ex interioribus remedijs quotidie illuminamur, & paschimur. His profecto verbis ad Tobiam piscem, cuius nunc mentio est, alludens, quo satis aperte orthodoxi Patres, vt iam diximus, Christum Saluatorem præsignatum fuisse afferunt. Id vero Optatus Mileuitanus eodem libro contra Parmenianum verbis istis in sinuat: Hic est piscis, in baptismo per inuocationem fontalibus undis inseritur, vt quæ aqua fuerat, a pisce etiam Piscina vocetur. Cuius piscis nomen secundum appellationem Græcam in vno nomine per singulas literas turba sanctorum nominum continet, ἰηθῦς, quod est Latine: Iesus Christus Dei Filius Saluator. Nec prætermittendus hic est Paulinus, qui Piscis item nomine Christum appellans hæc habet: Quos quinque panibus, & duobus piscibus, panis ipse verus, & aqua viue piscis Christus expleuit.*

S. Aug. l. 18. de
Ciu. Dei.

Prosop. de Præd.
p. 2. c. 15.

Opt. Mileuit.
con. Parm.

D. Pauli ep. 33.

Piscis Tobie
diaboli præ
signabat.

Beda in l. 1. c.

3 Verum scriptor ille venerabilis inter cæteros Beda Tobiam Christi, piscem vero diaboli typum esse pronunciat, sic autem inquit: *Hic denuo passionis Dominicæ sacramentum manifestius significatur. Piscis enim immanis, qui a Tobia, cum eum deuorare appeteret, angelo docente occisus est, antiquum generis humani deuoratorum, hoc est, diabolum designat, qui dum*

dum in Redemptore nostro mortis carnem appeteret, captus est potentia diuinitatis. Nec enarratis hactenus rem dilucidasse contentus, hæc infra subiicit: Occurrit Tobia piscis, deuorare illum cupiens, & Domino passo in cruce venit diabolus, qui eum crucifigi docuerat, quarens si quid forte in eius anima sceleris inueniret. Vides quanta tibi sub vno piscis symbolo mysteria proponantur, quod præcitarus doctor his item animaduersionibus acute expendit, dicens: Expauescens piscem Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine adiuua me. Et Dominus imminente mortis articulo, cepit pauere & tedere, non diabolium pertimescens, sed mortem, quæ inuidia diaboli intrauit in orbem terrarum, naturalis carnis fragilitate perhorrescens: vnde & orabat, vt si fieri posset, transfret ab eo hora, & dixit: Abba Pater omnia tibi possibilia sunt, si fieri potest, &c. Dixit angelus Tobie: Apprehende branchiam piscis, & trabe eam ad te. Apprehendit Dominus diabolium, & eum qui se in morte capere voluit, moriendo cepit, & vicit, &c. hactenus Beda. In quam plane sententiam interlinearis Glossa in lib. Iob verba illa explanat: Apprehende branchiam, &c. dicens: Dominus potentiam diaboli comminuens, palam traduxit confidenter, eruens illos de potestate tenebrarum, quos filios lucis præcinit, et prædestinauit Sed hæc de recollata Tobie historia, ac de mytico piscis eiusdem symbolo, quo sacræ paginæ & antiqua item Cœmeteria decorantur, lectori salubriter prælibasse volumus.

des emicat, quam summis orthodoxi certatim Patres laudibus concelebrant, præconijsque mirifice tollunt. Quis enim eorundem innocentiam, fidem, atque constantiam vel globos inter igneos probatam non miretur, dum prædicat, dum recollit, non extollat: Trium quippe puerorum, vt Eusebius Emisenus ait, fides, atque iustitia tenebrosos non sensit ignes, sed stupenda refrigeria in medio camini aestuatis inuenit. Cessit virtutum meritis natura flammaram, ac traditos sibi reos mirum in modum rostantibus obumbravit incendijs: longe positos autem, & circumstantes sacilegi regis consumpsit ministros. Quantum letitiæ in præsentem obtinent merita religionis, & priuilegia sanctitatis. Quanta castis corporibus reuerentia debeat, arbiter ignis agnoscit, & ingesta sibi pabula circumfusis allambit: nihilque sibi licere miratur in corpora Dei timore, & sacris ieiunijs consecrata, & pretiosum depositum non violat occulta dispensatione, sed vindicat. Hæc instantissimorum pugilum laudem elegantè Eusebius.

Euseb. Hist. lib. 3 de Epiph.

2 Verum, vt speciosam innictorum imaginè Puerorum lynceis oculis suspiciamus; duo quidem velut præcipua videntur eorundem gesta, quæ in Cœmeterialibus potissimum Cubiculis penicillo adumbrata, & in marmoreis item Christianorum Sarcophagis insculpta, æternæ memoriæ consecrata sunt: inuicta videlicet eorum sortitudo, dum alacri, imperterritoque animo, patriæ tuendæ religionis gratiæ, statuz, quam Nabuchodonosor crexerat, dulciæ cultum deferre detrectant, necnon dum inter exæstuantis Babylonice fornacis incendia vegeti, atque incolumcs vnanimi Deum voce collaudant, vt præmissa suo loco tabula videre est.

Duo trium puerorum herouca facinorata.

Nobilissima autem vtraque isthæc Israëlitici seminis puerorum gesta, pluribus sane, ac præcipuis arcanorum mysterijs imbuta sunt, quæ iure merito ab orthodoxæ fidei Patribus miris passim sententiarum coloribus decorantur. Inter quos Augustinus, primus quidem in ordine, & qui inter cæteros principatum sibi vindicat, præconia in adolescentium inuictorum gloriam congerens & Christianorum martyrum constantiæ, ac triumphos commendans, hæc ad rei propositum habet: Si facta præterita in

In Nabuchodonosore tyranni figurati.

Aug. 17. 42.

CAP. XX.

De tribus Pueris in Babylonica fornace consistentibus.

PECTATISSIMA præceteris, & in sacrorum actuum paginis satis decantata est, sibi que bene constans, vt historiales tabulæ exhibent, inter flammaram globos puerorum Sidrach, Misach, & Abdenago fi-



prophetis libris figuræ fuerunt futurorum, in Rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, utriusque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet Ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando Rex memoratus pius, & iustos cogebat adorare simulacra, & recusantes in flammis mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem Rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sadrach, Misach, & Abdenago, panis debitis subiaceret, &c. Hæc Augustinus.

3 Sed disertis plane verbis suo exemplo Chrysostomus haud humanis sensibus, atque intellectu æquandam æterni Numinis providentiam admiratur, cuius nutu his, qui debitum sibi, atque condignum patriæ cultum deserunt, indomiti quoque flammarum globi, & cedere nec scij, diuinitus mitemendo, obsequium ultro deferre nullatenus detrectant. Sed ipsum quæso hic excipiamus: *Que superius, inquit, dicta sunt, figuram manifeste expriment futurorum. Sicut enim ibi in ignem missi nihil aduersi omnino senserunt: qui vero foris steterunt, subito ac vehementi incendio consumpti sunt. Sic etiam tunc futurum est: nam & sancti, etiam si flumen igneum transeant, nihil prorsus triste patiuntur, sed apparebunt absque dubio clariores. huc usque ad rem Chrysostomus.*

4 Porro præclarum hoc, ac celebrandum iugiter seruandæ, ac tuendæ insuper, vel ipsa inrer tormenta, fidei exemplum candidatis iam pro fidei confessione martyribus ob oculos proponit, & mira eloquentiæ vi validi instar argumenti Cyprianus vrget, dum eleganti conscripta Scrgium, Gratianum & cæteros confessores oratione compellat, sed eiusdem verba in medium proferamus: *Pueros etiam vobis gloriosa confessio sociavit diuina dignatio: representans vobis tale aliquid, quale Ananias, Azarias & Misach illustres pueri aliquando fuerunt: quibus inclusis in caminum cesserunt ignes, & refrigerij locum flamma dederunt, presente illis Domino & probante, quod in confessores & martyres eius nihil posset gehennæ ardor operari: sed quod qui in Deum crederent, incolumes & tuti in omnibus perseuerarent,*

Sed egregie item Hieronymus, dum fontes hos pueros ab incendio seruatos recolit, protectionis diuinæ, quæ iustis iugiter præsto est, subsidia contemplantur: nam expolitione, quam in Danielis historiam edidit, angelum, quem Rex medium inter incensæ fornacis ætus vidit, apertissimum superni auxilij his, qui inter pressuratum angustias detinetur, symbolum extitisse affirmat: *Oppressa, inquit, perturbationibus anima, & varijs molestijs occupata, cum hominum desperauerit auxilium, & tota ad Dominum fuerit mente, conuersa, descendit ad eam angelus Domini, scilicet sermo diuinus, & excutit flammæ asuantis ardores, ut nequaquam ignea iacula inimici cordis nostri arcana penetrent, nec illius fornacæ claudamur. Et ubi isthæc in Puciorum obsequium, & Christianorum admonitionem digessit, capite sequenti angelum, qui tunc Pueris adfuit, Christi utique ad inferos pro iustis inde Patribus eruentis descendenti typum fuisse pronuntiat; isthæc autem sunt eius verba: *Ceterum in typo præfiguratur iste angelus similis Filio Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui ad fornacem descendit inferni, in quo clausa & peccatorum & iustorum anima tenebantur, absque exustione & noxa sui, eos, qui tenebantur inclusi, mortis vinculis liberauit. Idem vero Hieronymus loco quem supra citauimus, illa inuictorum. Puerorum verba eleganter expendens, quibus nefandam tyranno impietatem libera voce, imperterritoque animo exprobrabant: *Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos &c. Quod si noluerit, notum tibi sit Rex, quia Deos tuos non colimus. Ex his admirandum plane eorum inde robur, constantemque animi vigorcm prorsus, solidam in Deum spem, atque omnimodum diuinæ voluntatis imperio cum suimet ipsius deditione obsequium contemplantur. Sed Hieronymi, si libet, hic verba repetamus: *Vnde (inquit ille) putauerat terrere pueros, inde cernit in eis materiam fortitudinis. Nec in longum differunt, sed presens sibi pollicentur auxilium.****

5 Isidorus quoque Hispalensis Allegor. in sac. Scriptur. incomparabilem eorumdem ad quæuis tormenta viriliter subeunda alacritatem admirans pariter & commendans, illos beatorum martyrum, qui sub Euangelij tempo-

Pro uidentia
Det trib. pue
ris in fornacæ
presto est.

D.C. hys. h. 4
in c. 5. Matthi

Tuteh ac pre
sed in diuinis
à S. Cypriano
ob oculos pos
situm Marty
ribus exēplo
rium pucio
rum.

S. Cyp. or. 81.

Angelus in
fornacæ cum
tribus pueris
& quid deno
tet?

S. Hier. in c. 3
Dan.

Hier. cit. 1.
in Dan.

Id. Hier. loc.
cit.

Verba trius
puerorum a
Nabuchodo
nosore for
nacem illor
um & perfe
ram in De
fiduciam de
monstrant.

S. Hier. in c. 3
Dan.

Tres pueri
guram mar
rum in Ecc
sua prætulit

pora præfulgere, typum gessisse affirmat: Tres, inquit, pueri prætulere figuram sanctorum, qui corpus suum in persecutionem pro Christi nomine obtulerunt. Quapropter iure quidem merito fortissimi Christi pugiles, & Christianæ fidei athletæ, qui semetipfos ad subeunda pro fidei confessione martyria iugiter excitabant, eorundem frequenter ob oculos in Cœmeterijs imaginem contemplantam proponere consueverant, quibus ad martyrium pro fide anhelantibus, & viriliter item in agone decertantibus, etsi martyrium defuit, cum tamen ad illud fortiter constanterq; si occasio suppeteret, animus nequitiam ad tolerandum defuerit haud martyrij quidem palmam detuisse credendum est.

6 Cyrillus vero Alexandrinus aptissimo quidem mysterio luceantæ Babyloniæ fornacis Ecclesiam cõfert; in qua homines ac vna pariter angeli laudum cantica Deo iugiter concinunt, ac promeritas gratiarum actiones perpetuo soluunt: Erat enim, inquit, Caminus Ecclesie typus, sanctos habens tripudiantes, non homines tantum, sed etiam angelos. Hæc Cyrillus.

7 Quo autem pietatis ac deuotionis ardore selectissimam hanc trium puerorum historiam Christiani antiquitus profecerentur, vel ex eo perspicue comprobari videtur, quod non eam in sacris duntaxat Cœmeterijs, affabre coloribus effingerent, sed vt religioso, quo erga beatos pueros afficiebantur, cultui satis facerent, in ipsismet recurrentibus venerandorum martyrum solemnibus, sacrum, recolendumque eorundem hymnum recitare consueverunt. Quocirca in quarta synodo Toletana iure quidem merito de nonnullis sacerdotibus orthodoxi Patres acriter conquesti sunt, eo quod hymnum hunc sacrosanctum apud omnes tunc temporis vsu receptum, nulla rationabili ex causa præter morem recitare neglexissent. Et vt in posterum sacerdotum incuriæ cautum esset, edito in rem præsentem canone sanxerunt, vt in Missis, quæ Dominicis præsertim diebus, ac in solemnibus martyrum natalitijs peraguntur, festiuis perpetuo vocibus in Dei Ecclesia concineretur. Conceptis autem in hanc formam verbis, eiusmodi rem canone ob-

firmarunt: Hymnum quoque trium puerorum, in quo vniuersa cali terræque creatura Deum collaudat, & quem Ecclesia Catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in Missa Dominicorum dierum, & in solemnitatibus martyrum canere negligunt. Proinde sacrum Concilium instituit, vt per omnes Ecclesias Hispania, vel Galitia, in omnium Missarum solemnitate, idem in publico decantetur, &c. Hactenus Concilium Toletanum pro trium puerorum cantico edixit. Et congruis quidem rationibus permoti antiqui illi patres, qui eximia cæteris auctoritate præstabant, huiusmodi hymnum frequentius inter diuinas persolucendum laudes canere, ac deuoto ore pariter, & corde repetere gestiebant, cum ex eiusdem potissimum Cantici verbis, quæ auribus personabant, certum sibi futuræ resurrectionis omen, omnimodamque rerum spem futurarum repromitterent: quod egregie Theodoretus Oratione tertia, quam in Danielem conscripsit, his plane verbis adnotauit: Resurrectionem quoque suo præconio commendant. Benedicite enim, aiunt, spiritus & animæ iustorum Domino, id est, spirituales animæ iustorum, humanis perturbationibus superiores effectæ, &c. Hæc concinne in rem præsentem Theodoretus, qui & in Cant. trium puerorum cant. 8. idem fere, et si haud verbis eisdem reperit, dicens: Laudate, inquit, ipsum, non quotquot animæ estis, sed iustorum animæ, &c. Verum enim vero vbi tres pueros inter flammarum incendia illæso, ac illibato corpore persistentes, mellitonisque Deo vocibus personantes contemplari nobis licuit, dilucidatis iam, quæ præfert eorundem historia, arcanorum mysterijs, ex cuius aspectu fideles suis opportunum arumnis medelæ pharmacum, ac solamen hauriebant.

Sed iam ad vltiora, si libet, progrediamur.

Conc. Tol. 4.

Ex triu puerorum hymno resurrectionis nostræ prehenditur. Titus 1. 3. in Daniel.

Id. cant. 8. in cant. trium pueror.

CAP. XXI.

De Daniele Propheta.

Vires ac si-
citas Danielis
Prophetæ.



DANIEL quidem Danielis inter Prophetas celeberrimi, Christianorum olim Cœmeterijs imago affixa suspicitur, qui præcipuæ san-

ctitatis merito iunior inter senes palmam promeruit, & ipsiusmet Dei oraculo cōmendatus Ezechielis ore Noemo, & Iobo æquiparatur: *Si fuerint, inquit, tres viri isti in medio eius, Hierusalem intelligit, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.* Tres igitur isti, inter quos & Daniel computatur, quasi iustitiæ in Orbe soles extitere: & nunc iste sua præ cæteris luce conspicuus subterranea, ut vides, Christianorum loca, Cœmeterialesq; tenebras illustrat. Quo enim vnus hic honoris Dei, ac proximorum salutis zelo inter homines præfulsit, qui ob id potissimum *Vir desideriorum* cælitus appellari meruit. Qua & quanta sapientia præstitit? cum ad intellectum eius intime assequendum, historiarum omnium tam Latinorum, quam Græcorum, & Chaldæorum cognitionem Hieronymus necessariam esse pronunciet, & nimia prophetico eiusdem sermones obscuritate Deus refundi voluerit, dum cap. 12. ait: *Tu autem Daniel claudere sermones, & signa librum.* Quali insuper inter homines abstinentia enituit, qui sapientiæ ex hac spiritum, Gregorio teste, hausit: *Daniel, inquit, delicijs abstinuit, ut tanto avidius gustum sapientiæ intus acciperet, quanto saporem carnis pro eadem sapientiæ foris robustius repressisset.* Haud alter tam concinne ac sublimiter de Christi regno, & de Antichristi tyrannide, ac vnus Daniel edisserit, ideoque Regum Babylonis, Medorum, atque Persarum in suis paginis regna describit, ut cuncta alia regna tandem peritura, Christi autem dumtaxat Regnū perpetuum fore legentibus innotescat. Nec casu vero, ac temere in Cœmeterijs eius a Christianis imago pingitur, qui Christi Saluatoris aduentum, tam longe ante prædixit, eiusdem-

que præoptatum Natiuitatis, ac passionis tempus abbreviari petijt, & obtinuit. Et quidem locis, in quibus olim Christiani Deum votis iugiter, ac precibus colebant, Danielis exemplar congruit, qui ab æmulis satrapis ideo ad Regem delatus, & in lacum subinde leonum missus est, quia stans Deum horis per singulos dies contra Regis edictum exorabat: *Daniel, Regi inquit, de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto, quod constituisti, sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua.* Verum mira Dei virtute illibatus vel inter leones consistit, qui omni labe innoxius inter homines, inter idola perstiterat, *beatus siquidem propheta, ut Emissenus ait, hostibus seruiebat, sed bestijs imperabat.* Porro quæ prophetæ vota? quæ Danielis oracula? *Ut, nimirum, finem accipiat peccatum, ut deleatur impietas, ut adducatur iustitia sempiterna, ut impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum.* Daniel igitur haud immerito Cœmeterijs velut præcipuus futuræ resurrectionis assertor, sepulchralibus item Sarcophagis, mortuorumque cineribus non secus ac immortalis vitæ præco iugiter incubat: claro etenim verborum sono, quod ob Christi virtutem omnes ex his, qui in terræ puluere dormiunt, è somno euigilaturi sint, alij ad vitam, ad mortem, & opprobrium alij, vaticinatus est. Spem igitur in Christo dormientium aspectu, tacitique oris silentio erigit: quiniūmo ne a resurrectionis mysterio, quod ipso enarrante propinatum est, iudicium secernatur, dum improbos iudicat, condemnatque senes, & Susannam castissimam absoluit, quæ adulterij pœnam, ut Augustinus ait, *pati maluit, quam conscientiam.* Christi ad iudicium venturi typum, ac metum pariter ingerit, qui hominum singulorum diligenti actus scrutinio penabit, & condignam gestis aut pœnam, aut præmia reddet. Daniel itidem dum Belis idolum destruxit, & Draconem sapienter interfecit, manifestissimum Christi typum exhibuit, qui toto terrarum orbe, quæ passim vgebant, idola confregit, & grassantes vbique diaboli astus elusit, necnon vires deiecit; quapropter iam Daniel idola, ac idololatras valide infectatus, Christianis intra Cœmeteria degentibus

cap. 6. n. 13.

Eus. Emissenus
de Iuan. c. 7.Daniel resur-
rectionis as-
sertor.Dan. c. 13.
Aug. in serm.
Susann.Ezech. i. 14.
n. 14.

Dan. 2. 9. n. 23.

Hier. in prol.
c. 12.

Greg. 1. 30. n. 9.

c. 9. n. 24.

cum alioqui infano gentilium furore impetrentur, idololatriæ, Christi potentia, ac crucis virtute funditus abolendæ, iam tum vel factò spem conciliabat, & quod *Satanas*, vt Petrus ait, *sub ipsorum pedibus conterendus esset*. Deum Daniel dum impios Antichristi aduersus Christianorum religionem se extollentis, ac iuge altaris sacrificium sub nouissima mundi tempora è medio tollere fatigentis conatus illis plane verbis expressit: *Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem; funestissimorum temporum & omnium quidem acerbissimam calamitatem edocet: Iuge enim sacrificium, vt disertissime Cornelius a Lapide è Societate Iesu, & alij in hunc locum contendunt, Sacrificium Eucharistiæ prænotatur, quia, vt præcatus scriptor ait, Missa quotidiè per totum Orbem in Ecclesia Christo offertur, sicut quotidiè olim iuge Agni sacrificium offerebatur, ita tamen auferret, vt nullus publice hoc facere audeat. Iuxta id quod Hieronymus, Theodoretus, Irenæus lib. 5. & alij in hunc locum edisserunt. Quapropter Christiani cum se acriter ab Antichristo impetitos viderint, fuga sibi prospicientes, in solitudines, ac speluncas, vt eius furori cedant, dispergentur. Quod Ioannes etiã mystice de Ecclesia in Apocalypsi describit: *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Ibi que degentes sacrosancto altaris pabulo, qui Panis fortium est, in prælium confirmantur. Iuge autem altaris sacrificium è medio tollere, ac abolere Antichristus fataget, quippe qui solus sacrificijs, ac precibus coli volet, vel certe, vt locupletissimum Passionis, ac Resurrectionis Dominicæ monumentum, quod est Eucharistia, aboleat, vt fideles nimirum spiritali pharmaco, quod luctantes mirifice souet, ac roborat, destitutos postmodum vineat, atque deiciat. Quare fideles, Cornelius inquit, tunc primatim in speluncis, & locis abditis Eucharistiã celebrabunt, eaque se contra Antichristum communiunt, dicentque illud psalm. 22. 5. Parasiti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, vt olim fecerant sub Decio, & Diocletiano. Multiplici igitur titulo sacris Christianorum Cœmeterijs,**

vbisynaxes, vt lib. 1. dictum est, peragebantur, Danielis imago, quam passim suspicimus, quadrat.

Quis enim nesciat, dum sacram probe teneat antiquorum temporum ac prophetarum historiam, admiranda iugiter ac recolenda Danielis Prophetæ gesta, quæ diuinarum scripturarum paginis adumbrantur; hæc enim vt pote quam plurimis referta mysteriorum ponderibus, plura item recolentium animis, bonorum subsidia conferunt. Et hanc certe ob causam in abditis plerisque Cœmeteriorum Cubiculis, ac martyrum, cæterorumq; Christianorum sarcophagis Daniel illibatus inter leones consistens, eleuatisque Deum manibus iuentissime deprecans, Abacuch quoque prandium eidem deferente interdum superaddito, contemplandus obijcitur, vt ipsiusmet Danielis liber legendum exhibet. Quam profecto historiam frequenter admodum fidelium oculis, atque animo expendendam iisdem sapientissimi Patres, qui moribus informandis vacabant, ob præcipua, quæ intus latent, altissimarum virtutum dignis obuoluta mysterijs documenta, proponebant. Dignissimi enim viri historiam cum inter crebras ærumnarum molestias intercipi contingeret, recolentes, haud animum despondere, sed bonam, diuino suffulti præsidio spem concipere edocebant. Quippe qui ipsius Danielis exemplo præmuniti, futurum non dubitabant, vt ipsi quoque diuino aspirante numine, e periculis, quibus acriter premebantur, liberi tandem emergerent; cum Daniel, cuius imaginem adpicebant, e leonum fame exalperatorum faucibus illæsus ac vegetus euassisset: & ipsemet Christus Dominus, quem Daniel mystice præsignabat, e rabidis furentium Iudæorum manibus, quos haud alio quam leonum nomine Hieronymus appellat, ipsos inter mortuos liber tertia iam recurrente die rediuuus orbi affulsisset, sed hic in studiosi gratiam lectoris Hieronymi verba in medium proferamus, qui in versiculum illum psal. xvi. *Susciperunt me, &c. Sicut leo, inquit, paratus ad prædam, sic susceperunt Iudæi Christum in passione.* Et isthæc sequenti item versiculo ad rei propositum subiicit: *Sicut catulus leonis, leo diabolus, catulus filius eius Anti-*

Enolumerũ
ex depictũ
Danielis in
lacu imagine
profectum
quantũ esse?

Dan. c. 14.

Daniel Chri-
stum Domi-
num mystice
designabat.

Hier. in ps. 16.

Antichristus. Vel aliud: leo diabolus, & filij eius Indei. hæc concinne, eleganterque Danielis historiam edisserens affert Hieronymus.

2 Porro auxiliarem Dei protegentis manum in sacris præmemoratæ historiæ monumentis admirari sanctissimus Pontifex Anacletus haud destitit, qui isthæc ad rei propositum disertis verbis perorat: *Sicut per angelum suum Abacuch Prophetam una cum prandio in lacum leonum ad Danielelem vatem misit; ita dabit nobis consolationem & liberationem.* Sed recentissimus hæctenus Anacleti verbis eloquentiarum pondere subscribit: tractatu enim, quem de oratione digessit, hæc inquit: *Quærentibus regnum & iustitiam Dei omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deus ipse non desit. Sic Danieli in lacu leonum iussu Regis incluso prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes, & pascentes, homo Dei pascitur, &c. hæctenus in rem præsentem Cyprianus.*

Anaclet. 1.

S. Cyprianus. 2. de orat.

Daniel manibus expansis orans vera Christi Crucifixi imago ac typus.

Macar. 9. de exalt. Cruc. Greg. 10. 2. de Cruce.

Theod. Stud. Con. de ador. cruce. Greg. 13. 1. 3. de Cruce. ad. 3.

3 Porro primæ illi Christianorum duces ac magistri haud Danielelem dūtaxat coloribus expressissæ contenti, ut manifestiori fidelibus symbolo sub descripta Danielis imagine Christum præsignarent, cuius dignissimi crucioris pretio, & mira salutiferæ crucis potentia, e tartareorum hostium iugo nos in libertatem diuinitus vindicari contigit, Danielelem expansis, eleuatisque in crucis formam manibus orantem repræsentare consueuerunt: quod pie eleganterque præ cæteris Macarius Chrysoceph. Philadelphix Archiepiscop. adnotauit oratione, quam in Crucis Dominicæ exaltatione conscripsit, & deinde ab ipso Gregorio in lib. de Cruce relatus. At digna viri disertissimi verba gratis hic auribus excipiamus: *Accedat, inquit, & magnus ille Daniel, & tres pueri, ille enim ora leonum insolita mansuescere obturauit, cum manus expandisset in lacu, & in crucis speciem conformasset, &c. Cui egregie Theodorus Studita in quodam canone de crucis adoratione a Gregorio pariter libro de Cruce recensitus his plane verbis ad stipulatur: Magnus, inquit ille, Propheta Daniel missus quondam in lacum leonum, manibus in speciem expansis, in columnis ex faucibus bestiarum euasit, benedicens Christum Dominum.*

Ex quibus profecto satis perspicue videtur, amice lector. Christianos haud temere atque ornamenti parietibus conciliandi gratia, sed peculiarium mysteriorum animis exhibendorum causa, Danielelem expansis inter leones manibus consistentem affabre coloribus delineasse.

4 Sed nec ipsamet esca, quæ Danieli diuinitus Abacuch ministro exhibita est, mysterijs vacat. Prandium enim illud atque omnem præter expectationem præstita esurienti refectio, suffragij, quod iugiter ab orthodoxa Ecclesia, sacrosancto altaris sacrificio animabus in purgatorio existentibus in dies impenditur, symbolum haud obscurum extitit, ut in Gloss. Cleme. vnica de reliq. habetur vbi isthæc: *Transmittitur ad defunctos non summe malos, nec summe bonos. 13: q. 2. non estimemus &c. anime, quod figuratum fuit Daniel vlt. ad finem, vbi præcepit angelus Abacuch, quod panem & pulmentum, quod ferebat messoribus, portare in Babylonem Danieli posito in lacu leonum; & cum nesciret Abacuch locum, apprehendit illum angelus capillo capitis sui, & posuit in Babylonem super lacum, & accepit Daniel prandium, &c. Vides quam magna, ac omni salubritate referta mysteria, Danielis potissimum historia propincentur.*

5 Demum ex eiusdem historice enarrationis textu futuram quoque mortuorum resurrectionem validissimis vtique argumentis probatam conijcere, poterant: Daniel enim, de quo sermo est, ex imo leonum lacu in quo iacebat, liber tandem atque illæsus progrediens, quodam præmortui hominis e tumba in vitæ consurgentis hieroglyphicum intuentibus exprimit. Quod certe D. Hieronymus haud obscure innuisse videtur, dum illa Zachariæ verba explicat: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinculos tuos de lacu, in quo non est aqua. hæc autem sunt sanctissimi doctoris verba: Quod ita intelligitur, in sanguine passionis tuæ eos, qui vinculi in carcere tenebantur inferni, in quo non est vlla misericordia, tua clementia liberasti. Denique postquam Dominus resurrexit, hi qui peccatis Adam, sive, vt quidam volunt, erroris inoliti, de mortis vinculis tenebantur, resurrexerunt cum eo, &c. huc vsque Hieronymus, quæ quidem verba,*

Suffragium animarum purgatorij prandium hæc figurat.

Gloss. Cleme. vbi dicitur.

Spes resurrectionis per Danielelem liberatum pice designat.

D. Hieron. Zach. 4. 9.

vt orthodoxam veritatem sapiant, haud de erutis ab ipsomet inferni lacu, in quo nulla est, vt Theologi monent, damnatis perenniter, obstinatique iugiter speranda redemptio, sed de his, qui temporaliter a pœnalibus purgatorij ignibus, vel certe ab ipso limbi sinu, vbi detinebantur, Dominici virtute sanguinis exempti fuere. Sed vt cœtera mysteria sileamus, præcipue resurrectionis mysterium ex Danielis historia palam conuincitur, quoniam ipsemet Daniel cap. 12. vt optime Origenes libro 5. contra Celsum adnotauit, de futura mortuorum resurrectione vaticinia satis quidem aperta mortalibus edidit. Ex quibus rem contemplanti manifeste liquet, iure quidem optimo sacram Danielis historiam frequenter præ manibus, ac præ oculis sanctissimos illos fidei Christianæ cultores habuisse, dum inter iuges tyrannorum pressuras, atque ingruentes temporum angustias vilo vix loco tuti, & ad necem semper quæsi, & mox ad martyrium rapiendi subsisterent: cuius plane rei quamplurimorum exempla sanctorum suppetunt, & in Cœmetherialibus præsertim locis hanc passim coloribus delineandam curarunt. Et quidem ob præclara, atque admiranda sanctissimi Prophetæ gesta, ac primis quidem temporibus eiusdem memoria eo venerationis cultu a tota sere Ecclesia excepta est, vt æneam Danielis inter leones consistentis statuam auro desuper affabre exeultam Constantinus Magnus Imperator Constantinopoli in ipsius fori vinbilico crexerit, Eusebio teste in conscriptis eiusdem Constantini gestis. Sed de recolenda, ac suspicienda iugiter beatissimi viri, qui tot virtutum meritis eoruscant, imagine pia antiquorum fidelium manu inter reconditos Cœmetherialium locorum sinus æternitati consecrata, sãt diximus. Demum studiosus præmonendus est lector, quod haud hic eanonorum scriptorum imaginum elucidatione ordinem seruandum duximus. Sed eos primo quidem loco contemplandos lectori propofuimus, quorum imagines apud antiquos

Christianos vsu magis in Cœmeterijs extitere. Ezechielem enim Danieli, Daniel tribus Pueris anteponeendus, postponeendus vero Ionas fuerat.

CAP. XXII.

De Iona Propheta.



IONAS inter sc̄uientes vndatum procellas iusto Dei iudicio, vel dum fugit, deprehensus, ac velut irati numinis imperio ad cer-

Ione ab aena deuorati hitoria solatio Christianis naruus esse poterat.

tum naufragium e naui in mare proiectus, immanisque Ceti aluo exceptus, ex quo post triduum vegetus, atque incolumis emerfit, Christianis, quippe qui persecutionum procellis iugiter impetebantur, dum hunc vel mente recolerent, vel oculis quandoque contemplantum obijcerent, haud parum inter aduersa solaminis refundere consuevit: *Preparauit Dominus, inquit scriptura, piscem grandem, vt deglutiret Ionam, & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.* Inter fluctuum enim, ac marinæ bellæ, in cuius ventre reus, captiuusque quodammodo detinebatur, pericula præsentissimam Dei opem expertus est, ipsiusmet bellæ, quæ viuum deglutierat, ventre tuto veluti nauigio ad litus tandem deferendus Deo volente seruabatur: *Aduertendum est, inquit Hieronymus, quod vbi putabatur interitus, ibi custodia est.* Ita plane emerfit viuus, qui mortuus putabatur, & Dei auxilium perelucanti tunc maxime adfuit, cum procul abesse credebatur. Quapropter præ cæteris arcenarum rerum symbolis, quibus olim potissima Christianæ fidei mysteria adumbrari contigit, Ionæ symbolum solemnè extitit, cuius quamplurimæ, & satis frequenter in pictis tabulis, & Cœmetherialibus item sculptis Sarcophagis imagines visuntur, vt in hac præsertim tabula videre est.

Iona c. l. n. i.

Hier. in Iona c. l.



Jonas Prophe-
ta Christi Do-
mini typum
gerabat.

Matth. 12.

D. Hier. prol
sup. Ion. proph.

Idolatria...
per mare, in
quod Ionas pro-
fectus est, signu-
m est.

Nam, ut historiam eiusdem breuiter attingamus, Ionam peculiarem Christi Domini typum fuisse, communis & receptissima Patrum omnium sententia est, quam ipsemet Dominus diuino plane oraculo comprobauit, dum importunis diu Iudzorum precibus, ut signum aliquod ad semetipsum manifestandum, ederet, requisitus, illis potissimum verbis, ut videre est Matth. 12. respondit: *Generatio praua, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ione Prophete. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti triduo diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre.* Quamuis autem non omnia, quae sacris descripta paginis de Iona prolixius enarrantur, Christo Domino orbis Saluatore consonent, ut acute Hieronymus de ipsemet Iona in Prolog. edisserens his verbis adnotauit: *Ceteram non ignoramus, Chromati Papa venerabilis, sudoris esse vel maximi totum Prophetam referri ad intelligentiam Saluatoris.* Quod subinde, & magis quidem perspicue in explanatione capituli 1. hunc in modum edocet: *Prudens rogandus est lector, ne eundem velit ordinem tropologiae, quem & historiae querere.* Et ad huius item rei propositum haec paulo infra: *Sic & Ionas Propheta non absque periculo interpretantis totus referri ad Dominum poterit.* His igitur ad exactam rei noticiam in studiosi lectoris gratiam praemissis, hic nonnulla interim pie curiositati vacantes recensebimus, quae tum Hieronymus, tum alij orthodoxi Patres, eum de Iona, eiusque vaticinio loquuntur, Christo Domino, vel mystico saltem Ecclesiae corpori apte congruere asseruerunt.

2 Ut ab Hieronymo igitur, qui in sacrarum scripturarum oraculis intime discutendis, explorandisque principem

sibi locum iure vindicat, dicendi exordium auspicemur, certe dum sanctissimus doctor verba illa cap. 1. exponit: *Stetit mare, & c. obortam exemplo frementis Oceani tranquillitatem expendens, ubi Ionas a nescientibus, diuino impellente numine, immanium veluti criminum reus mulctandus, illuc proiectus fuit, certe, inquam, ipsummet Ionam certissimum abolendae penitus post Christi mortem idololatriae superstitionis symbolum exitisse pronunciat, haec autem inquit: Si consideremus ante passionem Christi errores mundi, & diuersorum dogmatum status contrarios, & nauiculam, totumque hominum genus, id est, creaturam Domini periclitantem, & post passionem eius tranquillitatem fidei, & orbis pacem, & secura omnia, & conuersionem ad Deum, videbimus quomodo post praecipitationem Ione steterit mare a furore suo. Quod plane mysterium intime perferuari non destitit ad Heliodorum scribens: *Deuorasti quidem, inquit, Ionam, sed & in utero tuo uiuus fuit, portasti quasi mortuum, ut tempestas mundi conquiesceret, & Niniue nostra illius praeconio saluaretur, & c.* haec de symbolica Ionae imagine pariter, atque historia Hieronymus eleganter congescit.*

3 Illud vero haud silentio nobis praetereundum est, quod oculatissimus sacros inter scriptores Augustinus enarrat, & maxime in rem praesentem facit. Praecipuus enim hic inter ceteros doctor a sancto Deo gratias Episcopo de Ionae mysterio interrogatus, quem nimirum cum marina bellua hianti ore deglutisset, vegetum tamen atque incolumem post tres dies ad littus euomuit; super hac utique interrogatione se valde mirari respondit, cum ipsemet Dominus, ut proposita fiat satis quaestioni, quod intus late-

Ion. c. 1.

5. Hieron.

Tempus
mare, post
nae praecipit
tionem, con-
quiescit eius
mysterium.

D. Hier. ep.
ad Helod.
Conuersio
Ionas in ma-
rissus esse
quidem si-
gnificet

latebat mysterium, exponere dignatus sit; percontanti igitur in hæc plane verba rescripsit: *Quid figuraverit, quod Prophetam bellua illa deuoratum, tertio die viuum reddidit, cur a nobis queritur, cum hoc Christus exponat? Generatio, inquit, mala & adultera signum querit, &c. pereleganter tamen suo ex more eadem epistola ipsam deinde Ionæ historiam edisserit, & minutissima quæque, quibus historica enarratio contextitur, diligenter expendens, hæc habet: Sicut ergo Ionas ex nauis in aluum ceti, ita Christus ex ligno in sepulchrum, vel in mortis profundum. Et sicut ille pro his, qui tempestate periclitabantur; ita Christus pro his, qui in seculo fluctuant: & sicut primo iussus est, ut predicaretur Niniuitis a Iona, sed non ad eos peruenit prophetia Iona, nisi posteaquam eum cetus euomuit: ita prophetia promissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem non peruenit agentens. Verum Theophylactus quoque in historiam gestorum Ionæ enarrationem complura inde vberissimis refert mysterijs documenta elicit; sed ipsam audire hic præstat: Proinde naturam, inquit, nostram induens Dominus, vnus ex nobis factus, & nauim nostram ingressus, hoc est, iuxta prædicationem, quem prædiximus Pater, qui hoc sortitus est ante omnem æuam, ante cuncta secula decreuit, constituit, proposuit, ut Filius ille suus pro nobis moreretur; perinde ac Petrus & Paulus dicunt: Altissimus igitur pro nobis laboribus defatigatus est, & pro nobis luget, angitur, dolet, voluntarie quidem, &c. Et hæc infra: Qui etiam si seipsum ad mortem condemnaret, non tamen seipsum proiecit, sed projicitur, docente nos hoc verbo, ne nos temere in pericula consciamus, neue incaute, & stolidè in mortem incidamus. Rursumque pari pietatis ardore alia, quæ sub eiusdem historię cortice latent mysteria rimari haud desinit: Mortuo itaq; inquit, Christo, ac omnia deglutienti balene tradito, spirituales nequitiæ cessarunt, procellæ voluptatum prostratae sunt, tranquillitas tota, & pax in vita versata est, & animis & corporibus aque ac ipse dixit: Pacem relinquo vobis, &c. Et rursum hæc subiicit: A resurrectione discipulis suis salutem impertiens: Pax inter vos sit, ait, &c. Et demum peculiari- bus sacramentorum symbolis totam sere historię huius enarrationis imaginem, mirifice exornans in hæc verba concludit: *Quin etiam sic quidam hic inquit:**

Prophetam esse figuram Christi: nauim esse typum Iudeorum synagoga: prorsus autem obseruatorem esse Moysen: nauas esse Prophetas: mare afflictiones, quæ nobis debentur: sortem, voluntatem Patris, secundum quam Christus in mare arumnarum precipitatur, & aluum ingentis ceti, hoc est mortis, ingreditur, vbi triduum commoratus resurrexit, gentibusque Euangelium annunciauit, ex quibus credentes conseruari sunt. hæc acute pro dilucidanda Ionæ historia Theophylactus congescit.

*Nauis oua-
Ionas vele-
batur, Syna-
gogæ figura-
tuit.*

4 Verum hæc eadem, & quamplura ab alijs item scriptoribus hunc locum diligenter prænotari contigit, quæ hic recensere breuitatis gratia prætermittimus. Porro cum marina bellua, quæ Ionam aluo exceperit, in plerisque Cœmeteriorum Cubiculis, ac marmoreis antiquorum Sarcophagis sub draconis, nullatenus autem sub piscis forma representetur, quid potissimum eiusmodi mysteriorum symbolo ab antiquis Patribus præsignatum sit, præsentis a nobis quæstione curiosus inquirendum videtur. Verum ut in re haud parui momenti sacros de more doctores consulamus: primo quidem loco Hieronymus se perferuntibus offert, qui illa historici textus verba exponens: *Et præparauit Dominus piscem grandem*, hæc ait: Porro quid ait, præparauit, vel ab initio cum conderet, de quo in psalmo scribitur: *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, vel certe iuxta nauem fecit venire. Sed plura eleganter quidem subiicit, dum in psal. 103. aperte magis verba illa expendens: Hier. in ps. 103. Draco iste, &c. dæmoni conuenire hæc dicens affirmat: Iudei dicunt draconem magnum fecit Deus, qui dicitur Leviathan, & est in mari, &c. Nos autem dicimus: Iste est draco, qui de Paradiso eiectus, qui decepit Euan, & datus est in hoc mundo ad illudendum nobis. Quod plane, iisdemque fere sententijs obfirmat, dum verba illa Isaïæ 27. alius contemplando dilucidat: Super Leviathan serpentem recletem, & super Leviathan serpentem tortuosum. Ex septuaginta enim interpretum versione id euidenti testimonio comprobatur, qui verba illa, super colubrum fugientem, haud aliter, quam super draconem legendum putant, &c. Hieronymus item semper sibi in assertis bene constans ex psalmo 90. auctoritatem iam supra enar-*

*B'ena Ionæ
cur specie dra-
conis repre-
sentata?*

*Hier. in e. 22.
100.*

*Hier. in ps.
103.*

*Hier. in e. 27
104.*

1790.

ratis apte concilians, vbi isthæc, *super aspiderem, & basiliscum ambulabis, & concalcabis leonem & draconem*; per draconem dæmonem vtique subintelligendum esse proclamat, ibidemque hunc ipsummet esse cetum; qui Christo Domino tandem interceptum, ac valide profligandum constanter asseuerat; quod & prophetica Iobi oracula euidenti enarratione restantur. Sic autem in rem præsentem inquit: *Ipse est magnus cetus, de quo, quod a Christo capiendus sit, mystico in Iob sermone narratur: nam & ibi pro ceto Leviathan ponitur.*

5 Locum autem, quem hactenus recensuimus, sacrarum sententijs scripturarum mirifice excultum, & ab Hieronymo, vt iam vidimus, recitatū in capite lib. Iob quadragesimo videre est, ad illa nimirum verba: *An extralere poteris Leviathan hamo, &c.* vbi iuxta septuaginta interpretum explanationem, pro *Leviathan* legitur *serpens, & Behemoth*, his autem nominibus terrestrem, ac marinum pariter serpentem designari Hieronymus his plane verbis asserit: *Commutauit figuram enigmatis, vt diabolum, quem superius Behemoth, translato nomine dixerat, eundem nunc Leviathan appellet: sed illic eam quasi belluam dicit, qui terras inhabitet: hic vero illum nominat, qui velut in aquis maris consistat. Vnde & alij pro Leviathan, draconem dixerunt, &c.* In illa item Ezechielis verba cap. trigesimali secundi, videlicet: *Leoni gentium assimilatus es, idem plane conceptis hunc in modum verbis confirmat: Draconem autem, inquit, dicit diabolum, pro quo Aquila interpretatus est Leviathan, nomen draconis exponens iuxta superiorem explanationem, multis testimonijs docui.* Merito igitur, vt vides amice lector, sub descripto draconistypo pifcis ille representatur, qui rabido, atque hianti Ionam ore deglutit, cum ille viuis coloribus adumbratus cacodæmonis symbolum extiterit.

6 Sed cum in Cœmeterialibus insuper tabulis Ionæ interdum sub vmbaculo molliter recubantis, atque ingentem animi ipsomet vultu trifuturam præferentis imago contemplanda exhibeatur, præcipua mysteriorum arcana, quibus picta hæc tabula haud vacat, vt sancti Patres vnanimiter asserunt, studiose a

nobis perscrutanda sunt. Vt reconditos autem mysteriorum, quæ latent, sensus excongessis orthodoxorum Patrum sententijs commode assequamur, primum quidem Rupertus Abbas in Ionæ cap. 4. consulendus est, qui dum illa potissimum verba exponit: *Fecit sibi et vmbaculum, & sedebat subter illud in vmbra, &c.* paratum Ionæ ex virentibus simul compactis folijs tegumentum, antiquæ typum legis præferulisse his plane verbis demonstrat: *Illud mystice intelligimus, quod post suauem vmbaculum fidei patrum legem dedit & religionem sacerdotalem per Moysen instituit, vt sub illa contegeretur verbum Domini, siue spiritus veritatis ad opertus figuris, & vtilitate literæ, quæ cõgrue significatur per viriditatem luis hederæ, siue, vt quidam volunt, cucurbita. Denique cucurbita & hederæ huius nature sunt, vt per terram reptent lata habentes folia in modum pampini, & absque furcis, vel adminiculis, quibus imitantur, altiora non petunt. Sic nimirum litera legis, cundarumque ceremoniarum lata est, & vmbra densissima semetipsam obscurat: et nisi spiritualis intelligentia adminiculis subleuetur, neque alta, neque pretiosa est, &c.* huc vsque Rupertus, qui miralientiarum vi, dum isthæc tam concinne enarrat, multiplicem diuinorum, quæ in scripturis continentur, mysteriorum vbertatē inculcat, in quibus ne sylabarū quidē apiculis sacramento vacat.

7 Verum Ruperti sententiæ ipsemet Augustinus in supra citata ad Episcopum Deogratias epistola, omnimodis fere verbis subscribit, atque exundantis animo mæroris, quo Ionas inibi velut carceri mancipatus afficiebatur, rationem vltro edocens, isthæc ait: *Iam vero quod tabernaculum sibi constituit, & confedit ex aduerso ciuitatis Ninive, quid ei futurum esset expectans, alterius significationis personam Prophetæ gestabat. Præfigurabat enim carnalem populum Israël. Nam huic erat tristitia de salute Ninuitarum, hoc est, de redemptione & liberatione gentium: vnde venit Christus vocare non iustos, sed peccatores ad penitentiam. Vmbaculum ergo cucurbitæ super caput eius, promissiones erant veteris Testamenti, vel ipsa iam munera, in quibus erat vtique, sicut dicit Apostolus, vmbra futurorum, tanquam ab astu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præberet. Vermis autem matutinus, quo rodente cucurbita exaruit, idem rursus*

Christi-

Diabolus appellatus Behemoth.

Iob c. 40.

D. Hier.

Ezech. c. 30.

Ionas sub vmbaculo, eiusque mysteria.

Vmbaculum Ionæ symbolum antiquæ legis.

Rup. in c. 4. Ion.

Ionas figura populi carceris Israël.

S. Aug. ep. 1. De ser.

Populus Israël meritis ex conuersione gentium. capit.

Vmbaculum Cucurbitæ promissiones veteris Testamenti figurat.

Christus occurrit, ex cuius ore, Evangelio diffamato, cuncta illa, quae temporaliter apud Israelitas velut umbraculi prius significatione vixerunt, evacuata marcerunt, & nunc ille populus amisso Hierosolymitano Regno & sacerdotio, & sacrificio, quod totum umbra erat futuri, in captiva dispersione magno astu tribulationis adurit, sicut Ionas, & c. hanc Augustinus, dum mysticis Ionæ historiam elucidationibus illustrat. Qui deinde satis quidem aperte ipsiusmet Christi Domini typum vermem illum matutinum exhibuisse demonstrat, de quo in psalmo item 21. cui titulus: Pro susceptione matutina, eiusdem personam aptatis sibi rerum significationibus induens: Psalmista canit: Ego sum vermis & non homo.

8 Sed ut singula latentium rerum mysteria, quæ sub ipsius Ionæ umbraculo adumbrata sunt, breuiter attingamus, quantumvis ab Augustino Hieronymus in ijs potissimum rationibus assignandis, quæ ingenti Ionæ animum mœore compleuerant, valde dissentiat, quippe qui id haud ob præuisam traducendarum gentium ab idololatriæ erroribus imaginem, sed ob interceptam, ac deperditam penitus, si quæ de Israelitici populi salute supererat, spem contigisse his plane verbis affirmat: *Non contrisctur, ut quidam putant, quod gentium multitudo saluetur, sed quod pereat Israel.* Augustino tamen consonis verbis ad stipulatur, dum umbraculum illud, haud obscurum antiquatæ legis typum fuisse edocet, hæc enim ibidem in rem præsentem ait: *Ionas sub umbraculo erat: needum quippe veritas venerat, de qua idem Evangelium & Apostolus loquitur: Deus veritas est.* hæc Hieronymus.

9 At vero multiplices doctorum sententiæ de umbraculi folijs, quæ Ionæ a solaribus radijs obtegendo inferuierunt, negotium aliquod facessere nobis videntur, an ex hederæ videlicet, iuxta vulgatæ textum, extirerint, dicitur enim eap. 3. *Et preparauit Dominus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, cuius quidem versionis textui Hieronymus ibidem adheret: an potius, ut in recentis supra tabulis representatur, virentibus id cucurbitarum frondibus præstitum fuerit, iuxta id, quod in præmemorati tex-*

tus versione septuaginta interpretes legunt, quam Aquila, Augustinus, & alij insuper sectantur. Et quidem, ut singula, quæ ad rem pertinent, edisseramus, antiquæ eiuscemodi difficultatis idem Hieronymus ibidem in hæc verba meminir: *In hoc loco quidam Cantelius de antiquissimo genere Corneliarum, siue, ut ipse iactat, de stirpe Asnij Polionis, dudum Roma dicitur me accusasse sacrilegij, quod procucurbita hederam transfulerim.* Et paulo infra, ut inlicitam de vitata interpretatione calumniam valido, ab ipsiusmet nominis deriuatione comparato sibi argumento confutat: *Sed veniamus, inquit, ad serua. Pro cucurbita siue hederæ, in Hebræo legitur Kikaion, quæ etiani lingua Syra, & Punica Elkeroa dicitur. Est autem genus virgulti, vel arbusculi, lata habens folijs in modum pampini, & umbram densissimam, suo trunco se sustinens, quæ in Palaestina creberrime nascitur, & maxime in arenosis locis, mirumque in modum, si semencem in terram ieceris, cito confertur, confurgit in arborem, & intra paucos dies, quam herbam videras, arbusculum suspicis: vnde & nos eodem tempore, quo interpretabamur Prophetas, volumus id ipsum Hebrææ lingue nomen exprimere, quia sermo Latinus hanc speciem arbori non habebat, sed iuuenimus grammaticos, secutique sumus veteres translatores, qui & ipsi hederam interpretati sunt, quæ Græce appellatur κικαίον, aliud enim quid dicerent, non habebant.* hæc D. Hieronymus, dum rem ad sua deriando principia, assertionis suæ rationem stabilire conatur.

10 Porro Augustinus quoque hac super re D. Hieronymo eius exploraturus sententiam in hæc plane verba scripserat: *Ideo autem, inquit, desidero interpretationem tuam de septuaginta, ut & tanta Latinorum interpretum, qui qualescumque hoc ansissent, quantum possumus impericia careamus, & hi, qui me inuidere putant vtilibus laboribus tuis, tandem aliquando, si fieri potest, intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationem in Ecclesijs legi, ne contra septuaginta auctoritatem, tanquam nouum aliqua proferentes, magno scandalo perturbemus plebes Christi, quarum aures, & corda illam interpretationem audire consueuerint, quæ etiam ab Apostolis approbata est.* Vnde & illud apud Ionam virgultum si in Hebræo nec hederæ est,

Hieron. in c. 1. Ion. 3.

D. Aug. ep. 17. ad D. Hier.

Verbo S. Scripturæ nouæ ac in cuncta populo Christiano scandala creare potest.

est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud, quod trunco suo nixum, nullis suslinendum administriculis erigatur, malle iam in omnibus Latinis cucurbitam legi. Non enim frustra hoc puto septuaginta posuerunt, nisi quia & huic simile sciebant. Hæc Augustinus Hieronymo, cui ille deinde suam animi sententiam adaperiens epistola 89. in hæc verba respondit: *Dicis me in Ionam Prophetam male quiddam interpretatum, &c. nisi forte, ut ante annos plurimos, cucurbita venit in medium, asserente illis temporibus Cornelio Afinio Pollione, me hederam pro cucurbita transtulisse. Super qua re in Commentario Ionæ Prophetæ plenius respondimus: hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco, ubi septuaginta interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis transtulerunt, id est, *μαστόν*, in Hebræo volumine Cicaion scriptum est, quam vulgo Syri Elceroa vocant. Est autem genus virgulti, &c. Et subdit, quæ supra recensuimus, quibus luculenter a sanctissimo doctore enarratis ad stabilendam genuinam usurpati a se vocabuli significationem isthæc prosequitur: *Hoc ergo verbum de verbo edisserens, si cicaion transferre voluissim, nullus intelligeret, si cucurbitam id dicerem, quod in Hebræo non habetur, Hederam posui, ut cæteris interpretibus consentirem. Sin autem Iudæi vestri, ut ipse asseris, malitia vel imperitia hoc dixerunt esse in voluminibus Hebræorum, quod in Græci, & Latini codicibus continetur, manifestum est eos, aut Hebræas literas ignorare, aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri, &c. Vtraque tamen ex iam recensitis opinio facili quidem negotio conciliari posse videtur, si ipsamet cucurbita, quam exposuimus, dum altius excreuit, atque ipsius folia vmbra concinnant, & ipsa quoque aptato sibi hederæ vocabulo nuncupetur, quia nimirum sustentaculo hederæ instar inhæret, sine cuius adminiculo, nec se in altum tollere, ac multo minus vmbra reddere valeret, & hac potissimum de causa ab hærendo eandem hederæ titulo appellari contingat.**

B. Hier. 89.

De vmbra
lo Ionæ cu-
curbitam gene-
ris illud fuerit
Hieronymi
diferentiatio.

In Cœmete-
rij vmbra-
tum Ionæ ex
cucurbita. nō
autem hede-
ra à p̄torib⁹
repreſentatū
est.

II Porro Ionam haud sub hederæ, sed sub cucurbitæ vmbaculo quiescentē ob eam potissimum rationem in præmemoratis Cœmeterialibus tabulis olim a Christianis repræsentatum fuisse arbitramur, quia videlicet antiqui fideles

acceptissimæ Septuaginta interpretum sententiæ mordicus adherentes, quidquid conceptis apud eisdem verbis scripturarum textui insertum legebatur, ac si vulgata earundem scripturarum foret editio, constanti animo retinere, quamvis modo vulgata sacrorum bibliorum translatio, quæ vim atque auctoritatem, utpote Spiritu sancto reuelante, Romani Pontificis ore probata e celo sortitur, & qua potissimum Ecclesia uti consuevit, dum hederam, non autem cucurbitam legentibus præferret, posthac nullatenus impugnari, nec quoquo modo in controuersiam non absque ipsius fidei detrimento reuocari queat.

12 Verum Christiani ex eiusmodi imaginis, quam sibi contemplandam ob oculos proponebant, prospectu inter ipsas ingruentium iugiter malorum ac persecutionum procellas, opportuna vltro sibi affutura subsidia, & haud vnam optata defutura solatia Ionæ diuinitus præmoniti symbolo edocebantur; quæ ubi Deo benigne votis aspirante illuxissent, haud nimium obortæ inter prospera securitati innitendum, cum & solatia interim subtrahi, tentationum vero procellas iterum emergere sæpe sæpius experimento contingat: ut enim Scriptura loquitur: *Dominus mortificat & viuificat; humiliat, & subleuat, pauperem facit, & ditat, deducit ad inferos, & reducit.* Quod egregie quidem, & apte in rem præsentem disertissimus ille Græcorum Patrum Chrysostomus his plane verbis edisserit: *Deus iustos suos nec incunditates, nec tribulationes sinit habere continuas, sed tum de prosperis, tum de aduersis iustorum vitam admirabili quadam varietate contextit.*

Sed sub Ionæ vmbaculo haud suscepti iam laboris oblitii, sed ad vltiora properantes diutius immorari non possumus.



Ex imagine
Ionæ quid B.
deles diceret

Cont. aur.
pres.

S. Chryf. h. 1
in Matth. 1

CAP. XXIII.

De Ezechiele Propheta.



HAVD Prophetarum alter de præoptato Resurrectionis mysterio, ut Ezechiel tam apte, tam concinne, ac perspicue verbis pariter, ac gestis prophetavit, quippe qui in campo Sennar, sive Babylonis, vbi innumera sere demortuorum hominum ossa iacebant, futuram, Deo edocente, Resurrectionem edidicit: *Et facta est, inquit, super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, & circumduxit me per ea in gyrum: erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. En mortuorum pompa, que iam tum resurrectioni, ut ait, parabatur: Fili hominis putas ne viuent ossa ista? & dixi: Domine tu nosti, & dixit ad me, vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos nervos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis. At totum plene iam hominum resurgentium symbolum adimpletur nosce vaticinantis oraculum: Factus est autem, inquit, sonitus prophetante me, & ecce commotio, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam.*

2 Cum hic vnus igitur præ omnibus Propheta gratum istud, ac pericundum Christianorum auribus mysterium propinauerit, iure merito Christianorum oculis in ipsiusmet Cæmeterialibus cauernis, in quibus cadavera subsidunt, eiusdem imago contemplan- da obijcitur, vel ipsius enim aspectus, vel eius item oraculum intuentes mirifice recreat: *Spem enim Christianorum, ut Tertullianus ait, est resurrectio mortuorum. In locis igitur, vbi congesta passim demortuorum ossa conspiciuntur, ibi prolatum Ezechielis ore de resurre-*

ctione vaticinium resonare congruum videbatur. Quis enim nesciat, quod ipsa defunctorum ossa, quæ in sepulchris iacent, aptissimo quidem vocabulo, *æternitatis semina* merito Ambrosius aliquando appellauerit: hæc enim post consumptam carnem, sicut post pomum semina supersunt, ex quibus deinde hominem Deus, nouam veluti arborem, in vitam suscitabit: ossa ergo dum è tumulis reuiuifcent, quasi semina suo tempore repullulantia sanctis immortalitatis florem proferent: *Flos enim resurrectionis, ut Ambrosius inquit, est immortalitas.* Ad quod illis symbolice verbis Hilarius allusisse visus est, dum ait: *Spes æternitatis ossibus significari solet, ex quo dictum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, quod beatus Apostolus, quia magnum mysterium est, ad Christum, & Ecclesiam refert, que ex Ade sui æternitate, æternitatis substantiam mutuatur, quod in Domini vulnerato licet corpore, confixoque non frangitur: os, inquit, eius non conteretur, quia cum fuerit vis passionis in carne, in æternam tamen diuinitatis, & impossibilem naturam nihil licuit passioni. Hæc Hilarius, qui ad congruum iniuper, ipsique met Cæmeterialibus locis concinnatum mysterium sermonem inlectens isthæc subiicit: *Integram autem, & incorruptam spem æternitatis significari in ossibus etiam illic meminimus, vbi dicitur: Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, quia secundum demonstratam Ezechielis resurrectionem, sacramentum eius sub ossium significatione sit reuelatum. Quamobrem prophetica hæc de ossibus vitæ spiritu donandis imago optime Christianorum Cæmeterijs cono-**

3 Verum enimvero si a mortuis paululū prophetæ stylum contrahentes, ad ipsosmet Christianos diutinis persecutionum molestijs exagitados, qui intra mortuorum Cæmeteria, ut insectatorum manus effugerent, quondam latitabant, conuertamus, recte quoque Ezechielis verba iisdem in meliorem statum tandem Deo aspirante reducendis quadrare videbuntur: *Ecce ego, inquit Deus, aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel. Qui enim sub duro captiue seruitutis iugo, incommodis iugiter attriti, absque vlla euadendi spe*

Ambrosius de fide resur.

S. Hieronimus ps. 2. 6.

Hieronimus ps. 67.

Ezechielis mortuos facit tantis imago,

Ezechielis. 2. 27. n. 2.

Fideles olim
in angustijs
solari poterat.

11.67. 7.

Vari. Ideo ref.
car. 6.29.

Mysteria visio
nis Ezechie.
is de aridis
hominum of-
fibus in vijs
excitatis.

vitam degunt, non fecus ac arida sine
vitæ spiritu ossa in sepulchris (si tropice
loquamur) habitare perhibentur, id Psal-
mista attestante: *Qui educit viuos, in-
quit, in fortitudine, similiter eos, qui ex-
sperant, qui habitant in sepulchris. Vere*
etenim poeta ait: *Non est viuere, sed va-
lere, vita.* Et ex ipsa iurium ciuiliū
elocutione seruitus, si cuiquam viro in-
genuo accidat, mors vtique ciuilis, quæ
admodum è contra libertas haud alio
quam vitæ ciuilis nomine computatur.
Quemadmodū ergo de Iudæis tunc quid-
em captiuus, pari iteni ratione de Chri-
stianis in captiuitate propemodum ipsos
inter gentiles vitam degentibus obuē-
turum tunc prophetice enunciatum est,
vt rebus tandem immutatis, sedatisque
persecutionum, quæ vrgebant, procellis,
sub Christianæ fidei lumine, in omni-
modam spiritus libertatem è latebris re-
uocarentur, & libera fronte, ac ore
Christum vbique gentibus annunciarent,
eidemque pacifice, qui tunc vtique ad-
uersariorum gladio impetebantur, inhæ-
rerent, quod egregie in hæc verba Ter-
tullianus edisserit: *Populus Iudæorum*
*emortuus, exaridus, & dispersus, in campo Or-
bis recolligi habeat, & recompingi os ad os, id*
est, tribus ad tribum, & populus ad populum,
*& recorporari carnibus facultatum, & ner-
uis regni, atque inde sepulchris, id est, habi-
taculis captiuitatis tristissimis, atque teterrimis*
educi, & refrigerij nomine respirare, &
viuere exinde in terra sua Iudæa. Hæc de
Iudæis tunc quidē misere captiuus Eze-
chiel, quæ & symbolice ipsi Christiani-
nis commode aptari posse videntur, qui
è Cœmeterialibus antris in lucem è sep-
ulchris quodammodo, ex ipsius mortis
faucibus in vitam, opportuna adueniente
temporum tranquillitate, prouehendi
erant.

4 Ezechielis igitur Prophætæ ima-
ginem, quam hisce Subterraneæ Romæ
tabulis describendam, delineandamque
fufcepimus, haud sine peculiari mysterio
depingendâ sibi, & marmoritem quan-
doque insculpendam inter cæteras sacras
imagines antiqui Christiani proposuere,
sed præcipuis quidem ad id permoti
rationibus, præstitere. Si enim quæ in
marmoreo quodam Vaticani Cœmeterij
Sarcophago insculpta cernitur imago,
vbi corpora quædam velut extincta, alia

vero ac si in lucem rediuiua ferro affabre
efficta sunt, si illa, inquam, imago vt non-
nulli affirmarunt, Ezechielem præsertim,
merito quidem asseri posse videtur, cele-
berrimam visionem illam contemplan-
dam ibidem exhiberi, quam prophetico
vir Dei lumine imbutus de aridis in vitam
offibus euocandis percepit, vt in pro-
pheticis eiusdem actibus prolixius legi-
tur. Quæ sane inysteriorum ferax pro-
phætæ visio cum ob Christianorum oculo-
s poneretur, mentique intuentium
obreperet, leuamenti plurimum mæstissi-
mis inter ærumnas animis, & arctiori ad-
uersarum rerum iugo coarctatis, quam
tunc Hebræi forent, qui apud Babylo-
nem vinculis mancipati sub captiuitate
detinebantur, haud modicum, inquam,
rem altius contemplantibus solatium
conferre poterat. Si enim tunc tempo-
ris Deus, vt totius Iudæicæ gentis bono
prospiceret, hanc Ezechieli visionem
cælitus præstitit, eos videlicet præosten-
sæ visionis verbo salubriter edocendo,
ipsiusmet Dei auxiliantis manu non e mi-
seræ duntaxat captiuitatis angustia cripi
potenter posse, verum etiam ipsam post
mortem nouo & admirando prorsus pro-
digio posse in vitam, ad quam naturæ ip-
sius ductu, vt Philosophus ait, nullus, nul-
lus, inquam, patet regressus, quantumuis
extinctos & iam in puluerem redactos,
facile reuocari. Quod supernæ virtutis
portentum, & humanæ conditionis mira-
refertum salubritate mysterium cum ij-
dem fideles frequenti secum meditatio-
ne repeterent, promptiores proculdubio,
atque alacriores ad aduersa quæque
pro Christo subeunda reddebantur.
Quod vero isthæc ad erudiendos potissi-
mum Hebræorum animos Ezechieli di-
uinitus præmonstrata fuerint, Glossa
præsertim, quæ in textus præmemorati
caput digesta ceteris plane verbis lectoré
edocet: *Cum propter perfidiam meliora*
desperarent Iudæi captiui, suam ipsi Dominus
*potentiam ostendit, & mortuorum resurre-
ctionem illorum in pristinum statum restitu-
tione longe difficiliorem indicat Prophetæ, per*
quem docet omnia sibi esse facilia volenti.
Hæc ibi.

5 Porro ipsemet Ambrosius in libro,
quem scripsit de fide Iesu, visionem
hanc nostræ typum resurrectionis ex-
titisse asserit: *Magna, inquit, Dei gratia*
quod

Ex eccl. 4. 3.

Quid per
visionem E-
zechielis, D.
populum a-
cere voluerit
Gloss. ad Eccl.

Eadem E-
zechielis de-
dit offibus
scitatis v-
typus resur-
ctionis.
D. Amb.

quod futura resurrectionis Propheta testis adhibetur, ut nos quoque ex oculis videremus, &c. Verum Hieronymus eodem capite propter Hebraicæ gentis libertatem, quæ e Babylioniorum, quo tenebatur iugo, Deo protegente, vindicata est, optimam quoque, atque exoptandam iugiter animarum nostrarum, antiquo excusso peccatorum iugo, conditionem satis concinne his quidem verbis coarguit: *Per resurrectionis parabolam de restitutione Israël agitur. Quomodo enim videtur incredulum quod ossa & multa vetustate confecta resurgant: sic restituito populi Israël in captiuitatem ducti, & toto orbe dispersi: sed his qui non nouerunt Dei potentiam, &c.* Quippe ubi Dei potentia aspirat, nil arduum, nil difficile, nil impossibile suppetit; dixit enim, & facta sunt, mandauit & creata sunt. Et ut alibi Iob sapienter elocutus est, diuinæ potentæ vim, ac terminos nullo circumscripto termino admirabundus explorans, ac describens, ait: *Subest enim tibi posse, cum volueris. Velit igitur Deus, & quidquid ille vult, factum est. Nec enim alter cecinit ille: Stat pro ratione voluntas.* Præmemorati autem prophetæ vaticinium Hieronymus haud satis pro dignitate legètibz adumbrasse ratus, isthæc paulo infra subdit: *Nos autem spiritaliter post crucem Saluatoris & quotidie fieri in his, qui insiar Lazari peccatorum suorum fascijs colligati, ad vocem Domini suscitantur: & vere sunt domus Israël, arens quondam & nullam spem habens salutis, sed intrante spiritu grati, & porrigente Domino manum, de profundo inferni liberantur, &c.* hæc in rem præsentem S. Hieronymus. Vides igitur, amice lector, quorsum Christiani dignissimam Ezechielis memoriam tam crebro oculis ac mente repeterent, dum in sacris Cœmeterijs ad necem qua siti delitescerent, ut ex prophetis nimirum eiusdem sermonibus, cum se iam morti ac carnificinæ destinatos cernerent, cunctisq; pœnarum, quæ dira hostium crudelitas excogitare poterat, incommodis obuoxios iugiter animaduertent, certam futuræ tandem resurrectionis spem nacti, mortem ipsam veluti quendam ad coronam immortalitatis transitum audacter contemnerent, & Apostolica iugiter tubæ excitati vnà cum Apostolo canerent: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptio-*

nem, & mortale hoc induere immortalitatem: tunc enim nobili tandem reuecto de morte, quæ ultimum est (ut Philosophus ait) omnium terribilium, triumpho, illud iugiter triumphalis instar cantici inclament: *Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua?* Sed hæc interim paucis ad Ezechielis imaginem elucidandam, adumbrasse sufficiat. Dum iam extremam huius quinti Libri periodum satis elaro resurrectionis symbolo, quod eiusdem Prophetæ vaticinio propinatum est, congrue quidem concludimus, ut quod singuli nouissimis tandem futurum temporibus constanti fide expectant, suisque corporibus cuncti incunctanter expectunt, supremam recensitis hæcenus antiqui Testamenti imaginibus manum imponat, quo subinde omni penitus vultate abolita, ipsummet hominem, in imagine enim, ut Propheta ait, pertransit homo, in lucem sub Ezechielis vaticinio rediuiuum in nouam plane creaturam transferat, & illud Apocalypsis oraculum iure merito adimpleatur: *Ecce noua facio omnia.* Ad noui igitur Testamenti tabulas, quibus olim Christianorum Cœmeteria illustrabantur, perferendas oculos, si libet, conuertamus, & exultantes ipsos inter mortuos, ac mortuorum spolia vitæ, ac viuentium symbola contemplemur, quo propheticum illud Iobi oraculum compleatur: *Gaudentque vehementer, cum inuenerint sepulchrum.* Sepulchrales enim Cœmeteriorum cauernæ, corundemque Cubicula, atque vnæ viuus sanctorum imaginibus, resurrectionem obtestantibus, animatæ potius, ut ita dicam, quam exultatæ sunt. Ecclesia quippe & ipsamet Subterranea Roma, quam hæcenus perlustrauimus, Turris profecto illa Dauidica esse agnoscitur, quæ (ut diuinæ testantur paginæ) edificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Ita plane: nulla hic in sacris Cœmeterijs ad ferendum arma, plurima ad propugnandum, ac protegendum illuc confugientes, scilicet bellatricem hanc turrim circumdant gladij, pacificatricem vero clypei, mille elypei pendet ex ea, vel ut Ambrosius legit: *Mille ostia pendent ex ea, mille quippe hinc nobis, sacras tum antiqui, tum noui Testamenti imagines conspiciendo*

Apoc. 21.

Iob c. 3. n. 22.

Cant. 4. n. 4.

Ambrosius in ead.

ad Deum, & ad diuini numinis auxilium pariter, & gratiam promerendam aditus eorundem sanctorum exemplo, quorum decorantur simulachris, supplicunt. Quis autem has imagines suspiciendo lucem vel inter tenebras à Cælo non hauserit: Cœmeteria enim isthæc, etsi tenebrosa, luce tamen sua conspicua sunt: *O tenebras sole ipso lu-*

*Cypr. l. 4. ad
Matth.*

cidiores, inquit Cyprianus, ubi constituta sunt Dei templa. Vbi nimirum sancti viri viuentes latitarunt, & vel mortui nunc in Christo tamen viuentes in vitæ nouitatem tandem surrecturi conditi sunt. Et nos interim de recolendis noui Testamenti imaginibus felici sermonem auspicio instituiamus.





R O M A

S V B T E R R A N E A

S I V E

DE SACRIS ROMÆ COEMETERIIS

TOMVS II. LIBER SEXTVS.

RECTE quidem nouis, ac veteribus iunctis simul rebus, ac comparatis, totius vniuersi facies, quæ varietate gaudet, miram intuentibus pulchritudinem præferret. Quapropter scriba ille doctus haud nouis dumtaxat contentus, vetera insuper de industria inserit, vt pulchritudinem, ac decorem ipsismet rebus conciliet: ideo omnis doctus scriba in regno Cælorum, inquit Matthæus, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Sponsa quoque, vt eius, quem vnice diligebat, gratiam arcius sibi deuinciret, haud poma dumtaxat noua, sed & insuper vetera se illi gustanda referuasse, atque obtulisse affirmat. In portis nostris, inquit, omnia poma: noua, & vetera, dilecte mi, seruauit tibi. Ita nos plane antiqui Testamenti tabulas, excerptasque ex ijs imagines pio ac studioso lectori, vt eius gratiam promereamur, hucusq; contemplandas obtulimus: nunc vero ex ipsomet noui Testamenti promptuario præcipuas oculis delibandas imagines, quibus Subterraneæ Romæ Cubicula mirifice exulta sunt, proponimus, vt Ecclesiæ, & ipsius Romæ pariter, quæ intus in tenebris latet, decor, & gloria augeatur: in luto enim, etsi non auro, sub aurea tamen illa primæua secula, vbi primum fides illuxit, vario, ac multiplici picturarum genere circumdata est: Omnis quippe gloria, vt Psalmista canit, filiæ Regis ab intus, in simbrijs aureis circumdata varietatibus. Cum igitur præter recensitas hactenus antiqui, ac recolendi Testamenti historias, quibus veluti aureis simbrijs plerumq; sacra Cœmeteriorum abdita decorantur, quamplures item imagines è noui Testamenti tabulis

Matth. 6. 13.

Capit. 6. 7. n. 13.

Isai. 43.

pia Christianorum manu excerptas, apud eadem Cœmeteria passim inuenire contingat, quas à priscis orthodoxæ fidei patribus haud ad sacra dumtaxat coloribus loca excolenda, sed ad imbuendos salutaribus animos intuentium monitis ad viuum ob oculos repræsentari contigit. Harum interim à nobis mysteria, & earum præcipue, quas infra ex ordine subtexemus, paucis admodum in lectoris gratiam elucidanda sunt.

CAPUT I.

De sacris Christi Domini Incunabulis.

Omnium
maximum Di
uini Verbi in
carnati myste
rium.



T a sacris igitur noui Testamenti imaginibus, quibus antiqua passim Subterraneæ Romæ Cœmeteria illustratur, dicendi initium auspicemur, quis nesciat illud præ cæteris mysterium inter Euangelici Testamenti tabulas recenseretur, quod veluti diuinorum mysteriorum præcipuum, nouitate cuncta transcendit, & dignitate supereminet vniuersis, de quo Apostolus satis diserte locutus aliquando est, cum Christi in carne aduentum Euangelicus veluti præco orbi nunciauit: *Multifariâ, inquit, multisque modis loquens olim Deus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius portansque omnia verbo virtutis sue.* Nouum plane mysterium, quod omnem penitus antiqui hominis vetustatem soluit, & noui Adam lapsis ingerit hominibus sanctitatem. Nouum, inquam, quod etsi nouissimis complendum temporibus, sub ipsa tamen mundi primordia præuisum, longe ante renuntiatum est Patribus, ac Prophetis Deo reuelante innotuit: *Nonum quippe faciet Deus super terram, mulier circumdabit virum.* En haud obsecro adumbratum diuinæ Incarnationis mysterium, & orbi prophetico ore propinatum est. *Nec mihi quisquam, inquit Bernardus huius mysterij nouitatem edisserens, ad ista respondeat inductus, ingratus, irreligiosus, non est hoc nouum, olim auditum est, olim factum est, olim natus est Christus.*

Ret. ser. de
nat. Dom.

Solemniſſimū
ac frequentif
simū anti
quū Christi
an. Dei inear
nati mysteriū
erit.

Audi subinde vigentem iugiter Christianorum animis mysterij pariter, ac beneficii nullatenus æquiparandi memoriam: *Semper nouum, Bernardus inquit, quod semper immouat mentes, nec vnquam vetus, quod sanctificare non cessat.* Antiquis igitur Christianis solemnè hoc præ cæteris mysterium, & iugi meditationem nouum extitit. Quapropter pluribus quidem Cœmeterialibus in locis Christi Domini in præsepio iacentis inter pia pastorum acurrentium obsequia contemplanda intuentibus imago exhibetur: quod quidem diuinum, ac recolendum mysterium, præter opportunam, quam menti suggerit, orthodoxæ fidei dogmatum seriem, & qua rudes imbui hominum animos oportet, multiplices quoque diuinorum arcanorum sensus præferret. Quod quidem apertissimis verbis Gregorius Nazianzenus de sacro ac recolendo eodem mysterio elocutus, oratione in Natalitium Christi diem his plane verbis expressit: *Num hæc, quæ anduimus de Christo, fortuna & casu contigerunt, & scripta sunt, an historie subest aliqua ratio? Quid sibi vult hæc Domini in antro sedes? hæc in præsepe reclinatio? Cur tempore descriptionis tributorum in vitam ingreditur? An perspicuum est eum quemadmodum a legis execratione nos eripit, factus ipse pro nobis execratio, & liuores nostros in se transfert, ut eius liuore nos curemur? sic etiam vestigale fieri, ut nos a grauissimo vestigali, quod ab homine mors excigit, liberaret? Et intra sanctissimi doctot vel in ipsius infantilibus pannis ingens, quod lucebat, sacramentum agnosces, hæc subiicit: Pannis*

Natiuitatis
Christi Dom
ni eiusque
circumſtantia
mysteria.

Naz. or. de
Christo, nat.

Sub temp
descriptioni
tributorum
Christus a
ſcitur, et di
mysterium

autem

autem obuoluitur, & fascijs constringitur, qui peccatorum nostrorum catenas subisset vincula: prae sepe vero, in quo Verbum gignitur, bestiarum est domus, ut cognoscat bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. Per bouem intellige illum, qui legis iugo subiectus est: per asinum autem eum, qui simulacrorum cultus onustus est crimine. Caterum commune rationis expertum animalium pabulum & vita sanum est, producens, inquit Propheta sanum iumentis. Quod autem ratione praeditum est animal, vescitur pane: idcirco in praesepe, quod est animalium ratione vacantium sedes, e caelo delapsus vita panis proponitur, ut & quae a ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ita ratione decorentur, &c. haec ad rem nostram pie pariter ac diserte in tanti mysterij obsequium Nazianzenus perorasse visus est, ex quibus profecto pie lector vides, quanta & quam magna ex vna infantis Dei imagine intuentibus mysteria propinentur, ut illud Bernardi oraculum merito adimpleatur: *Videamus, inquit, ne magnus Deus sine causa factus sit parvus homo, & quanto pro me vilior, tanto mihi charior.*

2 Ex eadem insuper picta, descriptaque Christi nascentis imagine ab antiquis tres duntaxat numero pastores venerationis cultum exhibendi gratia, praesepe Bethlehemiticum adijisse satis aperte ex Coemeterialibus tabulis edocemur: totidem enim, haud plures in eiusmodi tabulis pia Christianorum manu studiose effictos conspicimus: quod & ipsius Bedae auctoritate in lib. quem scripsit de loc. sanct. valde comprobari videtur, ubi in recolendam huius rei memoriam primariis illis temporibus Ecclesiam quoque erectam fuisse affirmat, sed ipsum quaeo promptis hic auribus audiamus: Porro ad orientem in turre Ader, id est, gregis, mille passus a ciuitate Bethleem segregata est Ecclesia trium Pastorum, diuinae nutritiatis conficiorum monumenta continens.

3 Haud exigua igitur Christiani ex obiecta oculis recolendi huiusce mysterij imagine virtutum incitamenta haufere, quibus ad perennes Deo immortali gratiarum actiones iugiter exhibendas prouocarentur. Cum enim aeterni Patris Verbum ob salutem humani generis co humilitatis sponte prouolutum fuisse

intelligerent, vt semetipsum, Apostolo teste, exinani erit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, ipsi quoque, vt vicem Deo rependerent, contumeliose ad hominibus deprimi, libenter omnibus subesse, paruulos se quoad vitam innocentiam exhibere, & cum adhuc viuentes seculo ac terrenis omnibus praemortui quodammodo viderentur, Deo iterum ad nouam vitam formam quasi modo progeneritos infantes enasci nullatenus tractarent. Vt enim eleganter Chrysostomus ad rem nostram exprimit: *Natus est (inquit) Christus in carne, vt tu nascere spiritu: natus est ex muliere, vt tu desineres filius esse mulieris.*

4 Certe Hieronymus, quippe qui se totum Saluatoris obsequio dedicauerat, vitam ac Linguam pariter Domini in se recipere conuulsi, ac eiusdem praenij impendit, cuius laudes ad Marcellam scribens, haud paucis eadem verbis perfrinxisse voluit, dum haec ait: *Quo sermone, qua voce speluncam Saluatoris exponam? & illud praesepe, in quo infantulus vegit, silentio magis, quam infuso sermone honorandum est. Et paulo post ipse Bethlem ex Redemptoris ortu gloria auspicando, totis eloquentiae viribus inculcat: Bethlem, inquit, ecce in paruo terra foramine, Celorum conditor natus est, hic inuolutus pannis, hic usus a pastore, hic demonstratus a stella, hic adoratus a Magis. Sanctior locus est rupe Tarpeia, quae de Caelo saepius fulminata ostendit, quod Deo displiceat. Haec Hieronymus in Domini praesepe honorem. Verum vt nonnulla hic, quae ad loci cultum pertinent, ex Baronio in studiosi gratiam lectoris subtexamus. Vix credi potest, quanta veneratione Christiani semper habuerint locum istum, vt quantumlibet Hadrianus Imperator ab abolendam tantae rei memoriam (quod scribit Paulinus, & alij) Venetis, & Adonidis templum desuper crexisset, nihilominus, vt ex Origene constat, percelebris etiam apud gentiles esset tanti loci memoria. Sed reddita pace Ecclesiae, spelunca illa mirifico opere exornata est ipsumque praesepe honoris gratia argento tectum, de quo haec apud Chrysostomum: *O si mihi videre liceret illud praesepe, in quo Dominus iacuit? nunc nos Christiani quasi pro honore**

Apost. ad Phil. 2. 7.

Chrys. ho. 2. in Marti.

Praesepe Domini gloriæ Hieronymus in Marcella extulit.

Hier. ep. 18. de Marcell.

Baron. to. 1. An. Chr. m. 5.

Orig. li. con. G. m.

Praesepe Domini.

Chrys. in Luc. c. 2.

& Asinus mino renato adites, quid gignit.

Quam altiores istum na adoratu hant.

c. 8.

nam docta ex istis sibi inuicem fidei.

nove tulimus lateritium, & posuimus argenteum, sed mihi pretiosius est illud, quod ablutum est: argentum autem, & aurum meretur gentilitas: Christiana fides meretur illud luteum, non tamen condemno eos, qui honoris causa fecerunt vasa aurea, sed admiror Dominum, qui creator est Mundi, non inter aurum, & argentum, sed in luto nascitur. Hæc ille, putans fortasse, ut Baronius inquit, vas illud argento tectum luteum fuisse, quod tamen ligneum esse constat, vel certe eundem auctorem non de vase ipso locutum esse, sed de exigua lateritia illa structura, quæ ipsum præsepe Christi cunabula continebat, existimandum est. Porro Christi natalis nobile monumentum, inquit Baronius, ex ligno confectum, nullaque argenti, vel auri calatura contectum, post multa tempora inde translatum, Roma possidet, eoque multo feliciter illustratur, quam tugurio Romuli, quod intextum ex stipula, eorum maiores ad secula de industria conseruarunt.

4 Quid mirum autem, si Christiani, qui olim intra luteas Subterraneæ Romæ caernas, sepulti inter tenebras delitescabant, aurei ilitus Bethlemitici præsepis memoriâ, eiusdem effecta coloribus imagine, oculis iugiter delibarent, dum aurei contemplatione mysterij aurum pro Christo contemnerent, & lutum libenter amplecti edocerentur.

5 Porro quo deuotionis cultu sacrosanctum natiuitatis Dominicæ mysterium a Christianis iugiter habitum sit, vel frequens peregrinantium numerus, qui sancta Palæstinorū loca, & Bethlemiticum adire præsepe consuevit, satis euidenter comprobatur. Præ cæteris enim locis sanctitate conspicuis ciuitas Bethlem Christianis potissimum extitit, quo ab ipsa met Vrbe Roma extorres propemodum effecti, se deuotionis gratia recipere, ibidemque locum ad habitandum seligere consueuerunt. Illic quippe sedem fixit, ac sepulchrū elegit Hieronymus, & præsepis Domini obsequio se totum viuentem, tum mortuum dedicauit. Cuius memoria hoc nobili titulo in Martyrologio Romano illustratur: In Bethlem Iude depositio S. Hieronymi presbyteri, & Ecclesiæ doctoris. Et post multa laudum præconia hæc subiiciuntur: Demum cum ad decrepitam usque vixisset ætatem, in pace quieuit,

sepultusque est ad præsepe Dominicum, cuius corpus postea Romam translatum in basilica S. Mariæ Maioris digno honore seruetur. Vides quantum incunabulis Christi honorem defert, qui nec viuus, nec mortuus ab eisdem se auelli sustinet. Illic quoque Paula Romanarum nobilissima ab Vrbe profecta, vitæ pijs iugiter operibus exultæ finem accepit: cum enim in Saluatoris speluncâ fide imbura introisset, antiqui mysterium Sacramenti veluti recens parentibus oculis contemplari meruit, de qua isthæc in rem præsentem Hieronymus: Inde Bethlem ingressa in speluncam Saluatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diuersorium, & stabulum, in quo agnouit bos præsepe Domini sui, ut illud impleret, quod in eodem Propheta scriptum est: Beatus, qui seminat super aquas, ubi bos, & asinus calcant, me audiente iurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis inuolutum, vagientem in præsepe Dominum, magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, ut viderent Verbum, quod factum erat, &c. Et certe quidem quanto animi desiderio, qua mentis ambitione ad sacrum præsepe pijsima mulier se contulerit, ab Hieronymo prolixius enarratur: Romæ, inquit, prætulit Bethlem, & auro tecta fulgentis informis luti vilitate mutauit, atque in Bethlem ingressa, in specum Saluatoris introiens, postquam vidit Virginis diuersorium, et stabulum, mixtis gaudii lacrymis, salue Bethlem domus pacis, ego misera, atque peccatrix digna sum iudicata deosculari præsepe, in quo Dominus paruulus vagiit, orare in spelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infantem, hæc requies mea, quia Domini patria est, hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Pedem igitur ibi, ac sedem fixit, & mysterij sacrosancti se totam obsequio dicauit: cuius sanctissimæ Matronæ memoria in Martyrologio Romano his plane verbis recollitur: Apud Bethlem Iude dormitio S. Paula viduæ matris Eustochij virginis Christi, quæ cum esset è nobilissimo senatorum genere, renuncians seculo, & facultates suas pauperibus distribuens, ad præsepe Domini se recepit, ubi multis virtutibus prædita, & longo coronata martyrio, ad cælestia regna transiit, cuius vitam virtutibus admirandam S. Hieronymus scripsit. Porro quam-

Præsepe Christi Romæ asseruetur.

Bar. 3. l. 1. c. 1. c. 5.

Ciuitas Bethlem ob incunabula Christi maxima semper in veneratione habita.

Mart. Ro. die 29. Sept.

Hier. ep. 27. a. Enstob.

Hier. in Ep. Paula.

Mart. Ro. 4. Maj.

frequens antiquis temporibus esset ex toto orbe ad sancta Hierosolymorum loca, & præcipue ad præsepe Domini venerandum fidelium peregrinatio, testis est Hieronymus, qui ea, quæ vidit, scriptis consignavit. In proœmio enim lib. 7. in Ezechielem ad Eufiochium habet hæc verba: *Fateor me explicationem in Ezechielem multo ante tempore promississe, & occupatione de toto Orbe huc venientium implere non posse: dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fructum occurramus turbis, & monasterij solitudinem hospitum frequentia commutemus, tantum ut claudendum nobis sit osium, aut scripturarum, per quas aperiende sunt fores, studia relinquenda.* Quod fere, iidemque plane verbis ad Paulinum scribens, inculcat: *De toto, inquit, huc orbe concurrunt, plena est civitas uniuersi generis hominum, & tanta utriusque sexus confusio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris, &c.* Quod autem antiquioribus plane seculis apud sacra Hierosolymorum loca, & apud Bethlemiticum Christi Domini præsepe Christianis solemne extitit, nostris hæc temporibus, & hoc præsertim Iubilæi anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo in Vrbe Roma videre est, in quam ex toto Orbe ad sacra Apostolorum limina Christianus populus ingenti deuotionis seruore turmatim, & longo velut agmine facto confluit, dum Apostolorum interim Basilicas incredibili pietate inuisere, & alias celebriores Basilicas, & præcipua loca, quæ martyrum pignoribus, aut certe quondam martyrijs dedicata sunt, veneratur. Nec vero pia in Vrbe Christianorum officia in aduenientibus iugiter hospitio excipiendis, alendis, souendisque desiderantur: Romani quippe his, qui Hieronymi tempore Bethleem incolabant, haud pietate impares, peregrinis ad Urbis portas passim occurrere, eosdem amice complecti, ad hospitium in domos ad id paratas deducere, omnique charitatis affectu, & quibusuis Christianæ pietatis officijs prosequi, nobilissimis in hoc certantibus Sodalitij, gaudent. Qua in re præsertim Pontificum, & Innocentij X. Pont. Opt. Max. pietas, ac munificentia singularis elucet, dum prædecessorum vestigijs insistentis, nullisque parcens impentis, ex-

teræ nationis homines e distitis Orbis terrarum regionibus huc peregrinandi causa aduenientes benigne excipit, opipare alit, & certam præterea pecuniæ summam singulis quibusque mensibus Archiconfraternitati sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum vsui, qui illic quotidie conflunt, profuturam e suo arario suppeditari præcepit. Et ut quos paterna charitate Sanctissimus Pontifex complectitur, præsentia quoque, ac manu soleatur, & soueat, præmemoratum sanctissimæ Trinitatis in Vrbe Xenodochium, hoc recurrente Iubilæi anno inuisit, peregrinorum quoque pedes, Christi exemplū imitatus, lauit, peregrinorum mensis benedixit primum, ac postmodum iidem discumbentibus ipsemet Pontificia manu inseruire, ac ministrare dignatus est: cuius rei ut perpetuum monumentum extet, aëreo eidem Pontifici erecto simulacro Archiconfraternitas has notas insculpsit.

Archiconfraternitas SS. Trinitatis.

Innocentio X. simulacrum posit.

INNOCENTIO X. PONT. MAX.
 QVOD INSIGNI EIVS LIBERALITATE
 DIFFICILLIMIS XENODOCHII
 TEMPORIBVS,
 VETVS IN EXCIPIENDIS
 PEREGRINIS MOS,
 ET LAVS RETINERI, AC FLORERE
 POTVERIT.
 BENEFICI MONVMENTVM
 SODALITAS POSVIT.
 ANNO IVBILÆI MDCL.

Verum enimvero, quoniam pijsissimi huius instituti, quod peregrinorum beneficio exhibetur, opportuna hic mentio recutrit, ut quod vel obiter enarremus, Archiconfraternitas hæc, quæ vulgo sanctissimæ Trinitatis dicitur, peregrinorum obsequio addicta, integro iam interlapso seculo, toti Christiano Orbi, quibusuis charitatis officijs erga peregrinos cõspicua mirifice effulsit, & quarumuis gentium, ac linguarū admiratione celebrari promeruit: hæc enim cum anno redemptionis Orbis millesimo quinquagesimo quinquagesimo sub Iulio Tertio Summo Pontifice, recurrente tunc Iubilæi anno, S. Philippi Nerij Congregationis Oratorij Fundatoris, & Parentis nostri opera, ac consilio potissimum initium habuisset, quarto iam redeunte Iubilæo, maiores in dies progressus fortita, redditibus item pia Christianorum manu aucta, benedictionem a Deo accepit, ut

S. Philippus Nerijs Archiconfraternitatis præcipuus auctor.

Petr. Tac. Bac. Vit. S. Paul. l. 1 c. 8.

crefeat in millia millium: & nationibus quantumuis exteris pietatis sinum aperiens, cunctos velut amicos, velut fratres benigne complectatur, & foueat. Quapropter hoc eodem præsertim Iubilæi anno in suas semel, atque iterum, vel vno dumtaxat die, decem millia circiter peregrinorum excepit. Nec vero sine peculiari diuini numinis nutu eiusmodi opus subsistere, quisquis ocularus est rerum testis, affirmare cogetur, cum neque è Cælo portenta, & quidem plura, quandoque in excipiendis peregrinis desiderari contigerit. Demum, vt singula hic enarremus, eandem Archiconfraternitas, vt auctori suo gratum iugiter deuoti animi testimonium exhibeat, & ad fontem, ex quo initium habuit, recurat recurrente hoc Iubilæi anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo, & seculo iam ab instituti Sodalitij primordijs feliciter exacto, publicum S. Philippo Nerio monumentum, æca eidem statua dicata, hoc nobili insculpto titulo, posuit.

Archiconfraternitas aucti S. Philippo Nerio statua monumentum.

S. PHILIPPO NERIO
CVIUS CONSILIO, ATQVE OPERA
ARCHICONFRATERNITAS
SANCTISSIMÆ TRINITATIS
INSTITVTA EST.

Et hæc interim, vel obiter, de Peregrinis in Urbem recurrente Iubilæi anno confluentibus, de eorundem hospitio, & de Romanorum munificencia erga eosdem dixisse volumus, dum antiquam peregrinandi consuetudinem apud Christianos vsu receptam, apud Bethleem præsepis Dominici memoriam recolentes enarrauimus. Sed diuina Saluatoris incunabula adspexisse, & vel a longe paucis admodum saluffassè sufficiat.



CAP. II.

De Magis Christum infantem in præsepio adorantibus.



IN TRIQVA Christianorum Cœmeteria inter cæteras, quibus miriffec fulgent, ac ditantur imagines, post affabre coloribus expressum Dominicæ Natiuitatis mysterium, quod intuentium oculis cõttemplandum exhibent, Magorum quoque adorationis mysterium Christianorum oculis obijciunt, vt sacrosancta nimirum isthæc mysteria, quæ mutuo sibi cohærent, pijs pariter fidelium mentibus perpetuo inhæreant. Et congruum quidem est, vt vbi Christi in præsepio iacentis humilitatem quis visu comperit, eundem a Regibus regio plane cultu, & condigno ipsiusmet diuinitatis obsequio supplicum more Regem pariter, ac Deum salutatum deprehendat. Ex quo magni profecto sacramentum humanis sensibus, Augustino teste, propinatum est dum, quem in terris infantem, ac vilem conspiciunt, eundem omnipotentem in Cælis ab oriente Magos euocantem, & ipsius Herodis Regno excidium minitantem agnoscunt: *Magnum sacramentum, inquit Augustinus, in præsepio iscebat, & Magos ad Oriente ducebat, abscondebatur in stabulo, & agnoscebatur in Cælo, vt agnitus in Cælo, manifestaretur in stabulo, & appellaretur Epiphania dies iste, quod Latine manifestatio dici potest: simul eius celsitudinem, humilitatemque commendans, vt qui in aperto Cælo signis fidereis monstrabatur magnus, in angusto diuersorio questus inueniretur inualidus infantibus in membris natus, infantibusque in pannis inuolutus adoraretur a Magis, timeretur a malis.* Hæc in rem præsentem Augustinus. Opportune igitur Christiani, qui intra speluncas ad latitandum fugitiuorum instar recepti, Christi humilitatem, vel fuga sibi consulentes, insectantium tamen vi, atq; insidijs iugiter impetiti

Trium Magorum Christum infantem adorantium imagines in Cœmeterijs, & eius rei mysterium.

Aug. ser. 30 de 1107.

titi constanter æmulari conabantur, eiusdem Christi gloriam iam tum ouantibus Regibus reuelatam suspicientes, fidei tandem obsequio Reges colla spõte daturus auspicabantur, iuxta illud propheticum: *Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, & iuxta id, quod ibidem decãtatum est: Reges Tharsis, et insule munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terra, omnes gentes seruient ei.* Vides quãnam sectatoribus Christi, vel inter ærumnarum prefluras subsidia è Cælo suppeterent, dum quem vilem in præsepio agnoscerent, eundem, vt Fulgentius ait, omnipotentem in Magorum aduentu saterentur: *Pauper, inquit, & diues, humilis, & sublimis, qui portatur vt paruulus, adoratur vt Deus, paruulus in præsepio, immensus in Cælo, vilis in panis, pretiosus in stellis: quid turbaris Herodes? Rex iste, qui natus est, non venit Reges fugiando superare, sed moi iendo mirabiliter subingere, nec ideo natus est, vt tibi succedat, sed vt in eum mundus fideliter credat: venit non vt pugnet viuis, sed regnet occisus.* Ex perturbato igitur ob Magorum aduentum Herodis Regno, ex imperterritis ad Christi nomen in ipsiusmet Herodis aula annunciandum Magorum animis, *Cum natus esset Iesus, Matthæus inquit, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum, iusta sibi, & prospera cuncta Christiani inaugurantes, Herodianam perfidiam, obduratamque infidelium hominum pertinaciam Christi tandem potentia conterendam, & vilo absque metu sub ipsismet tyrannorum oculis, & ipsas inter carnificum manus Christi nomen palam annunciandum, obtestandumque fore Magorum symbolo edocebantur.*

2 Haud mirum ergo, si in sacris Cæmeteriorum tabulis Magorum supplicum frequenter imago exhibeatur, qui Deo infanti condignum latræ cultum, & munera detulere: hi enim gentium primitiæ fuerunt, quemadmodum pastores, qui ad adorandum recens natum in Bethlem Redemptorem adueniant, primitiæ Iudæorum extiterunt, vt sanctissimi patres disertis verbis asserunt, Augustinus in sermone. de tempore; Gregorius Homilia in Euang. Fulgentius

sermone de Epiphania Maximus Homilia in Epiphania. & Sanctus Leo præcipue sermone item de Epiphania, vbi isthac ad instituti propositum eloquitur: *Agnoscamus, dilectissimi, in Magis adoratoribus vocationis nostræ, fideique primitias, & exultantibus animis beatæ spei initia celebremus.* Exinde enim in æternam hereditatem, capimus introire. Et infra ad sectanda, eorundem vestigia alacriter prouocans auditorum animos, sic ait: *Quem Magi Infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cælis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticis Domino munerum species obtulerunt: ita & nos de cordibus nostris, quæ Deo sunt digna, promanamus.* Hęc sanctissimus Leo Papa.

3 Porro eandem gentium vocationem in Magis præsignatam fuisse Ioannes Chrylostomus egregie admonet, sed eiusdem, si libet, hic verba repetamus: *O, inquit, beati Magi, qui in omnibus gentibus primitiæ fideliū fieri meruerunt. Illi enim Magi futuræ Eccl. sic formam portabant. Sicut enim illi Regem, quem non viderant, credentes querebant: sic & nos, qui sumus ex gentibus, Dominum, quem nunquam vidimus, credentes quotidie quærimus & confitemur potestatem ipsius.* Plura autem de mystica munerum oblatione, & de stella, quæ eisdem in Bethlem deduxit, Hieronymus lib. Comment. in Matth. Gregorius item vbi supra, & alij scriptores crudelitissime differunt, quæ consulto ne tædium lectori afferatur, omitto. Singula autem isthac munerum sacramenta Iuuentus presbyter antiquissimus Christianos inter poetas vno versiculo, vt Hieronymus ait, eleganter perstrinxit:

Thus, aurum, myrrham regi, hominique Dona ferunt.

Et Claudian. item, vel alius quiuis apud ipsum suis concinne Carminibus exhibitum a Magis vnâ cum muneribus Christo obsequium adumbravit:

Dant tibi Chaldei præsentia munera Reges Myrrham homo, Rex aurum, suscipe thura Deus.

Illud tamen vnum nobis constantissime tenendum est, hoc videlicet mysterium, solemne gentibus perpetuo extitisse, eiusdemque memoriam præ manibus iugiter apud eos habitam fuisse, vt vocationis nimirum, cui haud vllum æquari potest beneficium, quo par est

S. Leo ser. 2. de Epiph.

In tribus ex oriente Magis futura gentium vocatione præsignata. Chrystos. 2. in c. 1. Matth. op. imperf.

Hier. L. Comment. in Matth.

Magi ex te primi gentium Christi uenerunt.

ser. 3. de
ba. 10 in
ser. 5. de
ba. 1. in

Epiphania
dies quanta
religione olim
agebatur.

animi studio prosequerentur, ac cōdigna pietate recolerent: quapropter sacrosanctus Epiphaniæ dies apud antiquos Ecclesiæ proceres eodemotionis ac religionis cultu peragebatur, vt Christianis fere omnibus in Ecclesiam conuenientibus, si quem eiusmodi deesse solemnitati contigisset, is iure merito a fide extorris haberetur. Quapropter impius ille Iulianus Apostata, etsi Christi religionem auersaretur, hoc tamen ad impietatis execrandæ cumulum addidit, vt Christianam fidem ementitus, ac religiosæ mentis speciem præferens, sub ipsamet Principatus initia in Ecclesia ipse quoque vnâ cum cæteris Epiphaniarum solemnitati interesse voluerit, ne Christi fidem, quam animo exuerat, iam penitus eiusmodi facto prodidisse comprobaretur. Verum vt assertionis veritas per se elucefeat, libentibus interim auribus Ammiani verba excipiamus: *Licet clam (inquit ille) demonibus Iulianus immolaret, tamen ne detegere tur, quod erat idolorum cultor, voluit suam presentiam exhibere his feriis, quas Christiani celebrantes mense Ianuario Epiphaniæ nomine nuncupant.* Hæc de Epiphaniæ solemnitate, quæ a Christianis magnificentissime coli cōsuevit, Ammianus apud Baronium: & eadem plane de Imp. Valente Gregorius Nazianzenus, quæ de Iuliano a nobis hæcenus relata sunt, testatur.

Iulianus Apo-
stata fidem
simulans Epi-
phanie solem-
nitati interer-
nit.

Ammia. Mar
12.
Greg. Naz. or.
in Iun. Basil.
Bar. ann. to. 1.
Chr. an. 1. n.
36.

Altare Regi
Magorum in
Vaticana Ba-
siliica.

Collegium Vr-
banum de
Propaganda
Fide tribus
Magis dicatum.

4 Porro vt ad recolendum iugiter Magorū in Bethlemitico præsepio adorantium mysterium, quo prima gentilibus Christianæ fidei initia, & supernæ lucis præludia orbi illuxere, sermo recutrat, sane mysterium istud Christianis iugiter solemne extitit: sacra quippe in eiusdem memoriam, ac cultum altaria, passim erecta, ac dicata suere, vt in Vaticana præsertim Basilica præstitum fuisse Alpharanus docet, vbi intet cæteta *Altare regum Magorum* lummæ olim venerationi habitum suspiciebatur. Nonissimis autem hisce tempotibus ne quid pietati, ne quid condigno tanti mysterij cultui desiderari contingat, apud Collegium; quod de Propaganda Fide Gregorio XV. regnante in Vrbe institutum est, sacra Ædes ab Eminentissimo, ac pijsimo Cardinali Fr. Antonio Barberino Fratrum Cappuccinorum Ordinis, qui vulgo Cardinalis S. Onuphrij dictus est,

sub Magorum titulo erecta, ac solempni ritu Anno Red. Orbis MDCXXXIV. dicata est, prout affixa parieti inscriptio his verbis monet:

Franc. Maria
Turr. Ide. V. a.
cryp.

D. O. M.
FR. ANTONIVS BARBERINVS
VRBANI VIII. PONT. MAX. GERMANVS
TIT. S. ONVPHRII PRESBYTER
CARDINALIS
MAIOR POENITENTIARIVS,
S. R. E. BIBLIOTHECARIVS
ÆDEM HANC CHRISTO INFANTI
A MAGIS ADORATO
DICATAM,
COLLEGI AD PROPAGANDAM FIDEM
INSTITVTI VSVI,
A FVNDAVENTIS EREXIT,
CONSTRVXIT, ORNAVIT.
ANNO MDCXXXIV.

Recurrente autem millesimo sexcentesimo trigesimo quinto Dominicæ salutis anno ingenti populi frequentia, ac Urbis plausu 6. Ianuarij ipso solempni Epiphaniarum die sacra recurrente Magorum Ædes Romanis patuit, ibidemque publicis votis Roma colere cœpit, quem illi infantem apud Bethlem agnosceere, atque adorare promeruerat. Sed de Magis hæcenus, dum ad reliquas interim contemplantas imagines conceito pcedo properamus.

CAP. III.

De Christo Domino me-
dium inter doctores
locum obti-
nente.



Hæc plane præ cæteris præcipuo Dominicæ disputationis mysterio, quod duodecimo a tatis anno præstitum est, æterna diuini Verbi sapiëntia orbi innotuit, quæ Euangelicæ prædicationis semen, vel tum duodecenario numero, vt Ambrosius ait, magna referendorum subinde stuctuū vbertate suggereret: *A duodecimo, inquit, anno, vt legimus Dominicæ sumitur disputationis exordium. Hic enim predicandæ Fidei Euangelizantium numerus debebatur. Nec otiose immemor suo, um secundum carnem.*

Christus Do-
minus duode-
cim annoru
inter Doct.
res. cuiusque
mysterium.

Ambrosius
c. 2. Luc.

parentum, qui secundum carnem utique sapientia Dei implebatur, & gratia, post triduum reperitur in Templo, ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede caelesti, & honore diuino, fidei nostrae se suscitatus offerret, qui mortuus credebatur. Prædicationis igitur, & resurrectionis pariter mysterium, eiuscemodi symbolo prænuntiatum est, ut Christiani videlicet, quam sectabantur fidem Dei verbo edocente se accepisse, & si pro eadem tuenda mori contingeret, resurrectionis gloria post corporis mortem donandos certo scirent.

2. Quamobrem cum multa, quæ tum ad infantiam, tum ad puerilem Christi Domini ætatē spectant, in sacris Cæmeterialibus locis affabre coloribus exprimantur, hoc quoque diuinæ pueritiæ mysterium haud otiose adumbratum est, ad prouehendos videlicet ad sectandam Christi humilitatem (quæ virtutum omnium fundamentum est) fidelium animos: & ut addiscendis sub primæ ætatis flore Christianæ fidei rudimentis, & his quæ ad æternam consequendam salutem necessaria sunt, ipsiusmet Domini alacriter permoti exemplo, qui recens ad Christi fidem trahebantur, operæ studium impenderent: is quippe qui erat Dei Verbum, ac Patris sapientia doctorum in medio audiens illos, atque interrogans, a parentibus adinueniri voluit, ut verbo pariter ac silentio contemplantes instrueret vltro, ac commonefaceret. At mira quidē sunt, quæ orthodoxi passim hac super re doctores mysteria intentius peruestigant. Sed Beda præ cæteris consulendus nobis est, qui in Lucæ Euang. hæc luculenter edisserit: *Quasi sonus, inquit, sapientie doctorum medius sedet, sed quasi exemplar humilitatis, videre prius & interrogare doctores, quam instruere querit indoctos. Ne etenim paruuli a senioribus erubescant discere, & ipse ob ætatis humane congruentiam ab omnibus auscultare non erubuit Deus. Et infra eidem mysterio perspicue elucidando intentus, in illius textus Evangelici verba: Stupebant, qui audiebant, & videntes admirabantur, &c. hæc ait: Vbi adnotanda occurrit arguta ipsorum distinctio verborum: eo amplius stupebant super prudentia responsionum, quo paucitatem videntes contemnebant annorum.*

2. Iure igitur admiranda iugiter imperferutabilis diuini Verbi sapientia, quæ latebat quidem in pueris, & vel ipsos tamen, qui aderant fenes confundebat. Quis enim puerū cernens, & sapientia Salomonem ipsum longe præcellentem admirans, non merito Euangelicum illud oraculum insonet: *Ecce plus quam Salomon hic; & cum Apostolo totis animi viribus exultabundus iugiter exclamet: O Altitudo diuitiarum sapientie, & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Hac vero mira pueri sapientia Christiani præmonebantur, ut dum obrestandæ fidei occasio suppeteret, & ante tyrannorum præsidēs sibi prodeundum, prodendumque esset fidei testimonium, desuperno adsuturo sibi auxilio nullatenus dubitarent: haud enim aliquando defutura sunt verba, quibus Dei Verbum, & Spiritus sanctus desuper adest: quapropter opportune suos Christus illis verbis admonuit: *Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas, & persequentur trahentes ad Reges, & præsidēs propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Et quidem Spiritus sanctus in fidei testimonium ipsas infantium, ac puellarum linguas fecit esse disertas: cum enim Lucia virgo Syracusana grauius a Paschasio Siciliæ præfecto verbis redargueretur, & verbera insuper intentarentur: *Cessabunt, inquit, verba, cum ventum fuerit ad verbera, cui virgo, Dei seruis verba deesse non possunt, quibus a Christo Domino dictum est: Cum steteritis ante Reges, & præsidēs, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquatur in vobis.* Ab infantia igitur Saluatoris, qui in medio Doctorum considerat, se diuinitus in fidei obsequium, ac testimonium vltro edocendos Christiani auspicabantur. Et de his hæc tenus.

Sapientiam respondendi aduersarijs fidei.

Rom. 11.

Luc. 21.

Ev. Rom. die 13. Dec.

Sexima pueri ledeles dicitur possent.

litatem

Luc. c. 3.

CAP. IV.

De Christo Domino a
Ioanne in Iordanis
alveo bapti-
zato.

Baptismus
Christi Domi-
ni in Iordane
cuiusque my-
sterium.



MULTIPLICI quidem
myfteriorum ferie fa-
crofanctum Redem-
ptoris Baptisma, ei-
dem Ioanne ministe-
rio impertitum Chri-
stiani cumulare studuerunt, qui saluta-
ris baptismi aquis ad abstergendas crimi-
num sordes his, qui ad Christi fidem
ex gentilitatis errore traducti aduola-
bant, opus esse hoc vno regenerantium
aquarum symbolo testabantur. Verum
cum in Iordane Christus a Ioanne bap-
tizatus est, aquam ipsam baptismi ma-
teriam mundasse, lauasse, purgasse, imo
tactu sanctificatam consecrassse Patres
ynanimiter asserunt: *Baptizatus est*

Ambros. l. 2. in
Euc.

*Dominus, inquit Ambrosius, non munda-
ri volens, sed mundare aquas, ut ablute per
carnem Christi baptismatis vis haberent.*
Idem plane Augustinus affirmat: *In bap-
tismo Christi, inquit, non tam lauit vnda,
quam lota est, purgantur potius fluuenta, quam
purgant.* Et alibi: *Saluator ideo bap-
tizari voluit, non ut sibi munditiam acquire-
ret, sed ut nobis fluuenta mundaret, &c.* &
haec alibi: *Tunc omnibus aquis benedictio-
nem dedit, & vitalem gratiam flumen mu-
tuatur ex corpore.* Quod certe sancti-
simus doctor magis perspicue hunc in-
modum edisserit: *Aquas Christus conse-
crat, dum baptizatur, terram sanctificat
dum sepelitur, caelestia glorificat, dum ascen-
dit.* Cui cohaerenter Nazianzenus quo-
que his verbis locutus est: *Baptiza-
tur Christus, ut totum veterem Adam aquis
obruat.* & infra: *Ascendit ex aquis, mun-
dum enim secum in altum effert.* In quam
pariter sententiam Damascenus paribus
verbis coincidit, dum haec ait: *Tinctus
est Christus, ut capita draconum in aqua con-
tereret, ut peccatum obrueret, ac totum ve-
terem Adam in aqua sepeliret.* Haec ille.
Quod item expresse S. Maximus hunc

Cuius Dominus
baptizari vo-
luerit?
Aug. ser. 36. de
temp.

Aug. ser. 1. de
Epipt.

Aug. ser. 37. de
temp.

Naz. orati. in
Janct. lum.

Dam. l. 4. fidei
c. 10.

in modum edocet: *Quod fluentis Iorda-
nis baptizatur Christus, aquae nostro bap-
tismi consecrantur.* & item: *Baptizatur
Christus non sibi, sed nobis, non ut purificetur
aquis, sed ut aquas ipse sanctificet.* Bap-
tizatur nouus homo, ut noui baptismatis con-
stituat Sacramentum. Aquae autem bap-
tismalis regeneratiuam vim diuini-
tus insitam S. Leo his verbis commen-
dat: *Originem, quam Christus sumpsit in
vtero Virginis, posuit in fonte baptismatis.*
Dedit aquae, quod dedit matri. Virtus enim
*Altissimi, & obumbratio Spiritus sancti, quae
fecit, ut Maria pareret Saluatorem, eadem
facit, ut regeneret vnda credentem.* Haec
Leo. Apparuit autem super baptiza-
tum in Iordane Dominum e Caelo col-
lumba, Caeli insuper aperti sunt, & vox
Patris insonuit, ut manifestum Dei Chri-
sto Filio testimonium e Caelo adesset, &
cunctis veluti digito praemonstratus, vel
dum humilis apparebat, Dei Filius inno-
tesceret, ut Chrysostomus affirmat: *Col-
lumba, inquit, tunc ideo apparuit, ut ex-
tenti quodammodo vice digiti Filium Dei
Ioanni, caterisque demonstraret.* Nam &
ad Christi Domini, qui tunc in simili-
tudinem carnis peccati foris apparuit,
humilitatem asserendam, & ad miram-
baptismalis vndae, quae crimum macu-
las expiare nouit, vim, virtutemque huma-
nis mentibus ingerendam, Christu a Ioan-
ne sacro initiatum baptisinate ad viuum
coloribus Christiani representare con-
fueuerant. De cuius quidem sacrosancto,
ac recoleudo iugiter baptismate Grego-
rius Nazianzenus oratione in sancta lu-
mina isthaec eleganter interserit: *Ioan-
nes baptizat, & accedit Iesus sanctificans
quidem & ipsum, qui baptizat: precipue
tamen, ut & veterem Adam sepeliat in aquis,
& ante omnia, ut per haec sanctificentur
aque Iordanis, ut sicut erat spiritus, & caro,
ita & his, qui baptizandi erant in spiri-
tu, & aqua sanctificationis successio tradere-
tur.* haec in rem praesentem Nazian-
zenus. At vero S. Maximus Episcopus
homilia prima, quam in Domini Epi-
phaniam edidit, isthaec recitat: *Quod
baptizatus est Agnus Dei, regenerantis bap-
tismi salutare nobis munus est dedicatum.*
Vides igitur quemadmodum ipsemet,
qui aquis abluitur, aquas pariter, & sor-
des vno eodemque contactu abluit, &
solemnem regenerandi vim aquarum

S. Leo ser. 4. d.
nat.

Chryl. ho. 1.
in Matth.

S. Max. Ep.
ho. 1. in Ep.

etc.

elemento, quo ipse respergitur, mirifice impertit.

2 Porro quod columba potissimum Christi insidens, dum baptizaretur, capiti apparuerit, haud mysterio res visui obiecta vacat. Mansuetudine etenim Cælorum Regnum, nullatenus autem viribus expugnandum fore, iam tunc columba, quæ mite animal est, prænotabat, quod & Christus postmodum singulari mititate præferulit, vt Bernardus ait:

Non incongrue, inquit, venit columba, qua nihil melius conuenit agno, quam columba, quod agnus in animalibus, hoc columba in auiibus est. Summa veriusque innocentia, summa mansuetudo, summa simplicitas, nocere cuiquam nesciunt, ledere non nouerunt. Columba igitur, quæ Christo baptizato insedit, mystico quidem symbolo mititatem, atque innocentiam Christiani edocebantur, vt simplicitatem videlicet, & baptismalem columbæ innocentiam præferentes, aduersis quibusque iugiter impetiti, cuncta patienter tolerando non detrectarent. Porro quod columba, non aquila tanto mysterij sacramento inseruierit, illud certe tacite mentibus ingerebatur, vt Isidorus docet, quod columba videlicet mite animal amat, atque ambit homines, aquila vero eisdem procul fugis: Columba, inquit, domorum semper blanda inhabitatrix appellatur: non fugit homines Messias aquile similis, sed in urbibus, hominumque domibus vixit instar columbe. Quapropter hominibus illud insouit: Descite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

3 Aliud insuper in baptismo, quod trigesimo ætatis anno Christus a Ioanne suscepit, mysterium adumbratum est, vt magisterij nimirum opus perfecta hominis ætate, haud impuberi subeundum probe vnusquisque, vel Christi exemplo edoctus, intelligat, vt Nazianzenus palam edocuit: Christus idcirco, inquit ille, trigesimo anno, ac non prius sese indicauit, partim ne ostentationis cuiuspiam opinionem præberet, partim quia hac ætas plenum virtutis argumentum, docendique maturitatem habet. & infra: Christus baptizatus annum agens trigessimum, & tu ante languinem fines doces, aut docere te posse credis, nec ab ætate, nec a moribus fortasse aucloritatem habens. Cui coherentur Angelicus doctor locutus est, dum ait: Christus

baptizatur, quasi ex tunc incipiens docere, et prædicare, ad quod requiritur perfecta ætas, qualis est triginta annorum. Vnde legitur in genesi, quod triginta annorum erat Ioseph, quando accepit regimen Egypti: similiter legitur de Dauid, quod triginta annorum erat, cum regnare cepisset. Hæc Sanctus Thomas.

4 Baptizati igitur Christi adumbrato symbolo viuificantis eiusdem baptismatis Christiani, si quomodo poterant, inuentium oculis prærogatiuam ingerbant, quippe qui salutaribus aquis potenter abluti, quascumque criminum maculas viuifico Christi sanguine expiati in baptismo deponerent, iuxta id quod exultabundis vocibus canit Ecclesia:

*Qui nobis in baptismo
Donasti indulgentiam,
Qui tenebamur vinculis
Ligati conscientie.*

Baptismo
Christi Do-
mini.

Hymn. Pasch.

Et exuentes veterem hominem, vt ait Apostolus, cum actibus suis, nouum induerent eum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Innere autem præterea eiuscemodi imagine satagebant his, qui veluti fortes Christi pugiles ad subeunda itidem martyriorum certamina viriliter sese aptabant, & velut nobili quadam recepti palestra ad ea, quæ ingruerent prælia, constanti iugiter animo exercebantur, martyrium pro Christo sanguinis profusione susceptum, ad omnem penitus animi labem diluendam, vim sacri obtinere baptismatis, demeritque in ipso profundo pelagi cum Pharaone hostilibus Ægyptiorum copijs, promptum, expeditumque Israëliticæ genti ad emergendum tandem è periculis iter suppetere: iuxta id quod Sapiens canit: Et in mari Rubro sine impedimento. Ad quod item illo Paschali hymno concinne allusisse Ecclesia visa est:

*Ad cœnam Agni prouidi,
Et stolis albis candidi,
Post transitum maris Rubri
Christo canamus principi.
Cuius corpus sanctissimum
In ara crucis torridum,
Cruore eius roseo,
Lustrando viuimus Deo.
Protechi Paschæ vestere
A deuastrante Angelo,*

Sap. 19. 7.

Ere-

*Erepti de durissimo
Pharaonis imperio, &c.*


Verum si quis hic, vel obiter, quærat, cum in Iordane Christum Dominum a Ioanne baptizatum fuisse constet, quoniam id potissimum Iordanis loco contigerit, ut ex Andrichomio rem definiamus, is quidē in suo Terræ sanctæ Theatro locum hunc in tribu Benjamin, haud procul a mari mortuo designat: *Hic, inquit, Christus baptizatus est, qui locus ruinoso edificio nunc insignis est, atque ibidem peregrini in memoriam baptismi Filij Dei sese abluerē solent cum oratione ad Deum, ut*

*And. in theatr.
Ter. sanct.*

pro sua ille misericordia, & Christi meritis peccatorum sordes abluat, atque hic postea sacellum extructum est in honorem Ioannis Baptistæ. Et hæc interim de loco Christi baptismate intra Iordanis alucum, celeberrimo, & qui præcipuo quondam apud Christianos venerationis cultu conspicuus extitit, in studiosi lectoris gratiam, vel obiter, delibare voluimus. Sed de his hæcenus: nunc Cœmeterialis tibi imaginis iconem ex Pontiani, seu Abdon & Sennen Cœmeterio Via Portuensi exceptam hic contemplandam proponimus.



TABULA SECVNDA COEMETERII PONTIANI VIA PORTVENSIS.



CAP. V.

De Samaritana muliere .



Vestis de via
fedit Iesus
ad puteum
cum Samari-
tana, eiusque
mysterium .

ARIIS quidem anti-
quorum Cœmeterio-
rum locis celebris hæc
Samaritanæ mulieris
historia affabre colo-
ribus exprimitur, nec

fuis quidem mysterijs vel vna hæc inter
præcipuas Christi actio destituitur, cum
idem ex itinere fatigatus, & iuxta
puteum sedens Samaritanæ ipsius salu-
tatem sitiens describatur. Et quidem,
vt Augustinus adnotat, ingens aliquod
sub admiranda fatigati Redemptoris,
& ad puteum confidentis imagine
latitare mysterium, immo ad vltiora
mysteria aditum patefieri asserendum
est: *Iam incipiunt* (inquit Augustinus)
mysteria: non enim frustra fatigatur Iesus:
non enim frustra fatigatur virtus Dei: non
enim frustra fatigatur, per quem fatigati
recreantur: non enim frustra fatigatur, quo
deserente fatigamur, quo presente firmamur.
*Fatigatur tamen Iesus, & fatigatur ab itine-
re, & sedet & iuxta puteum sedet. Omnia ista*
inuicem aliquid, indicare volunt aliquid, in-
tenos nos faciunt, vt pulsemus, hortantur.
hæc in rem præsentem ad secretiora que-
que insinuanda mysteria Augustinus.
Et vt propozita imagini insiltamus, op-
portuno sane consilio ad vocationem
gentium intuentium oculis designadã,
cuius hæc mulier figuram præsefert, a
primævis Christianæ fidei cultoribus hæc
frequenter imago, & historia itidem,
Ambrosio teste, viurpata est, qui sermone
in Quadrag. & sermone item in lib.
Ecclesiast. 3. isthæc in rem præsentem
elegantè edisserit: *Ego hanc mulierem Ec-*
clesi. mense puto de gentibus congregatam, que
& transfactis annis quinque milibus, ad quin-
que viros eiusdem Samaritanæ alludit: cum
in sexto millesimo anno idolorum fornicationi-
bis subiaceret, omnem ignominiam suam
adueniente Christi fonte purgavit, & maculas,
quas adulterinis sacrilegjs contraxerat, fide
Saluatoris absterfit, ac relinquens, sicut ina-
nem hydriam, priorem patrium cultum,
uniuerso orbi Domini annunciauit aduentum.
hæc satis erudite in Samaritanæ histo-
riam congefsit Ambrosius .

Aug. tra. 17
in 1e.

Mulier Samari-
tana voca-
tionem gen-
tium præsi-
gnabat .

D. Ambr. ser-
is 4. Dem.
Quadr. & ser-
2. in c. 3. lib.
Eccles.

2 Idem fere habet venerabilis præ-
sbyter ac Doctor Beda, cunctarum gen-
tium ad Christi fidem capessendam in
hæc plane verba vocationem describens:
Sed quæri potest quare a muliere Samaritana,
quæ implenda gratia venerat, bibere postulaue-
rit; cum ipse postea spiritualis fons affluen-
tium se p. tentibus dare posse prædicauerit. Sed
sciebat Deus mulieris illius fidem, quæ quo-
ntiam Samaritana erat, solet Samaria idolola-
triæ imaginem suslinere. Venerat autem
Iesus Dominus noster, vt gentium multi-
tudinem, quæ simulacris seruiert, ad vnitatem
fidei Christianæ, & incorruptæ religionis
adduceret. Ergo eorum fidem stituit, pro
quibus sanguinem fudit. Isidorus vero
Hispalensis Allegor. in sacr. scripit.
Samaritanæ illius symbolo Iudæorum
*Synagogam designari pronuntiat: *Mulier,**
inquit, Samaritana mystice intelligitur Syn-
agoga, quinque libris legis, quasi quinque
viris, secundum sensum carnis subiecta: quam
misericorditer Dominus prouocat haurire
aquam viuam, lauacri scilicet percipere gra-
tiam, vel secretam legjs intelligentiam.
Vides igitur, amicè lector, quam congrue
qui ex gentium erroribus, ab idololatriæ
maculis ad salutis fontem, ad fidei lau-
acrum, vt cunctæ abolerentur animi labe,
expiandi aduenerant, vbi aquarum
viuentium puteum cum Samaritanæ
inuenissent, optatissimam Samaritanæ
ciuidem mulieris memoriam condigne
honore repetentes, Christo bonorum
omnium auctori, & qui est *fons aque sal-*
ientis in vitam æternam, accepti bene-
ficij gratiam perpetuo hoc monimen-
to deserrent, Sed hæc de Samaritana
paucis exposuisse satis sit, cum

nobis haud diutius cum ea-
dem ad puteum Iacob
immorari ad vlti-
riora con-
ten-
dentibus li-
ceat .



CAP. VI.

De Paralytico sanitati reddito.



CVM Cœmeteriales plerumquē tabulæ antiquorum Christianorum manu excoltæ historicam quoque Euangelici illius Paralytici imaginem frequenter admodum præferant, haud ingrato a nobis silentio obuoluenda videtur, quam Claudiamus vel quiuus alius poeta suis item coloribus egregie adumbrasse visus est:

Iussus post multos graditur paralyticus annos

Mirandum! læti portitor ille sui.

Sed ut mysteriorum arcana, quæ intus latent, vberiore intellectu assequamur, diligentiori quidem studio hanc nos historiam perferutari oportet. Et certe, ut cæteros taceamus, disertissimis plane verbis Ambrosius ex Paralytici huius historia futuræ Resurrectionis mysterium conijcit; hæc sunt autem, quæ in Lucæ cap. 5. congerit, verba illa exacte expendens: *Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Hoc loco, inquit, plenam spem resurrectionis ostendit, qui mentis vulneribus, corporisque sanatis, peccata donat animorum, debilitatem carnis excludit. Hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamuis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere; tamen multo diuinius est resurrectionem dare corporibus: quandoquidem ipse Dominus resurrectio est. Et altiora item mysteria pertingens hæc infra subiicit: Nec solum leuare lectum, sed etiam domum suam repetere, hoc est, ad Paradysum redire censetur. hæc Ambrosius. Idem plane libro secundo de symbolo ad catechumenos innuere Augustinus videtur, dum verba illa opportunis notis explanat: Surge, tolle lectum tuum, &c. Sed ipsum hic enarrantem, si libet, audiamus: *O quam melius illi esset, si post acceptam remissionem peccatorum non de lecto ad peccandum iterum surgeret, sed de sepulchro ad veram vitam liber securusque surgeret. In idem scere coincidit Paralytici imaginem adumbrando Hilarius: Pri-**

Tom. II. Rom. Subt.

mum, inquit, remissionem tribuit peccati, dehinc virtutem resurrectionis ostendit. Tum sublatione lectuli infirmitatem ac dolorem corporibus docuit a futuram: postremo reditum in domum propriam, iter in Paradysum credentibus esse reddibendum, ex quo Adam parens vniuersorum peccati labe dissolutus excefferat. hæc Hilarius.

Hilario Muzib c. 8.

2 Demum Theophylactus, qui a Glossa super eodem textus Euangelici capite recensetur, id ipsum his plane verbis confirmat: *Domum ire, est in Paradysum introire. Opportune igitur Christiani, qui resurrectionis mysterii stimuli instar valide permoti ad mortalem hanc vitam libenter pro Christo contemnendam, ac profundendam, dum occasio suppeteret, eiusdem gratia ipsum met sanguinem perurgebantur, hunc sibi Paralyticum ob oculos contemplandum in Cœmeterijs proponcbant. Et qui antiquorum insuper criminum veniam Christi virtute ac verbo semel in baptismo acceperant, ne tanti, inquam, beneficii memoria animo vnquam excideret, & ne ad anteriora vterius peccata post sanitatem adeptam delabi contingeret, Euangelici Paralytici symbolo, quod passim oculis obijciebatur, satis superque præmoncbantur. Et hæc interim de Paralytico enarrasse voluimus.*

Theoph. apud Glos. c. 18.

CAP. VII.

De Hæmorrhoiſſa Christi contactu curata.



HOMINAM hæmorrhoiſſam, quæ, ut Euangelicæ testantur paginae, Christi duntaxat simbriam magno fidei ardore tangens, pristinae protinus incolmitati reddita est, sua contemplantibus præferre mysteria sanctissimi vnanimi voce scriptores affirmant; sed vnus præ cæteris Augustinus eandem gentium extitisse figuram, sermone quinto de tempore, & ser. in Dominic. 2. Quadrages. his plane verbis affirmat: *Elia Archisynagogi significat populum Iudeorum, propter quem venerat*

Hæmorrhoiſſa Ecclesiam ex gentibus congregatam mystice significabat.

S. Aug. ser. 5. de temp. & ser. 1. de Dom. 2. Quat.

X x x Christi

Christus, qui dixit: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Illa vero mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, Ecclesiam figurat ex gentibus, ad quam Christus per presentiam non erat missus. Ad illam ibat, illius sanitatem intendebat. Hæc intercurrit, tangit fimbriam quasi nescientis, id est, sanatur tanquam ab absente. Dicit ille: Quis me tetigit? quasi diceret: Non noui hunc populum, populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Tetigit me aliquis: ego enim sensi virtutem de me exire, id est, Euangelium emissum totum orbem implere. hæc ad nostræ rei propositum Augustinus. His quoque Glossa consonat in Math. 9. ex

Glossa in Math. c. 9.

S. Chryso. 22. oper. imp.

Chrylostomo homilia 22. oper. imperfecti. in hæc quidem verba: Salutem Indæis paratam, spe certa præcipuit gentilitas. Interlinearis insuper Glossa enarratis hæc tenus ad stipulatur, dum isthæc edisserit: Mulier, id est, Ecclesia gentium accessit, id est, fide, retro, id est, post Ascensionem; tetigit, id est, manu fidei. Nuper autem recessit Anselmus subscribit, qui in cap. Matthæi, quod supra recitatum est, hæc elucidando congerit: *Mulier sanguine fluens, sed a Domino curata, est Ecclesia de gentibus congregata, quæ ingenti carnalium delectationum fluxu polluta, atque a cætu fidelium iam fuerat consepata; sed cum Christus Indæam saluare decerneret, illa paratam & promissam alijs salutem spe certa præcipuit, &c.* Verum de eadem nos iam supra cap. 4. plura ad rem, & condigno Patrum sermone recolimus, & Claudianus quidem, vel alius quis apud ipsum Christianos inter poetas celeberrimus, portentosam Hæmorrhoiisæ sanitatem carminibus eleganter expressit:

S. August. in c. 9. Math.

Exanguis Christi contingit famina Verstem,

Stat curor in venis, fit medicina fides.

2 Nil mirum igitur, si apud primæuos Christianos, qui ex ipsis gentiliū castris ad Ecclesiam quotidie conuolabant, & Christi fide imbuti, ipsiusmet quodammodo diuinitatis fimbriam tangendo, salutem animi consequebantur, huius frequenter Hæmorrhoiisæ historia, ac memoria pariter iugi oculorum aspectu repeteretur: immensæ quippe Christi potentia, qui eosdem de tenebris in admirabile lumen suum euocauerat, atque a criminum fluxu potenti virtute sanauerat, hono-

Hæmorrhoiisæ imago in Cæmetarijs, cetero depicta.

rem iugiter, hæc suspiciendo imaginem, innatæ videlicet conditionis memores deferebant. Sed hæc de Hæmorrhoiisæ apud Evangelij paginas, & Cæmetariales tabulas celeberrima pio ac studioso lectori breui exposuisse sermone satis sit.

CAP. VIII.

De Cæco oculorum lumine perfuso.



CHRISTIANI, quibus optatum fidei lumen menti diuinitus affulserat, Cæci illius, qui ab ipsamet natiuitate oculis captus, sed

Cæcus a natiuitate illius natus est, ut mysteriorum

Christi virtute lumen recepit, historiam atque imaginem sibi iugiter ob oculos contemplandam proponere confueverunt, vt immortalī Deo gratias agerent, qui eos, vt Apostolus ait, de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Et imperititi quidem huic cæco luminis portentum adeo apud Christianos olim præcrebuit, vt quisquis iste est antiquus apud Claudianum inter Christianos poeta virtute Christi infusum diuinitus oculis lumen carminibus illis eleganter cecinerit:

Editus ex utero cæcus noua lumina sensit Et stupet ignotum se meruisse diem.

Claudius Cæcilius

Sed nos interim quæ de Cæco, cuius mentio recurrit, mysteriorum arcana, Patres edisserunt, consulto inspiciamus. De hoc igitur vnus præ cæteris Isidorus Hispalensis isthæc recenset: Cæcus a natiuitate, quem Dominus postquam vixit oculos, ad Piscinam Siloë misit lauandum, significat genus humanum a natiuitate, id est, a primo homine errorum tenebris venundatum, cuius oculos Dominus de sputo & luto limiuit, quia Verbum caro factum est, & lauari oculos in piscina iussit, vt baptizatus in Christo acciperet legem fidei, & crederet in eum, &c. magnum igitur totius humanæ profapæ mysterium sub vnus hominis cæcitate refulsit. At S. Augustinus tract. 44. in Ioannem illa argute verba, quæ Christus protulit, expendens: *Totum hominem saluum feci in sabbato*, sic ait: To-

Isidorus Hispalensis

Aug. 10. 9. Io. c. 9. tra. 44.

CAP. IX.

De Christo Domino panes ad exsaturandas famelicorum turbas multiplicante.

INTER cætera, quæ admiratione condigna sunt Christi opera, illud præcipuum est, quo haud semel eiusdem verbo, ac potenti virtute panes ad propulsandam populorum famem multiplicari contigit: cuius quidem rei, ut in Cœmeterialibus figuris videre est, quamplures affabre coloribus expressæ imagines describuntur. Insigne autem hoc patratum a Christo miraculum illis eleganter Carminibus ille apud Claudianum poeta expressit:

Quinque expleant panes, pisces duo millia quinque,

Et Deus ex paucis superesse iubet.

Et plura subinde eadem super re plerique Patres arcanorum mysteria humanis quidem imbuendis moribus apta contemplati suere. Sed vnus præ cæteris Ambrosius eandem panum multiplicationem semel atque iterum a Domino præstitam exacte suo ex more perpendens, opportuna ad mortalem hanc vitam fouendam, seruandamque subsidia, & alterius item, quam post huius occasum subinde speramus, munera ac æternæ quietis aditura gaudia præsignari his verbis asserit: Prius quinque milia quinque panibus: postea vero quatuor milia septem panibus legimus saturata. Queramus ergo mysterium, quod miracula præsent. Itaque videntur illa quinque milia quasi quinque corporis sensus adhuc corporalibus proxima alimenta accepisse a Christo: quatuor vero milia, etsi adhuc in corpore sint, & in hoc mundo, qui ex quatuor constat elementis: non otiose tamen referuntur mystice escam accepisse quietis. Iam enim æquantur mundo supra mundum.

Claud. de Chr. mirac.

Plura in panu multiplicatione mysteria latent.

D. Ambrosius Luc. 9.

Per quinque hominum milia quinque panibus saturata quid significetur.

ius quid est? cum oculis clausis. Sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Ipse dabit ad dexteram resurrectionem, qui in facie dedit illuminationem. Verum Augustino mirifice consonat Irenæus, qui plura aduersus hæreses de Cæci huius illuminatione proluxiori sermone edisserit, ex illa præcipue mirum plasmati hominis opus potenti eadem virtute præstitum astrictu, cuius manu ipsūmet cæci visum iam abolitum limi ac sputi asperione innouari contigit. Id ipsū Theophylactus in præmemoratum Ioannis caput affirmat. Neque hic interim silentio nobis obolienda sunt, quæ de eodem cæco luci reddito crudelitissime suis olim carminibus Sedulius cecinit:

Tu quoque virtutis sensisti munus herilis Procumbens oculis, in cuius lumina Christus

Expuit, & speciem simulatæ mortis ademit.

Quibus sane verbis illud potissimum doctissimus hic vir, ac pari pietate conspicuus præstitæ huiuscemodi illuminationis prodigio innuisse videtur, resurrectionis videlicet mysterium euidenti admodum symbolo præsignari. Iure igitur merito Christiani, quorum oculis Euangelij lux diuinitus ingesta est, Euangelici istius Cæci imaginem in Cœmeterijs suspiciendam vltro sibi ob oculos delineabant, vt illud nimirum iugiter meminissent, quod fides est donum Dei: & secum mente repererent illud item, quod primum Ioannes edixit: *Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* & infra:

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Sed

hactenus de Cæco, cui lumen a Christo infusum est.



futuri: nam etsi in hoc mundo sunt, intra mundum tamen non sunt, quibus mystice impartitur alimentum. Sex enim diebus mundus est factus, septimo requietum est die, & Dominus sanctificavit eum. Ultra mundum ergo quies: ultra mundum etiam fructus quietis. Deinde vero alijs clucidandis mylteriorum symbolis intentus hæc subdit: Et fortasse si primum quinque panes sensibilibus manducaveris, audito, & dicam, post quinque panes & septem tertio iam in terra non manducabis panem, sed supra terram manducabis octo panes, qui sunt in caelestibus. Sicut enim septem panes, panes quietis; ita octo panes, panes sunt resurrectionis. Ergo isti qui septem aluntur panibus, triduo persisterunt fortasse integris, resurrectionis futurae fidem & constantiam consecuti, &c. hæc ad rem præsentem Ambrosius.

2 Verum D. Isidorus Hispal. de arenorū mysterijs expendendis insistens, de vtraq; pariter multiplicatione ingeniose admodum edisserens, isthæc ait: Quinque millia viri, qui quinque panibus pasci sunt, Ecclesie sunt populi, qui per quinque corporis sensus alimento legis Spirituales a Christo reficiuntur, & duplici testamento, quasi gemellis piscibus satiantur. Quatuor autem millia viri, qui alijs septem panibus aluntur, eadem gentium Ecclesia est, que in quatuor partibus mundi diffunditur, atque vbertate septiformis gratia recreatur.

3 Mira item sunt, quæ hæc super re mylteria contemplatur Cyrillus Alexandrinus, qui hordeacis quinque panibus quinque Moysis libros, duobus vero piscibus Evangelicam doctrinam Piscatorum ministerio orbi annunciatam intelligit. Sed eius hic quæso verba in medium proferamus: Puto igitur ipse, quamvis meliora studiosos querere hortor, quinque Moysis libros quinque hordeacis panibus significari. Tota enim lex, quæ in illis continetur, literalem & historicum librum, atque ideo duriores, & quasi hordeaceum offert: duobus autem piscibus Piscatorum libros, quibus delicatiora hominibus alimenta deferuntur, significari arbitror. Duo autem pisces sunt, quia & prædicatio Christi, quæ per Apostolos effulsit, Evangelica & Apostolica scriptura respicet. Ita Saluator & disciplina legis spiritualis, & noui Testamenti ineffabili doctrina fidei animos ad vitam alicet eternam. hæc ille.

De Apostolis vero, qui piscandi arte victum sibi quærebant, isthæc subdit: Quod autem discipuli Domini piscatores fuerint, perspicuum omnibus est. Si enim fors in non omnes huiusmodi, ne contendamus, sed quoniam principales eorum piscatores fuerunt, non erit aliena nostra hæc a veritate oratio. Huc vsque Cyrillus Alexandrinus, dum mira quæque sub scripturarum cortice mylteria alijs propinanda deprehendit.

4 Demum satis erudite Origenes haud peculiari quidem mysterio vacare pronuntiat, quod primum portentose huius multiplicationis incrementum in hordeaceo pane, secundum vero in pane, qui ex frumenti grano conficitur, præstitum diuinitus fuerit; hæc autem sunt eius in rem præsentem verba: Scriptum est in Euangelijs, quod secundo pauerit turbas; sed & illos, quos primo pascit, id est, incipientes, hordeacis panibus pascit. postea vero, cum iam proficessent in verbo et doctrina, triticeos eis exhibet panes. isthæc Origenes.

5 Illud tamen haud silentio hic obuolucendum est, dum de præmemoratis panibus sermo est, quos mirabiliter Dominus multiplicauit, & quos Cœmeterialibus in tabulis frequenter coloribus effictos oculis subijci, ac repræsentari cernimus, quod singuli nimirum ibidem iuxta receptam Hebræorum consuetudinem cruce obsignati conspiciuntur; de qua Cardin. Baronius noster satis luculenter egit, dum de panis fractione sapennumero in Euangelicis paginis recensita edisserit. Sed ipsius hic quæso verba, promptis auribus excipiamus: Quod autem Sanctus Augustinus, inquit ille, eam panis fractionem non tantum sacræ, sed communis etiam mensæ vsui applicari posse significat, cum nec de incidendo panem, sed frangendo duntaxat in diuinis scripturis sit mentio, plane indicatur viguisse apud Indios eam consuetudinem, ut conficientes panes, eos incisionibus in particulas plures signatos coquerent. Quod quidem ex Rabino rerum Iudaicarum antiquarum perito accepimus, eos sic incisos coquere solitos panes, ut sic ad esum non esset opus illos incidere, sed solum frangere, sicut facere solent etiam hodie in placentis arumis: ea plane forma qua eas expressas hic vides:

Alia eiusdem miraculi consideratio. D. Ioh. Hist. in Luc. 4. 9.

Quinque panes hordeacei quina; libros Moysis signifi- cant.

s. Cyr. in Io. 4. 17.

Duobus piscibus doctrina Evangelica à Piscatoribus promulgata intelligitur.


Prior panis hordeaceus multiplicatio secunda vero eorum, eius que mysteri-

Orig. lib. 12. Gen. 4. 25.

Panes cruce obsignati, quare?

Bar. an. 58.

Hebræorum in pane cocdo consue- do.



Indeque euenisse putamus, quod de buccellis comedendis in ystem diuinis scripturis frequens mentio reperitur. Sicut etiam apud Romanos constat fuisse vsu receptum, vt panem quemlibet, placentamque quadrifida decussatum incisione, ad diuidendum postea in quatuor partes coquerent. hæc Baronius. Ad quod deinde validiori argumento comprobandum, complurium quoque ethnicorum sententias id asserentium proferens, isthæc subiicit: Sed describenda hic ex antiquis imaginibus sculptis eiusmodi panis decussati forma, quam sic exhibent, quæ hæcenus visuntur Romæ vetera monumenta.



Ita enim sculpta extat in sigmate illo, quod apud sanctum Chryzogenum est, formis expresso a Fulvio Ursino, vbi arians minister singulis accumbentibus singulos panes ex canistro præbet. In marmorario apud sanctum Laurentium in Lucina, aliud huic simile spectare licet: sed & in sarcophago operis Christiani in Ecclesia S. Sebastiani in Cæmeterio Callisti, cophini sic efformatis panibus pleni habentur insculpti; & alijs in locis memini me vidisse: sicut in Ecclesia S. Clementis veteri pictura redlitos. Porro Diuina plane prouidentia factum est, vt Baronius noster in Ecclesiasticis haud unquam perituris tabulis id vltro testatum reliquerit, quod non modo præmemoratis in locis, verum etiam in vetustissimo quodam monasterij trielinio, quod Diuæ Bibiana olim Ecclesiæ cohærebat, & alibi nos quoque oculis contemplati sumus, etsi postmodum nobilissima isthæc recolendæ antiquitatis monumenta ru-

dium hominum incuria deperijisse doceamus.

6 Quod igitur in Christianorum olim frequenter monumentis panes descripta hæcenus ratione efformatos inspicere cõtingat, plane innuitur Gentilium morem illis signis decussandi panes antequam coquerentur, ab ipsis Christianis quod typus crucis iisdem signis exprimeretur, religiose, vt Baronius notat, susceptum fuisse. Porro quod panes tum apud Iudæos, vt dictum est, tum etiam apud Gentiles hunc in modum efformandi mos vigeret, ipsorummet scriptorum auctoritate compertum redditur: Apud Romanos, vt Baronius supra ait, vsu receptum fuisse constat, vt panem quemlibet, placentamque quadrifida decussatum incisione, ad diuidendos postea in partes quatuor coquerent, cuius singule partes, quadra nominarentur, non quod quadratam figuram referrent, sed quod quarta pars panis esset. hæc Baronius pro elucidatione panum ista quidem forma confectorum. Verum Baronij assertio multiplici ethnicorum quoque scriptorum auctoritate sulcitur: id enim in primis a Virgilio in Moreto his plane verbis describitur, eum de conficiente panem ait:

Format opus palmaque suum dilatat in orbem,

Et notat expressis æquo discrimine quadris.

Sed & de eisdem panum quadris isthæc Horatius.

Qui dicit: clamat, victum date, succinit alter,

Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Martialis item expresse meminit.

Nec te liba iuuant, nec secla quadra placentæ.

Idem quoque alibi:

Libetur tibi candidus ad aris

Secla plurima quadra de placentæ.

Et Iuuenalis:

Vt bona summa putes alieni viuere quadra.

Etsi, vt Baronius obseruat, alij pro mensa quadram acceperint, sicut & illo Virgiliano carmine:

patulis nec parcere quadris.

Cæterum teste Varrone dictorum poetarum tempore, inquit Baronius, mensæ rotundæ, & non quadratæ esse solebant: vnde & comple-

Panes apud gentiles olim decussandi mos.

Hor. l. 1. ep. 17

Mart. l. 1. epig. 76. Lib. 9. epig. 91

Iuuen. sat. 5.

Virg. Ar. id. 7

plures poetæ orbes posuere pro mensis, quod antiqua marmora docent exhibentia mensas orbiculares. Sicut & ex ijsdem dictis errare mihi videntur, qui discos ad desuper incidendum edula positas quadras dictos esse putarunt. Ad ea rursus, quæ dicta sunt, Athenæus locuples testis accedit, dum ait: *Bloomilios panes vocari dicunt habentes incisiones, quos Romani quadratos vocant. Ad stipulatur egregie & Hesiodus, ubi isthæc habet:*

Panem quadrifidum cœnatus moribus octo.

Et hæc de panibus quadræ partis forma signatis hic in studiosi lectoris gratiam vel obiter enarrasse volumus. Sed ad Baronium Ecclesiasticæ antiquitati mordicus insistentem, lector si libet, reuertamur, qui validis ad hoc confirmandum argumentis sibi comparatis ex Dialogorum D. Gregorij libro, Martirij videlicet monachi exemplum auspicatur, quod ab ipsomet Gregorio his plane verbis describitur: *Dum quadam die fratres illius panem subcinericium fecissent, eique obliti essent signum imprimere; sicut in hac prouincia crudi panes signo signari solent, ut per quadras quatuor partiri viderentur, idem Dei famulus adfuit, Martirius nempe, eisque reserentibus signatum non fuisse cognouit. Cumque panis ille prunis esset, & cineribus coopertus, dixit: Quare hunc minime signastis? qui hoc dicens signum crucis contra prunas fecit; quo signante protinus immensum crepitum panis dedit, ac si ingens in ignibus olla crepisset, qui dum coctus postmodum fuisset, ab igne subtractus, ea cruce signatus inuentus est, quam non contactus, sed fides fecit. Hæc apte eruditque ad rem nostram Baronius ex Gregorio, & alijs probatis scriptoribus prolixè quidem, ad institutum vero haud omnia otiose in suis Annalibus describit.*

7 Verum ut susceptæ enarrationi insistamus, eiusmodi crucis forma panibus impressa non vetustam Christianorum dumtaxat consuetudinem redolet, sed peculiari insuper haud vacare mysterio credimus, in his præsertim, qui ipsomet Christi Domini interdum locati sinu conspiciuntur. Sacrosanctum enim diuinæ Eucharistiæ Sacramentum præcipuo quodam symbolo innuunt, atque designant, quo Christus Dominus, Panis

inquâ, viuus (vt Ioannes ait) qui de calo descendit, seipsum nobis vltro in augustissimo Altaris conuiuio manducandum tradidit. De quo quidem recolendo panis mysterio satis aperte Lucas Euangel. meminit, dum a duobus in castellum Emaus contendentibus ipso Paschali die discipulis Christum Dominum in ipsamet panis fractione agnitum fuisse enarrat. Redeuntes enim eadè hora in Ierusalem discipuli, quæ sibi in via obuenerant, & quomodo eum in fractione panis agnouerant, aperuere. De mystica item eiusdem panis fractione idem Lucas in Apostolicis Actibus opportune meminit, dū primæuos Christianorum mores recenset: *Erant autem perseuerantes, inquit, in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Quæ quidem loquendi formula diuini panis fractionem, & viuificam Altaris communicationem ex communi Patrum sententia resonare videtur, vt præ cæteris affirmat August. & Hieronymus, qui hæc habet: *Apud Emaum in fractione panis cognitus Dominus, Cleopha domum in Ecclesiam consecrauit.* Vides igitur, amice lector, quam sapienti consilio, ac salubri mysterio primæuorum temporum Christiani panes hocce mira Dei virtute multiplicatos in Cœmeteriorum abditis sibi passim contemplandos obijcerent, vt omnimodam videlicet Christi Domini prouidentiam haud vnquam inter ardua quæque defuturam præstiti panis symbolo proficerentur, iuxta id quod Regius Propheta verbis illis præmonuerat: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te nutriet: & vt præterea, cum in Cœmeterijs ad Synaxes de more peragendas, & sacra Altaris participanda mysteria frequenter conuenirent, panum eiuscemodi ob oculos signo proposito admirandam insuper panis, haud minori quidem portento in ipsiusmet Christi corpus, ac sanguinem conuersionem ex multiplicatis eisdem panibus recolendam probe meminissent.*

8 Sed age, cum famelicis turbis, quæ Christum Dominum auide inter deserta loca sectantur, hic paululum, amice lector, subsistamus: dum enim de multiplicatis in eorumdem gratiam diuinæ virtute panibus sermo recurrit, oportune

Athen. l. 3.

D. Greg. l. di. 1.

Martirius Monachus.

Panes crucis signati in sinu Domini S. E. U. charissimam de signare dicuntur.

Is. c. 6. Lxx. 6. 24.

Act. c. 2. 42.

Aug. l. 3. de Euang. c. 2. Aug. ep. 59. a Paulin. Hier. in ep. Paul.

tunc quidem recolendum se nobis offert, quod a sancto Philippo Nerio parente optimo in Vrbe olim laudabiliter institutum est. Candidus quippe Christi æmulator, eiusdem exemplis probe insistens, diuini pabulo verbi Christianorum corda mulcere, & innumeras populorum turbas ad Christi sectanda vestigia, ad eiusque degustanda pabula totis viribus allicere, haud vnquam destitit, quippe qui multorum hominum millia co tempore quo Bacchanales recurrunt dies, & lubrica delirantis seculi gaudia feruent, eiuscemodi ludos, quibus animus serio inter ludendum læditur, declinandi gratia, die Iouis, qui post sexagesimam Dominicam primus occurrit, qua potissimum die Vrbs tota vanis oblectamentis ac scenicorum spectaculis æstuat, laudabilem illam septem celebriores Vrbs Ecclesias deuote visitandi consuetudinem excoegitauit, & mirificam singulos tum spiritu, tum corpore reficiendi rationem magno sane animarum fructu adinuenit. In hoc autem sacro itinere vbi primum capiendi cibi, iam longo itineris labore defessis hora aduenisset, Pater optimus Euangelicam turbarum mensam recolens, & suis quoque opipare eandem instruere cupiens, homines humi supra herbam discumbere, iisdemque panem, ac reliqua obsonia, parca admodum mana apponi præcepit: *Facite*, inquit Christus, *homines discumbere, erat autem fenum multum in loco: discubuerunt ergo viri quasi quinque millia.* Ita plane bis mille interdum Philippo ministrante discubuerunt. Vt igitur a lubricis voluptatum semitis homines, ac præsertim iuuenes, quorum potissimum animi vanis seculi deliramentis facile intereipi, ac decipi solent, abduceret, eos secum extra Vrbe ad visendas præcipuas martyrum Basilicas senex caelesti præditus sapientia deducebat, etsi autem primis temporibus, quando id coepit, non adeo frequens hominum multitudo conueniret, postmodum autem confluentium numerus tam copiose excreuit, vt dum adhuc sanctus Philippus inter viuos degens, euntibus ductor existeret, bis mille hominum, & eo amplius adnumerarentur. Is autem procedendi ordo apud nostros inoleuit, qui nunc etiam, ac si

per manus a sancto Philippo acceptus exacte seruetur, cuiusvis conditionis homines, mulieribus dumtaxat exceptis, ad sacrum cœtum admittebantur, interim vero tam pie, tam apte, tam cõposite cuncta Deo fauente peragebantur, vt Religiosorum hominum turbæ progredi viderentur, nec viri tantum laici, & è nobilioribus quam multi, animi laudabiliter excolendi, ac recreandi causa, sed & Religiosi quamplures adessent, ex Dominicana præsertim familia, cui sanctus Philippus intime semper adhæsit, vtpote a quibus Florentiæ apud Diui Marci Ecclesiam adhuc adolescens se spiritus primitias accepisse, & in rebus spiritualibus quasi tyrocinium peregrisse gloriabatur, qui item sacro Ordini tota nostri Oratorij Congregatio ob delatos quotidie beato Parenti honores, se plurimum debere fatetur. Qui enim eiusdem sacri Ordinis tyrocinio adscripti erant, Philippo in sacro itinere superioribus vltro assuetibus comites adiungebantur. Nec pauci vero præterea ex Franciscana arctiori Fratrum Cappuccinorum familia, & alij item quamplures Religiosi cuiusvis Ordinis, iter hoc deuotionis gratia Philippo duce arripere gaudebant.

9 Sed hic quæso itineris formã, quæ nunc vsq; sanctissimo viro auctore, ac duce viget, describamus. Summo diluculo a nostra Vallicellana Ecclesia, præmissis Deo precibus discessio ad Vaticanam, Diui Petri Basilicam fit, inde ad Diui Pauli, in varias quidem turmas sacris meditationibus, hymnis, psalmis, & precatorijs insuper coronis iter diueriando proceditur, singulis turmis sacerdos è nostris præscitur, qui vt euncta rite, ac recte peragantur, solicite curat. Verum vt nullus, vt decet, confabulandi locus sit, & tempus salubriter expendatur, modo Litanias alternatim concinunt, modo psalmos deuote modulantur, nunc ad præcipuum quoddam Dominicæ passionis thema meditatione recolendum, singuli alta voce, datoque signo a sacerdote, qui ductor est, inuitantur. Vbi vero singuli celebrem Diui Sebastiani Ecclesiam inuisere, ad Ecclesiam sanctorum mart. Nerei, & Achillei tenditur, quæ Via Appia sita est, & olim a Cæsare Cardinale Baronio S. R. E. Bibliothecario

Mos iste populum in cibus debus Bacchanalibus educendi hodieque perseverat.

Forma ætate ruberis eius describitur.

Philippus

Christo Philippo

ue dicitur

66.

Las. Bar. s. Philip. 14. 7.

instaurata, pontificio diplomate nostræ Congregationi adiuncta fuit. Hic postquam sere omnes Oratorij fratres adfuerunt, Missa concentu musico peragitur, expiatisque sacra confessione adstantium animis, omnes diuino reficendi Altaris pabulo, ad Synaxim deuote accedunt: postmodum vero perfolutis Deo gratiarum actionibus, in celeberrimos Matthæiorum hortos in Cælio Monte, dominis vltro, ac benigne concedentibus, deuenitur. Introgressi omnes subinde locum, in amplissima nobilis istius viridarij area, quæ in theatri formam aptata est, Euangelici oraculi memores, humi supra herbam, terni ordinatim adsumendum cibum discumbunt. Interim integer singulis quibusque triticeus panis, optimi saporis, vas item vitreum vino repletum, quod ad sobrie epotandum sufficiat, cum paucis quibusdam obsonijs apponitur, consuetisque iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ precibus ad mensæ benedictionem adhibitis, signo dato, omnes vno, eodemque tempore comedunt. In ipsius autem theatri, quod aræ supereminet, prospectu, sacerdotes, viri Religiosi, Præsules, & Purpurati Patres, qui sæpe interfunt, confident, & quamplures subinde ex Oratorij Confratribus, & primariæ item nobilitatis viri, discumbentibus inseruiunt. Primum vero breuis sermo a puero quodam aptis, accommodatisque in rem præsentem verbis memoriter recitatur, quo peracto concentus musicus ad organi sonum attemperatus, cunctis mirifice ipsas inter epulas latantibus simul, ac plaudentibus succedit, & cuncta tam concinne, tam sobrie, tam modeste peraguntur, vt nullum ex tot hominum millibus, vel leue murmur exsibiliet, quinimmo vnusquisque religiosam inuentibus vnâ cum pietate hilaritatem, ac sobrietatem cum in modum ebibisse videtur, vt quod de antiquis olim Christianis in Agapen conuenientibus Tertullianus enarrat, hic quoque probe adimpletum vnusquisque intelligat, ac læteretur, nobisque interim hæc recolentibus ipsamet Tertulliani verba hic repetenda se offerant: *Quantumcumque in sumptibus, inquit ille, constat, lucrum est pietatis nomine facere sumptum: siquidem inopes quoque refrigerio isto viuamus, non qua-*

Tertullianus Apol.
c. 39.

penes eos parasiti affectant ad gloriam famulande libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum maior est contemplatio mediocrium. Si honesta causa est conuiuij, reliquum ordinem discipline de causa æstimate, quid sit de religionis officio. Nihil vitæ, nihil immodestia admittit. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vitale. Ita saturantur, vt meminerint etiam per diem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur, vt qui sciunt Dominum audire, &c. Quibus enarratis hæc infra subdit: Atque oratio conuiuium dirimit. Inde disceditur non in cateruas cætionum, neque in classes discussionum, nec in eruptiones lasciuarum; sed ad eandem curam modestiæ, & pudicitie, vt qui non tantum cœnam cœnauerint, quam disciplinam. Hæc Tertullianus, quæ quidem singula apte, si nomen cœnæ demas, & in prandij refectionem commutes, Agapis nostris consonant.

10 Porro egregie hanc prorsus omnimodam conuiuandi formam apud Eusebium adumbratam, & a Christianis vel nunc vsurpatam, atque retentam antiquissimus Philo verbis illis descripsisse visus est: *Vbi vero conuenere, inquit, candidati, ac lati cum summa gravitate ad signum datum a quopiam exphemeruta (sic huiusmodi ministres nominant) priusquam discumbant stantes vna serie detenti, sublatique in Cælum manibus, atque oculis, his quoniam didicerunt cælestia illis, utpote incorruptis a muneribus, & a quæstu illicito precantur, vt placeat Deo idem conuiuium, &c.* Et infra de ipsius conuiuij forma hæc subrexit: *Mensa pura, & a cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, &c.* Porro quam modeste conuiuium subinde soluatnr, enarrans isthæc subdit: *Dicat aliquis: quid tum postea, quam conuiuii ordine suo discumbentibus adfliterunt, ministri decenter parati ad obsequium? nulla ne sequitur compositio? immo silentium maius quam antea, ita vt ne mutire quidem cuiquam liceat, aut respirare vehementius.* Conuiuia item ista non tam scruulis, quam sobrietate condita. Minutius illis aliquando verbis expressit: *Conuiuia non tantum pudica colimus, sed & sobria, nec enim indulgemus epulis, aut conuiuium mero ducimus, sed grauitate*

Baron. l. 1. c. 57. n. 131.

Essenord. conuiuandi m. destia.

Arist. lib. de 72. interpr.

Hier. de ser. Ecc.

Minut. in. l. 1. c. 104.

hil.

CAP. X.

De Christo manus paruulo imponente.



AGNA quæque, vt quod verum est fateamur, vel paruis interdum, ac p̄exiguus in rebus sacramenta humanis auribus propinata sūt.

Exigua etiam in S. Scriptura mysterio haud vacant.

Vt quid enim, vt de cæteris tacemus, Cælorum regnum, edifficente parabolas Christo Domino, grano sinapis assimilatum est, quod quidem cunctis seminibus minimum esse agnoscitur: *Simile est*, inquit Christus, *Regnum Cælorum grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus*, at maxima, vel parua è re mysteria p̄feruntur: quæ emergunt: quæ propter illud iure merito de sinapi Ambrosius alibi enunciat: *Granum sinapis prima fronte specie sui paruulum est, vile, despectum, non sapore prestans, non odorem circumferens. At vbi teri caperit, tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse conclusum.* Idem plane de paruulo isto, qui Christi manibus benigne contingi meruit, ego pronunciauerim, ingens nimirum, & haud paruulum sub paruulo mysterio nobis solite expendendum latere. Quapropter antiquis temporibus sacram Christi Domini imaginem paruulo manum imponentis affabre coloribus exprimerent Christiani consueuerunt, nec præcipuis vero, vbi de paruulis agitur, rem vacuam mysterijs temere quispiam eloquendo dixerit: cordati quippe homines, qui serio rem agentes, vel pennicillo mores excolebant, cum suauissimâ ipsius Christi comitatem, ac benignos eiusdem mores in pueris hæc ad se vocandis, trahendisque palam omnibus adumbrare vellent, vt hi, qui multiplici criminum sorde polluti, pœnarum quoque vinculis obnoxij detinebantur, haud ab eius consuetudine vlla vnquam ratione absterri retardarentur, morum innocentiam, vitæ probitatem, ac omnimodam illam, quæ infantibus inest, & quam te-

Matth. c. 13.

Ambrosius, serm. 7.

Quidam ex imagine Christi manus paruulis imponentis discendum sit.

Y y ne-

hilaritatem temperamus. Et hæc de Effectibus quondam conuiuantijs Philo.
 Verum vt ad nostra redeamus, tenui in hunc sobrietatis modum peracto refectiois prandio ad reliquas singuli Ecclesias inuisendas hilari quidem, ac festiua grauitate compositi pergunt. In sacrosancta autem Lateranensi Basilica, exposita Apostolorum capita supplices venerantur, & paucis verbis ad iter deuote proficendum incitantur. Vbi vero ad Ecclesiam D. Laurentij extra muros deuentum est, breui sermone in Dei seruitio obfirmandos sermone præhabito, ad Liberianam Basilicam, quæ sacri itineris clausula est, itur: inde Litanijs solemniter concentu musico ante B. Virginis Imaginem a D. Luca pictam decantatis turmarum discedendo, ad nostram Vallicellanam Ecclesiam Litanijs Sanctorum, & psalmos mediam per Urbem decantando, sub vespertinam horam deuenitur: hic demum musicali harmonia præmissa, breuique ad condignas Deo gratias exhibendas sermone inflammatis, in suam vnusquisque domum etiam defessus corpore, haud paruulum tamen animo recreatus, & gaudens reuertitur. Quod quidem pium, ac laudabile institutum, cuius causa persecutorum calumnijs quondam acriter beatus vir impetitus fuit, patentibus è Cælo signis haud semel Deus comprobauit, vt ex ipsiusmet sancti Philippi gestis a Petro Iacobo Baccio conscriptis, palam innotescit; & ad hanc vsque diem Deo fauente mirabiliter viget: ad tria enim hominum millia, & eo amplius superioribus annis ad rem eiusmodi multitudo confluxit. Et hæc ob recolendam iugiter, & in sacris Christianorum Cœmeterijs adumbratam turbarum a Christo in solitudine refectarum memoriâ hic pio, vel obiter, lectori exposuisse volumus. Sed hæc interim de panibus Christi virtute multiplicatis enarrasse sufficiat.



nera præfert eiusemodi ætas, humilitatem edocebantur. Quapropter id potissimum Apostolis Christus, Hieronymo teste, inculcare voluit, cum eisdem illis verbis interpellauit: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Non præcipitur, inquit, Apostolis, vt ætatem habeant paruulorum, sed vt innocentiam Et quod illi per annos possident, hi possideant per industriam, vt malitia, non sapientia paruuli sint. Hæc in mysticam paruulorum commendationem Hieronymus. Haud tamen hic obiter silentio obuoluendum est, quod puer iste, qui in Euangelio describitur, S. Marcialis Lemouicensium Episcopus, D. Thoma, & Anselmo testibus, fuisse creditur, vel certe, vt Metaphrastes asserit, Ignatius Antiochenus: Ignatio, inquit Metaphrastes, cum esset plane puer, aitunt Christum manus imposuisse, & dixisse: *Nisi quis humiliauerit se sicut hic puellus, non intrabit in regnum Cælorum.* Quibus sane verbis humilitatem audientibus mirifice ingerit, vt Augustinus ait: *Esse paruus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis Dei.*

2 Verum etsi quamplura hic ad rem ex Patribus in medium afferri queant, nunc ea duntaxat ad instituti nostri propositum satis fuerint, quæ S. Hilarius his plane verbis insinuat: *Munus & donum Spiritus Sancti per impositionem manus, & prædicationem, cessante legis opere, dandum erat gentibus. Vnde infantes gentis formati sunt, quibus per fidem & auditum salus redditur.* Hæc eadem ex Hilario Hugo Cardinalis ibidem in Matth. congerit. Eadem fere egregie ad rem nostram Beda in Marc. edisserit, hæc dicens: *Quod autem completitur puerum, significat humiles suo dignos esse complexu, ac dilectione, talesque cum impleuerint, quod præcepit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde; iure posse gloriari, & dicere: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

3 Ipsa igitur Christi imago miram eiusdem lenitatem inuentibus in manifesto eloquitur, ac vltro commendat, cū Euangelicorum imbuta verborum coloribus, vel vt melius dicam, oraculis, his plane notis vnumquemque ad Christum euocando compellat: *Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnū Cælorum: vel vt alibi sacræ scripturarum paginæ loquun-*

tur: *Et cum simplicibus sermocinatio eius.* Sed dum ad alas imagines lyuceis perscrutandas oculis properamus, haud hic diutius cum paruulis substituisse volumus.

CAP. X.

De Lazaro in vitam Christi iussu reuocato.



OMETERIALES inter imagines, quæ multiplicis quidem generis sunt, Lazari in lucem et tumulo rediuiui symbolum a Christianis

frequentissime usurpatum est; cum varijs ac præcipuis nobilissima historia hæc arcanorum mysterijs decoretur, vt alius rem perscrutando patebit. Et hominem quidem e dira mortis tyrannide vindictatum, & pristinae luci vocis duntaxat imperio mirabiliter redditum Claudianus poeta, vel quiuis alius apud ipsum descripsit:

*Lazarus e tumulo Christo inclamante
resurgit,*

Et durae mortis lex resoluta perit.

En quam paucis grande Christi potentum Christianus poeta perstrinxit: Verum viuida, & hand obscura, quæ sub rediuiuo Lazaro latent, mysteria cum ad nostrum pariter institutum pertineat, eadem serio conspiciere, atque ob oculos contemplanda proponere sanctissimi Patres nullatenus desistere, præcipue autem Isidorus Hispalensis libro de differentijs id apprimè præstitit, dum Lazari quatruiduani symbolo mundum ac veterem hominem criminibus obnoxium; putridum sanie ac foetore scarentem ad viuum præsignari affirmat, hæc autem ille in rem præsentem: *Lazarus, inquit, quem Dominus quatruiduanum scarentem de monumento suscitauit, significat mundum, quem grauissime peccati consuetudo corruperat: qui tamen quarta die mortis resuscitatur. Prima enim dies est mortis tracta ex Adam propago mortis: altera dies mortis est, transgressio legis naturalis: tertius est dies mortis prauaricatio datæ legis: quartus dies mortis est, tempus Euangelicæ prædicationis,*

Hier. Matth.
18.

Mt. in vit.
Ignat.

Aug. ser. 113.
de temp.

S. Hilary in
vit. Matth. 19

Hugo Card.
in Matth. 19.
Beda in Marc.
69.

Christi Domini
lenitas paru-
ulos ad se
uocantis.

Lazari quatruiduani resuscitatio expectatur.

Per Lazari quatruiduani mundum prædicandi consuetudine cepeus signatur.

Per Lazari quatruiduani mundum prædicandi consuetudine cepeus signatur.

nis; in quadie Dominus suum opus respiciens, misericorditer suscitare dignatus est. Vides quanta Isidorus ex vno duntaxat rediuiuo homine mysteria Christianorum auribus delibat.

2 Verum in sacris Cœmeteriorum speluncis Lazari potissimum resurgentis imaginem affabre olim coloribus expressam fuisse credimus, ad obtestandam nimirum animæ immortalitatem; nec non fidelium animis futura resurrectionis fidem altius ingerendam. Quamuis resurrectio quæ nostra respicit corpora, haud Lazari, sed ipsiusmet Christi resurrectioni respondeat, atque ab ea formam ac typum desumat. Lazarus enim moriturus iterum e sepulchro in lucem rediuiuus emerit: Christus vero vitæ semel immortalitatem nactus, exurgens ex mortuis, vt Apostolus inquit, iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur, &c. quod item nobis potenti eiusdem Christi virtute, vt membra capiti assimilentur, vltro donandum, impertiendumque est.

3 Quod autem Lazari in vitam reditus, præfixum nostræ symbolum resurrectionis existat, præ cæteris diserte Ambrosius de fide resurrectionis edocet, vbi isthæc: *Ostendit tibi Dominus etiam in Euangelio, vt iam ad exemplum veniamus, quem admodum resurgas: non enim vnum Lazarum, sed fidem omnium suscitauit. Quid enim sibi vult, quod Dominus ad monumentum accessit, & magna voce clamauit: Lazare veni foras, nisi vt future resurrectionis specimen præstaret, exemplum daret?* &c. Porro resurrectionis nostræ mysterium, ipsius Lazari resurgentis typo apertissime præsignari, ipsamet forma, qua ipse a mortuis in vitam redux per antiquis in tabulis describitur, veluti digito palam demonstrat. Puer enim quidam grandioris staturæ fascijs toto corpore circumligatus, atque obuolutus non in Cœmeterijs, ac Cœmeterialibus ipsis duntaxat Sarcophagis contemplandus obijcitur; verum etiam hac nostra ætate sub hac plane forma in Transyberina D. Cæcilie Ecclesia effictus conspicitur, & in veteri quoque Vaticana Basilica, in Ioannis Papæ VII. sacello sub eiusdemodi olim figura pennicillo adumbratus suspiciebatur, fascijs nimirum obuolutus in monumento cuiusdam quod tugurij

instar elaboratum est, ostio pedibus subsistens; ante quem ipse Dominus pristine eundem vitæ reddiurus perstat: qua plane ratione eundem sepulchralibus insitit, ac lintaminibus circumligatum e monumento proflitente in Iuuenus poetâ carminibus hisce eleganter describit:

Nec mora, conuexis manibus pedibusque repente

*Procedit tumulo, vultum cui linea texit,
Et totum gracilis conueclit fasciâ corpus.*

Etsi autem affirmare quis posset, Lazarum huiuscemodi sepulchrali habitu in Cœmeterijs pictum fuisse, non quod vere præmemorata imago puerum exhibeat, sed vt eundem velut iam quadriduam post mortem intra ipsius monumenti septa immutato vultu absque barba, membris omnibus primæuo decore solutis, deformem, exsiccatum, atque enormiter compressum, quod cadaveribus plerumque contingit, intuentibus præferat.

4 At vero si pictam demortui hominis imaginem ad allegoricum sensum pertrahamus, nobis proculdubio asserendum est, Lazarum velut recens natum noui formam hominis e sepulchro rediuiuum prodijisse: quamobrem iure quidem optimo post adeptum resurrectionis beneficium pueri effigiem exhibens pictorum manu describitur, cuius plane nomen recentis vitæ privilegio auctus apud orthodoxos Patres fortitus est. Chrysostomus enim inter cæteros hac eum ratione appellat: *Et ad sorores*, inquit, *pueri, quas Lazaro crines sparfos pergenas, &c.* Et alibi disertissimus vir fascias, quibus quadriduamus Lazarus in monumento obuolutus iacebat, cunabula, hoc est, ipsius infantie pannos mystico quidem vocabulo appellat; vt ad reinostre propositum Beda quoque lib. de orthograph. fatiseleganter edocet: *Cunabula*, inquit, *sunt panni infantie. Sed Ioannes Constantinopolitanus Episcopus scribit Lazarum in monumento cunabulis inuolutum.* hæc ille. Cur autem antiquis Christiani temporibus suos fascijs huiuscemodi defunctos obuoluere, siue que obuolutos sepulchro inferre sole- rent, congruentem vtique mysterij rationem Tertullianus optime assecutus fuisse videtur, dum huiuscemodi inuolucra nascentibus pariter, ac mortuis

Lazarus a mortuis excitatus puer dicitur.

D. Chrystom de Laz. 3.

Beda de ortog. 10. 1.

Tert. 1. 4. c. 23. cont. Marcion.

idcirco exhibita olim affirmat, vt infantem vix editum subsecutoræ mortis terminum caute admoneant, cui sententiæ iam tum addictus est, vbi primum in lucem editus nascitur. Inuolucra igitur nascentis, prænantia sunt morituri. Sed ipsum audiamus Tertullianum isthæc egregie, eleganterque perorantem: *Pannis*, inquit, *sepulturæ inuolutum initiatus* (de infante recens nato loquitur) *Sic initio vitæ ipsius finis correspondet*. Hæc ille alludens ad memoratam hæcenus mortuos fascijs obuoluendi consuetudinem.

4 Quod infantes autè recens nati fa-



En igitur breue totius humanæ natiuitatis, vel certe potius infelicitatis compendium: a fascijs, a vinculis homo vitam auspicatur, & vita solutus funebribus item fascijs, ac linteaminibus in sepulchro veluti captiuus mox includendus mortem saluat. Congruū enim est hominem ad sua principia redire, & vnde vitam auspicatus fuit, inde supremum vitæ terminum pariter auspicari, & vt erudite Iacobus Chiffletius ait: *Quemadmodum lucem auspicatus fuerat, ita & iaceret mortuus, nec tantum in cunis, sed & in sepulchro etiam vincula pateretur*. Et quidem, quod ad rem pertinet, Ægyptios in sepeliendis iuxta morem hominibus, vinculis quondam vsos fuisse Herodorus docet. Cadavera quippe condita è vicinis Cairo sepulchretis (è quibus Mumia peti solet) in nostras regiones allata similibus tænijs circumligata conspiciuntur.

5 At vero Lazarum velut renascentem fascijs ligatum fuisse, ac si recens editus infans cunis excipiendus foret, Ioannes Constantinopolitanus affirmat, dum *eundem in monumenta cunabulis in-*

scijs obuoluantur, & multiplicibus quodammodo vinculis in earum calamitatum, quæ iam natis ab ortu natiuitatis instant, constringantur, erudite quidem præ cæteris Plinius his verbis docuit: *Ab hoc lucis rudimento hominem vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Itaque feliciter natus iacet, manibus, pedibusque deuinculis flens animal, cæteris imperaturum, & a supplicijs vitæ auspicatur vnam tantum ob culpam, quia natus est. Cuius hic tibi iconem ex vetustissimo marmore Roma Antuerpiam transmissio excerptam exhibemus.*

Iacob. Chiff. de
linc. sepulch. c. 28

Herod. l. 2.

Io. Conſt. orat.
in publ. Phar.

uolutum appellat; cui coherentem quoque Basilium Seleuciæ Episcopus locutus est: eundem enim tanquam è sepulchro in lucem hanc natum, & cunarum fascijs præpeditum prodijisse enarrat, sed eius hic verba subiiciamus: *Inde exiit, inquit, mortuus quatruiduanus, mortis circumferens symbola, & cum expoliasset se morte, sepulchri stolam non mutauerat, sed adstabat cum fascijs mortuarijs tanquam è sepulchro natus, & post partum ferens infantie fascias*. Et quidem Christus Dominus non in præsepio dumtaxat, sed & in monumento fascijs cæterorum instar ligatus est, vt sacrae Euangelij paginae obtestantur, & nos supra lib. 1. meminimus, quod & Nonnus manifeste verbis illis asserit:

Tenuibus linteis circumdederunt mortui corpus,

Multiplici circumuolutionum fragrante, vinculo

Vt nos est Iudeis sepulchrales ritus seruare.


Sepulchralibus igitur fascijs Lazarus obuolutus in lucem confestim prodijt, nec enim fascias, ac linteamina, quibus capri-

Plin. in prælo
l. 7.

Apud Iacob.
Chiff. c. 28.
linc. sepulch.
Christi.

ptius iacuerat intra monumenti carcerem, deseruit, sed secum in lucem festinus detulit, ne vllus morti triumphus ex iam mortui spolijs in resurgenti conumeliam suppeteret, quod argute Basiliius his plane verbis contempletur :

Aderat Lazarus, velut extemporaneum tropheum adversus mortem se proferens. Aderat ne infernum quidem relinquens haredem fasciarum sepulchralium, ligatus prodijt: non enim pedes ferebant, sed gratia dederat alas.



5 In præstitæ igitur resurrectionis testimonium lintamina Lazarus secum detulit, quæ ramen intra monumentum solus Christus resurgens, ad suam eiusmodi spoliiorum simbolo resurrectionem comprobendam deseruit. Linteamina quippe in sepulcro derelicta, teste Chrystostomo, Christi resurrectionem euidenter arguunt: si enim corpus a discipulis furto sublatum fuisset, quod tamen seniores Iudæorum somniantes calumniabantur, haud intra monumentum lintamina ablato corpore substitissent: fures enim lintamina, & sudarium in vnum locum nullatenus, vt ait Sedulius, deponere curassent:

rum exuias post eorundem certamina inferrent, rediitui imaginem Lazari iugiter lætis oculis, libentique animo suspicientes, ineuitabilem insuper mortis sententiam, cui quisque ab ipso natiuitatis primordio addictus est, & incunctam resurrectionis spem constanter hac sibi proposita imagine protestabantur. Sed a Lazari monumento, cui diutius immorati sumus, pedè diuertentes, ad triumphalem Christi Hierosolymam subeuntis pompam, si libet, progrediamur.

CAP. XII.

De triumphali ingressu Christi Domini in Hierusalem.

Anne beati Corporis ablator velocius esse putauit, Soluere coniectum, quam deuicere ligatum; Cum mora sit furtis contraria. Cautius ergo Cum Domino potuere magis sua vincula tolli.

Fictum igitur calumniantium Iudæorum insomnium mendacium fuit, quo veritatem obnubere, ora obligare, deuincire animos satagebant: *Auaritia enim, Augustinus inquit, qui captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit et militem custodem sepulchri.* Sed hæc obiter de sepulchralibus fascijs enarrasse sufficiat.

6 Cum Christiani igitur quantumuis innoxij, utpote certæ iam morti persecutorum odio destinati, in Cæmetrijs passim delitescerent, conuenirent, ibidemque sacras, recolendasque marty-

TRIVMPHVS quidem iste, cuius nunc mentio recurrit, Christo ante passionem, immo ante victoriã a turbis Hierosolymitanis præter morem instruitur: vt quid ergo Chrystostomus ambientes triumphum, & coronam aucupantes inclamat: *Nullus, inquit, sine victoria poterit coronari: nemo miles sine prælio hostem subiecit: nemo sine bello imperatorem promeruit.* Ita plane vnus præ omnibus Christus ante certamen vi-

Chryst. hom. 1. de mart.

Basilius de Lazar.

Chryst. hom. 34.

Anne beati.

Chryst. hom. 1. de mart.

Apost. 6.

cit, & condignum sibi ante victoriam reuexit ex hoste triumphum. Victor enim primum Hierosolymam intrat, qui olim è Cælo victor exierat: *Exiuit vinens, vt vinceret*. Festiuitque interim vocibus, Hosanna, & victorialibus item palmarum ramis intra Urbem nouo triumphandi genere insignitus excipitur: mystice enim a turbis vel tum huius triumphii negotium peragebatur, vt Ecclesia mysterium recolens, his verbis inculcat: *Intellexit illa hominum beata multitudo prafigurari, quia Redemptor pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus, & ideo talia, id est, palmarum ramos administravit*. Et mysticis item oraculis Christiani quondam ipsas inter Cœmeteriales cauernas ad certamen pro Christo, & vnâ cum Christo se ad triumphum euocari intelligebant. Quamobrem festiuus, ac triumphalis Christi Saluatoris ipso Palmarum die in regiam, augustamque Hierosolymorum Urbem aduentus congrue pluribus quidem Cœmeteriorum locis affabre coloribus exprimitur: nec vtro id ab antiquis Christianis subtiliter adumbratum fuisse nobis credere par est; sed ad triumphalem nostræ pariter æstruendum resurrectionis mysterium, postquam hic acriter cum morte conflixerimus; vt egregie Hildebertus Cenoman. Episcopus de præstito nobis Christi beneficio in antiquorum Patrum Bibliotheca his plane verbis adnotauit: *Porro beatus ille introitus, celestis nimirum Hierusalem, de qua superius loentus fuerat, designatur per pueros Hebræorum: designatur per eosdem resurrectio dormientium beatorum. Ingresse siquidem Domino in sanctam ciuitatem, Hebræorum pueri resurrectionem vitæ denunciantes, cum ramis palmarum clamabant: Hosanna in excelsis. Quid fratres charissimi, quid aliud responso presentis decantatur, quam futurae resurrectionis qualitas, quam capacitas, & membrorum beatitudo sempiterna? Vides, quam nobilis ac festiuus in supernam Hierusalem post superata isthæc certamina nos triumphus expectet. Vides, quam læti plaudentium chori celestis Regni ianuas subeuntes excipiant: & his enarratis hæc infra subtexit: *Quid prænuntiant egressi domibus pueri, nisi fideles egressuri de sepulchris? Quid occursum eo declaratur, nisi quod**

Triumphus Domini figura resurrectio nis, & ingressus in Cælum

Bibl. patr. to. 3.

Bibl. patr. ubi sup.

ait Apostolus: *Nos qui viuimus, qui relinquimur, recipimur obuiam Christo in aëra, & semper cum Domino erimus; &c.* Demum eadem Apostoli verba studiose expendens, & mysterijs mysteria subticens, isthæc in rem præsentem subdit: *Erimus quidem cum Domino, si nos Dominus non spiritu, sed malitia pueros inuenerit, si palmas in manibus, si flores adspexerit*. Et denique rem totam grato verborum compendio, veluti corona complectens, triumphalem resurrectionis nostræ pompam Christo Domino euocati occurrentem his plane verbis describit: *Venienci ergo Saluatori, inquit, pueri cum palmarum ramis occurrisse memorantur; quia venturo ad iudicium Christo egressi fideles de sepulchris viuitorum apparere præmonentur*. hæc ille.

6 Congruis igitur rationibus, & validis ad resurrectionis futuræ spem argumentis permoti primæui Christianæ fidei cultores, cum multiplicibus iugiter æumnarum inoletijs diuexarentur, & ex ipsomet terrarum orbe profugi inter tenebras noctuarum instar latitare, tutumque ibidem ab insectantium impetu locum perquirere cogerentur, augustissimum hunc Christi triumphum, quo cum morte dimicaturus, varijsque acerbissimarum pœnarum contumelijs afficiendus, ab Hierosolymitanis tamen turbis festiuum in morem exceptus est, memoria repetentes, se quoque post tartarum deuictum hostem, & haud alieno, sed proprio sanguine purpuratos, in beatum supernæ patriæ sinum pari quoque triumpho, & Angelotum excipientium plausu recipiendos fore nullatenus dubitarent. *Christus enim, vt Cyprianus ait, qui pro nobis semel mortem vicit, semper vincit in nobis*. Illud item Cypriani vel tum maxime cum ad martyria, & necem quærentur, probe meminerant, ad triumphos videlicet & coronas tormentorum ictibus aditum sibi patefieri. *Ne vereamur, inquit ille, accidi, quos constat, quando occidimur, coronari*. Quid ergo tunc Christianus expauesceret, cum se ad carceres, & ad carnificinam rapi videret, quandoquidem tunc diuinitus post prælia triumphus, post certamen corona, Ambrosio teste, parabatur: *Si quando igitur, inquit, tentaris, cognosce quia corona paratur*. Sed de triumph-

Triumphus Christi factus, & gloria Christi notum.

S. Cypri. l. 2. 6. ad mart. conf.

Cypri. ep. 54.

Ambrosio 112.

triumphali Christi ingressu hæc paucis delibasse visum est.

CAP. XIII.

De Christi Domini supra montem consistentis imagine, ex quo flumina quatuor emanant.

IAVD celeberrima dumtaxat Christi Salvatoris nostri gesta, atque admiranda operum eiusdem, quæ in Evangelicis paginis coruscant, portenta, in Cœmetherialibus tum Cubiculis, tum Sarcophagis antiquæ probatæque fidei Patres fidelium oculis obijcienda curabant; sed ipsi summè Christum multiplicibus quidem formis sapienter effinxere, ac mysticis typum eiusdem modis, ac symbolis sæpe sæpius contemplandum intuentibus propofuere: quapropter artificio quodam interdum vsi illum præsertim pingendi morem in adumbranda Christi imagine tenuerunt, vt excelsum supra montem eundem stantem affabre delinearent, ex quo subinde flumina quatuor emanabant, quibus illa quatuor plane Paradisi quæ scripta sunt, designari videbantur, de quibus item Genes. 2. *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita.* Præmemoratis autem fluminibus, quæ ad vniuersæ superficiem terræ irrigandam iugiter fluunt, sacrosancti sermonum Evangelicorum fluentia mystice prænotari, vna eademque est fere omnium Patrum sententia: quod etsi, vt primum numerus ipse mysterio apte respondeat, a sacris quatuor scriptoribus Deo suggerente exaratum est, vnum tamen, idemque omnino esse, nec vllam scriptorum multiplicitate differentiam, ac varietatem pati iure quidem optimo, ac sano orthodoxorum omnium sensu pronuntiaripotest: Evangelium

enim ab ipsomet Christo Domino, qui sinum omnimodis affluentem delicijs exhibet, ac totius voluptatis paradisum credentibus præsert, diuinitus emergit ac totum subinde terrarum orbem quatuor eorundem Evangelistarum ministerio salubri irrigatione percurrit.

2 Sed ne mysticæ eiuscemodi, quam nuper attulimus, expositioni Patrum auctoritas desit, consulat quæso studiosus lector disertissimum inter Patres Cyprianum, qui rem hunc quidem in modum edisserit: *Hinc egredientia quatuor Evangelij flumina per vniuersum mundum regenerationis euehunt lauacrum.* Et epistola item, quam ad Iulianum conscripsit, isthæc interferit: *Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, Evangelijs quatuor, quibus baptismi gratia salutaris celesti inundatione largitur.* hæc Cyprianus. Idem plane Theodoretus affirmat in illa prophetici Regis verba: *Fluminis impetus, &c. Fluvium, inquit, hic Evangelicam prædicationem nuncupavit: sicut enim Paradisi fons in quatuor flumina diuisus est, eodem modo hic Dei fluvius infinitos habuit, & innumerabiles riuos, qui percurrerunt omnes hominum gentes.* Eidem quoque S. Eucherius in Genes. mirifice his plane verbis ad stipulatur: *Quatuor Paradisi flumina, quatuor sunt Evangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa.* Cui pariter sententiæ S. Isidorus super Genes. totidem plane verbis apte in rem præsentem subscribit, quamuis quatuor ipsidem fluminibus quatuor etiam præcipuas, & cardinales quas dicunt virtutes prænotari velit, hæc subdens: *Quatuor flumina quatuor virtutes, Prudentia, Fortitudo, Iustitia, Temperantia.* Sed his omnibus Ambros. in sacris elucidâdis scripturis admodum lynceus accedit, qui expositione in psalm. 45. id expresse demonstrat. Anastasius vero Sinaita synagog. contemplet. in Exod. lib. 8. hæc addit: *Fluvius egreditur ex Edem ad irrigandum paradisum Eccl. sic, &c. Quod si etiam queris quatuor iurgia illuminationis S. Spiritus, scias eum esse, qui est locus in Iustus, qui fuerunt ante legem: similiter secundum in lege: tertium in Prophetis: dânde etiam quarto ordine in quatuor fluvijs Evangelistarum.* Nec prætereundus interim est Beda, qui quatuor hisce fluminibus, quatuor Evangelistas subintelligendo hæc ha-

Evangelij fluminibus quatuor Paradisi terrestis æquiparati.

S. Cypri. 114. de abili. ped.

Id. ep. 73. ad Iulian.

Psalm. 43.

Theodoret.

S. Eucher. in 3. Gen.

Quatuor flumina Paradisi quatuor virtutes Cardinales significant. S. Isid. in 3. Gen. Ambros. in ps. 45.

Anast. Sinait. 1. Sin. Exod.

Flumina egredientia ex Paradiso dona Spiritus S. designant.

inias ex
ceuei Do
us infilit
nantijs
img; my.
ia.

Esd. Gen. c. 2.

Id. in c. 5. Esdr.

Fluvius Para-
di symboli
predicationis
Euangelicæ.
Innoc. Pap. IIIId. ser. in laud
S. Greg. Pap.
S. Scriptura
quatuor conti-
nens sensus
per quatuor
flumina Para-
di signifi-
ca-
ta.

habet: Quatuor paradisi flumina quatuor Evangeliste: de quibus in Esdr. cap. 5. exposi. Allegor. sic ait: Qui ab uno fonte, vite, id est, Domino Salvatore inspirati, & consona voce gentibus cunctis laucarum salutis predicant. Demum Innocentius Papa Tertius prememoratorum quatuor fluminum symbolo Apostolicam diuini verbi, ac ipsius Euangelij predicationem præsignari asseuerat: Allegorice vero, inquit, fluvius, qui de loco voluptatis egreditur, est Euangelica predicatio, quæ de Domino Iesu Christo procedit, qui est fons vite, &c. Subinde vero sermone primo, quem in festiua S. Gregorij Papæ die inscribit, sacris eisdem fluminibus, diuinarum fluentia scripturarum prænotari his verbis affirmat: Fluvius, inquit, inde progrediens est sacra Scriptura, quæ per Spiritum sanctum est edita, & exposita. Sicut enim fluvius ille diuiditur in quatuor capita, sic Scriptura sancta in quatuor species, historiam, allegoriam, anagogen, & tropologiam. hæc ille.

2 Sapienti igitur animi consilio Christiani, quorum spes omnis sacris Euangeliorum oraculis inhæreret, permoti, ex his enim perennis vitæ fontem ingiter hauriebant, sapienter, inquam, Christum Dominum vberissima Euangeliorum terrarum orbi fluentia deriuantem pingebant, quo omnis deinde quantumuis arida terræ facies salubriter irrigaretur, & in ipsismet fidelium cordibus fons aquæ fieret: (vt ipsemet in Euangelio Christus ait) salientis in vitam eternam. Sed mysticis interim fluuijs perlustratis, vt sacre antiquitatis perferuntur, & sitim expleamus, antehæc prænotantes, ad alia properamus.



CAP. XIV.

De sacra Christi Domini
gemmatam Crucem
præferentis ima-
gine.

QVONIAM sacramento Crucis Christi, vt sanctus ait Leo, Christiana religio fundata est, quod probe tum antiqui Ecclesiæ Patres nouerunt, tum ipsemet Christus in Euangelio fidelibus palam enuntiando illis sæpe sæpius verbis edixit: Qui vult, inquit, venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Et qui non batulat crucem suam, &c. Hinc optimo sane consilio in plerisque Subterraneæ Romæ Cubiculis, ac Cœmeteriorum Sarcophagis; ipsius Christi Domini, vel certe Petri, autiliorum martyrum manibus gemmatam Crucem veluti pretiosum quoddam salutis humanæ vexillum pariter, ac symbolum aptabant; vt videlicet qui nuper ad illibatam Christi fidem accesserant; & tamen tanquam oues occisionis (vt Psalmista ait) a venaticis canibus ad carnificinam iugiter inquirebantur, vbi Crucem tam splendide coruscantem, & tam preciosam, decorisque prefulgentem lapillis in Cœmeteriorum abditis viderent, se proculdubio vel ipsas inter contumelias, ac insectantium probra, quæ Christum contemntibus in dies suppetebant, locupletissimos tamen computarent; nec se minori ambitu inter aduersas respicerent, quam si gemmarum monilibus, atque auro onustos inter prospera quæq; suspicerent. Ac res eiusmodi oculis intuentium ac animis obiectam illud sollicitè inuidios pugiles præmonerent, vt prompto, libentiq; animo crucem tollerent, quam ipsemet Dominus eiusdem trunco suffixus; sacri contactu corporis; & illibati liquore sanguinis pretiosam, fulgentem; optabilemque reddiderat, velut iure merito triumphalem Crucis vexillum erigens canit Ecclesiæ: O. Crux, splendidior cunctis astris. Et Andreas

Crux Christi
fundamentum
religionis
ChristianæCrux gem-
mata.25. 23. 22.
26. 27. 28.
29. 30. 31.
32. 33. 34.
35. 36. 37.
38. 39. 40.

dras Apostolus ipsum met patibuli truncum festiuium in morem, lætisq;e vocibus a longe salutans exclamasse legitur: *Salue Crux, quæ in corpore Christi dedicata est, & ex membris eius margaritis ornata: o bona Crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, &c.*

2 Præmemorata igitur sacrosanctæ Crucis præconia, quæ ipsiusmet Andree Apostoli voce iugiter personant, Christiani haud verbis duntaxat, sed factò comprobantes, cruces ex auro conficere, conflare, & pretiosis quibusque eadem lapillis ab ipsis fere Ecclesiæ primordijs pia, studioaque manu exornare cœperunt; ut plerique ex antiquis Patribus testantur, sed vnus præ omnibus diuino ore Chrysostronus, vbi de Crucis adorat. sermonem instituit, & alibi. Sed sanctorum interim Patrum sententijs posthabitis, præstat hic instudiosi lectoris gratiam nonnulla, quæ ad antiquam eiuscemodi consuetudinem attingent, exempli subtexere. In actis igitur Concilij Niceni hæc de Procopio præclari nominis martyre leguntur: *Stephanus Dei amatissimus diaconus, & Referendarius S. Secreti legit: ex martyrio beati Procopij, cuius initium: Per eadem tempora Regnum obtinebat Diocletianus tyrannus, inter cetera: Neanias, id est, Procopius gaudio magno percussus, & fac audens rem bene gessit, similiter illius omnes comites: ea autem nocte cum militibus reuersus est. Venit autem Scytopolm, & omne sodalitiu auri fabricarum, & argenti fusorum conuocans interrogauit eos dicens: Potestisne mihi facere vos aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero hominis austeritate deterriti, communi consilio statuerunt apud illum vnum ex omnibus, quem optimum artificem existimabant, nomen illi Marcus erat, dicentes: Si quis est, qui voluntati tuæ Domine satisficiat, hic erit, &c. Marcus autem nequaquam ocedere volebat iuueni. Persuasit tandem is dicens: Hoc mysterium Regi vsque ad vitam nunquam reuelauero. Persuasus itaque Marcus in abdito ex auro & argento noctu Crucem fabricauit. Vides, amice lector, gloria Crucis, iam tunc enim eiusdem signum inter persecutionum tenebras emicare cœpit, & crux quæ auro & argëto preciosior est, ipsimet auro atque argento pretium pariter ac splendorê hoc nobili superindu-*

cto signo conciliat. Sed reliqua, quæ ad Crucis decorem augendum pertinent, prosequamur. Cum autem opus consummatum erigeretur, tres in eo imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica dialecto in superiori parte Emmanuel, & vtrinq; in summitate alarum Michael & Gabriel. Voluit autem Marcus sibi timens expungere imagines, verum non potuit; confestim manus illius sicca permansit. Sub gallicinium autem dux, qui dicebatur Neanias, ad ades Marci, quo Crucem auferret, properat; videns autem illam portinus adorauit. Ait autem ad Marcum: *Quæ sunt eæ persone, quæ iuxta hæc inscriptio? Domine in qua hora Crux a me erigebatur, imagines istæ per se enatæ sunt, neque ego cognosco quænam, aut cuius sit inscriptio. Neanias vero cognoscens virtutem quandam in his esse, adorata Cruce, Marco artifice copiosam mercedem soluit, professusque est in civitatem suam.* Hic autem nobili pro fide martyrio sub Diocletiano coronatus est anno Christi 308. ut ex Baronio Annal. to. 3. videre est.

3 In eadem item Diocletiani persecutione admirandum exitit impertitum sanctissimæ Crucis signo ab Oreste milite præclaræ virtutis viro obsequium, anno salutis 311. de quo isthæc Surius enarrat: *Dux sceleratus, Lysias nempe, exiuit in campum, ut exerceret exercitum, cum autem rece serentur, vnusquisque ostentabat suam in armis experientiam duce contemplante: quidam vero Orestes nomine vir procerus, & formæ decorus ad nomen vocatus, & ordnem Lysie adstitit. Cum Lysias autem eius laudasset speciem, & verum appellasset militem, iussit pilum torquere ad scopum. Cum is vero manum direxisset, & arma concussisset, quæ ab eo in pectore ferebatur Crux aurea, è veste eius excussa extrinsecus apparuit, ita ut omnes eam cerneant, & ipse etiam Lysias: statim autem adductus stetit prope ducem, & cum manu Crucem accepisset Lysias, rogauit quidnam hoc esset. Condignum quippe Christiani pectoris ornamentum pariter, ac munimentum Crucis tutelare vexillum a Christianis iugiter habitum est. In præmemoratis autem actibus proluxa eiusdem martyrij enarratio, quo vir beatissimus in agone feliciter cõsumatus est, subtextitur.*

4 In fine itidem in Hispanorum chronicis sub anno Christi 791. recensetur exemplum, quod & a Baronio to. 9.

In ea tres imagines diuinitus insculptæ apparent

Martyrium S. Procopij. Baron. in ann. Eccl. to. 3. an. 308.

Sur. to. 6. dec. 13. Orestes milites Crucem auream collo appensum portans, quæ illum Christianum producit.

Alphonso Hispanie Regi erga Crucem pietas.

H. S. Andr. p. Le B. breu. tom. die 30. die

raus gemis, auro inter. ngui quan. ceperunt

ys. l. d. r. Crux.

o. Niz. a. 4.

opius em ex abet

eademque anno his plane verbis describitur: *Decoratur etiam orientalis Ecclesia angelici miraculi nouitate. Dum enim quadam die Rex Alphonsus haberet casu coram se pondus auri splendidissimi, & quosdam lapides pretiosos, cogitare cepit intra se, quomodo ad opus diuini altaris inde Crux fieri posset, ita sancta deuotione Regis existente. Cum post auditam Missam a templo nostri Saluatoris regale palatium peteret, obuiam habuit duos angelos in figura peregrinorum, qui se aurifices esse dixerunt. Rex autem Alphonsus illico tradidit eis aurum & lapides, & iussit illis dari domum, in qua possent sine impedimento hominum operari. Vides interim nobile Angelorum præstitum conslandæ Crucis obsequio ministerium. Ad cætera prosequamur: Sed Rex dum pranderet, ad se reuersus, quibus personis dederit aurum, inquit, & statim vnum post alium legatum misit, ut viderent, quid ignoti artifices agerent. Iam ministri domus fabricæ accedebant, cum subito tanta lux intra domum resplenduit, ut non possent eam oculi humani aspicere præ nimia claritate. Et cum nuntiatum Regi fuisset, cito accurrit ad domum, & crucem solum sine artificibus reperit, atque totam domum sicut sole irradiatam. Rex autem accipiens benedictam Crucem, conuocato omni clero, cum laudibus, & hymnis Deo gratias agens, eandem super altare sancti Saluatoris reuerenter posuit. Audis ex hoc ambrosiosas supernorum ciuium manus in Crucis efformando signo elaborasse, & erga victoriale Christi symbolum, promeritumque signo salutis cultum hominibus præmonstrasse.*

5 Nec vero hic vlla ratione reticendum est, quod ex Sigiberto ipsemet Baronijs historice in suis Annalibus hæc verba retexit: *Vasatensi, inquit, vrbe ad Humororum obsidione liberata per diuinum auxilium, cum Episcopus pro gratiarum actione Missam populo celebraret, respiciens rursum vidit super altare, quasi de camera templi cadere equaliter tres guttas equalis magnitudinis crystallo clariore, quæ simul desucentes in vnum coniunctæ, quasi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt, quam cum in medio crucis aureæ posuissent, ab æ gemmæ ceciderunt: seorsum vero posita infirmis dabat sanitatem: adorantibus vero imaginem sanctæ Crucis agebat deuotionem, quia pijs, & mundis clara, immundis obscura*

videbatur. hæc in rem præsentem Baronijs. Complura autem exempla his similia sunt, quæ a nobis pro recolenda huiusmodi consuetudine afferri in medium possent, sacras nimirum ex auro cruces efformandi: sed hæc pauca interim ad instituti nostri propositum enarrasse volumus.

6 Illud autem fatendum nobis est, nullatenus ante felicissima Constantini Magni ad fidem traducti tempora Crucem publicæ populorum venerationi expositam fuisse. Id enim primus ille, post deictum Maxentium, & potenti sanctissimæ Crucis virtute profigitum laudabiliter præstitit, cum in ipsomet Romani fori vmbilico suum erigi iussit simulacrum, quod victoriale Crucis vexillum manu præfererebat, nobili hoc insuper inscripto titulo:

HOC SAPIENTARI SIGNO
VERO FORTITVDINIS IVDICIO.
CIVITATEM VESTRAM
TYRANNIDIS IVGO LIBERAVI,
ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM
VINDICANS PRISTINÆ AMPLITVDINI,
ET SPLENDORI RESTITVI.

Quod autem Crucis vexillo partam ex tyranno victoriam adscribi voluerit, illud in causa est, quod antequam dimicaturus, prope Urbem cum hoste signa contulisset, salutari signo in ære sibi præostenso, his notis ad subeundum viriliter certamen, certo triumpho omine incitatus est: *In hoc signo vinces.* Colis autem, qui vulgo *Mons Marij* dicitur, eiusdem trophæis olim conspicuus, amplioribus Constantini Augusti triumphis nobilitatus, Crucis adhuc victoriam eloquitur: ibi enim ædicula olim in Crucis honorem erecta perstat, idemque collis vulgo, *Crucis Montis Marij* nomine appellatur. Quod autem Crucis potentia triumphus iste reuectus fuerit, ex notis ipsis, quibus triumphalis Constantini Arcus iuxta Titi Amphitheatrum inscriptus est, legentibus euidenter patet. Senatus enim, Populusque Romanus partâ haud inanibus Dijs, vt mos erat, victoriam adscripsit, sed vt Constantino obsequeretur, eam diuinitus obtigisse confessus est, ne Christo videlicet totus ille honor palam cederet, & Christianorum religio iam pedem in Vrbe fixisse videretur; his igitur no-

Bar. an. 791,
10, 9.

Angeli in specie aurificum Crucem auream Alphonsi constituunt

Crux quando publicæ populi venerationi exposita fuerit?

Bar. an. 3, 12.

Constantino victoriam Maxentio vulture Crucis reportat.

Baron. an. 5,
no 541.

Gemma in ornamentum Crucis diuinitus pluit.

tis infulptis, & sibi & Imperatori Senatus consultum voluit, videlicet: *Instituto Diuinitatis*. Constantinus autem ad amplificandum salutiferę Crucis cultum nil antiquius habuit, quam sacrosanctę Crucis signum vbique erigere, erectumque Vrbs munimento dicare. Quapropter in augustissimis Apostolorum Petri & Pauli sepulchris Cruces aureas, vt iam supra diximus, reponi curauit; quin immo & in suo Constantinopolitano Palatio auream Crucem pretiosis vndique gemmis refertam effingi præcepit, quod Eusebius his plane verbis refert: *Tantus item & tam diuinus amor Imperatoris animum complexus est, vt in ipso palatij introitu in edificio omnium excellentissimo in medio tecti laqueari inaurato in tabula maxima explicata salutaris passionis insigne ex lapillis pretiosis cuiusque modi, auroque multo polite elaboratis confectum fingendum curauit.*

7 At Constantinum Imperatorem pijssimum cæteri deinde Christiani principes paripietatis ardore emulati sunt. Inter hos autem præcipue extitere summi Pontifices, qui eiusmodi Cruces Stationales olim dictas in Ecclesijs super altari reponere, & in publicis supplicationibus solemniter deferri voluerunt, quod maxime Prudentius ad Urbem Romam lib. contr. Symmachum his carminibus enarrat.

Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,

In quibus effigies Crucis, aut gemmata

refulget,

Aut longis solido ex auro præfertur in

hastis.

Sed præ cæteris locupletissimus huius rei testis est Anastasius in descriptis Pontificum eorum gestis: cuncta vero, quæ ad rem pertinent, longum nimis, ac superuacaneum foret hic singillatim recensere.

8 Hac igitur de causa, vt vides amice lector, pretiosę olim solerti peritaque artificum manu Cruces efformabantur; vt scirent omnes, inquit Baronius ex Chryostomo de adoratione Crucis, *Crucem fontium olim supplicij infamam, ipso visu horrendam, ore nefandam, & horrore cauendam, ex quo eam pro salute hominum Christus Redemptor noster sponte subiit, iam fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam,*

atque gloriosam; pari quoque ratione spiritualemente Crucem, id est, intimam suimet ipsius abnegationem, quam Dominus sectatoribus suis amplectendam iniunxit, pretiosam iure merito dici posse quis non videat, ob æternam videlicet glorię mercedem & præmiorum spem, quæ aduersa huius vitę perferentes indubitanter expectant. Pretiosa enim (ait Psalmista) in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Hinc est quod in marmoreo præ cæteris ipsius Probi Sarcophago, vt apud Vaticanam Basilicam videre est, Christi Saluatoris Crucem auream gemmis affabre excultam præferentis imago adumbretur: cauebatur enim a Christianis eiusmodi factis, vt ipsius signominiam Crucis atque horrorem, quem intus hausisse videbatur, ex hominum animis omnimode abolentes, decoram eiusdem faciem, ac plane desiderabilem intuentibus exhiberent.

Christiani igitur latentem dominicę Crucis decorem lynceis oculis aspicientes, haud hanc vltro diuina ope muniti subire reformidabant, sed Christi potissimum exemplo excitati, qui Crucis vexillo tartarum subegerat, & triumphum stygio ex hoste reuexerat, haud Crucem, vt perpetui dedecoris notam, & reorum insigne, sed velut nobilissimum triumphum vexillum, & salutis humanę symbolum toto animi ardore complectebantur, quippe qui ea potissimum mente reperebant, quibus deinde Augustinus condignis ipsiusmet Crucis gloriã laudibus cumulauit: *Attende, inquit, gloriã Crucis ipsius, iam in fronte Regum Crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt: effectus probauit virtutem. Domuit orbem non ferro, sed ligno.* Sed de his ha-

tenus, cum diuinum Christianæ

fidei, quod in Cruce rutilat,

mysterium silentio ma-

gis præset, quam

vocis obse-

quio

persona-

re.



CAP. XV.

De veneranda Christi Domini Virgam manu præferentis imagine.

Virga signum Regale.



Virga signum correctionis, ac disciplinae.

Psal. 44.

Euf. firm. c. 2.

Ibid in gloss. Exod. 17.

Psal. 2.

Cassiodor. psal. 2. 42.

Virga insigne Messie.

Perr. Gal. 14. c. 4.

MULTIPLICIBUS quidem modis veneranda Christi Domini Saluatoris imago pia fidelium manu coloribus exprimi consuevit. Interdum enim ipsemet Dominus virgam manu gestans affabre pingitur: quod sane peculiaribus neutiquam vacare mysterijs sapientissimi Patres a Spiritu sancto edocti existimarunt. Hoc enim est, quod Regius Propheta olim in Psalm. prædixerat: *Virga directionis, virga regni tui*. Quocirca & Eusebius, *Virgam* ait *regale signum* existere, illud insuper concinne in rem præsentem adiciens: *Virga Domini, Regni significatio, vel correctio disciplina est*. Idem plane, conceptifque ad rem nostram verbis S. Isidorus affirmat: *Virga, inquit, est verbum directum, regale, plenum potestatis, in signe Imperij*. Verum Cassiodorus eisdem mirifice adstipulatur, dum illa Psal. 2. verba dilucidans, *Reges eos in virga ferrea*, *virga, ait, potestas regalis significatur*. Et illa item Psal. 42. verba explanaturus: *Virga directionis, virga Regni tui, hæc habet: Hanc enim virgam regij honoris, & insigne sceptrum dicebat antiquitas, designans in ea virtutum Regem Dominum Saluatorẽ*. Sed miro ingenij acumine altiora mysteriorum arcana Petrus Galatinus attingens, virgam, quæ in ipsius Domini dextera locata est, eundem Messiam præsignare ait. Sed eius hic quæso verba excepiamus: *Rabbi Kimbi in libro Scerassim ita de Messia ait: Vocatur Messias Princeps, & Dominator. Mos enim dominantis est, ut sit virga in manu eius: & quia virga disciplina plebis in manu ipsius erit, ideo Mehokec etiam dicitur, quod scribam significat*.

2 Sacerdotalis quoque, & Pontificia dignitas, eiusdemque munus virgæ

symbolo prænotari idem, qui supra, asserit, quod Guillelmus Durant. his plane verbis affirmat: *Virga pastoralis potestas intelligitur sacerdotalis, quam Christus ei contulit, quando Apostolos ad prædicandum misit, præcipiens eis, ut baculum tollerent. Quod erudite admodum ipsemet Innocentius III. edocuit ex verbis Psalmi 22. Virga æquitatis, virga regni tui: nimirum, virga Pontificis Christi potestatem significat*. Et hæc enarratis hæc tenus subdit: *Verum potestas Christi non solum virga, sed baculus est, quia non solum corripit, sed etiam sustentat. Unde et psalmus: Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. At vero virgam, & baculum ita plerumque hæc super re differentes orthodoxi Patres accipiunt, ut vnum idemque submultiplici nomine designari pronuntient. Quapropter Cassiodorus loco quem supra citauimus, de vtrisque agens sic ait: *Hæc virga est, quæ constringit ad vitam: Hoc baculum, quod continet imbecilles. Hoc sceptrum, quod de mortuis viuos facit. Et in Psalm. 22. Virga pertinet ad iustitiam, & fortitudinem Domini Saluatoris*. Demum Gloss. in Exod. cap. 7. virgæ symbolo doctrinam prænotari his plane verbis affirmat: *Per virgam doctrina significatur: eo quod antiquitus in signum doctrine a doctoribus portabatur. Cum igitur Dominus Deus noster, Regum Rex, summus Sacerdos, doctorque sit noster, merito cum virga regia, sacerdotali, magisteriali que representabatur. Virga igitur velut regale sceptrum, & Regij, ac Sacerdotalis item muneris insigne, dum Christi manibus aptatur, haud obscura intuentibus mysteria propinat. Ex quibus profecto altius rem contemplantibus palam fit, quorsum Christiani olim Christum, manu virgæ præferentem frequenter in Cœmeterijs pingerent, ut æterni viderent Sacerdotij eiusdem potestatem inter conspiciendum meminissent, & opportuna auxilium Dei subsidia his, qui velut viribus imbecilles ad ferenda legis onera minus idonei haberentur, haud vnquam defutura huiusmodi præmoniri symbolo intelligerent. Sed de his hæc tenus.**

Virga potestatem sacerdotalem significat. Guill. Durant. Rat. diu. off. 3. c. 15.

Innoc. 3. l. 1. myst. uis.

Cassiod.

Gloss. in ps.

Gloss. in Exod.

Virga solum doctrinæ.

CAP. XVI.

De Christo Domino volumina manu præferente.



CHRISTIANIS sub hac ite typica forma Christum Dominum Cœmeterialibus in tabulis interdum exprimendi mos extitit, vt volumina manu gestaret; nec istud quidem symbolum mysterio vacuum pronuntiandum est, vt mox explanabimus. Verum enimvero cum volumina, quorum sermo recurrit, alia quidem complicata ac inuoluta, alia vero patentia, aperta que coloribus adumbrari contingat, nunc singula nobis diligenter pro viribus elucidanda sunt. Sacras quoque inter imagines nonnunquam ipsemet Christus Dominus voluminem quoddam explicitum adstanti humiliter Petro exporrigens representatur. Cuius quidem rei mysterium eruditissimis rationibus edisserens Guillelmus Durant. explicat, atque illud potissimum adnotat, Patriarchas videlicet & Prophetas vnâ cum inuolutis rotulis pingi antiquitus consueuisse: *Quia nimirum ante Christi aduentum fides, inquit ille, figuratiue ostendebatur, & quoad multa in se implicita erant. In manibus ergo Domini expansum videtur volumen tradi Petro, quia Apostolis, vt habetur Luca 24. aperuit sensum, vt intelligerent scripturas.* hæc in rem præsentem erudite Durant. Expansum item, quod pictura exhibet, volumen ad illum mystice librum referri videtur, cuius intima quæ latent, immaculati duntaxat ministerio Agni Ioannes Apostolus in Apocalypsi reuerata fuisse pronuntiat.

2 Porro vt de alijs item multiplicibus voluminum formis edisseramus, plura quoque alicubi volumina in cistis ad ipsius Domini pedes locata affabre coloribus exprimuntur, quæ si librorum, sacrorum paginas præsignare dixerimus, haud vllum inde absurdum consequetur quod minus veritati consonet; tum maxime cum octo in nonnullis Cœmeterialibus tabulis picta volumina exhibeantur, quæ octo canonicos videlicet, receptosque vnanimi ab Ecclesia confensu sacrorum bibliorum libros mystice innuant, iuxta id quod Hieronymus in Prolog. Galcat. in lib. Reg. prolixius edisserit. In alijs vero, quæ interdum occurrunt, imaginibus tredecim numero delineati conspiciuntur, quæ quidem recolenda volumina, quinque primum a Moysè digestos, & octo subinde Prophetarum libros iuxta summariam præhabitamque a Sixto Senensi distinctionem commode præsignare intuentibus queunt. Interdum quoque veneranda Christi imago vnâ cum panibus intracistas ad eiusdem pedes positas visitur: quandoque vero efficti in ipsismet manibus panes exhibentur; de quibus supra prolixè satis, dum opportuna rei suppeteret occasio, disseruimus. Apto igitur Christiani symbolo, quippe qui sacrarum iugiter, vt par est, scripturarum oracula venerabantur, e quorum promptuario diuinorum arcana mysteriorum haurire fas est, cum Deum scripturarum paginarum auctorem mente recolerent, ac fide teneret: omnis quippe veritas, quæ Catholicæ Ecclesiæ quouis tempore Spiritu Sancto edocente innotuit, reuelata a Deo est, merito Saluatorem Christum Dominum, quem velut æterni Dei Filium & Patris Verbum nouerant, & Deum quoque sciebant, tanquam totius Euangelicæ doctrinæ assertorem, promulgatoremque vnâ cum voluminibus eundem symbolice exprimebant. Sed hæc interim lectori prælibasse satis sit.

CAP. XVII.

De imberbi Christi Domini Imagine.



VM scire singula, quæ a Christianis quondam intuentium oculis obijciuntur, peculiaribus mysterijs imbuta sint; inde fit, vt haud otiose in antiquis plerumque Cœmeterialibus tabulis Christianorum studio elaboratis, imberbis Christi Domini ima-

Hier. in Prolog. Galat. in lib. Reg.

Sixt. Sen. l. 1. p. 4.

Christus Dominus imberbis depictus, & quare?

volumina in-
ura, & ex-
cisa quid
insistent?

Durant.
l. 1. tit. 3.

l. 24.

l. 5.

volumina
Agni Christi
imberbis
& quare?

imago contēplanda exhibeatur, quamvis præclara eius gesta, quæ interdū ob oculos pennicillo repræsentari contingit; completo iā trigesimo ætatis anno præfita fuisse innotescat, inter quæ præcipue illa adscribenda sunt, quæ nuper recensuimus. Nec vero temere, & absque mysterio id a viris sapientissimis usurpatum fuisse quis credat, sed vt rem alius contemplantibus huius obiectu imaginis palam fieret, apud Deum scilicet, cui sua sola coexistit æternitas haud inuictarum quidquam, haud quid omnino præteritum, sed cuncta plane immensæ eiusdem æternitati præsentia, nullaque profus præscribente temporum differentia, omnia noua iugiter computari. Quod satis eleganter discretissimus edocuit Philo Hebræus, hæc dicens: *Sed a Deo nunquam senescente, semperque inuene noua recentique bona copiose accipiendo discant credere, non esse quicquam vetus apud Deum, aut omnino præteritum, sed subsistens absque tempore nascensque, &c.* hæc ille.

Philo de sacrificiis, & Cain

Christus adalaræ ætate depictus, eiusque mysterium.

Io. 1.

Orig. de. 1. in iudic.

Sancti ætate iuuenili depicti, & quare?

2 Verum enimvero in quibusdam item sepulchralibus Cæmeteriorum tabulis Christus interdum, imberbi quidem facie, at adulta ætate præditus repræsentatur, eam nimirum (si nobis opinari fas est) ob causam, vt idem, qui vt Ioannes ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Idem, inquam, dignissimus totius creaturæ primogenitus agnoscat, & in nouissima mundi ætate ad optatam humani generis perficiendam, stabiliendamque salutem ipsummet corporali forma indutum venisse comprobetur, vt Origenes his plane verbis asserit: *Quando venit in corpus humanum, dicit in exordio: Nescio loqui, quia iuuenis ego sum. Iuuenis propter dispensationem, quia in consumptione iam seculorum, & in extremum huius vitæ tempus aduenit.* hæc Origenes.

3 Porro imagines, Abrahami, Noëmi, Moyfis, Eliæ, cæterorumque huiusmodi, quæ imberbi quidem facie pictæ exhibentur, aliud intuentium oculis mysterium præferunt, iustos videlicet viros iuuenum instar ætate florentes, in eodem iugiter vigore, & tum animi,

tum corporis alacritate persistere, quod ipse Chrysofomus in hæc plane verba edocuit: *Iustorum anime iuuescunt, vigent, & in ipso ætatis flore semper consistunt.* Idemque nobis de Angelis affirmandum videtur, qui etsi incorporei sunt, iuuenili tamen facie pinguntur. Merito igitur iure Christiani, qui perennem in Cælo vilo absque termino vitam, & diem illam, qui occasum nescit, expectabant iugiter, expectabantque, vt futuræ nouitatem vitæ ipsomet symbolicæ imaginis prospectu addiscerent, Christum iuuenili ætatis flore pubescentem pingebant: quippe qui fidei rudimentis imbuti, probe iam noscent, nos quoque qui hic interim degimus, oportere conformes fieri imagini Filij Dei, & in mensuram ipsam ætatis plenitudinis Christi tandem, vt ait Apostolus, fore prouehendos, necnon Propheticum illud oraculum, quod cuique Christianorum optime consonat, animo iugiter subesse: *Renocabitur, vt aquila iuuenitus tua.* Sed quæso ad alia orationis stylum conuertamur.

Iustus symbololum iustorum. D. Chryf. h. 10. in ep. ad Rom.

Angeli cur facies iuuenili pingantur.

Apost. ep. ad Rom. c. 8.

1. sal.

CAP. XVIII.

De Christo Domino Pastoris formam exhibente.



ANTIQVI Christiani, quorum singula diuinitum gesta, tum verba mysterijs redundabant, peculiari pietatis ardore, & charitatis affectu permoti, sapissime Christum Dominum sub Pastoris forma intuentibus contemplandum proponere consueuerunt, celeberrimam illam Pastoris videlicet, qui dilectam humeris ouiculam desert, parabolam respicientes, quam pluribus quidem sermonibus eleganter Lucas Euangelista describit, & quam ipsemet Dominus aliquando Ioannis capite decimo edisserens, sibi met palam congruere, hæc dicens affirmat: *Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Et paulo infra

Christus Dominus in hac bira pastorali.

Luc. c. 15.

1. 10.

ci-

eidem parabolæ insistsens, hæc subiicit : *Alias oues habeo, & illas oportet me adducere.* Et Matthæi 26. & Marc. 14. parabolicas loquendi formulas sibi dumtaxat consonare illis verbis comprobatur : *Percutiam Pastorem, et dispergetur oues gregis.* Quam sane parabolici sermonis phrasim clarioribus adumbratam coloribus beatissimus Apostolus Petrus prima, quam conscripsit, Epistola ad rei nostræ propositum concinne aliquando explanauit : *Eratis enim, inquit, sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarum uestrarum.* Ac si ad vnum totius Saluatorem Orbis Christum, ad quem ouilis, & ouium eura singulariter pertinet, pastoris item nomen, & vnâ cum nomine munus pertineat.

2 Hoc igitur speciosum amoris symbolum, quod Pastoris imago præfert, familiare præ cæteris, ac vltatum præcipue Christianis semper exiit. Singula enim fere Cæmeteria Euangelici Pastoris imagine illustrantur : *Et huius quidem generis imagines, vt Baronius ait, complures inspeximus in antiquissimo Priscille Cæmeterio Via Salaria anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, Vrbe restæ atque admirande effosso.* Quod Pastoris symbolum frequenti vfu receptum non in ipsis Cæmeterialibus tantum imaginibus, sed in sacris item calicibus, ac alijs ministerialibus sacrificiorum vas Christiani vsurpabat, vt ex ipsomet Tertulliano lib. de Pud. legendibus liquido constat, vbi isthæc ille in rem præsentem enarrat : *A Parabolis licebit incipias, vbi est ouis perditâ a Domino requisita, & humeris eius reueta. Procedebant ipse pectus calicum uestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio Pecudis illius, utrumme Christiano, an ethnico peccatori de restitutione conueniat.* hæc Tertullianus venerandæ quidem antiquitatis asseritor, sed sanæ, illibatæque doctrinæ parum consonans, ac sibi minus constans : perperam enim, vt Baronius in suis Annalibus adnotat, præclaram Christi Parabolam interpretatur, cum sub deperditæ ouiculæ symbolo ethnico dumtaxat, qui ad fidem accedunt, nulatenus vero Christianos, qui in crimen aliquando lapsi, ad pœnitentiæ postmodum subsidia confugiunt, intelligendos

velit : quod suæ mordicus ille sententiæ inhærens, ibidem cap. 10 hæc dicens repetit : *Patrociniabitur, inquit, Pastor, quem in calice depingitis.* Huiusmodi autem allusione verborum, ministeriales illos calices, de quibus sermo agitur, vitreos fuisse euidenti animaduersione coarguit. Vitreos quippe in venerando sacrosancti olim Altaris ministerio calices vsui fuisse, plurimorum quidem sanctorum gesta, probatorumque testimonia Patrum conuincunt, quæ idem Iuse Baronius in suis ad Martyrologium notis v. i. Idus Augusti recenset. Nam vt de cæteris taceamus, ex ipsismet martyris Donati gestis calicem sanctum a paganis perfractum, diuina virtute ab eodem reitauratum fuisse perhibetur, cuius quidem rei nobilis memoria in Martyrologio Romano his verbis recollitur : *Aretij in Tuscia S. Donati Episcopi, & mart, qui inter cætera virtutis opera, vt scribit B. Gregorius Papa, fractum a paganis calicem sanctum orando instaurauit.* Quod autem calix iste vitreus fuerit, eiusdem acta declarant. Vitreus quippe calix, & patena item vitrea in sacris olim ministerijs, vt Baronius enarrat, adhibebantur. De patenis quippe vitreis in lib. de Roman. Pontific. in Zephyrino Papa : de vitreo autem calice Hieronymus epist. 4. ad Rusticum de S. Exuperio Tolosano Episcopo agens : *Nihil, inquit, illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.* Rursus etiam Cyprianus Gallus in vita S. Cæsarij Arclatenis Episcopi, qui Theodorici Regis Italiæ temporibus claruit : *Annon, inquit, in vitro habetur sanguis Christi?* A temporibus autem Apostolorum vitreus in vfu calix fuisse videtur. Vnde Marcus Hæresiarcha illis temporibus proximus, & ipse Catholicam Ecclesiam æmulatus, vitreo vtens calice in suis sacris, vt Baronius refert, impostura quadam per magicam artem exhibitâ populum dementabat, dum vini color albus, qui foris apparebat in vitro, quibusdam præstigijs mutabatur in rubrum, adeo vt vinum conuersum in sanguinem fuisse videretur. Vitrei autem calicis vsus in Conc. Rhemensis, quod temporibus Caroli Magni celebratum est, laudabiliter quidem, vt Baronius asserit, ob periculum, quod materiæ fragili

Id. Terr. c. 10. de pudic.

Calices vitrei in vfu apud antiquos Christianos.

Bar. in not. ad Mart. 7. Aug.

Lib. de Rom. Pont.

Hier. ep. 4. ad Rust.

Epiph. in Pan. Bar. 34.

Bar. in not. ad Mart. Re. die 7. Aug.

Marcus Hæresiarcha calice vitreo vtens præstigijs populum dementabat.

gili immineret, sublatus est. Stannæ item antiquis vasa, & quæ ex rudi, atque ignobili materia constarent, fictiles quoque ad sacrosancta Altaris mysteria calices vsui quondam extitisse, vel inde compertum fit, quod apud peruetustam B. Anastasiæ de Vrbe Ecclesiam calix ex fictili materia eleganter compactus, velut nobile venerandæ antiquitatis monumentum suspiciendus ad hanc vsque diem asseruetur, qui ipsimet Diuo Hieronymo Ecclesiæ doctore, & eximio Christianæ pictatis, ac paupertatis cultori, vt pia fert traditio, inter sacra altaris ministeria, ad pretiosi videlicet Christi sanguinis sacrificium offerendum vsui extitit. Porro quam splendida olim extiterint vasa sacris destinata ministerijs, vel dum gentilium persecutiones recrudescerent, si quis nosse cupit, Optatum Mileuitanum de persecutione Diocletiani hæc dicentem, vt supra diximus, consulat: *Extant ex auro, & argento quam plurima ornamenta, &c.* Præterea Gregorius Turonensis lib. de glor. Mart. Vasa sacra ministerialia argentea è cryptis, in quibus sancti Martyres sacra peragentes delitescabant, effossa fuisse enarrat, vt tam diximus. Et quidem eorundem splendor adeo excreuit, vbi Ecclesia a persecutoribus paululum respicere cœpit, vt eadem ipsis gentilibus admirationi existerent: quapropter Iulianus ille Præfectus Orientis, & alterius impij Iuliani Apostatae auunculus, isthæc Antiochiæ, vt Baronius ait, obtupescens dixit: *En quam sumptuosius vasis Filio Maria ministratur.* Audis quantum splendoris Ecclesiæ, eiusdemque ministerijs accesserit, dum a vitro, vitreisque calicibus ad argenteos, aureosque munifica Christianorum manu impensos transitum fecerit. Plura autem, quæ in scem præsentem afferri possent, nos interim consulto, ac breuitatis gratia prætermittimus.

3 Sed his obiter enarratis, vt ad locum, vnde discessimus, propositi memores, reuertamur recolendam Euangelici Pastoris imaginem magnus ille animo pariter, ac meritis inter Imp. Constantinus in ipsius Constantinopolitani fori meditullio omnium quidem oculis contemplandam proponi iussit, vt Eusebius in conscriptis eiusdem gestis locuples

testis in hæc plane verba enarrat: *Videas etiam adhuc licet apud fontes in medio foro positos Pastoris præclara symbola illis, qui sacris literis eruditi sunt, satis cognita.* Porro ex Euangelicæ huius, quæ tam frequens antiquis extitit, exhibitione, parabolæ plurimum quidem emolumentum, & in aduersis quibusque leuaminis haud modicum Christianis vltro suppetebat: quippe qui sub vnus, eiusdemque parabolæ, quam meminerant, cortice, serua eisdem mente contemplari liceret, quot videlicet ac quantis laborum incommodis ad tuti septa ouillis reuocata, ac indefessa Christi Saluatoris operæ aberrans quondam ouicula redux effecta tuto tadem Pastoris optimi sinu recepta fuerit. Quod eleganti quidem sermone Tertullianus hæc dicens expressit: *Ouem patientia Pastoris requirit, & inuenit: nam impatientia vnâ facile contemneret, sed laborem inquisitionis patienter suscipit, & humeris insuper aduehit baiulus patiens peccatricem derelictam.* Admiranda insuper Saluatoris Dei humilitas ab ipsidem percipi ex illis commode poterat, vt Augustinus discrete illis verbis expendit: *Ouem, inquit, perditam omnes peccatores dixit, qui per penitentiam recõciliantur Deo: quam humeris suis portat, quia humiliando se, tales ex exit.*

4 Ex præmemorata item parabola, haud satis vnquam pro merito prædicandam Christi, qua se pro nobis libenter impendit, charitatem palam fideles edocebantur: deperditæ quippe vnus ouiculæ, quam deperibat, amore illectus non e cælesti duntaxat regno in hæc infima se vltro demittere, ac humanæ carnis formam induere, nostrorumque criminum pœnis obstringi, verum & ipsiusmet Crucis subire patibulum, & acerbissimum mortis genus sponte pijsissimus Dominus perpeti neuitquam indignatus est, vt prophético imbutus spiritu longe ante illis plane verbis Isaias prænuntiarat: *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Et beatus item Petrus totius Apostolici ordinis princeps satis perspicue in hæc verba disseruit: *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Inexhaustam Dominici pectoris charitatem Gregor. Nazianzenus oratione in Christi Natiuit. illis plane verbis admirandus con-

Euseb. l. 3. c. 41
in vit. Con.Mysteria E
gura PastoriPatientia
labor Boni
Pastoris.Tert. l. de pa
c. 12.Humilitas
ni Pastoris.S. Aug. q. 8.
l. 2. q. 32.Charitas Bo
Pastoris.

Isa. c. 53.

Petr. ep. l. 1. c.

Opt. Milecon
Parr. l. 1.Greg. Tur. l. de
glor. Mart. c. 38.Theod. hist. l. 3
c. 13.Imago Pasto
ris in Foro
Constantino
poli a Constã
tino posita.

celebrat: An propterea, inquit, parvus est, quia propter te humilis, qua bonus ille pastor, qui animam pro ouibus posuit, ad errantem ouem venit, & ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & vagantem inuenit, & inuentam iisdem humeris, quibus & Crucis lignum sustulit, sublatamque ad supernam vitam reduxit, subuectamque eodem, quo eas, que nunquam a grege aberrarunt, loco numeroque habuit, &c. hæc Nazianzenus in Euangelici Pastoris symbolum congerit.

5 Qua item ratione ubi de ouibus Ambrosius sermonem aggreditur, illa psalmi 118. verba dilucidat: Errauit ouis, que periit. Ait igitur: Denique inuentam pastor ouem humeris imponit suis. Agnoscat utique mysterium, quomodo ouis lassâ reficiatur: quia non potest aliter humana conditio lassare creari, nisi Sacramento Dominice passionis, & sanguinis Iesu Christi; cuius principium super humerum eius: in illa enim Cruce infirmitates nostras portauit, ut ibi omnium peccata euacuaret. Nee vero disertis symboliceam verbis imaginem cumulare Hieronymus destitit, qui ad Pammachium scribens, isthæc in rem præsentem insert: Dei Filius propter vnam, inquit, morbidam ouem, nonaginta nouem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit, & suis humeris portauit ad Cælos, biuulans & patiens delicatam peccatricem. Et in suis item super Isaiam elucubrationibus hæc subiicit: Iste qui postea in maiestate venturus est, prius formam pastorem accipit, qui dicit ipse de se: Ego sum Pastor bonus. Huc usque super proposito Pastoris typo Hieronymus. Demum Glos. in cap. 15. Lucæ enarratis hæcenus constanter hunc in modum adsupilatur: Ouem in humeris posuit, qui humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit: vnde humeri Christi, Crucis brachia sunt, illic peccata nostra deposuit, in illa nobilis patibuli ceruice requieuit.

6 Verum cnumero ex obiecta sibi ante oculos aberrantis ouiculæ parabola, quam Pastor amantissimus haud derelictam perire sustinens, adeo sollicitè requisit, Christianæ fidei sectatores, qui sacra tunc Cœmeteria excolentes, omni mititate præditi, tanquam oues carnificum furori patebant, firmam utique animo spem haurire poterant,

Tom. II. Rom. Subt.

protegente Deo, qui Pastoris iugiter affectum exhibet, inter ærumnarum, ac persecutionum, quibus impetebatur, procellas deserendos nequaquam fore. Quod palam Hieronymus docuit, dum illa Ecclesiastici verba sapienter expendit: Et Deus queret eum, qui persecutionem patitur. Sed quæso, lector, Hieronymum excipiamus: Sicut autem plucet, inquit ille, quasi proprio legere principio, & Deus queret, &c. vtatur hoc testimonio in persecutione gentilium ad consolandum eum, qui in martyrio perseuerat. Et quia omnes, iuxta Apostolum, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur, habent consolationem, quia Deus querit persecutionem patientes, sicut requirit sanguinem interfecti, & venit querere quod perierat, & erroneam ouem suis humeris ad gregem reportauit, &c. hæc Hieronymus cum Euangelici Pastoris charitatem inculcat.

D. Hier. Eccl. 6. 22

7 Sed vt singula, quæ latent, mysteria pereurramus, oportet quoque futuræ resurrectionis symbolum validis inde fideles ad id argumentis permoti conijcere poterant, vt diserte præcæteris antiquissimus ille inter scriptores Tertullianus intulit libro, quem de resurrectione carnis inscripsit, ex illis potissimum Lucæ verbis: Venit Filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat: In primis, inquit ille, cum ad hoc venisse se dixit, id est, Christus, vt quod periit, saluum faciat, quid dicas perisse? hominem sine dubio. Totumne, an ex parte? utique totum: siquidem transgressio, que perditionis humane causa est, tam animæ instinctu ex concupiscentia, quam & carnis actu ex degustatione commissa, totum hominem elogio transgressionis inscripsit, atque exinde merito perditionis implet. Totus itaque saluus fiet, qui periit totus, delinquendo totus, nisi si & ouis illa sine corpore amittitur, & sine corpore reuocatur. Nam si caro quoque eius cum anima, quod pecus totum est, humeris boni Pastoris rebitur, ex utraque utique substantia restituendi hominis exemplum est, &c. hæc ad rem Tertullianus ex Pastoris, cui ouis credita est, symbolo Resurrectionis imaginem opportunis verborum coloribus adumbrans.

Ouis erronea in humeris Pastoris symboli resurrectionis.

Tert. de resur. car. 4. 30.

8 Nee vero cum vnam duntaxat quæsitam ingenti Pastoris sollicitudine ouiculam, eiusdemque humeris blande

Ouicula in humeris Pastoris symboli humane nature

A a a sub-

Not. er. d. crit. nat.

is erratica iomodo a store redunda. Ambros. in. 118.

ist. ep. 61. Pam.

1. 4. 10

in 6. 15.

cia quæ sum a fidi bere de-

sublatam, ac festiuis subinde amplexibus exceptam noscent, præconceptæ quidquam animo eorumdem spei interlabi poterat: vnus enim ouicula, quam contemplabantur, symbolo totum plane humanum genus designari ex Euangelicis oraculis iam probe tenebat: quod inter alios præcipue Hilarius illis verbis testatur: *Ovis vna homo intelligendus est, & sub homine vno vniuersitas sentienda est: sed in vnus Adæ errore omnium hominum genus aberrauit, &c.* Nam viros alioqui sapientissimos nullatenus quidem latebat, immensum videlicet supernæ bonitatis sinum, quo cunctos dulciter fouere, blande excipere, amice complecti consuevit, singulis quibusque præsto iugiter esse, ac benefica eiusdem munera æque cunctis ac singulis liberaliter prouenire. Tantumdem enim pro vnica ouicula laboris, quantum pro omnibus impendit, nec vnâ quidem inter tot desiderari passus: *Nullam enim (vt ille ait) se habere putauit, si de numero sua vna periret.* Quod egregie in præsentem parabolam Chrysostomus adnotauit: *Ideo denique, inquit, & in illa boni Pastoris parabola non dicitur, quia venit multas oves querere, sed vnâ: vna namque est, quia sic omnibus, quasi vni diuina beneficia conferuntur.* Demum vt reliqua, quæ hic cõmode interferi possunt, prætereamus, & breuitatis gratia, quæ in eadem edisserenda parabola ab orthodoxis Patribus animaduersiones passim congestæ sunt, sileantur: hæ enim pio Christianorum eorundem studio, vt nobis credere par est, assidue præmanibus vsurpatæ altius animo infederunt. His igitur omnibus aliò reiectis, nostræ huic enarrationi, coronidis instar, annulum a sacra Christianorum antiquitate peritum, qui Pastoris Euangelici symbolum, quibusdam excelsis insuper notis, præsert, & inter Cœmeteriales exuuias re-pertum, hic tibi

Illustrissima matrona Felix
Rondanina contem-
plandum of-
fert;



Huic autem annulo Pastoris imagine singulariter exculpto illa speciosi instar tituli concinne aptari posse videntur, quæ Gregorius Nyssenus de Euangelico Pastore acute discernens in medium affert, dum Christum Dominum Pastorem optimum in hæc plane verba venerabundus alloquitur: *Vbi pascis o Pastor bone, qui super humeros tollis ouem? vna est enim ovis vniuersa humana natura, quam suscepisti super humeros, ostende mihi locum quietis, educ me ad herbam bonam ad nutriendum, voca me ex nomine, vt ego qui sum ovis, audiam vocem tuam, & propter tuam vocem da mihi vitam æternam.* hæc in rem præsentem Nyssenus. Quibus eleganter quoque Angelici Doctoris verba consonant, quæ de Christo Domino in altaris Sacramento suæ alimentato carnis pascente oues, qui pastorum omnium forma, & exemplar est, satis concinne hunc in modum Ecclesia canit, nimirum:

*Bone Pastor, panis vere,
Iesu nostri miserere.
Tu nos pascere, nos tuere:
Tu nos bona fac videre
In terra viuientium.
Tu qui cuncta seculis & vales,
Qui nos pascis hic mortales,
Tuos ibi commensales,
Cohæredes & sodales,
Fac sanctorum ciuium.*

9 Verum antequam Pastoris, cui insistimus, enarrationem absoluamus, haud studiosum interim lectore latere fas est, quod idem interdum Pastor, qui in Cœmeterialibus tabulis exprimitur, hircum aliquando, non ouem, humeris deferens coloribus adumbretur: quod quidem velut cætera, peculiari mysterio constat. Cum iusti enim viri sub ipsomet ouium typo designentur: hircorum autem vel hœdorum symbolo perditis quique moribus homines ac reprobi, vt Euangelicæ passim contestantur paginæ, quæ illud iugiter auribus insonant: *Sicut Pastor segregat oves ab hœdis.* Et infra: *Statuit quidem oves a dexteris suis, hœdos autem a fini-*

Per ouem vni-
cam tota na-
tura humana
in Euangelio
intelligitur.

S. Hil. in Mat.
1. 18.

A. H. imp. sup.
Matth.

S. C. Leg. 1. 2. de
corp. cord.

Apostrophe
S. Gregorij
Nysseni ad
Pastorem.

Nyss. ho. 2. in
Cap. 1.

Pastor car-
hircus in ha-
meris qui-
denotet.

Ovis typus
iustorum.

Hinc sym-
bolum pecca-
torum.

Matth. 10.

CAP. XIX.

De sacra Pastoris Evangelici baculum, & pastoralem fistulam manu gestantis imagine.

sinistris. Vt omnes igitur symbolico eiusdemodi typo Christum Dominum ad euocandos ad poenitentiam criminum vinculis obnoxios in terrarum orbem venisse intelligerent, hircum pariter, aptato Pastoris humero sublatum Cœmeterialibus in tabulis exhibebant, vt Theodoretus præ ceteris in illud Cant. i. Pasce hædos tuos, in hæc verba dicens asseruit: *Vult enim benignus Dominus, vt non modo iustos, verum etiam peccatores omni studio & cara complectamur. Non enim egent, inquit, qui sani sunt, medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.* Et paulo infra eiusdem propositi enarrationem hunc in modum prosequitur: *Hædorum autem nomine peccatores intelligit diuina scriptura. Hos enim Dominus a sinistris ait locatum iri, sanctos ab agnis, qui dextrarum locum obtinebunt. Nam in lege quoque pro peccatis non ouis, sed hircus ex capris mactabatur, &c.*

10 Vides igitur, amice lector, quam congrue sub mystica Pastoris imagine, supernæ viscera pietatis probi illi Christianæ fidei cultores protestarentur, & erga deuios a recto virtutis tramite propensum Dei miserantis, ac euocantis studium intuentibus contemplandum obijcerent, vt nimirum quisquis corde compunctus anteaquam vitæ errotes pertæsus, quantumuis sædas atque enormes flagitiorum laves detestatus fuisset, se vltro aberrantem paterno tamen eiusdem sinu excipiendum fore nequiquam dubitaret: *Nullum enim spernit, ait Augustinus, neminem abijcit, si poeniteo, parcat, si reuertor, suscipit, si differo, præstolatur.* Vides immensam Pastoris ouem vltro excipientis benignitatem. Sed audi quid ad Pastorem Augustinus proloquatur: *Reuocas errantem, multas repugnantem, expectas torpentem, amplexaris redeuntem.* Sed de mystica

Euangelici Pastoris imagine, quam hucusque suspeximus, hæc breuiter lecto-ri prælibanda volumus.



11 **Q**UONIAM de recolenda Euangelici Pastoris imagine, quæ Christianis frequens admodum exitit, nobis adhuc sermo recurrit,

Pastor item in perantiquis Cœmeteriorum tabulis vna cum baculo, & pastorali fistula adumbrari consueuerat. Ad eiusdemodi autem rectum, quæ latent, elucidanda mysteria, præter ea, quæ nos alibi de virga, quam Christus manu præferret, sermonem instituentes satis abunde disseruimus; nonnulla hic de baculo, qui pastoralis muneris insigne computatur, adijcere libet, quæ quidem S. Paulinus Episc. diserte quondam his plane verbis ad Florentium conscripsit: *Hic ergo Dominus & Deus noster, qui in terris visus est, & inter homines conuersatus est, pro nobis ouis, & Pastor in nobis est: quia nos inuisibili baculo, & salutari virga intus reget, vt etiam si ambulemus in vmbra mortis, non timeamus mala, quia nobiscum Deus.* Verum vt de baculo mystice, vt cœpimus loqui, prosequamur, Innocentius Papa Tertius nobile quoddam Ecclesiasticæ in baculo hierarchie symbolum agnouit, dum sermone primo Dominicali, quem post dies Paschales edidit, eiusdemodi baculo Episcopalem, vel vt melius dixerim, pastorem baculum repræsentari hæc dicens affirmat: *Bonus Pastor debet pungere lentas, sustentare morbidas, & colligere vagas, quæ tria bene significantur in baculo Pastoralis, qui est in vltimo acutus, in medio rectus, in summo retortus. Acutus vt pungat oues lentas, & pingues: rectus, vt sustentet oues morbidas & infirmas: retortus, vt colligat oues vagas, & errabundas.* Istæ concinne in baculi pastoralis

Baculum in manu Pastoris quid significet?

S. Paul. ep. ad Florent.

Baculum Pastoris symbolum Ecclesiasticæ hierarchie.

Innoc. Pap. III. ser. i. Di.

CAP. XX.

De Christi speciem Agni
præferentis ima-
gine .

dilucidationem Innocentius . Idem plane, & quidem egregie aptatis in rem verbis ab Augustino suggeritur : *Inde etiam est*, inquit ille, *quod baculus Pontificalis ex inferiori parte pungit, superius in anteriora extenditur, quia prædicator pun- gere debet vitia carnis, & mentis vires in superiora dirigere.* Et infra sanctissimus doctor eiusdem baculi formam ingeniosis obseruationibus expendens, vt- pote qui in cacumine curuus existit, & & ipsummet, cuius manu defertur, quodammodo respicit, isthæc in mysterij elucidationem congerit: *Ita tamen, inquit, quod ad sui considerationem semper redeat, ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiatur.* En quam sapida Pastoris baculis mysteriorum arcana intuentibus of- fert .

S. Aug. Glos. in Ps. 134.

Fistula Pasto- ralis quid de- notet?

Nu. Apol. or.

2 Porro vt nunc a Pastoris baculo, ad fistulam, quam Pastor inter cætera, pastoralis muneris insignia gestare con- suctum orationis stylum conuertamus: hac quidem quid potissimum designetur, Gregorius Nazianzenus plane his verbis edocuit: *Pastor gregem ad pascua ducet, & a pascuis reducet, fessumque recreabit, & alio mouebit, ac reuocabit, aliquoties quidem pedo, vt plurimum autem fistula.* Ex quibus opportune in rem præsen- tem enarratis, quam præcipue ob cau- sam a Christianis baculus Christo om- nium Pastori aptetur, videre est, vt ni- mirum se totos eiusdem imperio ac nu- tibus regendos vltro committerent, cui peculiari quidem iure cunctas regendi oues cura, atque onus incumbit, & dum singulas sapientissimis legibus sua- uiter informando demulcet, in amœnissima tandem collium æternorum pascua de- ducit. Sed de his hæc- nus .



1 **S**PECTOSO quidem Agni titulo Christus a Ioã- ne Baptista primum, salutarus est, & haud alio subinde nobilio- ri, quam Agni symbo- lo a Ioanne Apostolo passim in Apoca- lypsi mysticis potius verbis, quam co- loribus Christi Saluatoris imago adum- bratur: quapropter iure merito, qui omnium culpas ablaturus, & proprio ablaturus sanguine venerat, Agni voca- bulum apud antiquos promeruit. Ne- que Agnus dumtaxat, sed *Agnus ab ori- gine mundi occisus nuncupatus est.* De quo quidem præclaro Christi titulo apte Paulinus in rem præsentem cecinit: *Paulin. ep. 1*

Sub Cruce sanguinea nives, stat Christus in agno, Agnus, vt innocua iniussu datur hostia- letbo, &c.

Cum antiquum igitur eiusmodi sym- bolum Christianis extiterit, solempne- item iisdem extitit: quapropter qui ap- tis plerumque symbolis abditas quasque res præsignabant, vt non modo sub Pa- storis, verum etiam sub Agni typo sa- cris frequenter in tabulis Christum con- templandum oculis exhiberent. Re- demptor etenim non tantum nos bonus veluti Pastor solcite, ac studiose tueri, perquirere, ac paterno affectu regere, dignatus est, sed vel mitissimus veluti Agnus ad immolandum pro nobis duci, crucis patibulo addici, & seipsum vltro in ara Crucis libenter mactari susti- nuit: *Et ego, inquit, quasi Agnus mansue- tus, qui portatur ad victimam.* Quod Pau- linus pijsimo quidem vir ingenio prædi- tus in hæc plane verba adnotauit: *Idem Agnus & Pastor reget nos in secula, qui nos de lupis agnos fecit: earumque nunc ouium Pastor est ad custodiam, pro quibus fuit Agnus in victimam: de quo in Apoca- lypsi*

Christus D- nus sub Agni typo.

Jerom. c. 11.

D. Paul. ep. Florent.

Apoc. c. 13.



hys cap. 13. Agnus occisus ab origine manditi. hæc Paulinus, dum aptatam Christo Agni similitudinem prosequitur.

2 Porro quamplura hic proferenda in medium sacrarum paginarum oracula suppeterent, quibus sub descripto agni typo Christus Dominus, vt videre est, symbolice figuratur, sed vnum interrim præ omnibus ad rem conuincendam sanctissimi Ioannis Baptistæ Præcursoris testimonium sufficiat, qui cum a longe aliquando Christum ad se venientem conspexisset, illis protinus vocibus salutauit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quapropter hoc ipsum Ioannis testimonium haud vquam apud Christianos antiquatum, auribus iugiter Ecclesia suggerit, dum eiusdem verba quotidie in sacrosancto Altaris mysterio vsurpans, his plane verbis semel, atque iterum Christum compellat, dicens: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.*

3 Congruè igitur recolendæ antiquitatis Patres cum Christum Dominum intuentium oculis atque animis contemplandum obijcerent, mystico Agni eiusdemodi symbolo vt frequenter consueuerant, vt sæpe sæpius in ipsis Cœmetherialibus tabulis videre contingit, in quarum nonnullis venerandæ item Crucis imago multiplicibus insculptis modis exprimitur: interdum enim baculus quidam effingitur, ex quo pastoralia quædam vasa affabre elaborata pendent, vt palam munus vtrumque videlicet, quod ille pro nobis exhibuit, Agni nimitum & Pastoris adumbraretur, vt iam insupra enarratis exposuimus. Porro Crucem ipsi deinde Agno haud peculiariter absque mysterio apponebant: quia cum inter ipsa Ecclesiæ exorientis primordia, Crucis paribulum fontibus carnificum manu puniendis adhiberetur, Christum Dominum, qui totus innocentia candidatus, pro nobis tamen velut culpæ obnoxius, Cruci suffixus fuerat, haud clauis e ligno aliorum instar pendentem repræsentare consueuerant, ne videlicet qui nuper ad fidem accesserant, ex Christi probrosæ Crucis trunco affixi imagine, cui eadem forte die scelestum quempiam ac facinorosum hominem affigi conspexerant, eisdem cum fidei iniuria ex imagine

probrum subreperet, & scandalum item, ac animi deliquitum obtingeret: huiusmodi quippe triste, ac funestum ciuitum spectaculum, vt humanæ fert consuetudinis ratio, & sensus ipse dictare videtur, summopere exhorrent. Quapropter eorundem imbecillitati ad tempus caute pro animi vitibus prospicientes, Crucem duntaxat suppressa Christi e Cruce pendentis imagine effingebant: eandem insuper Crucem gemmis, vt iam diximus, egregie exultam, ornatam, & quandoq; Agnum sub ipsa consistentem affabre pingebant, vt Paulinus altero e recensitis nuper carminibus inuouit:

Sub Cruce sanguinem nunc stat Christus in agno.

Id autem præstitere, vt qui tunc temporis, quôd Crux probro erat, ex gentilitate ad fidem traducebantur, & Christo in baptisinate nomen dabant, blande, ac suauiter ad altiora Christianæ fidei mysteria intellectu assequenda prouocarentur. Haud imus tamen inficias, pie ac studiose lector, venerandam quoque Christi Saluatoris imaginem antiquis temporibus Cruci itidem exulptam aptari interdum consueuisse, verum nullatenus ante Constantini Magni tempora id præstitum est; Christiani enim longe ante quam ipsi Romani clauum Imperij obtineret, & diutino etiam temporum interlapsu, post quam felicissima eiusdem tempora Christianæ reipublicæ illuxere, Crucem & Agnum pariter iuxta Crucem, vel Agnum Crucis vexillum deferentem in sacris, vt diximus, tabulis repræsentare solebant.

4 Quamuis autem in sexta generali synodo Canon. 83. districte fidelibus interdicitum fuisse videatur, ne descripta a nobis hæcenus Agni imagine vterentur, quæ a Ioanne Damasceno oratione de imaginibus illis vtique verbis eleganter describitur: *In quibusdam, inquit, sanctorum imaginum picturis Agnus exprimitur, quem Præcursor digito demonstrat. Nos igitur veteres figuras atque umbras vt veritatis notas & signa Eccl. sibi tradita complectentes gratiam & veritatem anteponimus, quam vt plenitudinem legis accepimus. Itaque vt ad id quod perfectum est, in picturis etiam omnium oculis subijciamus, Agnum illum, qui mundi peccatum tollit, Christum Deum nostrum, loco veteris agni, humana forma*

Cruce absque imagine Crucis ab antiquis Christi. nis depingi solita.

Agnus sub Cruce olim depingi solitus. D. Paul. ep. 13

Christus Agni forma vterius exprimi non necessarium. Canon. 83 Syn. 1. Io. Dam. or. 3. de Imag.

post-

Agni nomine Christus Dominus expressus appellatus

Missal. om.

Crux vsque adis olim primebatur

Crux cum luce

posthac exprimendum decernimus, &c. Verum enimvero ut hic quæ ad rem faciunt enarremus, præterquam quod haud vquam ab Ecclesia Romana canonem illum receptum fuisse palam fit, quem admodum ipsemet asserit, ac prolixius Cardinalis Baronius noster in suis Annal. edisserit: & Binius pariter in quinti Conc. notis, quod sextum nuncupatur, vnâ cum alijs ibidem ab ipso recensitis affirmat. Certè quæ in medium protulimus ipsiusmet Canonis verba, nullatenus sacras Christi sub Agni symbolo imagines ab ipso Ecclesiæ promptuario femouendas decernunt, sed illis Christi eiusdem imagines sub humana forma affabre effictas præferendas edocent. Quod sentit Glossa in sextam synodum; cui Turcremata mordicus hæc dicens adhæret: *Tertio est, inquit ille, responsio hic in glossa, quam ponit, seu prosequitur Guillelmus in Rationali, ut hoc referatur ad picturam in Cruce, ut videlicet in Cruce Christus in figura hominis depingatur principaliter, quo depicto non obest, si etiam in parte inferiori depingatur agnus. Quinimmo ut validioribus assertio argumentis fulciatur, ipsemet Adrianus Papa in conscripta ad Tharasium Patriarcham Constantinopolitanum epistola, quæ in septima pariter synodo Act. 2. recitatur, sacran. Christi imaginem sub Agni symbolo a sexta synodo comprobata omnino fuisse disertis utique verbis affirmat, cum de synodica Tharasij eiusdem epistola, agens, in rem præsentem hæc habet: *In qua clare est expressum, quod in sexta synodi diuine & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua Agnus digito Præcursoris demonstratus graphice est insculptus, qui in typum gratiæ assumptus, verum nobis per legem Agnum,**

nempe Christum Deum indicat. *Veteres igitur typos, figuras & umbras tanquam veritatis signa, & notas Ecclesiæ traditas suscipientes, gratiam & veritatem agnoscimus, tanquam legis plenitudinem hanc arbitantes, Ut igitur & in colorum effectibus subiiciatur omnium oculis figura illa, quæ Agnum illum, qui abstulit peccata mundi, nimirum Deum nostrum, iuxta humanam effigiem delineat, censemus ab hoc tempore, pro veteri illo Agno, qui scilicet immolabatur, typusque erat Christi immolandi, vel ille, de quo Ioannes in Apocalypsi, Agnus occisus ab origine mundi, & nouum in Ecclesia Dei erigendum, quo per eum exaltationem humilitatis Verbi Dei consideremus, quo in memoriam politici illius, qua in carne vixit, item passionis eius, & salutiferæ mortis, vnde mundi liberatio contigit, veluti manu ducamur, &c. Hæc Adrianus Papa pro afferenda mystici huius Agni imagine perorasse quodammodo vixit est.*

5 Nunquam igitur Romana Ecclesia Christum sub Agni symbolo oculis fidelium repræsentare destitit, Agnum, inquam, qui crucem insuper formis multiplicibus delineatam, ac blande humeris exceptam deferret, ut in pluribus apprime inter cæteras recolendis ipsius Urbis, & Orbis Ecclesijs videre est. Ut res autem exemplis liquido comprobetur, exponendum hic nobis occurrit, quod super cathedralis Ecclesiæ Cœmeterio Septempedanæ ciuitatis, nunc vulgo sancti Seuerini in Piceno, Ioanni Seuerano viro sacra antiquitatis studiosissimo adnotare licuit, cuius perantiqua item symbolici Agni imago typis hic in lectoris gratiam expressa est, prout in Subterraneæ Romæ opere, Italico olim idiomate ab eodem edito, præferebatur.


Baro. Ann. lib. 8. an. 692.

Turcrem. Gl. dist. 3. c. 1. de Consec.

Adrian. Pap. ep. ad Tharas.

Christi Agni forma exprimi non indecorum, & vsu receptum est.





Itus Cru
svus sub
specie a
gnus Chri
s cur ex
creatur.

6 Vides igitur, optime lector, quibus potissimum primævi Christianorum rationibus permoti, Christum Salvatoré Orbis, sub Agni immaculati typo contemplandum iugiter ob oculos proponebant, vt immane videlicet Crucis scandalum, quod tunc temporis inuentium animis altius infederat, ex parte saltem leniter expungerent, ac penitus aliquando abolerent. Satagebant insuper, vt ipsomet aspectu mysticæ illius oblationis meminissent, qua Christus ex recolendis antiquorum Prophetarum, oraculis haud alio titulo, quam Agni immaculati frequëter prænotatur: quippe qui ipse vere est Agnus pro cunctorum expiatione scelerum, Agnus, inquam, ab ipsiusmet mundi primordijs occisus, & pro nobis æterno Patri in odoris suavitate immolatus. Antiqua vero, ac laudabilis ista, Christi imaginem sub Agni typo pingendi, ac efformandi consuetudo adeo apud Christianos inoleuit, vt apud Romanam Ecclesiam, quæ cæterarum omnium tum fide, tum moribus caput, & forma est, illibata adhuc perseveret. Ex candida

quippe cera concinne, eleganterque ipsiusmet Agni imagines numismatum, instar, sacris item titulis prænotatæ conficiuntur, quas hunc in modum elaboratas sacro subinde Chriftinatis oleo a Romanis Pontificibus infundi, ac solemniter septimo quoque recurrente Pontificatus anno benedici, fidelibus vltro ingenti eadem deuotionis ardore exposcentibus, in more positum est: Deo interim e Cælo sacrarum eiusmodi imaginum cultui, quæ Pontificiam benedictionem obtinent, ac Romanæ Ecclesiæ consuetudini, quæ eisdem vitur, attritis mirabiliter satanæ viribus, ac multiplici portentorum genere earundem imaginum virtute obtingentium, suffragium præstante.

Sed his obiter enarratis,
ad alia interim, si
libet, enar-
randa
progrediamur.

CAP. XXI.

De Orphei imagine.

Vis eloquentiæ
Orphei com-
mentaria quo-
modo Christo
Domino con-
ueniat.



VM diuini instar oracu-
li illa mortalium ani-
mis vox altius infede-
rit, & auribus iugiter
insonet, haud sacra, vi-
delicet, *miscenda profa-
nis*. Inde absurdum plane, ac quid me-
rito execrandum videri cuiquam pote-
rit, quod profana in sacris Christiano-
rum Cœmeterijs, quæ augustissima illi-
batæ religionis, ac fidei promptuarium
sunt, profana, inquam, ipsius Orphei ima-
go, quam ethnici impense colebant, reli-
quas inter venerandas imagines colo-
ribus adumbretur, vt in prima Cubicu-
li tertij, & in secunda item Cubiculi
quarti tabula apud celeberrimum Calli-
sti Cœmeterium, vnâ cum multiplici-
bus tum noui, tum veteris Testamenti
sacris exculptis imaginibus videre est.
Quapropter explodenda quidem, atque
omnino expungenda nobis prima qui-
dem facie eiuscemodi imago videbatur:
at rem altius expendentibus, haud otio-
se, haud perperam hanc ibidem delinea-
tam fuisse fatendum proculdubio est:
multiplicia quippe, nec perexigui hæc
momenti caelestium arcanorum myste-
ria antiquorum Patrum ore decantata,
& prolixiori a nobis sermone in studio-
si gratiam lectoris edisserenda præferet,
quod a nobis eo facilius, dum sacræ per-
scrutandæ antiquitati insistimus, præ-
standum est, vt lutum, videlicet, *ab auro,*
& *pretiosum a vili fecernamus,* & ne pia
Christianorum manu exculpta exteri
hominis imago castæ, sinceræque sacro-
rum Cœmeteriorum venerationi quid-
quam detrahat, vel certe profani, qui
eiuscemodi aliquando locis obrepserit,
cultus notam inurat. Quamobrem ne
Christianorum, probatissimorumq; scri-
ptorum manu, ac pennicillo descripta
imago temere, & quid veluti Cœmete-
riales inter tabulas supposititium reij-
ciatur, orthodoxorum pro Orphei ima-
gine Patrum perorantium sententias
prius diligenter consulere, ac in medium
producere, & sano prudentiq; subinde

lectoris iudicio litem dirimendam, eius-
demque rem totam arbitrio definiend-
dam consulto relinquimus est.

2 Orpheus igitur, vt rem altius re-
petamus, suusque veritati nitor constet,
apud celeberrimas sapientum Græco-
rum academias, Theologicarum scienti-
arum princeps, subdolis, futilibusque
gentilitiæ superstitionis erroribus imbu-
tus, detestando insuper dæmonum cul-
tui, ac omni profus idololatricæ impie-
tati eum in modum addictus fuit, vt im-
mane adaucto inanium Deorum nume-
ro, tercentum, & sexaginta colendos
Græcis hominibus Deos proposuerit, &
plura quoque de eisdem concinne, sua-
uiterque plectro concinerit, vt probe
illud Moysi ore prolatum adimpleri
oraculum videretur: *Noui, recentisque*
venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
At ipsius deinde veritatis diuinitus luce
perfusus, *qua illuminat omnem hominem,*
vt Ioannes ait, *venientem in hunc mun-
dum,* antea tæ vitæ serio palinodiam
recantans, in vnum verum, æternumque
Deum, quibusuis sapientior effectus, ac
vberiori donatus lumine, mentis aciem
vel sero defixit, supernamque diuini
Numinis gloriam, quam studiose apud
Ægyptios sapientissimi Moysi Penta-
teuchum perlegendo didicerat, & miris
postmodum laudum præconijs celebrauit,
ac saluberrima dogmatum illibatæ fidei
rudimenta, quæ cuique ad assequendam
animorum salutem nosse opus est, pro-
genitum ex se Musæum nomine, nati
effectus ex progenitore magister, edo-
cuit. Ne eiuscemodi autem rem gratis
lectoris asserere, aniles concinnando fa-
bulas, videamur, id vnus præ cæteris Iu-
stinus martyr exhortatione ad gentes
disertis in hunc modum verbis inculcat:
Orpheus, inquit, sane quidem multitudinis
Deorum, siue plurimæ diuinitatis, vt sic ali-
quis dicat, primus auctor, qualis posterius ad
filium suum Musæum, ac reliquos germanos,
verosque auditores de vero, eodemque solo
Deo prædicauerit, necessarium visum est vo-
bis exprimere. Hæc Iustinus. Et idem
lib. quem de ipsius Dei monarchia edi-
dit, isthæc in rem præsentem inserit:
Testimonium, inquit, mihi quoque dicit Or-
pheus, qui trecentos sexaginta Deos subintro-
duxit in libro, quem Testamentorum titulo
inscripsit, vbi eum penitentia ductum,
refi-

Orpheus 3
Deos nouos
in Græciam
iuduxit.

Deut. onom.
131.

Id. c. 1.

Orpheus le-
go Pentate-
cho palmam
canit.

Musæus Or-
phei filius.

Infl. mart. ex
hort. ad gent.
Orpheus mu-
ta de Deo ve-
ro versibus
edidit.

Iust. de monar-
chi.

respuisse apparet, ex eo quod scribit:

Solis canto pijs, procul o procul este profani,

Tu Musæc audi, luna sate stirpe silentis, Perniciosa prius, vitæ aduersa futurae

Ex me cognosti: sed nunc te vera docebo.

Inspectans Verbum diuinum, huic totus inhaere.

Pectoris hoc mentem sacri, gressusque gubernata.

Incedens recta, Regemque hunc orbis adora.

Vnicus est, per se existens, qui cuncta creauit, &c.

Vides quali argumentorum pondere pro respiciente profano quondam homine Orpheo contra impugnantes Iustinus martyr in acie stet, contendatque. At in re admodum graui atque ancipiti, & quæ multorum item sententijs valide comprobanda est, Clemens Alexandrinus adhortatione ad gentes Iustino his plane verbis adstipulator accedat.

Thracius sacrorum simul interpres & poeta, Oeagri filius Orpheus, postquam Orgyorum sacra fuit effatus, & simulacrorum exposuit Theologiam, recantationem vere sacram, sed sero tamen canens orationem; quam refert huiusmodi.

Audi veraloquor, nec quæ olim visa suere Pectoribus, charæ te priuent lumine vitæ.

Verbum est aspiciens diuinum, assistere nunquam

Huic cessa, mentemque tuam, & cor dirige recta

Atque via ingredi, mundi autem respice Regem,

Solum immortalem.

Ex se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno,

Verfaturque in eis ipse, ex mortalibus vllus

Nec videt hunc, contra sed cunctos aspicit ipse, &c.

Et ad præmemoratorum Carminum calcem isthæc subtextit:

Ast homo consilio ne tu cunctare sagaci,

Sed propra placare Deum, mox ipse reuerfus.

Audis quæ vir a veritatis quodam tramite deuius, nunc vero Deo aspirat e lubrico redux, saluberima salutis monita pretiosa velut animi pharmaca Christianis auribus ingerat. Nec vero, vt proposito insulam, Theodoretus miram recolen-

To. II. Rom. Subr.

damque Orphei a commentitijs erroribus, quibus olim tenebatur, respicientiam silentio præterite voluit, dum his rem totam verbis prolixius enarrat: Orpheus autem Odrysius profectus in Ægyptum, hæc de Deo profatus est, quæ vocalissime ita testatur:

Perfectus Deus est, qui perficit omnia, solus.

Ipse eadem lustrans, oculis nec cernere, cuiquam

Hunc hominum liceat, tamen idem cuncta tueri.

Conspectus nulli, quoniam caliginis atræ Obsistunt nebulae, & mortalia nubila nobis,

Et pupæ tenues, caro circum atque ossa, resistunt.

Ipsam autem magnum superest innixus olympum

Aurato residens solio, pedibusque sub ipsis Pressatur tellus, dextram vsque ad litora tendit

Oceani, montes imis radicibus acti Contrepidant, nec ferre queunt ea numina dorso.

In celo residens, imis tamen omnia terris Perficit, hic caput, hic medium, finesque tuetur.

Hæc ille, quibus immensam, incircumscriptamque, ac prorsus ineffabilem Dei magnitudinem aptis in rem præsentem verbis circumscribere, & Apostolicis quidem sermonibus valde cõsone vir iste elocutus fuisse visus est. De Deo enim, quid aliud elegatè adumbravit Apostolus ad Timoth. scribens, dum ait: *Beatus & solus potens Rex regum, & Dominus Dominantium: qui solus habet immortalitatem & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum videt, sed nec videre potest, cui honor & imperium sempiternum, amen.*

2 Verum illud a nobis hic caute præmittendum videtur, cum de externorum hominum, & a fide alienorum doctrinis, etsi veritati consonis, ac per se probatis agitur, quas manu quodammodo ab eisdem acceptas inuicem contigit, illud, inquam, præmittendum est, quod Augustinus in libro contra Faust. lyncis in hæc verba oculis adnotauit: *Sibyllæ porro, vel Sibyllæ, & Orpheus, & nescio quis Hermes, et si qui alij vates, vel Theologi, vel sapientes philosophi gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse, vel dixisse*

B b b b per-

Thes. l. 3. de Princ. 10. 1.

Ep. 1. ad Tim. c. 6. n. 16.

Doctrinæ in fili deum etiam veræ non probant, sed ipsos met tantum conuincunt.

S. Aug. l. 13. c. 3. cont. Faust. 1. 6.

men Or. ad filium in de Deo

Alex. ad ad genit.

perhibentur, valet quidem ad paganam vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quid enim Christianorum assertis eorundem conferat auctoritas, quos Christi fides, sine qua Deo placere nemo potest, nobis nullatenus commendauit.

3 Christiani igitur antiquæ probitatis, qui gentilitijs procul deliramentorum superstitionibus abdicatis, Christo nomen dederant, ipsius Orphei in sacrorum abditis Cœmeteriorum imaginem pingere eo quidem animi consilio opportunum rati fuere, vt eandem nimirum intentis subinde oculis conspicientes, ipsummet, quem sectati inter superstitionum tenebras fuerant, & cuius dictis ac imperio paruercant, antiquorum recanasse errorum palinodiam probe meminissent, eundemque salutaris pœnitentiæ vi ad meliorem frugem traductum, quamplura diuinis Christi dogmatibus mirifice consona plectro enarrasse, dum pictam suspicerent imaginem, secum mente recolerent. Et vt vno verbo singula complectamur, mira quadam pingendi arte sub ipsius Orphei typo Christum quoque Saluatorem quodammodo adumbratum fuisse intelligerent, viuifica dulcisonæ Crucis lyra, atq; inexhausto meritorum cumulo, potèri insuper diuini ipsius Verbi voce, quæ cuncta complectitur, effræra quæque, atque inhumana hominum corda nouo inusitatoque portenti genere blanda, ac mansueta perficiens, ab ipsiusmet Tartari faucibus addictas sibi credentiū animas potenter extraxerat. Orphei demum similitudinem Christo optime consonam Christiani meditabantur: hic enim illius adinstar, qui dulcisonis, & concinnatis ad plectrum vocibus feras pertraherat, vniuersum ad se melifluis, quæ exo re iugiter erustabat, æternæ vitæ oraculis terrarum orbem diuinitus pelliciendo attraxit, vt ipsemet longe ante perspicuo patentique diuinæ vocis oraculo prænuuciauerat: *Ego si exaltatus fuero*, inquit, *inquit, a terra, omnia traham ad me ipsum*. Ad quod præterea valide comprobandum ipsa Hieronymi verba mirifice faciunt, quæ de arcana ipsius vi ad alliciendos, trahendosque hominum animos hunc in modum eleganter edisserit: *Certe fulgor ipse*, inquit,

Orpheus in Cœmeterijs cur depictus?

Lyra Orphei symboli Crux Christi.

Christus Dominus, sicut Orpheus omnia trahit ad se.

Io. c. 12.

& maiestas diuinitatis occulte, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide, & succinis hæc esse vis dicitur, vt annulos & stipulam & festucas sibi copulent, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat? Hæc in rem præsentem Hieronymus, qui ad omnimodam diuini item Verbi vim mortalibus inculcandam, isthæc in Matthaum congerit: *Ignem enim quiddam, inquit ille, atque fidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie*. hucusque Hieronymus. Idem plane Origenes, & peracute quidem his verbis adnotauit: *Vis tibi adhuc amplius quid ex diuinis Scripturis ostendam, quomodo maior cura salutis erga homines Deo est, quam diabolo perditionis? Num aliquid non sufficiebat angelorum diligentia aduersus insidias demonum, & aduersus eos, qui ad peccandum homines trahunt? Ipse Unigenitus, ipse namque Filius Dei adest, ipse defendit, ipse nos custodit, ipse nos ad se trahit. Audi quomodo ipse dixit: Ecce, ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Nec sufficit eum esse nobiscum, sed quodammodo vim nobis facit, vt nos pertrahat ad salutem. At enim alio loco: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Vides quomodo non solum inuitat volentes, sed etiam cunctantes trahit? Vides plane diuini istius Orphei vim omnino admirandam, & in pertrahendo cunctipotentem, vt palam Origenes adumbrat, qui hæc coronidis instar enarratis infra subtexit: *Sic ergo non solum inuitamur, sed trahimur, & cogimur ad salutem, &c.* hæc Origenes.*

4 Nec vnus dumtaxat Origenes in Orphei aptis verborum coloribus imagine elucidanda ingeniose elaborauit, sed Clemens Alexandrinus loco, quem supra recensuimus post immanium enarrata, quibus se turpiter Orpheus infecit, errorum picula, ac cæteros subinde, qui inanem Deorum cultum impietate haud impari æmulantur, acriter infectatus, hæc de Christo Domino in medium profert: *Sed non talis est meus cantor, de Christo loquitur, sed venit paulo post dissoluturus acerbam seruitutem demonum tyrannidem obtinentium, ad suam autem, & benignum religionis, & pie-*

S. Hieron. in Mat. c. 9. l. 1.

Hier. l. 3. in 21. Mat.

Orig. h. 10. in Mat. 29.

Christus Dominus cum Orpheo collatus.

Clem. Alex. exhort. ad 3.

blandos Imperatoris dignissimi mores stylo profecutus enatrat.

7 Plura autem testimonia sunt, quæ velut symbolica Orphei ipsius imagini consona, ad susceptæ enarrationis propositum comprobandum hic coaceruari simul possent; nimirum Gregorij Nysseni in Hexamet. Irenæi lib. aduersus hæreses, Ioannis Chrysostomi homilijs in Genesim, & præsertim homilia 23. in cap. 6. & homil. 29. in cap. 9. Leontij Episcopi Cypri contra Hebræos in antiq. lect. Cassiodori in psalmos, & aliorum sacrorum item scriptorum, quæ breuitatis gratia, ne tædium studioso lectoribus inferamus, vltro libenterque omittimus. Illud tamen hic haud præterijisse volumus, Orphei quoque nomine ipsummet Dauidem, quem patentissimū Christi symbolum extitisse nemo est, qui nesciat, a sacris plerisque scriptoribus appellatum fuisse, vt præcipue a Georgio Pitide de mundi opificio in Bibliotheca Patrum, explicans verba illa psalmi, *Extendens celum sicut pellem, sic ait:*

*Tu pellis instar explicauisti polum,
Nanque tuus Orpheus fila contræclans
lyræ*

Deura canentis nuncupat pellem polum.

Verum Iustinus Martyr loco, quem supra citauimus, pijs, probisque viris, harmonicam Orphei lyram hæc dicens comparat: *Atque ita diuinum, inquit, de Cælo plectrum descendens, quasi in instrumento quopiam citharæ alicuius, vel lyræ vis iustus utens, diuinarum nobis & celestium rerum cognitiones reuelaret.* hæc ille.

8 His igitur & quampluribus alijs, quæ hic a nobis in medium afferri possent rationibus vnusquisq; edoctus, absurdum neutiquam, atque execrandum pronunciare audebit, quod antiqui in sacris Cœmeteriorum tabulis Christiani prophanam Orphei imaginem coloribus expresserint: cum hic præsertim, apud quos tam frequens eiusdem imago in vsu habebatur, Alexandri potissimum Imperatoris exemplo ad id præstandum, permoneri potuerint, qui propensiori erga Christianam religionem animo affectus, descriptam hæcenus Orphei imaginem suo in larario vnâ cum venerandis Christi atque Abrahami imaginibus religiose colebat, vt in eiusdem gestis Lampridius his verbis testatur: *Alex-*

xander Senerius matutinis horis in Larario suo, in quo & diuos principes, sed optimos, electos, & animas sanctiores, in quibus & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, & Orpheum, & huiusmodi Deos habebat, ac maiorum effigies, rem diuinam faciebat. Et hæc interim de symbolica Orphei imagine Christum adumbrante, qua sacras passim Christianorum Cœmeteria illustrantur, in studiosi gratiam lectoris exposuisse volumus.

CAP. XXII.

De duobus Græcis elementis A. & Ω.



Recolendis potissimū imaginibus, quæ multiplici colorum genere exculptæ Christū Saluatorem Christianorum oculis contem-

plandum obijciebant, stylum contrahentes, iam ad symbolicas figuras, ac notas, quibus tum Christus designabatur, sermonem conuertimus. Præter recensita enim hæcenus, quæ de symbolis, atque imaginibus, quibus Cœmeteriales passim cumulantur tabulæ, prolixiori sermone digessimus, sacrosanctum Christi nomen varijs item formis, ac notis pia antiquorum Christianorū manu exculptum, sed Græcis duabus illis præcipue A. & Ω. prima videlicet, ac postrema Græcis ipsius alphabeti literis exaratum conspicitur; quibus potissimum notis ipsemet Deus, vt res ad sua deriuetur initia, Euangelistæ Ioanni innotescere, ac terrarum Orbi palam fieri voluit: *Ego sum*, inquit, *Alpha, & Omega, principium, & finis.* Quapropter sacrosanctum Christi nomen, quod Græcis istis duabus notis exprimitur, Crucis quoque mysterio, honoris gratia, Christiani obsignabant, vt in secunda Cœmeterij Pontiani tabula Via Portuensis videre est: ibi enim gemmatæ Crucis imago rosarum fertis vndique nobiliter exculta, & notis insuper venerandi Christi nominis A. & Ω. hinc inde è Cruce pendentibus, supra sacrum Alta-

Greg. Nyss. or.
1. in exam.
Iren. l. 5. c. 8.
ad u. bar.
Chryf. ho. 11.
in c. 2. Gen.
ho. 23. in c. 6.
ho. 29. in c. 9.
Leont. ep. to. 5.
con. heb.
Cassiod. in ps.
49.

Ezki. Pat. to. 8.

197. Marr.

Alexander
Imp. imaginē
Christi, & Or-
phei in suo La-
rario locauerat.

Lamp. in Alex.

Nomen Chr-
sti duobus
Græcorum
elementis ex-
pressum.

Apo. 1. c. 21.

Altare contemplanda intuentium oculis exhibetur, vt supra lib. 6. cap. 4. enarratum est. Et merito quidem iure, cum Deus Opr. Max. cunctarum rerum principium pariter, ac finis existat, primo, ac nouissimo Græcarum elocutionum elementis eiusdem nomen exprimitur, ac definitur. Quod sane perlegeter antiquissimus ille inter scriptores Tertullianus in hæc verba edocuit: Sic & duas, inquit, literas Græcas, summam & ultimam sibi induit Dominus, initij, & finis concurrentium in se figuras, vt quemadmodum Alpha ad Omega vsque voluitur, & rursus Omega ad Alpha replicatur, ita vt ostenderet in se esse initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium, vt omnis dispositio in eum desinens, per quem cæpta est, per sermonem scilicet Dei, qui caro factus est, prouide desinat, quemadmodum & capit. Vides quantum vel bina muta Græci sermonis elementa immensam, incircumscriptamque Dei naturam loquantur.

2 At doctissimus vir Beda de Græcis istis literis sermonem agens in Apoc. 1. verba, quæ hæcenus recensita sunt, alia prorsus ratione subintelligenda esse affirmat, sic autem in rem præsentem inquit: Ego sum Alpha & Omega, initium & finis. Initium, quia nullus præcedit: finis, quia nullus in regno succedit. Huic autem sententiæ Augustinus hæc dicens mirifice adsupulatur: Ipse de se dicit: Ego sum primus & nouissimus. Indubitanter agnosce, quod priorem non potest habere, qui primus est. Item: Ego sum Alpha & Omega. Sicut Alpha literarum nulli præcedit, ita & Filium Dei nulli secundum constat esse. Verum Hieronymus in libro, quem contra Iouinianum edidit, Tertulliani sententiæ mordicus inhæret: Docet, inquit, Apostolus scribens ad Ephesos, Deum præposuisse in adimpletione temporum recapitulare omnia, & ad principium retrahere in Christum Iesum, quæ sunt super Cælos, & super terram. Vnde & ipse Saluator in Apocalypsi Ioannis: Ego sum, inquit, Alpha & Omega, initium & finis. Neque prætereundus hic silentio Rupertus Abbas videtur, qui miro quodam modo ipsamet verba hunc in modum explanat: Quid dixerit, inquit, quid intelligi velit per Alpha & Omega, confestim exponit dicendo: Principium & finis. Duæ nempe literæ

Græcorum, quibus & cuius Lingua Ecclesijs hunc librum scripsit, duæ, inquam, literæ illius lingue, summa & vltima istæ sunt. Vt ergo dubium non sit, quale, vel cuius rei principium sit, vel finis: per Alpha communiti, quæ prima est, ad sacræ Scripturæ exordium respiciamus, vbi scriptum est: In principio creauit Deus Cælum & terram. Et per Omega, quæ vltima est, item communiti, ad finem eiusdem Scripturæ in Euangelico volumine respiciamus, vbi scriptum est: Et ecce ego vobiscum sum vs, ue ad consummationem seculi. Vt veraciter credamus, & confiteamur hunc esse principium, in quo omnia facta sunt: & finem siue consummationem, qua omnia restaurata & perfecta sunt. Audis, quot verba, tot sententiæ ad facrum Christi illustrandum nomen disterrissimi hominis ore prolatas, quibus egregie Prudentius quoque suis carminibus consonat, dum hymno, quem nonum in ordine de Christo cecinit, idem, iisdemque plane sententijs confirmat:

Alpha & Omega cognominatur,
Ipse fons, & clausula omnium,
Quæ sunt, fuerunt, quæque post futura
sunt.

Sed profanis quoque scriptoribus, vt singula perstringamus, loquendi hæc formula vtitata fuit. Martialis enim in epigrammatum libro, quem conscripsit, Codrum quemdam Alpha penulatum appellauit. Et Eratosthenes insignis polyhistor, eo quod in omni scientiarum genere secundas ferret, velut singulariter edoctus aprato meritis nomine Beta nuncupatus est. Et hæc pro sacrosancto Christi nomine Græcis litteris concepto in studio gratiam lectoris congestimus.




martyris sub Diocletiano palam videre est, in cuius potissimum sepulchro, quod hæc nostra ætate in lucem venit, tria insuper eiusdem Diocletiani numismata repecta sunt. Nuper autem, ut res exemplo comprobetur, intra Cæmeterialem alterius Marij Ianuarij martyris tumulum æneum quoddam Iulij Augustæ, quæ Seueri quondam Impe-

ratoris coniux fuit, numisma egregio quidem artis opere exculptum latebat, Vestæ sacrificium ex altera facie contemplandum exhibet, quod ab Illustrissima Marchionissa Angelella pretiosè instar monumenti, ut iam lib. 3. cap. 22. diximus, tibi nunc contemplandum offertur.



Fideles enim in tumulandis sanctorum martyrum exuvijs Imperatoris quoque, sub quo martyrio iidem coronati fuerant, iuxta illos numismata studiose reponere consueverant. Nec vero, ut ad sua redeat oratio, martyrum dumtaxat sepulchris sacrosanctum Christi nomen insculpere apud Christianos olim in more positum fuit, sed & numismata insuper ex ære confecta hoc salutari nomine prænotata collo appensa iugiter deferre consueverant: quod vel ex eo potissimum confirmari videtur, quia in quodam Cæmeteriali tumulo, ubi venerandum martyris corpus recondebatur, numisma affixum æneum ita plane insculptum nouissime adinueniri contigit: foramine autè, quod summitati inerat, illud martyri ad deferendum inseruisse demonstrabatur: cuius ex prototypo iconem Ioannes Carolus Vallonus Acolythus Apostolicus in recolendæ antiquitatis monumentum hic tibi contemplandum offert.



Verum nõ apud Christianos tantum, sed & apud ethnicos, eadem olim figura, qua sacrum Christi nomẽ costat, usu recepta, sacrasque in  ter Ægyptio-

rum notas recensita fuit, ac in plerisque æneis Regum Ptolemæorum numismatibus adnumerabatur, ut in nobilissimo olim Lælij Pasqualini, nunc autem Eminentissimi Cardinalis Boncompagni, eiusdemque familiæ Musæo conspicitur. Verum enimvero vna eademque Græci idiomatis nota diuersam plane apud gentiles interpretandi rationem fortiebatur: nonnulli enim eiusmodi vocis sono *χρησμός* exprimi, alij *χρησμός*, peculiare apud quosdam Iouis epitheton, *Chremen* alij, qui ex Atheniensium Principum numero vnus fuit, designari pntauerunt. Grethserus autem de Cruce to. 1. lib. 2. cap. 28. ubi varias hac de re scriptorum sententias refert, probabiliori quidem argumento subnixus hac nimirum voce *χρησμός* denotari pronuntiat, quod idem plane nostris subinde auribus sonat ac *bonum*, *benignum*, *suauem*, *clementem*, *utilem*, & gloriosos eiusmodi Ptolemæorum Ægypti Regum titulos, qui in ipsius Tertulliani Apologetico cap. 3. descripti recensentur.

3 Præstat autem hoc potissimum loco subtexere, quæ Gregorius Longus tractatu de signatorijs antiquorum annulis satis erudite de hoc speciatim signo, his plane verbis edisserit: *Quoniã vero frequens notæ huiusce vsus, multis etiam ante seculis occurrit, quam humanam carnem Christus indueret, ac proinde tam sancti nomen innotesceret, eo fit ut in varias sententias de notæ intelligètia viri docti discedant. Quibus*

Numismata Ptolemæi ad X. & P. oroni que explanatio.

Chrysolorus epitheton Iouis.

Greth. de Cruce to. 1. lib. 2. c. 28.

Tertull. apologet. 63

X & P. apud Ethnicos quid significarent?

Greg. Long. tract. de ann. sign.

bus præmissis hæc paulo infra ad rei propositum subiicit: *Quidam, inquit, cautiur & verius aiunt esse notam nominis ignoti, cuius primæ literæ x. p. Moris enim fuisse propria nomina Præfectorum rei, seu monetæ in nummis exprimere.* Nec desunt præterea antiquarum eiusmodi rerum notarum exploratores, qui signa hæc officinæ, vel certe magistratus notas fuisse existiment. Hieronymus vero Borsarius præter multiplices quidæ rationes, quibus præmemorata Græci sermonis nota pacem apud antiquos designatam ostendit, prout tom. 3. Theatr. Insubr. magnificentiæ lib. 27. edidit: Probi autem Augusti potissimum, numismate, in quo similis nota efficta conspicitur, validissimi instar argumenti pro se iaculum intorquens, pacis potius quam sacrum Christi nomen indicari arbitratur; haud enim ethnico Imperatori, & a religione Christianorum maxime alieno, Christi nominis notitia adscribenda videtur. Sed nunc ad rei propositum isthæc Georgium, quem super citauimus, enarrantem excipiamus: *Ego licet præter coniecturas, quod adferam, sicut & alij, non habeam, arbitror tamen cum Iacobo Gretsero lib. 2. de Cruce cap. 28. nota illa in antiquis numismatibus vocem x̄p̄c̄ signari, hoc est, bonus, benignus, clemens. Quemadmodum & Ptolemæi nummum, de quo idem Gretserus, principis bonitatem ea nota indicasse, perspicuum est, ex eo quod alij etiam honorificis cognomentis, a virtutibus ipsis desumptis, Ptolemæus Euergetes, Philadelphus, & Philometor dictus est. hæc erudite in rem præsentem Georgius.*

Isid. Hisp. l. 1. orig. c. 20. Chresimon quid significet?

4 At vero Isidorus Hispalensis lib. 1. orig. cap. 20. de hac ipsa voce, quam *Chresimon* appellat, prolixiorem quidem sermonem instituens, eadem plane interserit, aitque, si quid apud scriptores inter legendum censura, vel certe animaduersione dignum aliquando occurreret, signari consueuisse. Quod Cassiodorus libro de diuinis lectionibus de Origene loquens, his plane verbis confirmat: *Quapropter, inquit, in operibus eiusdem Origenis, quantum transiens inuenire præualui, loca que contra regulas Patrum dicta sunt, hæresim dissertatione signavi. Ita prorsus nouissima editio præsert, vbi in ipsiusmet libri margine typographus pro *Achresimi* repudiatione, alias *Achresimi* di-*

Cassiod. lib. de diu. notuin.

sputatione adnotauit; quamuis librarium forsitan incuria in ipsa, quæ leguntur, verba mendum irreperit, & *Achresimon* pro *Chresimon*, pro *disputatione* vero *disputatione*, typis edi contigerit. Quod crudite in suis ymbolicis epistolis, epist. 24. Pignorius oculis lynceis expendit; vbi & de perantiquo notæ eiusdem vsu, quæ ipsismet olim seruorum collaribus apponi consueuerat, se satis superque in Commentario, quem *de seruorum ministris* inscripsit, disseruisse pronunciat; illud vnum postremo loco addens, hac in super nota, cuius mentio agitur, compendiarie quadam ratione eius, qui eundem olim monetæ præfectus fuisset, apte nomen significari potuisse, nimirum *Chryfodori*, *Chryfanti*, *Chryfippi*, vel certe alterius huiusmodi nomine inscripto,

Pign. in sym. ep. 24.

5 Nec vero absurdum cuiquam videatur, si, quemadmodum olim apud Ægyptios literæ T. & X. ipsiusmet symbolum Crucis designabant, pari quoque ratione eiusmodi nota Christum Crucis ligno suffixum præsignari dixerimus. Quamuis enim ethnici in ipsa meridiana luce velut cæci palpantes, & mille errorum tenebris circumquaque obuoluti, mysterium nequaquam, quod rudibus sub elementis latebat, intelligerent, quin potius vocem ipsam quandoque vsurpantes quid omnino a re, de qua nunc quæritur, alienum hac voce exprimerent, peculiari tamen arcanoque Dei consilio obtigisse credimus, vt vna eademque nota secretiore quodam symbolo tum venerandæ Crucis signum, tum ipsiusmet Crucifixi imago intuentium oculis adumbraretur, quod & de quampluribus alijs gentilitiam olim superstitionem redolentibus, quæ sacro postmodum religionis vsu cessere; & in veneranda insuper Christianorum promptuaria, omni penitus superstitione abolita, expurgatiquæ ritibus, inuehi meruerunt, abunde iam supra diximus.

T. & X Crucis Domini signum fuerit?

6 Ex promiscuo igitur ac profano vsu, cui inseruiebat, notam hanc a magno & præcipuæ pietatis Imperatore Constantino vindicatam fuisse, credere nobis par est, vt ipsum videlicet Christum Dominum diro & contumelioso Crucis patibulo nostræ salutis causæ suffixum intuentium tum oculis tum ani-

animis contemplandum exhiberet, qui, vt Sedulius eleganter cecinit,

*Penam vestituit honore,
Ipsaque sanctificans in se tormenta bea-
uit.*

Iam tum enim eiusmodi simbolo sacrum Christi nomen venerationi, & crucis signum, quod dedecoris erat nota, decori ipsismet Imperatoribus esse cepit: *Crux*, inquit Augustinus, a locis suppliciorum fecit transitum ad frontes Imperatorum. Iam tum, vt Hieronymus asserit, *Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli Saluatoris pictura condecorat*. Iam tum, inquam, Crucis signo suam Christus orbi diuinitatem patefecit: *Iam enim in purpulis Crux, in diadematis Crux, in armis Crux, in toto Orbe Crux, & super Solem fulget Crux*, inquit Chrysofomus. Ad quod allusisse Constantinus Imperator visus est, dum militaribus hastis in Crucis formam aptatis virum paludamento circumdatum, & triumphantis in morem ipsdem insistentem, verbis hęc additis exhibuit: *Virtus exercitus, ac duplici Tau quod salutis symbolum est, prenotauit*. Cuius quidem numismatis iconem, haud amplius typis exceptam, nunc primum e Francisci Angeloni Musæo Ioannes Petrus Bellorius rei antiquarię studiosus eiusdem Francisci nepos hic tibi contemplandam offert.



Sub Christianissimi igitur Imperatoris tempora eadem a Christianis voce sacrosanctum Christi nomen adumbrari, atque exprimi palam cepit, sub cuius tutelari presidio, diuino inuocato numine, cuncta felici iugiter omine aggredi, ac perficere consueuerant, iuxta id quod Apostolus Colossenses hęc verbis admonet: *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite, &c.* Quinimmo ipsafinet epistolares paginas, quas passim conscribcbant, vt prolatis in medium, ad huius secundi Tomi calcem exemplaribus patebit, sacrosancto hoc nomine, Tom. II. Rom. Subt.

exculptoque Christi caractere, quo fidem promerentur, insignire, ac prenotare satagebāt, quod certe ibidem Chrysofomus homilia 9. in hęc verba restatur: *Vis aliquid loqui, nomen Dei preponere. Et ideo nos quoque in epistolis nomen Domini preponimus. Vbi fuerit nomen Domini, omnia sunt fausta & felicia. Nam si Consulatum nomina efficiunt, vt firmæ, & valide sint literę, multo magis Christi nomen, &c.*

D. Chrysof. in ep. ad Galos.

Nomen Domini in epistolis Christiani preponcbant

7 Quoniam vero de Constantini labaro supra mentio incidit, haud ab re alienum putamus, nonnulla hic, vel obiter, in rem præsentem afferre, & quidem de viuifico Crucis signo in labari formam ipsius Constantini iussu ab artificibus elaborato, & de Christi nomine Græcis duabus literis ibidem expresso Eusebium ipsum enarrantem audire hic præstat: *Ille, Constantinus videlicet, simul atque dies illuxit, surgens primum, arcanum illud visum amicis exponit: deinde artificibus, qui aurum & lapides pretiosos affabre sculpere norant, auditis, medio inter ill s loco affidet, verbis signi describit effigiem, eam auro, & lapidibus pretiosis imitatione adumbrari mandat: quam quidem effigiem contigit, vt nos olim oculis contempleremur, ipse enim Imperator, Deo illud largiente, eam nobis ostendere dignatus est, erat autem tali figura fabricata. Hastile, oblongum, erectumque auro undique obductum fuit, quod cornu habuit transversum ad formam Crucis constructum, supra in fastigio eius operis corona affixa lapidibus pretiosis, & auro polite circumtecta. In ea salutaris appellationis Saluatoris nota inscripta, duobus solum expressa elementis, id est, e duabus primis literis Græcis nominis Christi erat P, in medio literę X, curiose, & subtiliter inserta, que totum Christi nomen perspicue significarunt, quas quidem literas deinceps semper Imperator in galea gestare consueuit.*

Labarum militare Constantini Imp. quale?

Baron. t. 3. an 3. 2. n. 23. & seq.

Euseb. in vit. Const. l. 1. c. 24. 25. 26.

Labari eiusdem descriptio.

8 Ad cornu illius particule, que e transverso erat per hastile traiecta, velame quod lam pertenne appensum adhaesit, regalis videlicet, & magnifica textura mirabili varietate lapidum pretiosorum, artificioso coniunctorum, lucisque sue claritate pulchre resplendentium depicta, & multo auro intertexta: que dici non potest quantam spectantibus ob suam pulchritudinem excitarit admirationem. *Istud igitur velamen ad cor-*

nu affixum, longitudinis, latitudinisque Crucis mensuram penitus exaequavit. Oblongum vero & erectum hastile in sublime appensum, cuius pars inferior versus basim longius au-
 cta fuit, sub ipsum Crucis insigne ad texture discurrentis fimbrias, auream pij Imperatoris pariter, ac liberorum suorum effigiem ad pedus usque concinne descriptam continuit. Iste igitur salutari signo Imperator, tanquam hostilis cuiusque & infeste violentiae propugnaculo semper usus est, cuius expressae similitudines mandavit, ut uniuersum exercitum perpetuo antecederent. Verum ista paulo post acciderunt. Hæc in rem præsentem Eusebius, quibus ipsius Crucis signum, & sacrosanctum Christi nomen labaro insculptum, dicatumque disertis plane verbis palam describit.


9 Quibus & hæc Baronius noster in huius sanctissimi nominis dedicationem subtexit: *Habes, inquit, in labaro per X. P. Christi nomen expressum, per literam X. enim X. consueuisse Christi nomen intelligi, fidem facit etiam Iulianus Apostata in Misopogone. In hoc vero & illud obseruandum, mira concinni-*

Baron. 1. 3. 471.
312. 7. 23.

tate islem elementis exprimi simul Christi nomen, & Crucis signum, ut Crux in Christo, & Christus in Cruce monstraretur: per X. enim Crux licet transuersa notatur, quam in rectam lineam sic alij deducebant, P & id quidem hoc seculo in Cæmeterio Priscillæ Via Salaria tabula effossa est cum eiusmodi inscriptione, atque signo ad finem posito.

MIRAE INNOCENTIAE AC SAPIENTIAE
 PVERO MARCIANO
 QUI VIXIT ANN. IV. ET MENS. IV.
 LIES II. QUIESCIT IN PACE
 D. PRID. KAL. DEC. ARBETIONE
 ET LOLLIANO † COSS.
 PARENTES FECERVNT. P

Sub recensita autem inscriptione, ut Baronius asserit, character hieroglyphicus sic, ut supra habetur expressus, quem imago togata, seu potius sacra induta veste ibidem sculpta dextera tenet, quam etsi nos supra, ubi de Priscillæ Cæmeterio egimus, cudendâ enrauimus, nunc iterum hic studioso lectori, ut facilius innotescat, contemplandam offerimus.



Sacrum Christi nomen repone Constantini quam solenne esse?

Porro Christi nomen multipliciter quidē in imperiali olim labaro expressum fuisse, licet Crux eodem semper modo representata fuerit, ex ipsismet antiquis numismatibus, quæ a Baronio in suis Annalibus delineantur, videre est. Sacrosanctum vero Christi nomen Constantini tempore eum in modum Urbis, & Orbi innotuit, & publicis item exhibitis signis adeo excultum est, ut in eiusdem exercitu, ut Prudentius vult, non in labaro dumtaxat, sed & in militum scutis, atque galeis id ipsum Christi nomen affixum fuerit, quod quidem

eleganter Prudentius illis carminibus cecinit:

Christus purpureum gemmanti textus in auro

Signabat labarum, clypeorum insignia Christus

Scripserat, ardebat summis Crux addita cristis.

Vt apud Baronium in perantiquis eiusmodi numismatibus multiformiter exculptis videre est.

10 Verum enimvero sacrosanctum Christi nomen vnica dumtaxat Græca litera, viuificoque Crucis signo prænotata-

Prud. ad Symm. l. 1.

tatum Christiani longe ante Constantini tempora haud lapidibus, haud Sarcophagis, haud parietibus, immo haud ipsismet fidei libris, sed æneis insuper Cœmeterialibus lucernis quandoque obfignabant, vt nimirum salutaris vexilli, ac nominis diuini splendor se vbique diffunderet, caligantibusque suam inter tenebras oculis lucem ingereret, quod olim celeberrimo ipsismet Isaïæ vaticinio editum, decantatumque est: *Domine egredietur, vt splendor iustus est, & Saluator eius vt lampas accendatur.* Iuxta quod item ipse Apostolus edixit: *Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Quapropter, vt in pcrantiqua lucerna ænea ex Cœmeterijs nouissime eruta

videre est, quæ Christianis quondam, dum sacra isthæc loca ad synaxes obirent, vsui extitisse comprobatur, quam item Carolus Antonius Magninus vir sacræ rei antiquariæ studiosus hic tibi, lector, exhibendam curauit. Venerandum hic Christi nomen vnico Græco charactere, videlicet P, & Crucis signo, vel certe nota Tau intersecante cfformatum, columbam item eiusdem notæ summitati mystice insidètem, iuxta illud Isaïæ oraculum: *Et requiescit super eum spiritus Domini: omnis enim hæc, vt Hieronymus ait, de Christo prophetia est, specioso quidem, vt vides, symbolo præscfert.*

LUCERNA ÆNEA VETERVM CHRISTIANORVM IN SACRIS COEMETERIIS REPERTA, QUÆ NVNC APVD CAROLVM ANTONIVM MAGNINVM EXTAT.



Verum, vt pauca hic de salutari Crucis signo, quod tam frequens, & tam solemne antiquis Christianis extitit, lectori suggeramus; apte quidem lucernis, quæ ad tenebras effugandas accendi consueuere, idem vnâ cum venerando Christi nomine concinnatum est, vt cunctis ipsa luce clarius innotesceret, & oculis intuentium Crucis gloria obijceretur, eidemque, vt Petrus ait, animis intenderent, *quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & luci-*

fer oriatur in cordibus vestris. Crux enim errorum tenebras effugat, & fidei lumen humanis mentibus infundit. Quin immo id eo potissimum consilio præstitere, ne quisquam sub illa primæua tempora, vel persecutionibus impetitus de Christi Cruce erubesceret. Ideo enim Christianæ fidei cultores viuifico hoc signo, Tertulliano teste, frontes mystice, quod quidem *signaculum frontium* ab eo appellatur, obfignat: symbolum quippe est, vt pudor ille, qui ex probro ob-

um Christi
omen lu-
is impres-
eiusque
lerium.

61. n. 1.

Cor. 3.

Isa. c. 16.

Hier. c. 11.

is signū
ernis im-
essum eius
e mysteriū.

ap. 2. c.

Tertull. l. 5. c. 10
Marcion.

uenire fronti consuevit, procul, ipso Augustini testimonio, arceatur: *Non sine causa*, inquit, *signum suum in fronte nobis figi voluit, tanquam in fide pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat.* Haud enim in occultiore aliqua corporis parte, sed in patulo humanæ faciei prospectu venerandum signum imprimitur, vt pudori nuncium remittere didicerimus: *Vsque adeo*, inquit Augustinus, *de Cruce non erubescio, vt non in occulto loco habeam Crucem Christi, sed in fronte portem.* Sapienter igitur Christiani haud obscurum, atque occultum Cœmeterialibus in locis eiusmodi signum inter tenebras subsistere patiebantur, dum lucernis ardentibus non secus, ac in meridiana luce emicare, oculisque hominum obiectari gaudebant: *Cruce* quippe, vt Ephrem ait, *est lumen eorum, qui in tenebris sedent, &c.* *Cruce spes Christianorum, Cruce resurrectio mortuorum, Cruce triumphus aduersus demones, &c.* Congruè igitur Cruce olim, vt nunc quoque, adeo frequenter pia Christianorum manu Cœmetrijs, ad obtestandam videlicet mortuorum resurrectionem, affigebatur, & cunctis veluti validum, ac nullatenus expugnandum Christiani pectoris munimentum commendabatur: *Hac enim thoracis loco*, vt Ephrem subdit, *amicti milites Christi, sancti martyres quascumque artes, adinventiones, audaciamque tyrannorum superarunt; hanc Sancti baiulantes, abdicato seculo, ingenti cum gaudio, & alacritate in solitudinibus, & montibus, speluncis, & terræ cauernis sibi mansiones delegerunt.* Vides hic ipsorummet Christianorum Cœmeteriales speluncas incolentium probe sub vno Crucis vexillo descriptam, adumbratamque imaginem.

12 Quocirca, vt susceptæ enarrationi insistamus, ad tartareas procul arcendas tenebras, absterrendaque ipsius Auerni legiones, in Christianorum domibus, ac lucernis Crucis olim vexillum, vt testis est Origenes, rutilabat: *Gaudentes*, inquit, *hoc signum leuamus in frontes, quod demones cum viderint, contremiscunt: nam qui aurea capitola non timent, Crucem timent.* Quibus plura verbis ad id fortasse, quod a Ioanne in Apocalypsi mystice denuntiatur, allussisse voluit: *Nolite nocere terræ, &*

neque arboribus, quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Olim quippe Deus Angelo Hierosolymorum Urbem excurrenti præcepit, vt signo *Tau* saluandorum ab intereptione frontes obfignaret: *Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam Ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium, & super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius.* Ad quod expressioribus quidem terminis denotandum subiicit: *Senem adolefcentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite, vsque ad intereptionem: omnem autem, super quem videritis Tau, ne occidatis, & a sanctuario meo incipite.* Hebræi quippe, vt Origenes docet, literam *Tau*, quia Hebraicarum literarum nouissima est, & quia תָּוָּא *Tora*, id est, *lex*, a litera *Tau* incipit, eos potissimum significare asserunt, qui perfectam, omnimodamque diuinæ legis scientiam obtinent, & ex eiusmodi scientia sensu, intimoque animi ob admissas in legem præuaricationes dolore afficiuntur. Quod Hieronymus pari verborum sententia hunc in modum edisserit: *Hebræi autumant, quia lex apud eos appellatur Tora, quæ hac in principio nominis sui litera scribitur, id est, Tau, quod illi hoc accipere signaculum, qui legis præcepta compleuerant.* Hæc ille.

13 Verum apte quidem recensitus in rem præsentem Hieronymus, Origenes, Tertullianus contra Iudæos, Ambrosius lib. 1. de Abraham, D. Augustinus in dialogo altercationis Ecclesiæ, & Synagogæ, Clem. Alexandrinus lib. 6. Stromatum, alijque passim edisserendo affirmant, literam videlicet *Tau* ante Esdræm præscos apud Hebræos Crucis figuram præsetulisse, & literæ *Tau* Græcorum, Latinorumque simillimam extitisse: quocirca Syri codices continne pro signo *Tau* legendum volunt: *Signa Crucem*, vt Ioannes Grial ex Caninio in notis ad S. Ildorum lib. 1. Etymol. 3. refert. Cruce ergo, vt diximus, patentissimum a nece liberandorum æque, ac salutis per Christi Crucem obtinendæ sacramentum mortalibus propinatum est. Hinc quippe ipsimet quondam Ægyptij Serapidis pectori literam *Tau*, quasi futuræ signum vitæ inscri-

Aug. in ps. 30.

Aug. in ps. 141

Cur Cruce
Christi in
scute
Christiani
serre debeantS. Ephr. 1. 3. de
S. Cruce.Cruceis figura
Christianis
olim solenni
sima.Orig. bo. 8. in
diuers.

Apoc. c. 7. n. 3.

Ezech. c. 4. n. 4.

Tau litera
saluans.

c. 9. n. 6.

Orig. Tor. 1. 1.
104. Ambr. 1. 1.
de Abra. Aug.
dial. con. Hebr.
Clem. Alex. 1. 6.
Strom.Io. Grial. 2. 1.
117. n. 3. 1. 1. 1.

bebant: qua de re luculenter ex more
Iacobus Gretserus lib. 1. de Cruce
cap. 51. ubi ex Rufino, Socrate, Sozo-
meno, contra nonnullos, qui id in con-
trouersiam reuocant, concinne in rem
præsentem confirmat.

14 Porro salutare Crucis signum,
sacramentumque pariter, tam impense
vniuerso Orbi, Deo disponente, com-
mendatum est, vt animatis, ac inaniis
item rebus illud iugiter sine voce lo-
quentibus, palam suggeratur. Aus
enim ipsa sursum ad volandum se attol-
lentes, Crucis figuram, vt diserte ait
Hieronymus, exprimunt, quod & homo
tum natans, tum adorans ipsomet situ
corporis eleganter adumbrat, sed & na-
uis antenna vbi Crucis figuræ assimilata
est, a ventis insufflatur, atque impelli-
tur: *Quin ipsa*, inquit Hieronymus, *crucis
figura, quid est nisi quadrati mundi for-
ma*. In ipso autem homine Crucis fi-
guram peculiari Bernardus mysterio de-
dicatam hic, verbis agnoscit: *Fortaf-
se*, inquit, *Cruce ipsa nos sumus, cui
Christus memoratur infixus. Homo etenim
formam Crucis habet, quam si manus exten-
det, exprimit manifestus*. Animatam igitur
in homine Crucis figuram agnosce.
Cæterum si ad antiquiora tempora rem
hanc deriuemus, sane recolendum *Tau*
signum, Græcis æque, ac Latinis vitæ
symbolum, e contra vero ipsum *Theta*
mortis signum extitit: quocirca legibus
olim obnoxij, damnatique a Iudicibus,
Aufonio teste, litera *Theta*, liberandi ve-
ro *Tau* signo adnotabantur. Hoc quip-
pe, vt alia item quamplura Romani a
Græcis, Græci ab Ægyptijs, Ægyptij
a Iudæis mutuati sunt. Quod autem
Theta antiquis apud Iudæos temporibus
θανάτου, id est, mortis nota extiterit,
compertum est. Inde enim Aufonius
in Eunum epig. 120. ludens cecinit:
*Miselle doctor a tibi sit obsceno,
Tuumque nomen Theta scilicet signet.*
In quem postea locum Scaliger: *u*, in-
quit, *erat signum suspendij, refert enim la-
queum collo inuolutum, litera condemnato-
ria: quin & in castris militem ex cohorte
morte dispunctum hæc nota significabat*. Ve-
rum pie, eleganterque Martialis ille
Christianus lib. 3. prolusit:

*Infelix multis Theta est, mihi litera felix
Si θανάτου scribit & ille θάυ.*

Iure igitur a Chaldæorū gladio in Hiero-
solymitanæ Urbis excidio liberandi si-
gno *Tau* potius quam alio prænotan-
tur, vel eam potissimum ob causam,
quod litera *Tau* formam, ac speciem
Crucis exhiberet, ac redemptionis, vi-
tæque symbolum esset: *Quoniam eo si-
gno*, vt Tertullianus ait, *vita hominum
præstruebatur*. Vt inde profecto orbi
præsignaretur, nos per Christi Crucem
a morte, a gehenna, ab ipsa dæmonum
tyrannide in libertatem vindicandos,
eosque præsertim, qui salutarem Christi
Crucem fronti, atque animo, constanti
fide imprimunt. Demum vt symboli-
ce rem discutiamus, *Tau* quidem vlti-
ma est Hebræorum litera, & Christum,
qui pro nobis virorum omnium in Cru-
ce nouissimus factus est, apte designat,
vt Isaias cap. 53. exprellis verbis enun-
ciat. Rursum vero *Tau* Christum Do-
minum, qui est A & Ω ipsius legis prin-
cipium, & finis, significat. Quod nunc
autem ad mores salubriter instruendos
attinet, Crucem tum signaculum, tum
amicorum, electorumque Dei tesseram
esse, ideoque hanc haud ab hominibus
subterfugiendam, sed totis ambiendam
amplexandamque animi viribus fore
suggeritur. Quapropter Constantinus
Magnus, Eusebio enarrante, Cruce frō-
tem crebro, *quasi trophæo victorioso* obli-
gnare consueerat: quippe qui contra
Maxentium in acie dimicaturus, signum
Crucis in Cælo illis plane notis inscri-
ptum contemplari meruit, nimirum
in Cælo uictæ, id est, *in hoc signo uincet*.
Et cuiuscemodi inculpto signo tyran-
num Crucis vexillo mirabiliter uicit,
ac prostrauit, haud vna, sed duabus
Græcis literis prænotato.

15 Illud vero enarratis hæcenus
coronidis instar subteximus, vt veneran-
dæ antiquitati suus decor, ac promeri-
tus cultus iugiter illibatus permaneat,
ac sacrosanctum Christi nomen Græcis
notis exculptum cuique ad hæc vsque
tempora oculis vltro explorantibus in-
notescat, in ipsis videlicet numifinatis
tum a Constantino Magno, tum ab
Arcadio Augusto olim editis sacrum
Christi nomen Græcis duabus literis
militari labaro sub Crucis forma X in-
sculptum, designatumque fuisse, ex qui-
bus aliquot ex auro affabre elaborata &

Tert. lib. con-
1. ad.

Is. 53. m. 3.

Euseb. in vit.
Const. l. 3. c. 2.

Nomen Chri-
sti quomodo a
Græcis ex-
pressum.

Numismata
aurea cum
Christi nomi-
ne.

inter Palatii Lateranensis rudera, Sixto V. Pontifice Maximo, in demoliendis antiquis, quæ proxime ruinas minabantur, substructionibus felici Christianorum omne adinuenta, idem Pontifex insignioribus quibusdam Episcopis, qui tunc in Urbem aderant, pretiosi instar thesauri reservanda concessit, hac tamen conditione legis instar addita, ut parochiali Ecclesiæ, sub qua demum eisdem diem obire contigisset, eadem perpetuo addicta, ac dicata permanerent. Nec vero recolendæ antiquitati hunc in modum sapientissimus Pontifex prospexisse contentus, ut amplioribus quoque privilegijs recolenda isthæc numismata, quo maiori apud omnes venerationi essent, cumularet, sacris indulgentiarum thesauris, ex ipsius Ecclesiæ promptuario, cunctos Christi fideles perpetuo locupletari voluit, qui ad prædictas Ecclesias, in quibus sacra numismata asseruabantur, perpetuis futuris temporibus sacrosanctum Crucis vexillum in eisdem veneraturi accessissent, quod bis quidem in anno indulget, festiuis videlicet diebus Inventionis sanctissimæ Crucis mense Maij, & exaltationis item eiusdem Crucis Septemb. mense annuatim recurrentibus. Vnum autem è facris hisce numismatibus nostra Vallicellana Ecclesia inter præcipuas sanctorum reliquias, & sacræ antiquitatis monumenta possidet, cuius hic tibi iconem contemplandam proponimus, quod Crucis signum, & Christi pariter nomen in militari labaro hunc in modum intuentibus exculptum exhibet.

Numisma Arcadij aureum cui Christi nomen impressum in Ecclesia Vallicellæ.



Numismatis
Arcadij signi-
ficatio.

Porro aureum hoc aurei plane Imperatoris Arcadij numisma, quod suspicendum ingiter Christianorum oculis recolendæ antiquitatis monumentum est, ex vna quidem parte Imperatoris effigiem, ex altera vero ipsimet Imperatorem triumphali erecto Crucis vexillo anguis tartarei caput pede con-

culcantiem exhibet, quo symbolice illud fortasse Regij Psalmistæ oraculum inculcet: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Præclaro quippe cuiusmodi symbolo idololatriam Christianorum pedibus Christi virtute proculcatam sapientis consilio Imperatores prænotari volebant. Qua item forma Magnus ille, Christianorumque Imperatorum, ac principum dux Constantinus in suis numismatibus militare labarum sacrosancto Christi nomine, ac Crucis signo nobiliter exculptum, ac præmunitum, ut infra subiicimus, primus omnium crexit, cuius nimirum hastæ antiquus serpens Dominicæ Crucis potentia, ut videtur, est, deuctus, prostratusque succumberet. Demum peculiari antiquæ religionis zelo permotus Innocentius X. Pontif. Max. cum nuper Constantinianam basilicam iam quasi collabentem instaurantem curaret, serio recolens quam gratum primæius Christianis sanctum Christi nomen Græcis illis expressum literis, & quam solempne extiterit, quibus iugiter ad manum erat, & quam speciosum item, ac familiare ipsimet Constantino Magno, qui publicis illud passim monumentis dedicavit, antiquos eiusdem Constantinianæ basilicæ parietes, quos illibatos extare voluit, hoc nobili salutis signo triumphalis ✠ instar coronæ exornari iussit.

15 Sed his in perenne sacrosancti Christi nominis monumentum prolixiori sermone hætenus enarratis, ut ad Cæmeteria, e quibus digressi sumus, nunc tandem reuertamur. In his præcipue locis exsculpta huius nominis nota coruscant, & quidem congrue, nec valde lectori mirandum, si in abditis quibusque antiquorum Cæmeteriorum locis, in quibus iuges Christianorum conuentus siebant, & tuto recepta sine imperterrita Christi militum castra, in acie tandem proditura, cgebantur, haud mirandum, inquam, si tam multa passim sepulchra, ac sepulchrales insuper titulos sacratissimi huius nominis nota inscriptos, ac prænotatos assiduo persecutantium studio adinueniri contingit. Hoc quippe nomen, velut vnica, ac singularis Christianorum tessera, vel ore prolatum, vel stylo inscri-

Psal. 90.

Labarum militare Constantini Imp. crucis signatum.

Innocentius X. Basil. Const. instaurat, & parietes nomine Christi ornatur.

ptum

ptum, aut ferro insculptum veros Christi cultores palam ostendit, atque renuntiat, apud quos tum viuos, tum mortuos inter vestigandum perpetuo reperitur. Et hæc de venerando Christi nomine Græcis elementis exarato, sacra corfulentes antiquitati, prolixiori sermone enarrasse voluimus.

CAP. XXIV.

De beatorum Apostolorum sub multiplici forma Imaginibus.

I Symbolicis Christi imaginibus, quas hæcenus curiose perlustrauimus, expediti ad sacras iam Apostolorum, qui proximum post Christum in Ecclesia locū obtinent, imagines inuisendas digredimur. Et quidem (vt enarrandi exordium faciamus) in descriptis hæcenus Cæmæterialibus tabulis nedum exsculptæ, effictæque sacra Apostolorum imagines exhibentur, sed beatissimi quoque iidem Apostoli multiplicibus figuris ac symbolis adumbrati frequenter conspiciuntur. At vero præ cæteris symbolum illud potissimum est, quo sub ouium forma ipsimet ouilis Dominici pastores contemplandi intuentium oculis proponuntur. Ad quod comprobandum haud prolixam hic nobis enarrationem subtexere opus est, cum ipse Christus Dominus, vt Euangelicæ testantur pagina, eosdem, quos elegit, Apostolos ouium vocabulo nuncupauerit. In ipsâ quippe recolenda sacratissimæ Passionis nocte, fugam quam illi metu perterriti, vltro arrepturi erant, haud obfcure prænuntians, ait: *Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte: scriptum est enim, percussiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Et ipse insuper Paulus gentium doctor de Christi Apostolis loquens in epistola, quam ad Romanos conscripsit: *Æstimati sumus, inquit, sicut oues occisionis.* Innumera autem sunt & sacrarum paginarum, sac orthodoxorum Pa-

trum prouptuario testimonia, quæ ad id, cuius sermo recurrit, comprobandum in medium afferri possent, sed ne pio, ac studioso lectori tædium inferamus, sententias, quæ hac super re a Patribus coaceruantur veluti apprime notas consulto hic prætermittimus: vnum interim nobis insinuasse opportunum videtur, a priscis videlicet illis Christianæ fidei cultoribus, qui sacra passim picturis loca excolebant, beatissimos eosdem Apostolos, dum bis denas ante venerandam Christi Pastoris, vel certe Agni Crucem, deferentis imaginem oues pingebant, designatos fuisse; ni forte asserere quippiã velit duodeno, qui in tabulis præfertur, ouium numero duodecim Israëliti populi Tribus, vel certe familiarum profapias subintelligendas fore, ad quarum promouendam iugiter, procurandamque salutem e Cælo se missum in Euangelio Christus palam contestatur; quas insuper Tribus ad diem nouissimi numerorum Apostolorum, qui terrenis omnibus se abdicarunt, iudicio subiiciendas idem Dominus prænunciauit.

2 Verum vt proposito insistamus, haud ouium duntaxat simbolo Apostolos, sed alijs item formis eosdem designari asserimus. Apostoli quippe (vt alicubi videre est) virentes arborum ramos capitibus præferentes adumbrantur: quod quauis ex consueta pictorum licentia obtigisse queat, quibus, vt poeta olim cecinit,

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Cum tamen de sacris hic picturis Christianorum manu elaboratis agatur, haud vllam tabulis irrepsisse licentiam, sed potius eiuscemodi pingendi forma quid mysticum portendi arbitramur: hoc enim fortasse simbolo diuina imbuti sapientia viri exprimere id voluere, quod Apostolus illis plane verbis edocet: *Tu autem, cum oleaster esses insertus in illic, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.* Quæ verba hac plane vltus interpretandi ratione in rem præsentem Augustinus edisserit: *Ergo de radice per triarcharum dicit fractos quosdam ramos propter infidelitatem, & insertum ibi oleastrum, vt esset particeps pinguedinis oliuæ, id est, Ecclesiam ex gentibus venientem.* Porro vt egregie ibidem Ambrosius adnotauit, præter vlt-

Duodecim oues duodecim Tribus Israel a Christo saluandæ.

Apostoli cum virentibus arborum ramis depicti, eiusq; mysterium.

Christiani sūt iusti Christi.

Rom. 11.

S. Aug. in ver. Ap. 11.

Apostoli sub
ris formis
Cæmæterialibus
depicti.

ouium
ma.

att. c. 26.

id Rom. c. 9.



Homines arbores .

S. Amb. in ep. ad Rom. 11.

Io. c. 15.

Rami imaginibus Apostolorum appicti quid denotent.

S. Aug. ser. 28. in S. Laur. fest.

Christus Dominus granum sinapis.

Apostoli, & martyres rami Christi arboris.

S. Hyl. in Matt. c. 13.

vfitatum & communem omnium morem obtigisse videtur, vterilis plantæ, vel agrestis omnino furculus in bonam aut faciuam arborem inseratur: quod nisi expressis verbis Apostolus afferuisset, nullius quidem esset roboris argumentum, quod ab ipso recenseretur: quapropter hæc ibi ad rei propositum subdit: *Contra naturam, seu præter naturam, vt Græcus rextus habet, insertus in bonam oliuam. Id tamen assecuti sumus per illam insitionem, vt arbor mala efficiatur bona, & oleaster bona reddatur olea, participans de succo et pinguedine spiritus Christi. Insuper insiti Christo, non iam fructus nostros, sed plantæ, cui insiti sumus, id est, Christi, feramus. Ipse est enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate; & sicut dixit Ioannis 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Hæc Ambrosius.

3 Ramos igitur, quibus sacras Apostolorum imagines in terdum adumbratas conspiciamus, ipsosmet Apostolos in Christo insitos proculdubio designare asserendum est, qui vberimos deinde ex toto terrarum orbe spiritualium bonorum fructus ipsius Christi virtute mirabiliter præstituri essent. Verum conceinne sua ex more ad rei propositum Augustinus serm. quem in festiuo S. Laurentij die habuit, dum sinapis parabolam edidit, eandem his plane verbis sententiam confirmat: *Sed quoniam dicit scriptura: Et creuit & facta est arbor, & volucres celi requieverunt in ramis eius. Arbitror hoc ipsi Christo Domino dicere, & rectius comparari: quia nascendo in homine, humiliatus vt granum est: ascendendo ad Cælum, exaltatus vt arbor est. Et idem infra hæc symbolicæ locutioni insistentem profert: Ramus, inquit, est Paulus, ramus est Laurentius, cuius hodie natalitia celebramus, rami sunt omnes Apostoli & martyres Saluatoris. Verum Augustino Hilarius quoque hunc in modum adstipulatur: Sed iam, inquit, in ramis arboris ex solo in sublime prolata, Celi volucres inhabitant, Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos & mundum inumbrantes, in ramis intelligimus, in quos gentes in spem vite aduolabant; & aurarum turbine, id est diaboli spiritu flatuque vexate, tanquam in ramis arboris requiescunt. hæc in rem præsentem Hilarius. Idem insuper Apostoli, qui ramis interim portenduntur, symbolico quo-*

que arborum typo quandoque repræsentari indubitarum est; sed quoniam a nobis de his infra suo loco differendum erit, eò lectorem sacre anhelantem antiquitati amandamus. Interim vero pauca hæc de Apostolorum imaginibus lectori delibasse sufficiat.

CAP. XXV.

De recolendis virginum ardentes lucernas manu deferentium Imaginibus.



VENERANDAS quidem beatarum Virginum imagines, que sunt (vt Cyprianus ait) *illustrior pars gregis Christi, & quibus, vt Hieronymus inquit, pudicitia plus est quam regnum præcipuum* quoque inter suspicenda olim Cæmeterialium locorum monumenta locum obtinere, & congrue quidem, quarum nitor apprimetur, carundem imago loca isthæc sacra decorasse visa est: & quibus ipsum Regnum Cælorum edifferente parabolam Christo, comparatum erat, subterranea quoque istdem Roma item illustrari promeretur. Vt propositæ igitur enarrationi vela pandamus; sat cuique ex Euangelicæ lectione notum est, nobilissimam eam inter cæteras, quas Christus digessit, decem virginum parabolam extitisse, vt Apostolos, ac cæteros deinde fidelium eius explanatione salubriter erudiret. Quapropter eum parabola hæc præcipuis sit reserta mysterijs, a primæuis quoque Christianis eandem frequenter vsurpari, ac coloribus exprimi contigit. In prima enim Cubiculi tertij Cæmeterij Beata Agnetis tabula mulieres quinque vnâ cum lampadibus, quas manu deferunt, contemplandæ exhibentur; quibus profecto haud alias, quam prudentes virgines indicari putamus. Mystica vero huius parabolæ, quæ ad nostri potissimum instituti propositum facit, elucidatio apud virum doctissimum Bedam his verbis recenseretur: *Tunc*

Hier. l. 1. c. 10. in.

Parabola decem virginum in Cæmeterijs depicta, & cur.

Parabola decem virginum in Cæmeterijs depicta, & cur.

Bed. in c. 25. MAT.

sur-

surrexerunt omnes virgines illae, id est, electi simul, ac reprobi, a somno mortis excitati, sua secum opera numerant, pro quibus recipiant, &c. Sed disertis plane verbis haec eadem parabola, & congruis quidem in represententem significationibus, a Diuo Hilario exponitur, apud quem isthaec videre est: *Primo, inquit, progressu vitae huius officijs occurrere in resurrectionem, qua est ex mortuis, praeparatur. Lampades igitur animarum splendentium lumen est, quae sacramento Baptismi splenderunt. Oleum, boni operis est fructus. Vasa, humana sunt corpora, intra quorum viscera thesaurus bonae conscientiae recondendus est. Nuptiae, immortalitatis assumptio est, & inter corruptionem atque incorruptionem ex noua societate coniunctio. Mora sponsi, penitentiae tempus est: expectantium somnus, credentium quies est, & in penitentiae tempore mors temporaria vniuersorum. Noctis media clamor cunctis ignorantibus, Tuba vox est Domini praecedentis aduentum, & vniuersos ut obuiam sponso exeant, excitantis. Lampadum assumptio, animarum est reditus in corpora; earumque lux, conscientia boni operis elucens, quae vasculis corporum continetur, &c.* haec Hilarius, acutissimus mysteriorum Caelstium percrutator, qui sub vnius, eiusdemque parabolae velamento quot verba tot sententias protulit, & quot res digessit, totidem sacramenta propinauit.

2 En igitur, amice lector, quam opportuno, & consono ipsismet rebus mysterio, eiusdemodi virginum parabola sacris olim Christianorum Caemeterijs expressa atque affixa pariter fuerit, ad fouendos nimirum, obfirmandosque certa futurae resurrectionis spe fidelium animos, eosdemque ad martyrium pro Christi fide subeundum alacriter excitandos: quod in gestis praesertim beatorum mart. Cyri & Ioannis, ab iisdem egregie praestitum fuisse legimus, dum Theocristo, Theodora & Eudoxiae virgini, nobilissimi certamen martyrij vltro constanterque amplectendum suggererent, ac tum verbis, tum rationibus suaderent; his enim athlete Christi, vthistoria perhibet eorumdem ore sermonibus compellati fuere: *Iam inter prudentes virgines accepistis oleum in vasis vestris cum lampadibus. Restat ergo, ut superantes tyrannos, cum corona virginitatis & palma martyrij ad*

caelestes nuptias intretis cum Christo Domino & sponso vestro, atque cum eo perpetuo exultetis, &c. Audis quam apte proposito prudentum virginum symbolo pugiles Christi in arenam euocentur.

3 Oculis igitur parabolica virginum imago ad contemplandum exhibitae, & pio Christianorum studio in subterraneis Caemeteriorum locis, in quibus defunctorum corpora seruabantur; atque ob diram insectantium rabiem iidem delitescerant, coloribus affabre adumbrata futuram spem certam resurrectionis contemplantibus ingerebat, & calcarium instar torpentes vrgendo, acres moerentium animis ad certamina strenue pro Christo subeunda, post certamen ad coronam, & ad festiuas inde vnacum virginibus nuptias euocandis stimulos addebat. Sed his haecenus super descripta Virginum imagine enarratis ad alias Caemeteriales imagines contemplandas properandum est.

CAP. XXVI.

De hominum multiformiter expressis Imaginibus.

1 **S**ACRAS iam, recolendaeque (vt vides amice lector) Christi Saluatoris, ac beatorum Apostolorum imagines, praecipuaque carundem mysteria paucis delibauimus: nec non caeteras insuper, quae in historia Euangelica recensentur, imagines intuentium ob oculos calamo, ac pennicillo itidem adumbrauimus; reliquum nunc est, vt carum, quae sub humana specie multiplicibus quidem formis efficitur quandoque conspiciuntur, breui perstrictam sermone explanationem aggrediamur.

2 Quoniam vero nonnullae ex praememoratis haec imaginibus quosdam extensis brachijs, ac manibus eleuatis orantium in morem stantes exhibent; a iis vero quosdam, vt videre est, ad Christi pedes humiliter prouolutos praesefrunt, illud a nobis hic primum praemit-

Ex parabola virginum spe resurrectionis conspiciant.

Variae hominum figurae, earumque positio.

Orantium imaginibus extensis cuiusque mysterium.

Aliae praefracte ite orantes.

tendum est, vt rem totam commode per se lector assequi valeat, varijs quidē olim modis, ac multiplici corporis situ antiquos Christianæ fidei sectatores Deū exorare consueuisse; genu videlicet aliquando humi defixo; manibus interdum iunctis ac simul complicatis, in terram deuolutos, nec non alicubi stantes, ac manibus in Cælum eleuatis: quæ quidem singula illibata fidei ac probata innocentia viri, cœlesti sapientia præditi non absque peculiari mysteriorum obitu vt pote a Spiritu sancto edocti, præstitere, vt Nicolaus Pontifex huius nominis Primus in respons. ad Bulgar. egregie his verbis inculcat: *Dicitis, inquit, quod Greci fatentur, quod in Ecclesia qui non consuetis ad pedes manibus steterit, maximum habeat peccatum. Hoc vt fieret, præceptum fuisse nusquam, nisi fallor, inuenitur; ac per hoc nisi fiat, peccatum non est: nam quidam faciunt hoc, quidam illud genus humilitatis. Et idem infra hæc in rem præsentem subtextit: Quia in Euangelio reprobatorum ligari manus & pedes reperiuntur: quid aliud isti agunt, qui manus suas coram Domino ligant, nisi Domino quodammodo dicant: Domine ne manus meas ligari præcipias, vt mittas in tenebras exteriores: quoniam ecce ego eas ligauit, & ecce in flagella paratus sum. Hæc ad rem Nicolaus Pontifex enarrat.*

Responsio Nicolai I. ad Bulgares de modo orandi manibus inter se iunctis. Nicol. I. Pap. resp. ad Bulg.

Orare erecto in pedes corpore symbolis resurrectionis.

3 Verum enimvero quemadmodum modus hic Deum suppliciter exorandi, his, qui multiplicibus eriminum vinculis obnoxij sunt, & qui ad redimenda peccata pœnitentiæ operibus vacant, maxime congruit; ita pariter stantem quempiam corpore (quod resurrectionis symbolum est) preces ad Deum effundere, animam vtique ab ipsomet perenni interitu, cui iam delinquendo addicta fuerat, ad vitæ gratiam diuinitis surrexisse designat. Quapropter Dominicis præsertim diebus, qui Dominicæ resurrectionis mysteria Christiano orbi protestantur, ac toto Paschali interlambentium dierum tempore stantes atque erecto corpore orare Christiani consueuerunt: quod ex Apostolicis ipsiusmet Clementis Papæ constitutionibus, his plane verbis liquido comprobatur: *Deinde adstans dat orationem, quam nos docuit Dominus: surgentem autem stare oportet necessario, & orare; quoniam qui suscitatus*

Clem. Const. Apost. c. 44.

est, reclus manet. Ideo cum is commortuus sit, & excitatus vna cum Christo, ad stare debet. Illud autem enarratis hæcenus subiicimus, quod Iulianus Martyr eleganter in rem præsentem enarrat: is enim aliquando interrogatus, quanam de causa diebus Dominicis genua neutiquam flectimus, dum oramus, quod ramen reliquis hebdomadæ diebus exacte præstare omnibus solemne est, in hunc plane modum respondit: Quia, inquit, vtriusque nos oportet ingenere habere memoriam, & ipsius per peccatum lapsus nostri, & gratia Christi nostri, per quam a lapsu resurreximus. Eapropter genuum per sex dies inclinatio, symbolum & nota est. Ipsus per peccata nostra: quod vero die Dominico genu non flectamus, signum est, & designatio resurrectionis, per quam gratia Christi & a peccatis, & a morte, que ab illo interfecit, liberati sumus. A temporibus autem Apostolorum consuetudo talis accepit initium, prout B. Irenæus martyr, & Episcopus Lugdunensis in libro de Paschate, ubi quoque mentionem facit Pentecostes, in qua genua non inflectimus; quoniam par est cum die Dominico potestate, &c. Vides antiquam illibatamq; Ecclesiasticorum rituum, & qui adhuc apud nos vigent, rentem iugiter consuetudinem.

Orare diebus Dominicis flexis genibus ab Apostolorum originem traxit eiusque mysterium.

Lust. mar. Av. x. in resp. ad. 15.

4 Demum vt res magis eluceat, omittis hæc super re aliorum Patrum sententijs, & Conciliorum, Nicæni præsertim, Carthaginensis, Cōstantinopolitani ac cæterorum decretis, presbyter venerabilis Beda hoc quod supra dixeramus, eiusmodi verbis confirmat: *Nec quemquam sanctorum legimus, tempore Dominicæ resurrectionis, vel ipso Domino, vel Angelis sibi visis, terra prostratum adorasse. Vnde mos obtinuit Ecclesiasticus, vt vel in memoriam Dominicæ vel nostræ spem resurrectionis, & omnibus dominicis diebus, & toto tempore quinquagesime, hoc est a Paschate resurrectionis ad Pentecosten, non flexis genibus, sed declinatis in terram vultibus oremus. Hæcenus pro recepta apud orthodoxos orandi consuetudine Beda.*

Beda in Luc. 14.

5 Porro protensis, eleuatisque manibus precatio insistere, gentilibus quoque vsui quondam fuisse exploratissimum est, vt ipsemet Tertullianus carm. de Iona & Niniue testatur, ubi de Propheta Iona diserte loquens, eiusdem

Orare manibus sublati genibus etiam gentium. Tert. carm. de Iona. & Niniue.

socios, dum inter insurgentes maris procellas periclitarentur, suos utique Deos extensis brachijs, ac manibus eleuatis deprecatos fuisse ait; hæc autem sunt eius verba:

Expanduntque manus nullorum ad numina Diuum.

Porro ipsos apud Hebræos peculiaris quidam mos inoleuerat manibus eleuatis Deum exorandi: quem ritum pluribus quidem sacrarum Paginarum locis obfignatum legimus, vt præsertim patet Exod. 17. 12. vbi isthæc: *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remississet, superabat Amalech. Quapropter Aaron & Hur manus eius ex utraque parte sustinere curarunt.* Pijssimus autem vir Dauid hac plane ratione precationi vacare consueuerat, vt ipsemet in plerisque psalmis satis expresse testatur, psalmo videlicet 27. *Dum oro ad te, dum extollo manus meas ad Templum sanctum tuum. Si expandi manus meas ad Deum alienum. In nomine tuo leuabo manus.* Psal. 62. *Tota die expandi manus meas.* Psal. 87. *expandi manus meas ad te.* Psal. 142. & idem frequenter alibi apud regium psalmistam exprimitur.

6 Eiuscemodi autem orandi ritum, qui apud omnes passim inoleuit, iam tum salutare Crucis signum præmonstrasse orthodoxi Patres edocuere, cuius mirabili potissimum virtute, & ipsiusmet Christi meritis, qui protensis in trunco manibus clauis valide confixus est, tartareorum hostium legiones profigantur, & cuncta, quæ a Deo votis exposcimus, salubriter protinus obtinentur. Huc præcipue Cyprianus allussisse videtur, qui tractatu, quem de Christi passione edidit, de eleuatis a Moysc in cælum manibus, quarum ministerio confertas Amalecitarum copias facili inter dimicandum negotio debellabat, luculenter de more edisserens, Christum, cuius ille typum gerebat, his plane verbis, alloquitur: *Considero, inquit, opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, iam nec tristem, nec pauidum, sed suppliciorum victorem, eleuatisque manibus triumphantem de Amalech.*

7 Verum aliud præter hætenus recensitum in re præsentis mysterium Gregorius Nazianzenus acute contemplari non desinit, dum ob temere Adami

manus ad carpendum vetita ex arbore pomum extensas, Christum Dominum, vt Patri se ipsum offerendo morem gereret, suas in Cruce manus extendisse his verbis affirmat: *Idcirco lignum aduersus lignum, & manus aduersus manum. Ille, inquam, fortiter extensæ aduersus incontinenter extensas: ille clauis confixæ, &c.*

8 Christiani igitur manibus in Crucis formam iunctis, aptatisque Christi toto animi studio exemplar sectantes, orationi insistere consueuerant, hac nimirum orandi forma eidem Domino in mentem quodammodo reuocantes acerbiora quæ pro humano genere redimendo hunc in modum e Crucis patibulo pendens pœnarum tormenta perpeti dignatus est tunc potissimum quando iisdem fidelibus quorum crimina diluebat, vberissimam supernæ benedictionis gratiam, cruorem effundendo, & vitam instillando promeruit. Quamobrem fideles contemplationis huius præsidio communiti, ardua, quæque amoris Christi gratia subire, & cunctarum genera pœnarum constanter perpeti nullatenus detrectabant; potentiam quippe sacratissimæ Crucis ac gloriam pariter vna cum beatissimo Apostolo Andrea iam prope lyncis oculis delibantes, pleno eadem iugiter ore populis annunciabant. Cuius quidem rei testis locupletissimus est Nazianzenus, qui oratione aduersus Iulianum, ardentiores Christianorum conatus, ac pia eorumdem in precando studia recolens, isthæc subtextit: *Quorum, inquit, lacrymæ peccati diluuium, & mundi piamentum: quorum extensæ inter precandum manus, flammæ extinguunt, feras consopiant, gladiatorum aciem retundunt, instructas acies in fugam vertunt, &c.* huc vsque Nazianzenus.

9 Quod sane quamplurimis beatorum martyrum exemplis comprobatur, qui contestandæ fidei causa, dira quæque tormentorum genera subituri, protensis in cælum manibus, forti, constantique animo interagones persistendo orabant. Ex his vero, vt cætera taceamus, vnum duntaxat in medium proferre libet, quod Eusebius de quodam adolescente his plane verbis recenset: *Interea non modo virilem & intrepidam sanctorum illorum animi tolerantiam, sed firmam etiam atque inflexibilem in teneris corporibus constantiam*

Naz. Apol. or.

Christiani cur orant Crucis in formam.

Naz. or. ad Int

Martyres in ipsius tormentis orant brachijs extensis.

Euseb. h. l. c. 7 Adolescentus cuiusdam constantiac fortitudo in martyrio.

ej Tonæ aut brachijs extensis.

cytes brachijs extensis impetatoris victoriæ.

Exod. 17. n. 12.

quid orant manibus elevatis.

Psal. 27.

Psal. 62.

Psal. 87.

Psal. 142.

are manibus Crucis repræsentationem.

postrophe Cypriani ad spiritum crucifixum. Cyp. or. ad. p. Cbr.

comparatio Christi, & Adami.

tiam cum stupore quodam mirari licuerat. Vidisses enim adolescentem, non viginti annos integros natum, multis constrictum vinculis, firme confitentem, manibus in Crucis modum transverso expansis, robusta & excelsa mente in precibus ad Dei nomen fundendis attentissime defixum; neque omnino se commouentem, neque in hanc uelque in illam partem de loco, in quo steterat, descedentem; idq; cum vrsi & pardī furorē in eum exhalarent, cumq; iam eius carnem dentibus lacerare aggredierentur, quorum ora, diuina quadam & inexplicabili potentia, nescio quo pacto fuere prope obturata, &c. Illud hic præterea nobis, quod duplici mysterio conspicuum sit, contemplandum occurrit, Christianos videlicet præmemorata, olim forma orare cōsueuisse, non vt Crucis duntaxat imaginem, potenti eius virtute suffulti, ad viū præsentarent, sed & defixis insuper in Cælum oculis inter precandum persistisse, vt inde nobis omne datum optimum, & omne donum perfectum sacrarum edocti scripturarū oraculis obuenire facerentur: quapropter extensas in sublime frequenter manus protendere non desistebant, vt superna enixius dona postulantes, spe subnixi, quæ postulabant, iam manibus quodammodo apprehendere viderentur: Dominus quippe se vltro petentibus bona isthæc daturum repromiserat, vt habetur Ioan.

Io. c. 16.

16. Petite, & accipietis. Et: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, &c.

Manibus vultui admotis orare quid denotet?

10 Inter easdem insuper Cœmæterialium Cubiculorum imagines nonnullæ interdum conspiciuntur, quæ manus, vel digitos ori, quædam vero naribus superpositos præferunt. Porro imagines, quas primo loco recensuimus, attentionem animi, atque oris silentium indicere, vel potius indicare videntur, vt ex ipsismet Iobi verbis cap. 21. aperte colligitur: Attendite me, inquit, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro. Vbi Glossa: Qui silentio audiunt, ferme cubito in femur incumbente, & in manus ora residente, ad ea que dicuntur, aduertere, & animum consuevere. Et ex illis eiusdem Iobi 39. Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.

Iob. c. 21.

Iob. c. 39-34.

11 Digitus vero naribus admotus, vt in sacris præcipue Petri & Ionæ ima-

ginibus videre est, mœrentis animi symbolum præferret: cuius quidem rei prænotandæ signum illud accedit, quod iuxta Petrum gallus quandoque pingitur, qui perpetrati deinde abnegato magistro piaculi, quod iugiter ille deflebat, corrector ac nuncius cantu ipso effectus, perenne eiusdem animo monumentū suggerebat. Pari quoque ratione Ionas sub arido soliorum vmbraculo consistens, ac digitos hunc in modum præferens, mœrorem animi inuentibus ipso aspectu demonstrat. Quod autem digitus naribus appositus mœrentis animi indicium sit, Epiphanius de Trascodrugitis hæreticis loquens; quibus eiusmodi consuetudo inerat, hac plane ratione affirmat; sed eius hic verba in medium proferamus: Vocantur autem, inquit, Trascodrugita ob hanc causam. Trascus apud ipsos pertica appellatur: drugus vero nasus, siue rostrum appellatur, & ab eo quod imponunt digitum suum, indicem appellatum, in nasum, dum orant, tristitie nimirum & vltionæ iustitie gratia, ab aliquibus Trascodrugita appellati sunt, &c. At vero cum Christiani prauos, corruptosque hæreticorum mores, ac impiorum hominum consuetudines iugiter detestantes, sibi ab eorum commercio maxime cauere, nobis potius existimandum videtur, ad iram stomachabundi atque indignantis Ionæ prænotandam gestum descriptum corporis referendum esse: nares enim velut præcipua iracundiæ sedes computantur; quod non profanorum duntaxat scriptorum, verum & ipso sacrarum paginarum testimonio abunde conuinci potest. Sed iam humanis,

quas huc vsque recensuimus, imaginibus perlustratis, iam ad cæteras multiformes Cœmæteriales peferrandas progrediamur.



CAP. XXVII.

De multiplici Christiano-
rum Agape.



AD conuiualesiam, si-
libet, epulas, quæ Cœ-
meterialibus in tabu-
lis exhibentur, læto
quidē, ac periuicundo
inuitante nuncio euo-
camur. Quoruscumque autem non prom-
pto, libentique animo epulis inuitatus
interfit? Sed quorsum, quis inquiet, in
Cœmeterijs conuiuia? quorsum, inquā,
vbi funera, vbi cadauera, vbi sepulchra-
les vrnæ? ibi epulæ, ibi discumbentium
mensæ? An non opportuno Sapiens
consilio nos præmonitos voluit, Cœme-
teria videlicet nuptialibus mensis, ac
epotantium conuiujs longe anteferen-
da mortalibus? *Melius est, inquit, ire
ad domum luctus, quam ad domum conui-
uij: in illa enim finis cunctorum admo-
netur hominum, & viuens cogitat, quid futu-
rum sit.* Euigilat quippe in sepulchris
inter arida mortuorum ossa mens homi-
nis, quæ inter lætas blande viuentium,
& conuiuantium dapes sopita luxu, ac
otio torpescens dormitat: *Cor sapien-
tium, inquit Sapiens, vbi tristitia, & cor
stultorum, vbi letitia.* Ad Cœmeterio-
rum igitur sepulchra, ad sepulchrales eo-
rundem titulos, non ad conuiuia, &
conuiuantium dapes, si sapiuus, accur-
ramus. Verum quoniam Cœmeterialia
pariter sunt conuiuia, quæ istis nobis in
tabulis apponuntur, quæ pia item, mo-
desta ac sobria Christianorum, charitas
alieno profus beneficio, proprio licet
impendio, frequenter instruere consue-
uit, haud conuiuales istas epulas, quæ
hic exhibentur, delicate nobis fastidien-
das esse putauimus: spiritalis enim ali-
monie cibos, animis profectio haud par-
um sapidos, mensis eiusmodi accum-
bentes degustabimus. Ad Cœmeteria-
lium interim conuiuiorum lubenti ani-
mo enarrationem aggrediamur.

2 Cæteras quidem inter locorum
subterraneorum imagines, quas acceden-
tibus perscrutando suspicere fas est,

quædam in supra iam descriptis tabulis
recensentur, quæ conuiuas mensæ accum-
bentes, ac iucunde epulantes repræsen-
tant. Cum satis autem exploratum sit,
in sacris eiusmodi locis parentalia, vel
mæsta gentilium silicernia nullatenus
vnuquam celebrata fuisse, vt suo iam loco
probanimus: cum præterea haud casu,
haud ociose hæc olimibidem Christiano-
rum manu coloribus adumbrata fuerint,
vt corundem, si quod latet, mysterium,
propius assequamur, operæ pretium duxi-
mus in studiosi lectoris gratiam proli-
xiori quidem sermone de iisdem conui-
uijs hic nonnulla disserere.

3 Porro in primis statuendum nobis
est, sub ipsamet Ecclesiæ exorientis initia
in vnu ad Synaxim fideles coeuntes, vbi
diuinissimum Eucharistiæ Panem susce-
pturi essent, in ipsismet Ecclesijs opipare
mensam instuere consueuissæ, vt Do-
minicam, inquam, cœnam, quæ primum
Christo accumbente instituta est, ad vi-
uum pari pietatis exemplo recolent:
quod ex ipsis Apostoli verbis 1. Cor. ij.
fatis aperte conuincitur, quibus ille Co-
rinthios acri sermone perstrinxit: *Primū
quidem, inquit, conuenientibus vobis in Ec-
clesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex
parte credo: nam oportet hereses esse.* Eisdem
autem subinde, quæ in vtraque mensa rite
essent seruanda, sollicitè admonens,
sermonem in hæc verba prosequitur:
*Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam
non est Dominicam cœnam manducare.
Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad
manducandum; & alius quidem esurit, alius
autem ebrius est. Nunquid domos non
habetis ad manducandum & bibendum? aut
Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis
eos, qui non habent?* Et infra piam ac
laudabilem insuper ad Christianam con-
ueniendi Synaxim, & salubriter parti-
cipandi formam præscribens, adiicit:
*Itaque fratres mei, inquit, cum conuenitis ad
manducandum, inuicem exspectate. Si quis
esurit, domi manducet, vt non iniudicium
conueniatis.* Vbi autem de diuinissimo
Eucharistici Panis conuiuio loquitur,
aculeato audientium animos sermone
compungens, isthæc subiicit: *Itaque,
quicumque manducauerit panem hunc, vel
biberit calicem Domini indigne, reus erit
corporis, & sanguinis Domini. Pro-
bet autem se ipsum homo, & sic de
pane*

Cœna in Ec-
clesijs.

1. Corint. 2.

Cœnae com-
munes in Ec-
clesijs post su-
prum SS. Eu-
charistiæ Sa-
cramentum.

plepsis au-
dis de Ag-
acturi.

1. c. 7. n. 3.

1. c. 17.

imagines con-
stantium in
cœmeterijs.

pane illo edat, & de calice bibat, &c.

4 Verum quod ad recolendum cœnarum eiusmodi ritum atque ordinem attinet, quamuis Christus Dominus legalem post cœnam venerandum Eucharistiæ Sacramentū instituerit, & diuina suis postmodum Apostolis mysteria impertierit, quam plane ob causam in nonnullis Ecclesijs communis hæc cœna Sacramentalem præire consuevit, ut de Ecclesia Alexandrina Sozomenus docet hist. lib. 7. cap. 19. frequentiori tamen usu in cæteris receptum fuit, ut ad communem, vulgaremque mensam Sacramentali peracta Christiani conuenirent, Augustino teste epistola 118. ad Ianuarium. Cui Chrysostomus verbis hisce firmiter adscribitur: *Statis diebus, inquit, mensas faciebant communes, & peracta synaxi post sacramentorum communionem iuibant conuiuium, diuitibus quidem cibos afferentibus; pauperibus autem, & quinihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter vescentibus.* hæc Chrysostomus, qui ibidem in illa Pauli verba: *Oportet hereses esse, isthæc in rem præsentem subdit: Ab hac lege & consuetudine inoleuit in Ecclesijs consuetudo quedam admirabilis: fideles enim omnes in conuentibus suis, postquam audissent doctrinas, post preces, post sacramentorum communionem, soluta concione, non mox domum descendebant, sed diuites & abundantiores alimenta, & edulia domibus suis afferentes, pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, communia prandia, communia conuiuia in ipsa Ecclesia.*

5 Quam potissimum ob causam huiusmodi ab antiquis Cœua Agapæ vocabatur, quasi dilectio, ut ipsemet Tertullianus his verbis edocet: *Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit: vocatur enim dilectio id quod penes Græcos dilectio; eandemque quampluribus verbis consuetudinem apprime commendans, subdit: Quantiscumque sumptibus constet, inquit, lucrum est, pietatis nomine facere sumptum.* Idem plane, parique sententiarum robore Cyprianus edisserit, qui laudabilem consuetudinem hanc describendo inculcans, ac fideles ad eandem vltro retinendam vehementer exhortans, ait: *Agapen, & dilectionem fraternam religiose, & firmiter exercendam.* Quapropter Gangrense Concilium can. 11. in eos præsertim metuendū anathematis iacu-

lum intorquet, qui antiquum eiusmodi ritum paruipenderent, & ad mysticam hanc mensam conuenire detrectarent, hæc autem sunt præmemorati Concilij verba: *Si quis despicit eos, qui fideliter Agapes, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerint communicare in huiusmodi uocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.*

6 Porro piam hanc, ac laudabilem consuetudinem Christianæ fidei cultores tanti semper fecere, ut tunc potissimum, cum acerbiora persecutionum tempora vrgerent, nec de more in Ecclesijs Agapen celebrandi facultas supereretur, in abdita quæque ac semota loca conuenirent, & in secretiores, ut nobis credere par est, Cœmeteriorum sese sinus huius rei gratia recipere. Ex quo fortasse contigit, ut Agapen in sacris eisdem Cœmeteriorum Cubiculis frequentius expressam coloribus inspiciamus. Quod quidem ipsiusmet Origenis cæteros inter scriptores antiquissimi auctoritate compertum fit: quippe qui contra Celsum scribens hæc ait: *Primum criminationis caput Celfo est, a Christianis clancularios conuentus haberi solere legibus vetitos.* Nam conuentus alios propalam celebrare legitime, alios occulte fieri, eosque damnari legibus, que eo tendunt, ut calumnientur Agapen, quam Christiani vocitant, quoties occulte communis periculi metu conueniunt, &c. Quamuis autem per Agapen loco, quem nunc recensuimus, fidelium conuentus ad sacram Synaxim subintelligendus esse videatur, in ijs tamen cum Agapæ quoque de more instruerentur, eandem olim in abditis quibusuis locis, ut præsertim sunt Cœmeteria, religiose ab antiquis celebrari consueuisse fatendum nobis est.

7 Agapæ autem triplicis quidem genere constabant, aliæ quippe Natalitiæ dicebantur, funerales quædam, Connubiales autem aliæ: qua ratione Nazianzenus eandem subdividendo, isthæc ait: *Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel natalitium, vel funebre, vel connubiale cum pluribus currens, &c.* Quæ quidem singulæ sacræ iure merito nuncupabantur, ob pietatem videlicet, modestiam, ac temperantis insuper animi for-

Soz. hist. 17. c. 19.

Aug. ep. 118. ad Ian. s. Chrys. in 1. Cor. 11. et 27.

Synaxis quid sit?

Cœna communis dicitur Agape. Tert. Apol. c. 39.

Cypri. Test. 13.

Con. Gangren. 11.

Agape in Cœmeterijs.

Orig. cont. C. 1. 11.

Agape: Natalitiæ, funerales & Connubiales in Cœmeterijs.

D. Greg. N. de vit. Diff.

formam, qua a religiosis fidei cultoribus exercebantur.

8 Natalitiæ igitur, ac funebres, ut connubiales, quæ ad rei institutum nullatenus faciunt, prætereamus, in festiuis, ac solemnibus martyrum natalitijs, vel certe recurrentibus eorundem anniuersarijs, quin etiam cum ipsosmet fideles interdum è vita decedere contigisset, fieri olim consueverant. Porro præscriptam vtriusque celebrandæ, ac funerals præscriptam formulam Origenes in medium affert, hæc dicens: *Nunc vero nos non natiuitatis diem celebramus, cum sit doloris, atque tentationum introitus, sed mortis diem celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori videntur. Propterea et memorias sanctorum facimus, et parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium deuote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam consummationem in fide postulantes. Sic itaque non diem natiuitatis celebramus, quia in perpetuo viuunt ij, qui moriuntur. Et idem infra consuetos eorundem ritus, ac modestiores fidelium in his peragendis mores enarrans, isthæc subdit: Celebramus nimirum religiosos cum sacerdotibus conuocantes, fideles vnâ cum clero inuitantes: ad huc egenos et pauperes, pupillos et viduas saturantes, ut fiat sedulitas nostra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus: nobis autem efficiatur in odorem suauitatis in conspectu Dei, &c. hæc Origenes.*

9 De eiusmodi autem Agape Hieronymus ad Eustochium epist. 22. de eustod. Virgin. disertis verbis loquitur, dum omnem ostentationis, atque inanis gloriæ ambitum, qui tam in Agape de more peragenda, quam in clemofyna pauperibus eroganda interdum obreperet, acriter his plane verbis perstringit: *Cum manum, inquit, egenti porrexerint, buccinant, cum ad Agapem uocauerint, præco conducitur. Neque vero eundem Hieronymum Agapem fugillare voluisse credendum est, cum paulo inferius ait: Vnde in Ecclesia Agapetarum pestis introit? Ibi enim de inolitha quosdam apud viros, qui cœlibem vitam ducebant, consuetudine loquitur: hi enim priuatis passim in domibus vnâ cum mulieribus cohabitabant, quæ Agapete, quemadmodum & viri pariter Agapeti,*

ex mutuo videlicet dilectionis, quo inuicem tenebantur, affectu, iuxta præcæmoratæ vocis etymon appellabantur. Porro lubricum ac vitiosum Agapetorum, Agapetarumque genus acerbis item verbis sanctissimus vir perstringit, dum ad Oceanum de Vit. Cleric. confcribens, isthæc inquit: *Cum ergo hoc genus a te non amputatur, das reprehendentibus te locum: ipse te detrahentium morsibus tradidisti, si Agapetarum consortium non dimiseris. Verum Cyprianus longe ante Hieronymum huiuscemodi genus hominum graui orationis stylo infestatus fuerat. De iisdem quoque Gregorius Nazianzenus sermonem instituit in præcept. ad Virg. illis potissimum verbis: Cognomento Agapes subijt; ut satis erudite Billius eundem locum dilucidat.*

10 Cæterum de Agapis, quæ pio ac religioso Christianorum cultu tunc tēporis instrui frequenter consueuerant, Chrysostomus quoque meminit, ac miris easdem laudum præconijs cumulat, dicens: *Cur post mortem tuorum pauperes vocas? cur presbyteros ut pro eo velint orare, obsecras? non ignoro te responsurum: ut defunctus requiem adipiscatur, et propitium iudicem inueniat. Quod sane Alethius ille haud parum a S. Paulino epistola 33. commendatus, egregie præstitit, qui ipsomet Rufinæ vxoris, & Paulæ filiæ obitus die, cunctorum pauperum greges, qui in Vrbe tunc aderant, ad marmoreos templi gradus, & iuxta ipsius Vaticanæ Basilicæ atrium miro Christianæ pietatis ardore, & inaudita prorsus liberalitate pasci curauit. Idem pariter Diuus Remigius a suis præstari voluit, qui in ipsius testamenti tabulis, quas sub vitæ finem condidit, vineam ac nonnulla insuper Agathinero nepoti legauit, tali iniuncto onere, ut presbyteros omnes, ac Laudonensis Ecclesiæ diaconos ipso recurrente obitus anniuersario die benigne apud se conuiuio exciperet, ut Io: Steph. Durandus testatur de Rit. lib. 2. cap. 43.*

11 De iisdem insuper Agapis in B. Arsenij actis in vit. Patr. lib. 5. mentio recolitur, qui hæc funebres epulas Christianæ humilitatis gratia sibi post mortem exhiberi iussit, hæc autem sunt quæ ibidem leguntur: *Dicebat Avbas*

Agapes, & Agapeti.

D. Hieron. ad Ocean. de vit. Cler.

Gregor. Naz. præc. ad Virg.

D. Chrysostom. 33 in Matt. 60. 27. in c. 1. ep. 1. ad Cor. Alethius pauperes conuiuio excipit in obitu vxoris suæ. Paul. ad Alet. ep. 33.

S. Remigius Agapen sibi fieri nepoti suo testamentario inuulgat.

Steph. Durand. 12. c. 43. c. 1. ritib.

S. Arsenius.

Vit. Patr. 15.

Da-

pe quara e celebra ur.

in Job. 13

ne alio sc. Hieron. accepta

Hieron. ad ep. 12. ad Virg.

Daniel, quia cum moriturus esset Abbas Arsenius, delegavit nobis, dicens: Videte ne velitis pro me Agapem facere, quia si feci ego pro me ipso, id inuenio.

12 Porro quoniam de funebribus epulis hic sermo incurrit, ut rem altius repetamus, quā impense olim gentilitiæ superstitionis homines huiuscemodi cōuiuia suis instruerent defunctis, ipse Tertullianus, & acri quidē eisdem oratione perstringens, hisce verbis enarrat: Defunctis parentant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quidquam, escam desiderare presumant. Et quidem quoddam parentandi genus tunc extitisse, dum epulæ ad monumentum defunctorum comedendæ deferrentur, idem Tertullianus hæc scribens edocet: Vocas porro securos, si quando extra portam cum obsonijs, & tibi potius parentans, ad busta recedis, aut a bustis dilutior redis, hæc ille: Moris etenim est, inquit Hieronymus, lugentibus ferre cibos, & præbere conuiuium, quod Græci *ἀδελφικόν*, & a nostris vulgo appellantur parentalia: unde & in prouerbis dicitur: Date scieram morientibus. Huiuscemodi autem epulum gentiles superstitione nimis Dijs, ut vocabant, Manibus sacrabant, nefas deinde putantes ex illo quidquam attingere aut comedere. Quapropter illud vel super tumulos relinquebant, vel ignibus cremabant, quod perperam videlicet existimarent, defunctorum animas ab inferis excitatas istis epulis delectari, ut potissimum apud Homerum videre est, & Lucianum.

13 Cæterum hic mos e gentilitate proueniens ad vsque Augustini tempora quosdam apud populos diutius inoleuit, quem deinde veluti superstitionibus reddidantem sanctissimus Pater acri orationis stylo perstrinxit: Miror, inquit, cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increuerit, ut super tumulos defunctorum cibos, & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant: epula enim, & refectioes carni tantum rejuuunt, spiritus autem, & animæ ijs non indiget: parare aliquis suis charis dicit, quod ipse denorat, quod præstat ventri, amputat pietati. hæc Augustinus, inolitam gentilitiæ superstitionis consuetudinem acutissime hunc in modum su-

gillans. Et quidem, quod cibaria, ut iam diximus, aliquando ad sepulchra insani homines, deridendam in epulis superstitionem redolentes, relinquerent, vel certe concremarent, ipsemet irridens Tertullianus docet: At ego, inquit, magis ridebo: vulgus tunc quoque, cum ipsos defunctos atrocissime comburit, quos postmodum gulosissime nutrit, iisdem & promerens & offendens. Ad hoc insuper epuli genus, quod in funeribus instruebatur, alluisse videtur Gaudentius his plane verbis: Parentalia mundi malum idololatriæ exculit caput erroris: nam gula suæ causâ primum caperunt homines prandia, mortuis parare, quæ ipsi comederent, post hæc ausi sunt sacrificia eis sacrilega celebrare, quamuis nec ipsis mortuis suis minus sacrificent parentalia, dum super sepulchra mensas tremulis manibus vina fundentes, spiritum balbutiunt. Verum si quis deinde ab omni superstitionis errore ritum hunc vindicauerit, & Christianam pietatem redolet, & merito sacris in paginis, ut videre est, apprime commendatur. Sanctissimus enim vir Tobias id filio suo impensius exhibendum iniunxit: Panem tuum, inquit, & vinum tuum super sepulchra iusu constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Illud vero epulum super iustorum sepulchra, afferri præcipit Tobias, sicut diserte explicat Hugo, Lyranus, Carthusianus, Bellarminus, & Turrianus, quod haud viuis dumtaxat prodest, ut iam diximus, sed quod iisdem etiam defunctis prodesse posset, nimirum illud etiam pie admodum pauperibus elemosynam distribuendo: quod etiam in primitiua Ecclesia fideles præstare consueuisse satis diserte Patres edocuerunt, quod etiam postea diutius quidem viguisse Hieronymus his verbis testatur: Ceteri mariti super tumulos coniugum spargunt violas, etc. Pammachius noster sanctam sanillam, ossaque veneranda elemosine balsamis rigat. Cui itē subscribit Chrysostomus his verbis: Sed si filij, & fratris defuncti facis commemorationem, erroris concuieris conscientie, nisi consuetudinem implens pauperes conuocares. hæc Chrysostomus de funebribus Agapis.

14 De Natalitijs vero, quæ olim in festiuis BB. martyrum diebus peragi quotannis consueuerant, Greg. Nyssenus express-

Gentiles conuiuia suis moribus instruebant.

Tert. l. de resp. c. 1.

Tert. l. de resp. c. 4.

Gentilium mos conuiuia mortuis præbenda notatus.

Aug. ser. 15.

Tertul. l. resp. anim.

Epulum perib' in elemosyna in sepulchra institutum.

Tob. c. 4.

Hier. ad Pa.

Chryf. b. ad c.

preffe meminit in B. Gregorij Thaumaturgi gefus, vbi ab ipfomet Gregorio eadem haud reiectas, improbatasque fuiffe pronunciat. Sed eius interim verba ex ipfis Gregorij Thaumaturgi gefis excerpta repetamus: *Cum animaduertiffet, inquit, quod propter corporis voluptates simplex & imperitum vulgus in errore simulacrorum cultus permaneret; quo maxime id precipuum in eis interim afsequeretur, vt vanis fuperftitionibus relictis, ad Deum conuerterentur, permiffit, vt in memoriam fanctorum fe exhiberent, & oblectarent, atque in lecitiam effunderentur, &c.* Vides quã teniter infidelibus interdum Ecclefia coniuere cõfueuerit, vt eos ad fidẽ traduceret traductosq; ab ipfiffmet fuperftitionibus quibus tenebantur, feliciter expurgaret.

15 De iisdem etiam Agapis Gregorius Nazianzenus luculenter agit Oratione, quam ad Gregorium Nyffenum confcribit, vbi de modettie ac temperantie cultu, qui in illis adhibendus est, copiofe admodum ediffersens, vt eadem quis vere Agapes nuncupare queat, ifthac in rem præfentem fubijcit: *Si ad hunc modum coimus, aut conflimus, haud dubium, feftum hunc diem, vt Chrifto gratum est, celebramus: fñ autem eo conuenimus, vt ventris voluptatibus indulgeamus, & fluxis ac momentaneis delicijs fruamur, cibosque euaneſcentes ingeramus; atque hec loca non temperantie, fed crapule, atque hec tempora non fpiritalis affenfus, & nifi hoc a me audacius dictum videatur, diuinitatis confequende, cuius mediatores funt martyres, &c.* At vero mirum in modum Nazianzeno Theodoretus adffipulatur Euangelic. verit. lib. 8. vbi profanas gentilium epulas perffringens, hæc inquit: *At illos (gentilium nimirum dcõs) Deus cafſos gloria, vanosque reddidit; fuis autem martyribus honorem illum dedit. Pro prandijs, & Diæffis ac Dionyffis, hoc est, Iouis, Liberique patris folemnitatibus, Petro, Paulo, Thome, Sergio, Leontio, Antonino, Mauritio, alijsque fanctis martyribus folemnitates, populari epulo, peraguntur: proque illi veteri pompa, pro turpi obſcãnitare atque impudentia, funt modettie, caſte, & temperantia plene feftiuitates: non ille quidem mero delibuta, non comeſſationibus leues, non cachinnis foluta; fed viuus cauzicis perfonantes, facriſque fermonibus audiendis intentæ, quibus ad Deum preces non fñe fufpirijs ſummittuntur, &c.*

Tom. II. Rom. Subt.

16 Verum quã pio ac frugi, quam modetto ac temperanti Chriftianorum ftudio Natalitæ potiffimum Agapæ inffruerentur, Tertullianus teffis locuplettiffimus est, qui in fuo Apologetico ifthac ad rei proppofitum recitat: *Non prius difcumbitur, quam oratio ad Deum præguffetur. Editur quantum efurientes capiunt: bibitur quantum pudicis est vtile. Ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum ſibi Deum eſſe. Ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire, &c.* ea demum ſobrietate ac modettia coniuales illæ Chriftianorum epulæ, eodẽ Tertulliano teſte, peragebantur, & conuiuium pariter ſoluebatur: *Ad eam videlicet curam modettie & difcipline (vt ipſe ait) vt qui non tam cenam cõnauerint, quam difciplinam. Hæc coitio Chriftianorum.* Hæc antiquus atque oculatus ſacrofom rituum teffis Tertullianus in primæuorum laudem Chriftianorum, feliciffima eorundem tempora eleganti ſermone deſcribens inculcat.

16 Quoniam vero de Cæmetherialibus Agapis hic mentio est, nonnulla vel obiter de recolendis item Chriftianorum Agapis ſubtexere libet, in quibus haud triticeo pane, ſed diuini potiffimum verbi pabulo mirifice conuiuantium animi reficiuntur; & ad quæ hoc noſtro ſeculo, quando hæc ſalubri conſilio, ſanctorumque opera ac miniſterio inſtitutæ vigent, Chriftiani, qui in Vrbe funt, apoſtolicorum temporum æmuli, auiditate maxima quotidie reficiendi confluent: vt enim fideles olim iuxta id, quod Lucas deſcribit: *Erant perfeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus; ita pariter Chriftianos poſtremo hoc ſeculo Sanctus Philippus Nerius in vnum ſimul coire, ad ſaluberrimum orandi ſtudium in ſingulos dies prouehi, & ad excipiendum diuini verbi pabulum exerceri cupiens, peculiari Dei ſpiritu afflatus, Oratorij Congregationem in Vrbe inſtituit, vbi a ſuis Dei verbum plana ac facili methodo quotidie confluentibus adminiſtrari voluit, quod ex ipfiffmet Breuiarij Romani tabulis hunc in modum recolendum proponitur: *Innumeros pene Chrifto filios peperit, quos verbi Dei quotiliano pabulo, Sacramentorum frequentia, orationis affiduitate, alijsque pijs exercita-**

Eccc tio-

Ratio ac notus Agapas celebrandi.

Tert. Apol. 39.

Populi in Vrbe circa 55 Sacramenti deuotio antequam haud impar.

Aff. Apoſt. r. 2. 2. 42.

S. Philippus Nerius.

Leff. Er. 2. Ro. die 26. Maſſ.

Agapæ Natalitæ conceſſit Gregorio Thaumaturgo populo ſuo.

ſyſſ in vit. Greg. T. Ann.

Agapæ Natali quomodo celebrandæ

Agapæ orat. ad

ad Euang. 1. 8.

tionibus enutriti cupiens, Oratorij Congregationem instituit.

17 In Vallicellana igitur Ecclesia, mos iste olim a Beato Parente acceptus, illibatus adhuc viget, ac perseverat, ut singulos in dies, quos feriales dicimus, vna sabbati duntaxat excepta, nec non diebus festiuis, præmissa per horæ dimidium pia ex probatis auctoribus lectione, integro duarum horarum spatio familiarem diuinis de rebus a quatuor e nostris Sacerdotibus, successiuo ordine, ab vnoquoque videlicet ex his per dimidiam horæ partem sermones habeantur, multiplices tamen singillatim vnique themate atque argumento præscripto, vel ex fidelibus receptisque sanctorum gestis, vel ab Ecclesiasticarum historiarum fonte, aut certe e sacrarum promptuario scripturarum, ac moralibus de rebus ad erudiendum aptis concinnatisque: quibus tandem completis, & musica modulatione audientium animis mirifice recreatis, concio dimittitur.

18 Porro laudabilis ista consuetudo, quod plane mirandum est, Deo fauente, ex quo primum cepit, vsque in præsens, nonaginta, & amplius annos grata iugiter, & illibata, perstitit: ita ut integrum iam fere seculum recensere quis valeat, cum hæc feliciter in Vrbe instituta haud exiguo animarum fructu peraguntur. In præmemorato autem verbi ministerio viri doctrina, ac pietate in Vrbe conspicui, Abbates, Præfules, Episcopi adiutricem quandoque sub ipsa instituti exordia manum exhibuere: quin immo, ut singula recensamus, sapientissimi quoque ac religiosissimi è Purpuratorum Senatu Patres in diuino apte paruulis frangendo pane, & pabulo familiari, planoque stylo turbis ministrando haud suam desiderari operam passi sunt. Nam præ cæteris Eminentissimi, ac gloriose memoriæ Robertus Cardinalis Belarminus è Societate Iesu, Eccles. eximius controuersiarum scriptor, & Cæsar noster Card. Baronius Annalium item Ecclesiasticorum auctor, festiuis olim plerumque diebus, successiuisque horis in nostra Vallicellana Ecclesia pie ad populum perorare, & è suggesto ad piorum hominum auide confluentium captum verba subtexere, ingenti singulo-

rum admiratione pariter, ac prouentu non destitit. Sed nos cum hæc, vel obiter, honoris gratia meminimus, Baronium interim in suis Annalibus prolixius pro Oratorij Vallicellani instituto his quidem verbis amice lector, perorantem consule: *Sed diuino plane consilio, inquit, factum est, ut nostra ætate ante annos triginta ad eiusmodi apostolici conuentus formam magna ex parte, ea potissimum, quæ ad audientium adificationem ex rerum diuinarum sermonibus comparata, ad profectum Ecclesie peragi mandauit Apostolus, in Vrbe fuerint instituta, opera in primis R. P. Philippi Nery Florentini, qui tanquam sapiens architectus posuit fundamentum, & eius in Christo alumni R. P. Francisci Taurisij Politiani, qui in his videbatur esse dux verbi.* hæc Baronius. Verum quod ad peculiarem instituti formam, & ad diuini verbi disseminandi rationem a nostris receptam spectat, hæc ad rem subdit.

19 Horum igitur studio, & industria, institutum primitus fuit, ut per singulos ferme dies, qui ardentiori studio Christianam vitam excolerent, ad Oratorium sancti Hieronymi conuenirent (ex eo namque & nostro Collegio nomen est inditum, ut Oratorij Congregatio diceretur) ubi hoc ordine religiosus haberetur conuentus: *præmissa in primis silentio facta precatione, ex fratribus aliquis lectionem auspicaretur ad permouendos animos ad pietatem accomodatam. Inter legendum etiam idem, qui præfesset pater, solitus esset interloqui, ac ea, quæ dicta essent, accuratius explicando, amplificando & ardentiori studio in audientium corda insinuando, interdum etiam aliquorum ex fratribus, quid de aliqua re sentirent, rogando sententiam, in modum fere dialogi sermonem ad horæ spatium magna audientium alacritate perduceret, eiusdem iussu postea, suggestum gradibus sublimiorem conscenderet e fratribus aliquis, qui ex vitis Sanctorum probatis atque receptis, diuinaque scriptura, ac sanctorum Patrum sententijs absque furo vel pigmentis intextam orationem haberet. Qui huic succederet eodem plane dicendi genere, sed diuerso argumento, sermonem diceret: demum tertius his accederet, qui historias Ecclesiasticas ordine temporum dispositas enarraret. Quibus dimidiæ horæ spatio singulis ad dicendum concesso, mira audientium utilitate pariter, & voluptate perfunctis,*

Sacer quotidianus sermo ad populum in Congr. Orat. habetur.

Iam tunc fere vixit seculum mos iste in Vrbe viget.

Card. Belarminus, & Baronius.

Bar. ann. o. 1. ad. 17. n. 162.

Congregatio Oratorij, cuius id nomen sortita?

Baron. loc. cit. 17. n. 162.

Forma ac ratio propositi verbi, diuini à Patribus Congr. Orat. quæ habeatur.

canta-

cantato hymno, ac repetitis iterum precibus iam conuentus absolueretur. Rebus igitur in hunc modum dispositis, atque Romani Pontificis auctoritate firmatis visa est pulchra illa conuentus apostolici facies pro ratione temporum reddi, cui adgaudentes proi omnes complures ex ipsis inde mutuati exemplum, alijs in locis eadem pietatis officia instituere, ac propagare conati sunt. Hæc Baronius de quotidiano diuini verbi pabulo, & mystici, inquam, panis fractione famelicis fidelium exsaturandis in deserto turbis & ad nouissimas, quas descripsimus, agapes ad viuum fidelium oculis repræsentandas, in suis annalibus eleganter digessit, quæ nos hic obiter, dum antiquas Christianorum agapes recoleremus, pio lectori suggerere voluimus.

20 Quibus & illud opportune, dum turbas, vt pane diuinitus reficerentur, auide Christum sectantes, & Christianos ad Agapes confluentes recolimus, subtendendum videtur, alium videlicet præter descriptum hæcenus saluberrimum quidem, summisque prouehendum laudibus a sancto Philippo morem ad nostris deriuasse, qui vsque in diem hanc velut quid hereditario ad nos iure profectum sollicitè seruatur. Verno etenim tempore, hoc est ab ipsis Paschalibus diebus Dominicæ Resurrectioni solemniter dicatis, post decantatas in Ecclesia Vesperas, in apricum, ac peranænum Ianiculi Collis locum, qui haud longe a Diui Onuphrij Ecclesia situs est, nostri conuenire solent, vbi aër, qui suauiter perflat, & pulcherrimus Urbis prospectus, qui oculis obijcitur, adstantes mirum in modum recreat. In hoc igitur colle moras ad vnus circiter horæ spatium trahentes, dispositis, apratisque in theatri formam sedilibus ligneis, quæ humi defixa sunt, populus se locat, indeque musico præmissio concentu, inisium fit: vbi vero a puero breuis conceptis ad rem verbis memoriter sermo præhabitus est, duo è nostris Sacerdotibus ordine sibi inuicem succedentes, per quartam singuli horæ partem populum de rebus cælestibus salubriter erudiendo, & ad virtutem alacriter excitando, musico intermedio concentu, operam dant, quibus ex voto peractis gens, quæ ingenti quidem numero tunc temporis diuini illecta verbi auiditate

in locum confluere consuevit (ad millenarium enim, & vltra numerum interdum pertingit) singuli fere e subfellijs, toti amore Dei succens, blandeque tam animo, quam corpore deliniti, hilaris vnusquisque domum remeat. Pia autem eiusmodi exercitationes vsque ad festiuam BB. Petri, & Pauli Apostolorum diem protendi consuevit: subinde vero intra proximiorum quampiam Urbis Ecclesiam, quousque æstiuales calores remittantur, & autumnales dies intercurrant, ad isthæc obeunda pij homines confluunt. Demum a festiuo omnium sanctorum die vsque ad sanctum Pascha in Oratorio nostro sub vesperum consuetæ preces, & pij ad populum sermones vnâ cum harmonicis concentibus, ingenti tum Romanorum, tum exterorum concursu habentur. Et hæc sunt, quæ de symbolicis diuini verbi panibus, qui populo in Vrbe ipsius sancti Philippi magisterio iugiter franguntur, & de recolendis insuper Christianorum Agapis, quæ adhuc in Vrbe laudabiliter vigent, dum antiquas eorundem Agapes recolimus, hic pio, ac studioso lectori paucis delibasse visum est. Nunc vero ad nostra redeamus.

21 Laudabilis hæc fidelium consuetudo post longa interlapfa secula tandem aliquando refrixit, eumque in modum ipsa rerum facies, quod ad religionis cultum pertinet, immutata est, vt haud amplius consuetæ Christianorum Agapæ, sed turpissima quæque ebrietatum, & comestationum generæ, quod valde dolendum est, permisceri cœperint. Quamobrem acri orthodoxorum Patrum stylo, ac toto insuper animi conatu eadem perstringi contigit; quod quidem præ cæteris egregie Ambrosius præstitit, qui Monicæ item matronæ pijssimæ, & Augustini ipsius matri, eas de more laudabiliter exercenti, vt ipsemet Augustinus his verbis aperte testatur, interdicens duxit: *Itaque cum ad memorias, inquit, sanctorum, sicut in Africa solebat, & pulces, & panem, & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, vbi hoc Episcopum vetuisse cognouit, tam pie atque obedienter amplexa est, vt ipse mirarer.* Et infra admirandum beatæ eiusdem parentis in epulis hisce instruē-

Agapæ a Patribus verbis castigatae ac peritricæ.

S. Ambrosius Agapas in Ecclesia haud celebrandas esse duxit.

S. Aug. Conf. 6. c. 2.

a S. Philo Nerio ulum in culum col ad verbu num au- du ducē uelle que manet.

S. Monica eius
que virtus.

dis temperantiæ modum extollens, hæc subdit: *Sed illa cum attulisset canistrum cum solemnibus epulis prægustandis, atque largiendis, plus etiam quam vnum pocillum pro suo palato satis sobrio temperatum, vnde dignationem sumeret, non ponebat. Et si multæ essent, quæ illo tempore videbantur honorandæ memoriæ defunctorum, idem ipsum vnum, quod vbi que poneret, circumferrebat, quod non solum aquatissimo, sed etiam tepidissimo cum suis presentibus per sorbitiones exiguas partiretur: quia pietatem ibi quærebat, non voluptatem. Itaque vbi comperit a præclaro prædicatore atque antistite pietatis præceptum esse ista non fieri, nec ab eis, qui sobrie facerent, ne vlla occasio se ingurgitandi daretur ebriosis, & quia illa, quasi parentalia, superstitioni gentilium essent simillima, abstinuit se libentissime, &c. Vides quantum venerandorum Antistitum præceptis, Christianorum pictas deserte iugiter consueverit: illud quippe secum animo reputabat: Quia melior est obedientia, quam victima.*

S. Augustinus
Agapes in
Africa præcibuit.

S. Aug.

22 Quinimmo ipsemet Augustinus Ambrosij vestigijs studiose inhærens, eadem in Africa, vbi fieri cõsueverant, abolendas vltro curavit, hæc videlicet super re ad Aurelium Carthaginensem Episcopum scribens, eadem que modum quo facile eadem e medio tolleret, tum exhortando, tum leniter agendo suppeditans, hæc inquit: *Non ergo asperere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo, quam iubendo, magis monendo, quam minando: sic enim agendum est cum multitudine. Quod totum ad amissim toto sexennij tempore Aurelius seruandum sibi proposuit; ac voti tandem in Carthaginensi Concilio compos effectus est, cui & ipse Augustinus, tunc Episcopus, interfuit, anno scilicet Christi 397. quod trigesimo eiusdem Concilij Canone his verbis recensetur: *Vt nulli Episcopi, vel clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiujs, quantum**

Agape prohibita in Concilio Carthaginensi.
Conc. Carth.

fieri potest, prohibeantur. Qua pariter de causa ciuicemodi Agapæ in Laodiceno Concilio sub Romano Pontifice Siluestro vetitæ fuerunt, Can. 28. relat. in cap. non oportet, dist. 42. his nimirum verbis: Non oportet in basilicis, seu Ecclesijs Agapam facere, & intus manducare, vel accubitus sternere.

Conc. Laod.
can. 28. in cap.
non oportet
dist. 42.

23 Quamuis autem Gregorius Magnus notæ sanctitatis Romanus Pontifex, alterius Gregorij Thaumaturgi vestigia sectatus, eandem Angliæ populis non vltro inhiendas duxerit, haud vlla tamen ratione eandem in ipsismet Ecclesijs, sed iuxta earundem ambitum exerceri indulgit, in hæc plane verba ad Mellitum rescribens: *Qui boues solent in sacrificio demonum multos occidere, debet his etiam hæc de re aliqua solemnitas immutari, vt dedicationi, vel natalitio sanctorum martyrum venerationem, quorum illa reliquæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutate sunt, de ramis arborum faciant, & religiosi conuiujs solemnitatem celebrent. isthæc sapienti quidem consilio Gregorius Magnus. Verum etsi ipsemet Augustinus præmemoratas Agapes vsu iam penitus abolitas fuisse affirmet, eas tamen haud omnino improbare videtur, dummodo ob intentum erga Christi martyres deuotionis cultum, huiuscemodi super eorum tumulos cibi deferantur, vt ex lib. 8. de Ciuit. Dei, & vltimo legentibus palam sit, vbi hæc ille: *Quicumque Epulas suas, inquit, eo deferunt, ad memorias videlicet beatorum martyrum, de quibus supra egerat, quod quidem a Christianis melioribus non fit, & plerisque terrarum nulla talis est consuetudo: tamen quicumque id faciunt, quas cum apposuerunt, orant, & auferunt, vt vescantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt per meritum martyrum in nomine Domini martyrum. Cæmeteralis vero Agapæ iconem in studiose lectoris gratiam hic iterum ob oculos proponendam volumus.**

Agapæ a S.
Gregorio An
glicis permittit
iuxta Eccle
sias.

D. Greg. Reg.
7. p. 71.

Agapæ tol
læ a S. Aug
ustino.

S. Aug. de
Ciuit. 8. v.





TAVOLA SECVNDA CVBICVLII PRIMI COEMETERII SANGTIAE AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS VIA NONENTANA

24 Conuiuales igitur mensæ, & festiua carundem epulæ, quæ frequenter in Cœmeteriorum tabulis effictæ coloribus conspiciuntur, Agapes, quas prolixiori hæctenus sermone enarrauimus, intuentium oculis exhibent: quæ a siliernijs quidem ac parentalibus, præterquam in mensarum forma, quæ communis utriusque extitit, longe distabant: ambæ enim semicircularem formam præferebant, Sigma ab ipsâ, ob Græci elementi, huius quidem figuræ, similitudinem exprimentis appellatæ, & lunares itidem, quæ semiplenam intuentium oculis Lunam representarent. Harum autem Martialis carminibus illis meminit:

Mensæ lunares

Sigma.

Martial. l. 14. epigr. 77.

*Accipe lunata scriptum testudine sigma,
Oculo capis: veniat quisquis amicus
erit.*

Quod vero mensæ, quæ in hanc plane formam dispositæ erant, apud fideles quoque in usu essent, D. Paulinus in vita S. Martialis aperte his verbis testatur:

D. Paulinus in vita S. Martialis.

*Hos inter medios quæ Sigma flectitur
orbe,
Presbyter accubuit, &c.*

25 Quare cum eadem mensarum forma omni prorsus superstitionis labis suspicione careat, ut & rotunda pariter mensa, quæ orbicularis seu orbis nuneupabatur, eo quod completum quandam circulum representaret, & quadra itidem quæ ab antiquis pariter usurpabatur, Christiani quoque absque ullo ambigendi scrupulo huiusmodi mensas in usu habuere. Et pari item ratione absque ullo religiosæ obseruantia detrimento in conuiuialibus eiusdem epulis calida uti ad bibendum aqua consueuerant: quod quidem in more olim positum fuisse, altera ex supra recensitis tabulis palam edocet, in qua hæc leguntur notæ: *Da calda*, quæ quidem gentilibus in eorundem conuiujs usui erat, ut ex Seneca constat, qui libro de Ira isthæc in rem præsentem ait: *Irascentur boni viri pro suorum iniurijs, sed idem faciunt, si calida non bene præbeat*. Et ex Paulo item Iuriconsulto libro 18. de fund. Instr. lege, ubi isthæc: *Nec multum refert inter cacabos & abenum, quod super focum pendet, his aqua ad potandum calefit; in illis pulmentarium coquitur*. Ex Iuvenale item, qui illo potissimum carmine cecinit:

Mensa orbicularis.

Mensa quadra.

Aqua calida conuiujs præberi solita.

Sen. de Ira l. 2. c. 22.

Paul. Iuricon. l. 18. de fund. Instr.

Iuu. sat. 3.

*Quando vocatus adest calidæ, gelidæque
minister.*

Præterea Martialis ad Sextilianum scribens, id confirmat, ubi illumbibulum appellans, ait:

*Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.*

Mart. l. 1. epigr. 11.

Et iterum ex eodem Martiale assertio- nis nostræ propositum comprobatur:

*Caldam poscis aquam, sed nondum frigida
venit,
Atget abusc nudo clausa culina foco.*

Id. l. 3. epigr. 63.

Quibus adijcenda videntur, quæ alibi recensitus Poeta enarrat:

Frigida non deerit, non desit calda petenti.

Id. l. 14. epigr. 9.

Nec vero cuiquam hoc mirum videatur; olim quippe Romanis calidæ potus aquæ in delicijs habebatur. Quapropter Imperator Caligula vltimo quandam supplicio affecti, qui eiusmodi aquam, quo potissimum die Drusillæ funeralia persoluebantur, publice per urbem venalem exhibere non desiterat. Et hanc potissimum ob causam Tiberius Claudius Nero, qui eadem potione plurimum oblectabatur, Biberius Caldius Mero appellari promeruit.

Caligula in quendam et delicias.

In Tiberiana mensa populii locus.

26 Præter viros autem gentilitiæ superstitioni apprime deditos, apud quos iste mos inoleuerat, apud Christianam ite fidei cultores calidæ potum aquæ usui extitisse ipsemet Philo Hebræus testatur qui frugales Alexandrinorum Christianorum mensas sub Esfenorum nomine, iuxta D. Hieronymi descript. Eclesiæ & Baron. Annal. to. 1. an. 57. describens in rem præsentem hæc refert: *Vinum per illos dies non præbetur, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida vero his, qui inter seniores tractantur delicatius*.

Christianis olim etiam tus aquæ calidæ in usu.

Bar. ann. to. 1. an. 57.

Sed hæc de conuiuialibus tabulis propinasse sufficiat, ad alias interrim Cœmeteria- les imagines prope- remus.



CAP. XXVIII.

De vario indumentorum genere, quo Coemeteriales imagines ex-cultæ sunt.



QVONIAM Coemeteriales multiplicibus indumentorum formis effictæ inuentiū oculis imagines exhibentur, de iisdem nunc

sermo instituendus est: & primo quidem loco cum sacra Christi Domini, ac beatorum Apostolorum imagines, quæ in singulis fere Coemeterialium Cubiculorum tabulis contemplandæ obijciuntur, tunicatæ, ac palliatæ insuper conspiciantur, inde exploratissimum nobis sit, Christianos pallio, ac tunica vfos quondam fuisse. Quod satis aperte Euthymius de Christo Domino in illa Ioannis verba asseruit: *Surgit a cœna, & ponit vestimenta, hoc est inquit, pallium; nam eo solemus exui aliquid operis facturi.* Eusebius autem lib. 7. cap. 14. & Sozomenus lib. 5. apud Cæsaream Philippi ad sua vsque tempora æream Christi Domini statuam pio mulieris studio a sanguinis profluuio curatæ illi erectam substituisse testantur, quæ quidem sacra imago tunicam, ac pallium præferret, de qua nos supra suo loco disseruimus. Verum si de Apostolis loquamur, quod ipsi quoque eiusmodi indumentorum genere vererentur, ex illis eiusdem Domini verbis Matthæi 5. perspicue comprobatur: *Qui vult tecum, inquit Christus, iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et Matthæi 16. *Nolite possidere duas tunicas.* Idem plane ex his, quæ Angelus Petro dixit, conuinci videtur: cum enim Christi Apostolus iam è vinculis extrahendus esset, illis ab Angelo vocibus præmonitus est, videlicet: *Circumda tibi vestimentum tuum, id est, pallium, vt Tertullianus de Coron. milit. & Ephrem. doc. var. cap. 88. exponunt, quod irem D. Gregor. enarrat Regest. lib. 2. epist.*

3. de beatissimi Ioannis Apostoli tunica in Urbem delata, & Io: Damascenus in eiusdem Gregorij gestis lib. 3. cap. 59. vbi tunicam hanc strictiores habuisse manicas enarrat, prout in iam descriptis, atque enarratis imaginibus exprimitur: cuius quidem formæ tunicas, vt hac saltem ratione a monachis distinguantur, ipsi nunc clerici, Apostolos imitati, deserere comprobantur. Plura hic interim de pallio, ac tunica nobis edisserenda suppeterent, sed ne otiose, in his, quæ notissima sunt, immorari videamur, quod ad instituti nostri propositum facit, inuestigandum est: quid nimirum illæ elementorum notæ legentibus innuant, quæ in quibusdam imaginibus expressæ conspiciuntur, nempe T. X. I. H. & hæc quidem, vt ipsamet ratio suadet, peculiaris arcanorum mysteria, vix tamen ab vilo e Patribus hucusque, quod nouerimus, explanata, continent. Verisimile tamen nobis sit, illa elementari nota T. crucem præsignari, quæ videlicet per Tau signum aperte prænotatur; cuius potenti virtute eos omnes apud Ezechielem propheta, vt supra dictum est, seruos legitimus, qui antea saluari hoc signo valide ipsius Angeli ministerio præmuniti fuerant, iuxta verba, quæ ibidem haud otiose describuntur: *Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Tau per frontes virorum gentium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius, & illis dixit, &c.* Et infra de signatis hoc nobili caractere ab intrerit vindicandis, hæc subdit: *Omnem autem, super quem videritis Tau, ne occidatis.* Hæc utique apud Ezechielem in per-one salutaris, ac viuificæ Crucis monumentum descripta leguntur. Sed nos de mystica Tau nota plura quidem in rem præsentem cap. 23. huius sexti libri in studiosi lectoris gratiam hic repetenda congelimus.

2. At recolendum mysterium, quod paulo ante recensurum est, ipse quoque iaterur, ac veneratur Origenes, qui huiusmodi octaua de Epiphania Domini iuxta hæc habet: *Denique in Ezechiele propheta, cum omnes qui missus fuerat, oculisisset, illi tantummodo sospites referuntur, quos Tau litera, id est, crucis pictura signa-*

Io. Diaconus in vita s. Greg. lib. 3. c. 19. Tunica s. Ioannis Apoll.

Vestimenta, Imaginum, Coemeterialium literis notata.

Litera Tau vestimentis quid significet?

Ezech. 69.

Tau litera significatur.

Orig. loc. 8. de Epiph.

uerat. Boethius vero pari vir pietate, ac eruditione conspicuus lib. 1. de consolatione, sibi Philosophiam per visum se contemplandam exhibuisse affirmat, cuius habitum huiuscemodi notis excultum, atque insignitum delineando describens, hæc ait: *Vestes erant tenuissimis flis, &c. Harum in extrema margine P. Græcum, in supremo T. legebatur, atque inter utraque literas in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset ascensus.* In scholijs autem huius libri eisdem plane notas D. Thomas disertis verbis explanando insinuat. Verum aliqui sapientissima Angelici Doctoris elucidatio nequam Cæmeterialibus Imaginibus consentanea videtur, in quibus ad fidei præcipue dogmata rudiorum animis salubriter inferenda, huiuscemodi rerum symbola pio antiquorum Christianorum ingenio adinuenta, exarataque fuisse proculdubio credendum est. Porro elementaris nota X. decussatam pariter Crucem præsignare nobis arbitrari fas est, eius plane formæ, quam beatus Andreas Apostolus anhelanti animo, festiuusq; ac si nuptialem ad thalamum properaret, paratam sibi complexatus fuit. Quamvis Goropius Hierog. lib. 11. hoc plane symbolo præuiam ad Spiritus sancti charismata cælitus excipiendam mentis habitudinem portendi velit. Pari item ratione litera I. diuinitissimum Iesu Saluatoris nomen mystico, solemnique caractere præsignari affirmandum est. Quamvis autem apud Græcos denarium nota hæc numerum significet, apud eosdem tamen sacrosantum quoque Nomen hoc patenter exprimitur. Quapropter Clemens Alexandrinus de Decachordo sermonē faciens, hæc ait: *Nunquid autem Decachordum psalterium verbum Iesu significat, qui manifestatur elemento Decadis.* Idem insuper augustissimum Dei Saluatoris nomen per notam H. quæ nimirum Itæ Græcum exprimit, significari constanti utique assertionem crediderim. Reliqua interim in Cæmeterialibus perlustrandis imaginibus, studioso lectori lynceis oculis contemplanda, proposito insistentes, prosequamur.

3 Et quidem, vt enarratis hæcenus nonnulla notatu dignissima

subrexamus, in iisdem, quibus passim, vt videre est, Subterranea Roma illustratur, tabulis sacratissimæ Christi, & Apostolorum imagines plerunque calceatos sandalijs pedes præferunt, quæ substratas quidem soleas continent; in superiori autem parte aperta sunt; & corrigijs inuicem ad commode ambulandum restringuntur. Porro sandalia isthæc efficitas quasdam soleas intuentibus exhibent, cuiusmodi obseruantiores potissimum Franciscani Capuccinorum familiæ atque instituti deferre solent, quæ communi Itatorum voce vulgo *scarpe all' Apostolica* appellantur. Antiquissimum vero eorumdem exemplar in conspicuo ac celebri Eminent. Cardinalis Francisci Barberini S. R. E. Viccan. Musæo asseruatur.

4 Verum enarratis hæcenus illa Christi verba negotium aliquod facefferent videntur, quæ Matth. 10. recitantur: *Nolite, inquit, possidere aurum, neque argentum, neque peram in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, &c.* vbi, vt Chrysostr. optime animaduertit, *Apostoli vnacum tunica, & discalceatis pedibus circumibant totum modum, & superabant, &c.* Ex quibus verbis illud plane asseri posse in re præsentem videtur, sandalijs Apostolos vfos fuisse, ctsi perperam vano pictorum studio, aliter eisdem in tabulis effingac repræsentari contigerit: quinimmo ipsi fumeret Dominum haud calceatis, sed nudis pedibus deambulasse fatcri nobis vltro necesse erit, si Hieronymi præsertim sententiæ inhæreamus; qui epistola 22. ad Eustochium hæc ait: *Moyse & Iesus Naue nudis in terra sancta iuventur pedibus incedere: Apostoli sine vinculis pellium & onere calceamentorum ad prædicationem noui destinantur Evangelij: milites vestimentis Iesu sorte diuisis, caligas non habuere, quas tollerent. Non enim habere Dominus potuisset, quod seruos suos habere prohibuerat.* Idem plane epistola 4. ad Rust. & 4. item ad Aguruchiam affirmat. Cui D. Bonauentura in exposit. Reg. fratrum Min. cap. 2. mirifice adspulatur vbi de beatissimis Christi Apostolis sermonem instituens, eos haud vnquam absque sandalijs incesse pronunciat. Quod item clarius ex ipsis Marci Euangelistæ verbis cap. 6,

com-

Philosophia per visum Boethio se monstrat.

Descriptio vestimentorum eius.

Litera X. eiusque significatio.

Litera I. sanctissimum Dominum Iesu nomen denotat.

Clem. Alex. 1. de Decachord.

Et litera Græca H. idem significat.

Sandalia eorumque formæ.

Apostoli eadem præferunt. Matth. c. 10.

Chry. in M. c. 10.

Christus Dominus nudis pedibus incesse.

D. Hieron.

Hier. ep. 4. ad Rust. Et ep. 4. ad Aguruchiam. D. Boe. in exposit. ad reg. fratrum Min. c. 2. Apostoli sandalijs vtebantur.

comprobat, ubi Christi Domini præceptum id suis vltro inhihentis recensens, hæc ait: *Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona es, sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duas tunicas, &c.* Ex quibus profecto diuersi generis ac formæ sandalia a calceamentis extitisse constat: hæc enim totum pedem cooperiunt, illa vero inferiorem dumtaxat eius partem, vel ipsam pedis plantam contegunt.

5 Apostoli igitur post iniunctum sibi diuinitus præceptum sandalijs vti nullatenus desistite, quod ex eorundem Actis cap. 12. satis aperte conuincitur, ubi Angelus Petro Herodis iussu vinculis coarctato illa edixisse verba describitur: *Præcingere, & calcea te caligas tuas*; vel, vt Græco ex textu clarioribus terminis legendum occurrit: *Subliga sandalia tua*: quamuis vna eademque vox caligas & sandalia pariter denotet, vt Papias per uetustum inter grammaticos, & D. Bonauentura loco supra citato edisserunt; & a Iulio Nigronio tractatu satis erudito, quem de antiquorum caliga edidit, egregie comprobatum est.

6 Neutiquam igitur Christus Dominus sandaliorum vsum Apostolis interdixit: etsi enim aliquando nonnullas apud regiones eiusmodi sandalia decori pariter, atque ornamento essent, eademque vano gentilium ritu Apollini maxime tribuerebantur, qui Sandalarius hanc ob rem nuncupabatur, quod sandalijs videlicet muliebribus calceatus videretur. Hæc item Sandalia cum apud sæminas in vltro passim haberentur, vani quoque cultus ac enervatæ mollitiæ haud obscurum argumentum extitisse, ipso Æliano teste, comperimus var. histor. lib. 1. cap. 7. & Iul. item Poll. lib. 7. cap. 22. qui isthæc elegante oratione describens, a sæminis studiose, ac concinne floribus atque auro exornari consueuisse refert. Ex quo illud conijcitur, quod cum id genus ornamenta muliebrem plane luxum redolerent, si hæc a viris pariter quandoque deferrentur, leuis quidem ingenij, ac mollioris animi notam præfererebant. Illud tamen apud nos indubitatum omnino est, eo quod eorundem Christus Dominus Apostolis vsum indulserit, in Palestinæ præsertim regionibus; ab infimæ fortis dütaxat hominibus, ac egenis vsu recepta fuisse, cuiusmodi suos ipsemet Dominus sectatores Christianæ humilitatis titulo se iugiter exhibere, ac palam cunctis absque vlla ostentationis nota ostendere præoptabat.

7 Sed hic in rein præsentem, studiose lector, ea potissimum recensere nobis præstat, quæ Cornelius Iansenius hæc super re prolixius his quidem verbis edisserit: *Quarto prohibet calceamenta; cui contrarium videtur, quod habet Marcus, permissum illis fuisse, vt essent calceati sandalijs. Proinde intelligit Caietanus ad nomen calceamenta, debere etiam repeti numerum binarium, vt intelligantur prohiberi secunda calceamenta, sicut duplices tunicas. Alij, quod eodem redit, intelligunt prohiberi calceamenta præter ea, quæ habebat in pedibus, quæ scilicet secum deportarent, attritis vel sordidatis alijs. Verum cum Lucas cap. 22. dicat Dominum dixisse Apostolis in vltima cæna: Quando misivos sine calceamentis, satis signat in totum calceamenta illis prohibita. Et deinde Marcus dicens permissum, vt calcearentur sandalijs, signat aliquod calceamenti genus illis interdictum, dicens calceamenta ea esse prohibita, quæ totum pedem tegerent: sandalia vero concessa, quæ plantam quidem pedis defenderent ab occurrentibus via incommotis, verum superiorem pedis partem senerent nudam. Nam huiusmodi calceamenti genus vocari sandalia indicat Augustinus. Non autem id prohibet calceamenta, & concedit sandalia, quod illi curæ fuerit, quo calceamenti genere sui viderentur, &c.* Hæc suo ex more de sandalijs Iansenius erudite congestit, quibus isthæc infra addit: *Sed quoniam, vt est verisimile, Christus & Apostoli pro more illius regionis maxime recepto a pauperibus, vtebantur sandalijs, noluit Dominus suos iam profecturos mutare sandalia, & quemadmodum itinerantes sacere ibi solebant, calceamenta, quæ totum defenderent pedem, assumere; volens eos non aliter ire instructos ad prædicandum, quam sicut cum adessent illi, eumque comitarentur. Dominum enim non plane nudis incessisse plantis verisimile est, quod hoc non consensit et asperitati & caliditati illius regionis, per quam assiduo discurrebat: sandalijs autem tantum fuisse vsu ex eo constat, quod peccatrix mulier, quæ lacrymis rigabat eius pedes, vti que reperit superiorem pedum Domini partem nudam. hæc*

Quæ ac quæsa calceamenta Apostolis interdita, & que nam permissa? Cor. ian. Cone. c. 55. in Matt. 10.

Luce. c. 22.

re. c. 6.

trus Apo. sandalijs ceatus erat.

Apo. c. 12.

salia, & e idem. tificatur.

sa deco que ornato apud nos olim it.

lo Sanda 12.

var. hist. 7. Poll. L. 7.

2.

vir sacrae antiquitatis apprime eruditus enarrat.

8 His autem nunc recensitis, quae D. Augustinus de Apostolis scribit, subtexere fas est, videlicet Christum Dominum calceatis etiam quandoque pedibus deambulasse, sed verba si libet, Augustini in medium proferantur: *Nam de his, inquit, calceamentis, quibus calceati ambulamus, consolatur me ipse Dominus meus. Si enim ipse calceatus non esset, non de illo Ioannes diceret: Non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, &c. Sanctissimus autem doctor huiusmodi prohibitionem spirituali sensu intelligendam esse definit, quemadmodum caetera, quamplura, quae expressis ibidem verbis prohibentur, ut exempli gratia: Neminem per viam salutaueritis, sic autem Augustinus in rem praesentem inquit: Itane placet, ut iter agentes occurramus charis nostris, & eos non salutemus maiores, non resalutemus minores? Itane Euangelium implet, quia salutaris, & taces? Ac si illud verbis huic discretissimus Pater innuat non adeo stricte videlicet a Domino id Apostolis iniunctum fuisse, & ad pressum (ut aiunt) corticem, & ipsius literarum ionum, sed ut eisdem ad paupertatis Euangelicæ formam studiosius æmulandam exhortando proueheret, ac omnimodam rerum utilium suorum animis despicentiam ingereret, cum maxime eisdem discipulos tanquam Dei nuncios & Euangelij præcones, terrenis curis procul abiectis, in totius orbis ac animarum cultu sollicitos esse oporteret. Quamobrem plerique sanctorum Patrum, voces, quae hactenus recensitæ sunt, sandalium videlicet & calceamentum, nulla præhabita distinctione vsurpantes, complura inde rerum spiritualium dogmata, in formandis dirigendisque humanis moribus apta hausere: & vnus præ caeteris Ambrosius calceamentis, quae iam descripsimus, ipsiusmet Euangelij promulgatione his plane verbis designari asseruit: Calceamentum, inquit, prædicatio est Euangelij. Et infra: Hac est præparatio Euangelij, ad caelestem cursum dirigens præparatos, ut non in carne ambulemus, sed in spiritu. Idem autem sapientissimus Ecclesiasticus inter scriptores eodem libro septimo ipsam calceamentorum materiam, ex qua compacta sunt, expendens*

in illud Matth. Non peram, non calceamenta. Vtrumque, ait, de corio mortui animalis conficitur. Nihil autem in nobis Dominus Iesus mortale vult esse. Quod mysticum plane symbolum Augustinus quoque loco supra citato his verbis eleganter inculcat: Calceamenta, quibus vtitur, coria mortuorum sunt, nobis tegmina pedum, Per hoc ergo iubemur renunciare mortuis operibus. Hoc in figura Moyses admonetur, quando Dominus loquens ait: Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra sancta est. Quid tam terra sancta, quam Dei Ecclesia? In illa ergo stemus, calceamenta soluamus, id est, mortuis operibus renunciemus. hæc Augustinus.

9 Chryostomus quoque hac super re nobis consulendus videtur, qui de patre, ac duobus filiis loquens, postquam multa discrete suo ex more elocutus est, ita ad rei nostræ propositum concinne philosophatur: Mandat, inquit, & calceamenta pedibus apponi, aut propter communienda vestigia ad corrigendum viam, ut per lubricum mundi istius iter fixum incedat, aut exlyso in euangelicis calceamentis carneæ contagionis luto mundos pedes immaculate conseruet, & dirigat, aut propter mortificationem membrorum. Vitæ enim nostræ cursus in scripturis per appellationem, & mortificationis species in calceamentis ponitur, quia de animalium mortuorum pellibus conficiuntur, &c. Hæc Chryostomus.

10 Idem plane, paribusque sententijs Beda confirmat: Calceamenta, inquit, in pedes, præparatio euangelizandi ad non tangenda terrena. Marcus dicendo calceari Apostolos sandalijs vel soleis, aliquid hoc calceamentum mysticæ significationis habere admonet, ut pes neque reclus sit, neque nudus ad terram, id est, ne occultetur Euangelium; nec terrenis commodis innitatur. Quod item lectionis Euangelicæ mysterium, per se recognoscere vnusquisque potest apud Anselmum his propemodum verbis: Calceamentum est totum Euangelium. Apostoli dicuntur habuisse sandalia, quæ subtus soleas habent, & super vero aperta, & ligata corrigijs, quia pedes Apostolorum sunt calceati in præparatione Euangelij pacis. Euangelium debet prædicatores muniti, ne terrenis alhereant, sed debet esse apertum audientibus, ad quos eunt. Quæ totidem plane verbis sententia apud Augustinum

Christus Dominus non incedebat nudis pedibus.

D. Aug. ser. 42. de Sand. 2.

Calceamentorum prohibitio spiritualis.

Rerum terrenarum despicentia, & abstinentia.

Calceamenta quidam mystice significat.

S. Ambr. in 2. luc. c. 5. 17.

Matth. 10.

Aug. ser. 42. de Sand. 2. Apost.

Mystica ex sandalijs doctrina.

D. Chry. ser. fil. p. 2. d.

Beda in Eya. c. 6. Sandalia, eorumque forma mystica.

D. Ansel. in Matth. 10. 3.

num lib. 2. de consensu Euang. cap. 30. recensetur. Sed de sandalijs hæc interim ad instituti propositum paucis enarrasse visum est.

CAP. XXIX.

De Tiara.



VM Cœmeteriales ple- rumq; imagines, quas suo loco exacte descripsimus eiusmodi tiaras capitibus ornamenti conciliandi gratia præ se ferant, nostri quoque instituti ratio, vt de iisdem pauca edisseramus, a nobis proculdubio exigit. Vt remigitur aggrediamur, studiosus, & recolenda antiquitatis amicus lector no- rit, quod trium Puerorum, Magorum item, atque Orphei imagines aptatis capiti pileolis contemplandæ obijciuntur: hi autem illis omnino persimiles sunt, quibus Persici quondam Imperij homines vtuntur, & qui vulgo tiara, seu cyda- res nuncupantur, vt erudite Hieronymus illa Danielis verba cap. 3. exponit: *Et confestim viri illi vinciti cum braccijs, & tiarijs. Tiara, inquit, genus pileoli, quo Persarum, Chaldaorumque genus vititur. Quod magis perspicue ex illis Ezech. verbis cap. 23. colligitur: Cumque vidissent viros depictos in pariete, imagines Chaldaeorum expressas coloribus, & accin- ctos balteis renes, & tiaras tinctas in capiti- bus eorum, formam ducum omnium, &c.*

Porro diuersæ fuerunt communes tiaræ ab ijs, quibus vti Reges cõsue- runt, quæ quidem rectæ & acuminatæ erant: at communes satis depressæ ac paululum inflexæ, iuxta eiusdem Hieronymi ad Fabiolam scribentis, nec non Suidæ, Senecæ, aliorumque sententiam. Nil igitur mirum, si tres Pueri veluti Persæ, consueto Persarum more, huiusmodi pileolis capite cooperti sacris in tabulis exhibeantur. Verù de Magis potior diffi- cultas suboriri videtur, quos Tertullianus libro aduersus Iudæos cap. 9. & 3. de Idol. S. Cyprianus de stel. & Mag. S. Augustinus sermone 30. de tempore, & S. Leo sermone 2. de Epiph. ex orientali regione venisse affirmant, ex

ipsum videlicet Euangelicæ lectionis textu, vbi dicitur: *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam.* At Clemens Alexandrinus Strom. lib. 1. S. Hieronymus in Dan. 1. & S. Ioan. Chryostomus Homilia 6. in cap. 2. Matthæi, & alij eisdem e Perside profectos fuisse docent. Porro S. Cyrillus Alexandrinus in Isaïam cap. 49. Orat. 2. varias scriptorum sententias hac plane ratione inuicem conciliare nititur: *Quod autem, inquit, innumeri fuerint vocati, & ex omni parte sub Cælo congregati, ostendit dicens: Ecce è longinquo veniet, & hi ab aquilone & mari, alij è terra Persarum. E longinquo videtur indicare partes australes, Aquilo aquilonares, mare, occidentales regiones. Horum enim sic facit mentionem Psalmodus, cum ait: Aquilonem & mare tu creasti. Illi vero è terra Persarum esse possunt, qui capti & inescati sunt ad orientem: versus enim radium solis Persarum terra, fortassis etiam Magos intelligere conuenit, qui eum adorant. Venerunt enim Iudæam, &c. Et hæc instat in rem præsentem adijcit: Meminit huius etiam Psalmodus, cum dicit de omnium nostrum Salvatore Christo. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabie. Arabiam enim hic Persarum regionem, &c.*

3 Vtunque tamen se res habeat, illud certe apud omnes exploratissimum est, huiusmodi formæ pileolos Chaldaeis quoque vsui extitisse, iuxta receptam Hieronymi sententiam, quam loco citato recensuimus. Quo plane modo tres Magi coloribus expressi conspiciuntur in peruetusta imagine ad hanc usque diem, opere musiuo elaborata, in peruetusto Basilicæ S. Mariæ Maioris arcu, qui Triumphalis dicitur: & in marmoreo item Sarcophago, quem Franciscus Gualdus Arimin. Eques S. Stephani vir sacræ, ac venerandæ antiquitati ap- prime deditus, in eiusdem Basilicæ porticu nouissime poni curauit. Eodem autem fere modo eiusmodi olim imagines in celebri Ioannis Septimi ad Vaticanum Sacello visebantur, eodem plane loco, vbi nunc porta, quæ sancta dicitur, sita est. Quibus quidem locis non pileolos modo, quos supra descripsimus, Magi deserentes, sed munera insuper quibusdam in capsulis Deiparæ Virgini Infantem Iesum sinu gestanti offerentes, eundem in modum delineati exhi-

Cle. Alex. Str. l. 1. ho. 6. in c. 2. Mat.

Magi ex qua regione veni- rant.

S. Cyr. in Isa. c. 49. n. 2.

Tiaris Chal- dæi etiam m- vtebantur.

Sarcophagus marmoreus Franc. Gualdi

de conf. n. 2. c. 30.

um. daces.

Hier. in c. 3. niel.

ch. c. 23.

hieron. ep. ad fabiol.

idat. Senec.

terti. l. aduers.

id. c. 9. & 3. de idol.

Cyprian. de stel.

Aug. ser. 2. de temp.

Leo ser. 2. de Epiph.

CAP. XXX.

De Braccis, Saraballis ac Mitris muliebribus.

bentur, quo in recensitis hæcenus Coemeterialibus imaginibus videre est. Quin & Alcuinus ipse de diuin. offic. cap. 5. in Biblioth. Patrum to. 3. de Magis luculenter edisserens, eisdem *tiaratos* hunc in modum appellat: *In Bethlem, inquit, perueniunt, quem tiaratis vultibus adorantes letata est sagax curiositas Chaldaeorum.*

Alcuin. de diu. offic. c. 5. de Bibl. 491. r. 3.

Orpheus est tiora.

Tiara quomodo Christo Domino conueniat

Inno. Pap. l. 4. de reg. 1. 1. 1. 1. 1.

Beda. in leuit. c. 16. Cydaris, seu tiara symbolu resurrectionis.

4 Maior autem difficultas rem altius contemplanti subest, si quis nimium studiose recolat, quam ex causa huiusce formæ pileolum, seu tiaram pictæ ipsius Orphei imagini aptari contigerit, sed propositæ nuper quæstionis nodus facile soluitur, si quæ a nobis iam de ipso Orpheo præmissa sunt, mente reperamus. Apertissimum quippe Christi Domini tyfum eundem extitisse asseruimus, cui merito quidem iure hoc tiaræ ornamentum consonat, quæ regum olim in signe erat: cæsi tiaram ipsam humilitatis symbolum prænotare vnâ cum Innocentio III. lib. 2. de myst. Mistæ affirmare quis valeat; de huiusmodi enim re sanctissimus Pontifex hæc in medium affert: *Cydaris, inquit, vel tiara, quam ultimo Pontifex assumebat, significat humilitatem, de qua Dominus dicit: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Multo magis Christo Domino conuenit, qui de se ipso dixit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Si vero mysterijs elucidandis altius intendamus, tiaram quoque futuræ resurrectionis imaginem præferre, auctore Beda, intelligemus: *Cydaris, inquit, ornatus capitis est, & ideo resurrectionem significat.* Idem Dominus de semetipso pariter dixit: *Ego sum resurrectio, & Vita.* Haud igitur otiose pio antiquorū Christianorum studio tres Pueri pileolis hinc egregie exculci, ac Magi insuper infantem Christum inter cunabula adorantes, & Orpheus sacris in tabulis pictorum manu representari consuecere. Sed hæc interim paucis, vt eruditioni & breuitati pariter consulatur, attigisse volumus,

PRÆTER tiaras, quas modo, sacrarum inhærentes elucidationi ac cultui picturarum, ex antiquitatis præputatio fideliter excerptas descripsimus, braccis quoque beatos tres Pueros pereleganter indutos fuisse, ex illis præsertim Danielis Prophetæ verbis, quæ capite tertio recensita sunt, legimus, videlicet: *Et confestim viri illi vinciti cum braccis suis, ac tiaris, & celceamentis, &c.* Et infra: *Contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, etiam saraballa eorum non fuissent immutata.* Porro quidnam, & cuius potissimum generis, ac formæ indumenta eiusmodi fuerint, multiplices scriptorum sententiæ adnumerantur, quarum nunc singulas in medium proferre instituti nostri propositum exigit. Certe Hieronymus in eundem Danielis textum hæc scribit: *Pro braccis, quas Symmachus ἀραξοφδάς interpretatus est, Aquila & Theodotio Saraballa dixerunt, & non, vt corrupte legitur, sarabara: lingua autem Chaldaeorum Saraballa crura hominum vocantur, & tibiae, & ἰμῶν ποὶς etiam braccæ eorum, quibus crura teguntur, & tibiae quasi crurales & tibiales appellatæ sunt.* Et idem epistola 49. ad Innocent. de muliere septies icta, isthæc ingerit: *Huc huc, inquit, mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidus flammarum globos, hymnos edidit pro fletibus, circa quorum Saraballa, sanctamque cesariem innoxium lussit incendium.* Ex quibus plane verbis haud Saraballa a braccis distingui conuincitur, cum Saraballa tantum, & ipsos insuper puerorum capillos haud ab igne consumptos fuisse pronuntiet. Nicolaus autem de Lyra loco, quem citauimus, commune vtriusque nomen, ac significationem respondere asserit, dum ait: *Saraballa, id est, braccæ æstinales.*

Dab. c. 2.

Braccæ & Saraballa eundem nati indumentigenus sunt

D. Hieron.

Hier. ep. 49. ad Innoc. de mul. septies icta.

Nicol. de Lyra in l. cit.

2 Verum Isidorus Hispalensis Origin. lib. 9. eorum sententiæ ad stipulatur, qui *sarabaram* (sic eam appellat) idem esse cum tiara affirmant: *Sarabara*, inquit, sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele: *Et sarabara eorum non sunt immutata. Apud quosdam autem sarabara quædam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capitibus Magorum pilla, &c.* Quæ quidem opinio ipsi magis consona textui videtur, ubi cum *tiara* nomen exprimitur, nulla de *saraballa* mentio incurrit; e contra autem, ut in duobus locis eiusdem capituli supra recitatis videre est, hoc idem ex altero patet; ibi enim expressis verbis nullam penitus vim in sacris eorumdem corporibus ignem ad vrendum habuisse, & nulla ex parte capillos capituli eorumdem adustos fuisse; quibus & illud demum subtexitur, & *saraballa eorum nullatenus immutata fuisse*, ac si dicat: non capillos dumtaxat, quos tiara, seu *saraballa* tegebat, nullum ab igne detrimentum sensisse, sed nec ipsamet, quæ igni propiora, ac flammarum incendio magis exposita sunt, eiusdem vim nulla quidem ratione sensisse. Verum tamen Tertullianus libro de resurrectione carnis cap. 58. vnam ab altera fecerere videtur, dum hac ait: *Quod Babylonis ignis trium fratrum nec tiaras, nec sarabaras, quanquam Iudæis alienas, læserunt, &c.*

3 At vero, ut recolendæ antiquitati fides, quæ eadem modum par est, constanter deferatur, & petitis inde argumentis omnis controuersia dirimatur, certe apud Vaticanam Bibliothecam in sanctorum Menologio, quod ipsimet olim Basilio Prophyrogenito Imperatori Constantinopolitano vsui fuit, & deinde a Card. S. Cæcilie nuncupato Paulo Papæ V. dono datum est, qui illud in eadem Bibliotheca pretiosi instar thesauri perpetuo asseruari iussit; in eodem, inquam, Menologio veneranda trium Pucrorum imago vnâ cum eorumdem indumentis ad viuum expressa conspiciuntur, ex qua profecto quid omnino diuersum esse tiaram a saraballis satis aperte dignoscitur, quas eiusdem plane formæ, qua olim ab Hieronymo deferbantur, extitisse contemplando apparet: oblonga quædam nimirum veluti femoralia

ad talos vsque protensa, quæ alio vocabulo *braccæ* nuncupantur.

4 Mitræ vero, seu *mitrelle*, quæ super mulierum nonnullarum capita, affabre coloribus effictæ conspiciuntur, cum in singulis imaginibus nequaquam exprimantur, certe & mysterium aliquod eisdem adumbrari inuentibus palam innui videtur; quoniam etsi mitrarum vsus singulis fere mulieribus communis erat, vt Seruius docet in illud Virg. 9. *Æneid.*

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

Qui hæc in rem præsentem assert: *Pileo*, inquit, sunt *virorum*, *mitræ* *feminarum*, quas *calaticas* appellant. At Isidorus Hispalensis Orig. lib. 9. cap. 31. huiusmodi inter Christianos olim ornamenti genus mulieribus quidem Deo dicatis peculiariter extitisse his verbis pronuntiat: *Mitra & pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capituli deuotarum: sed pileum virorum est, mitra autem feminarum.*

5 Ad rem autem hæc magis comprobendam illud facit, quod in Africana olim Ecclesia cuiuscemodi mitræ virginibus solemniter imponerentur, quemadmodum & hæc nostra ætate in more positum est, vt sacra videlicet moniales velamina accipiant, dum suam Deo solemniter virginitatem dicant, ac perpetuo Christi obsequio addictæ, consuetis Ecclesiæ ritibus initiantur. Quod ex Optato Mileuitano euidenter colligitur, qui Donatistas, eo quod mitras e sacrarum virginum capitibus abstulissent, acriter perstringens, quippe quæ pia Catholicorum manu ipsidem impositæ fuerant, vt alias videlicet ab eorum manibus deinde acciperent, isthæc ait: *Iam illud quam stultum, quam vanum quod ad voluntatem, & quasi ad dignitatem vestram reuocare voluistis, vt virginibus Deo agerent penitentiam, & iam dudum professe signa voluntatis capitibus postea vobis iubentibus immutarent, vt mitrellis aliis projicerent, alias acciperent.*

6 Verum eniuvero eiusmodi mitræ, quæ sacrarum virginum capitibus imponi consueuerunt, ab his longe distabant, quas cæteræ passim mulieres ornamenti conciliandi gratia capite gestabant: quæ quidem proculdubio satis eleganter excultæ ac pretiosis gemmis referatæ conspi-

Mitræ mulieribus.

Mitra omnibus mulieribus communis. Suet. Vir. Aen. 19.

S. I. I. I. I. I. Orig. 19. c. 31.

Mitræ virginibus Deo sacrarum.

Vela sacra virginum videri mitrarum nunc obtinent.

Donatistas auferat vela virginum a Catholicis imposita ipsis, Opt. Mileu. l. 6.

Mitræ virginibus differentes ab alijs.

ara ballarum scriptio.

Id. I. I. I. I. I. orig.

L. I. I. I. I. I. I. I.

um puero- n. imago n. Saraball.

Mitra Iudithæ

Iud. c. 16.

Mitra Blefilla

D. Hier. ep. 23.
ad Marcell.

Opt. Mel.

spiciebantur; cuius plane generis castissimæ Iudithæ mitram extitisse comperimus, de qua ibi cap. 16. sermo in isthæc verba fit: *Colligauit cincinnos suos mitra.*

Consimili quoque capitis ornamento Blefilla lectissima virgo utebatur prius, quam se tota Deo, eiusque obsequio addiceret, vt Hieronymus epistola 23. ad Marcellam hunc in modum scribit: *Tunc crimes, inquit, ancillule disponebant, & mitrellis crispantibus vertex ardebat; nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur.* At vero mitræ istæ muliebres, de quibus sermo nunc est, simplices quidem erant, absque vilo profus ornamenti genere, lancæ, purpureoque dumtaxat colore imbutæ, vt ex eodem Optato, quem supra laudauimus, colligitur, qui isthæc ibidem in rem præsentem subtexit: *Nec vlla sunt præcepta coniuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de qua purpura tingeretur: non enim panno potest virginitas adiuuari.* Hæc igitur in antiquarum imaginum, quæ mitris muliebri more excultæ sunt, gratiam, de eiusmodi ornamenti genere lectori prælibasse, haud cuiquam ab infituti proposito alicum videatur, Sed ad alia interim properemus.

CAP. XXXI.

De quatuor anni Temporibus.



Singulis quibusque rebus ærotis tēpus suum præstat, tum est.

Ecc. c. 2.

SVVM vnique rei a Deo tempus fuisse præstatum, & suis recurrentium pariter temporum interuallis cuncta sapienter disponi, ac mensurari Sapiens quondam edixit: *Omnia, inquit, tempus habent, & suis spatij transeunt vniuersa.* Vis cuiusmodi testimonio, atque experimento nosse, quoniam singulis rebus opportunum tempus Deo disponente constitutum est? audi: *Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est: tempus occidendi, & tempus sanandi: tempus standi, & tempus ridendi: tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus: tempus acquirendi, & tempus perden-*

di: tempus belli, & tempus pacis, &c. Et demum: *Cuncta fecit bona in tempore suo.* Ita plane suis singula quæque temporibus circumferuntur, & tempori item congruo, vt bene sibi inuicem coherere respondent. Arbores manu excultæ, & aquis irrigatæ, vt fructum reddant, oportunitum tempus expectant: *Et erit sicut lignum, Plalmista inquit, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quin, Euangelicus ille Patrifamilias, qui vineam studiosa manu plantaerat, legendorum tempus fructuum auide aliquando expetit, vt illos ab agricolis oportune repeteret: *Cum autem tempus fructuum appropinquaasset, Matthæus inquit, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Sed ingrato illis animo tam benefico Domino respondentibus, auferendam ab ijs, & alijs vineam agricolis, qui fructum exhibeant, locandam Christus asseruit: *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.* Congruè igitur antiqui Christiani magnam sibi temporis rationem habendam indixere, ad quod vnum se potissimum genitos intelligebant: *Hos ante ipsa secula, Tertullianus inquit, destinari in estimationem temporum.* Quapropter in Cœmeterialibus quoque tabulis peculiaris, ac symbolica temporum mentio recurrit.

Hinc pariter fit, vt in quadam ex iam descriptis Cœmeterialibus tabulis, vitorum quatuor affabre coloribus effictæ imagines exhibeantur, quæ scilicet vernum, æstiuum, autumnale, atque hybernum tempus symbolice repræsentant. Has autem haud otiose in sacris Cœmeteriorum Cubiculis a Christianis, quibus cuncta sere quid mysticum redolebant, appositas fuisse proculdubio credendum est. Quis enim quatuor isthæc tempora otiose, ac perfunctorie a Christianis pennicillo adumbrata, vt olim carminibus Poetarum descripta eleganter fuerant, arbitretur? Siquidem Ouidius præ cæteris hunc in modum eadem expressit:

*Verque nouum stabat, cinctum flore
corona:
Stabat nuda Æstas, & spicea ferta gerebat;
Stabat & Autumnus calcatis sordidus
vuis,*

Et

Psal. 117.

Matth. 21.

Tert. in ap.

Quatuor anni
temporibus
Cœmeteriorum
symbolice re-
præsentata.Ouid. l. 1. 1.
Metaph.

Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.

Recensita igitur symbolice ista imagines, sua item mysteria orthodoxorum Patrum sermonibus frequenter expressa contemplantibus exhibent. Et ut hic nonnulla breuiter edisseramus, Tertullianus inter scriptores antiquissimos, inexcitabilem, quæ singulis hominibus imminet, mortis pœnam, obfirmatamque futuræ spem resurrectionis ex præmemoratis hisce imaginibus merito conuincit asseuerat: *Reuoluuntur*, inquit, *hyemes, aestates, & verna, & autumnus cum suis viribus, moribus, fructus.* Quippe etiam terra ad Cælo disciplina est arbores vestire post spolia, flores denno colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem que absumpta sunt, semina, nec prius exhibere, quam absumpta. Et hæc infra in rem præsentem subiicit: *Omnia in statum redeunt, cum abscesserint, omnia incipiunt, cum desierint, omnia finiuntur, ut fiant. Nihil deperit nisi in salutem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum.* Vides igitur, quemadmodum ipsamet temporum reuolutio optabilem ad futuram tandem resurrectionis felicitatem mortalibus propinat.

2 Sed, ut temporum imaginibus infigiamus, lyneus quoque in diuinarum scripturarum sensibus perferendis Origenes sub earundem imaginum symbolo præsentis ac futuræ vitæ conditionem acute contemplari non desinit. Hæc autem inquit: *Omnis planta post hyemis mortem resurrectionis ver expectat.* Si ergo & nos in Christi morte complantati sumus in hyeme huius seculi & præsentis vitæ, etiam ad futurum ver inueniemur fructus in ista ex ipsius radice proferentes. Miro autem modo Origeni Ambrosius ad stipulatur, qui in Luc. isthæc verba conleribit: *Hyeme enim arbores ventus suo onere dispoliat & asperitas frigoris teneras frondes in spem mortis interficit. Vere autem resurgunt semina, & tanquam noua at es naturæ viridantis adolescit.*

3 Porro optatissimum humanæ resurrectionis mysterium per quatuor anni tempora symbolice adumbrari Augustinus affirmat: *Tota, inquit, huius mundi administratio testimonium est resurrectionis futuræ. Videmus certe hyemis tempore arbores spoliari pomis, nudari folijs;*

sed eas rursus verno tempore speciem resurrectionis exhibere. Quod item disertis verbis Cyrillus Hierosolymitanus insinuat: Arbor quidem excisa, inquit, rursus floret: homo autem excisus non floret? & surculi vitium, aliarumque arborum omnino excisi & transplantati reuiuiscunt & fructificant: homo vero, propter quem illi sunt, cadens in terram non excitabitur? &c. Et demum isthæc subiicit: Videns enim Deus tuam incredulitatem in ijs, que videntur singulis annis, resurrectionem efficit, ut ea videns in rebus inanimatis, etiam de animatis rationabilibus credas. In eandem plane sententiam ipsemet D. Paulinus abiit, qui apte ad fratres super Celsi pueri obitu sermonē instituens, resurrectionis inde mysterium astruit, atque incredulas hominum mentes acri stylo perurgens, isthæc eleganter cecinit:

*Cuncta resurgendi faciem meditantur in omni
Corpora, & in terris germina, & astra polo.*

Et patentibus infra verbis ex ipsa temporum ferie futuram corporum resurrectionem hunc in modum argumentatur.

Quid sata, quid frondes nemorum, quid tempora nempe

Legibus his obeunt omnia, vel redeunt.

Vere resurgenti cunctis noua rebus imago Post hyemis mortem viuificata redit.

Quod semel est facturus homo, cui subditamundi

Corpora, sub Cælo cuncta frequenter agunt.

Sed querant quali reparatur mortuus omnis

Corpore, quoue modo fiat homo ex cinere.

Si non sufficiunt sacris signata Prophetis, Muta filem clamant, credite conspiciuis.

Cernite nulla suis emergere semina campis,

Ni prius interea ut labe soluta putri.

Nuda seris, vestita legis, iacis arida grana,

Atque eadem fructu multiplicata metis.

O peruersa fides & dissidentia nolis, Credere nos terris, & dubitare Deo!

Condigna profecto tanti viri pietatis, ac eruditionis pariter monumenta, quæ ad rei propositum studioso lectori, ut par est, rccolenda a nobis recensentur.

4 Verum S. Zeno Veronenis Episcopo-

D. Cyril. Hier. Catech. 28.

Incredulitas humane mentis.

D. Paulin. ad frat. de obitu celsi.

Panegyricum S. Paulini in morte Celsi pueri.

reuerabilis orandi necessitas.

adhibita, sargedi spes

Tert. de sup

mens & vere præsentis futuræ sym. tum.

orig. in op. ad m. l. 5. r. 6.

Amb. in Luc

symbolum resurrectionis

Aug. ser. 10. in uerb. Ap. 19.

Hyems sym-
bolum Idolo-
latriæ.

S. Zeno Veron.
Episc. ser. l. de
Pajeh.

Ver hierogly-
phicum Bap-
tismi.

Æstas imago
seruoris Chri-
stianorum.

Autumnus
martyrij signi-
fica tionem
obtinet.

Æstas symbo-
lum Regni
Cælorum.

D. Hieron. in
Prou. c. 30.

Prou. c. 16.

Æstati vita
presens con-
parata.

Dies Indicij
hyemi allim-
latur.

D. Chryso-
stom. 25. hom.
49.

scopus sub iisdem imaginibus Idolola-
triam, Baptismi gratiam, seruens, ac iuge
Christianorum studium, ac martyriorum
denique certamina Lynceis oculis con-
templatur: *Quis non hæc, inquit, calisti-
bus mysterijs coaptata cognoscat? Hyems
namque pigra, sordida & tristis ad eos per-
uinet, qui Idololatriæ seruientes, mundanis
voluptatibus compediti, libidini vacantes, &
guttur, longe moliti, id est, æternæ morti sunt a
Deo, quod opus tenebrarum dilexerunt, de-
stinati. Vir, sacrum fontem debemus accipe-
re, cuius diuite ex aluco, fauonio non vento,
sed Spiritus sancti generante odorem diui-
num, beata spirante fide, diuerso charismate,
sed vna natiuitate, Ecclesia flores clarissimi,
ac dulces nostri funduntur infantes. Æstas
autem fidelis est populus, Angelus & mun-
dus, qui sponsionis suæ palmam fortiter re-
tinet, peccatorum paleis limpidatus, semet
pretiosum frumentum diuinis boræis inferre
desiderans, licet suo vberet fonte, tamen
æstuat semper iustæ operationis ardore.
Autumnus quoque martyrij locus est, in quo
non vitis, sed fossoris sanguis effunditur, vt
vita beata pretiose mortis vindicæ compare-
tur. Hæc Zeno de quatuor anni tem-
poribus tropologico sermone digessit.*

5 Pulchra autem, & coccinna admo-
dum sunt, quæ Hieronymus ad instituti
propositum edisserit, dum Regnum Dei
præ ceteris æstiuo tempori comparat:
*Bene ergo, inquit, Regnum Dei æstiuo com-
paratur; quia tunc meroris nostri nubla
transcunt, & vitæ dies æterni solis claritate
fulgeunt. Et item Proverb. cap. 16.
æstiatem præsentis vitæ simillimam esse
pronuncians, ait: Hæc enim vita messi
comparatur & æstati, quod nunc inter ardo-
res tentationum tempus est colligendi futuro-
rum merita præmiorum. At Dies Iudicij
hyemis similiter rigoribus quia tunc nimirum
nulla relinquitur facultas pro vita laboran-
di, sed tunc cogitur quisque de horreo præse
actionis, quod condidit, proferre. Verum
hac super re Chrysostomus nobis con-
sulendus est, qui infidelium mentes, ac
frigescetes hominum animos hyemi esse
similes his verbis docet: Hyemem dicit
frigus infidelitatis spirituale; qui enim non
habet in corde suo ignem, de quo Dominus
dicit: Ignem veni mittere in terram, id est,
verbum diuinum, de quo calefiat in fide, ille
semper in hyeme est, etsi fuerit in media
æstate. Porro Sedulius poeta quatuor*

hiscæ temporibus quatuor sacrorum
Euangelicorum scriptores, qui totum
orbem compleuerunt, designari arbitra-
tus est carminibus illis:

*Quatuor ki proceres, vna te voce canentes
Tempora cœu totidem latum sparguntur in
Orbem.*

6 Demum, vt rem totam latentium
mysteriorum elucidatione definiamus,
doctissimus vir Beda in illa Apocalyp-
verba cap. 14. *Et in manu sua falcem
acutam, apte quidem messorum falcem &
subtiliter expendens, isthæc philosophat-
ur: Iudiciale scilicet dirimendi senten-
tiam, quæ nullatenus cuitatur. Inter ipsam
quippe sumus, quolibet fugere conemur. In
falce enim quicquid includitur, intus cadit.
Et hæc quidem paucis elucidasse satis
visum est, vt recolendæ symbolicarum
imaginum antiquitati consultum sit,
meritusque iisdem honor in Ecclesia Dei
iugiter deferatur.*

Falsæ messorum
hieroglyphicæ
Indicij, & pa-
nitionis diui-
næ.
Beda in apoc.
c. 14.

CAP. XXXII.

De varijs quadrupedum, & Bouis præferim, Imaginibus.

I AVD Boui trituranti
os alligandum, cum
Deus moralibus Iu-
daicum populum mo-
nitis imbueret, sed il-
li quoque, vt ex resi-



duis spicarum manipulis, disperſi-
que frumenti granis libere in agro pascatur,
permittendum edixit: *Non alligabis,*
inquit, *os boni trituranti.* Verum, vt quid
peculiaris ista Dei prouidentia bouem
respicit, vt illius quoque enutriendi cu-
ra tangatur? *Nunquid enim Deo, vt Apo-
stolus ait, est cura de bobus?* Ita plane
animalia quoque irrationabilia Dei potis-
simum curæ commendata sunt: *Creatu-
ram quippe, vt Augustinus ait, quam
condidit Deus, administrat: non enim fecit,
& abiit.* Et pari sapientia regit singula,
quæ mira item potentæ vi condidit, vt
canit Ecclesia:

*Quicquid est, potentia magna creasti,
Nec regis minore prouidentia.*

Prouidentia
Dei circa crea-
turas.

Deut. c. 25.

1. ad Cor. 10.

Aug.

Hymn. Angel.
Cubi.

Vt

Vt igitur de quadrupedibus sermonē in-
stituamus, horum quoque imagines inter
cæteras Cœmeteriales, quas descripsimus
haud desiderari contingit. Bruta quip-
pe, quæ ad varias pertinent species, in-
ter Cœmeteriales olim imagines a pri-
mævis Christianis effingebantur, vt sym-
bolicis eorundem formis, humanæ con-
templationi exhibitis, multiplicia qui-
dem intuentium oculis mytheria sugge-
rerent. Sicut enim propter nos scrip-
ta isthæc sunt, ita pariter & propter
nos picta, atque expressa in Cœmeterijs
olim fuerunt: Nam propter nos, Apostolus
inquit, scripta sunt, quoniam debet, in spe, qui
arat, arare, & qui triturat in spe fructus
percipiendi. Quin & iisdem imaginibus
rudiorum animi ad inuisibilem rerum
notitiam manu quodammodo ducuntur
iuxta id quod Apostolus ait Roman. 1.

Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per
ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.
Quod quidem luculenter his verbis Ori-
genes adnotauit: Quia impossibile est ho-
mini, inquit, in carne viuenti agnoscerē
aliqua de occultis, & inuisibilibus, nisi imagi-
nem aliquam, & similitudinem conceperit
de visibilibus. Ob hoc arator, quod ille,
qui omnia in sapientia fecit, ita creauit vnam
quamque visibilem speciem in terris, vt in
his doctrinam quandam, & agnitionem rerum
inuisibilem, & cælestium poneret, quo
per hæc ascenderet mens humana ad spiritua-
lem intelligentiam, & rerum causas in cæle-
stibus quæreret, &c.

2 Haud igitur temere, vt ipsiusmet
Origenis verbus inhæreamus, antiqui
Christiani Cœmeteriales inter figuras,
symbolica quædam animalia, ratio-
nis expertia, coloribus interdum expref-
fere; quæ mysticum quid atque arcanum
sub eorundem animalium integumento
latens, altiori mentis obtutu perquirendum
denunciant. Et vt nonnulla hic, quæ
ad rem nostram pertinent, studioso lectori
exponere aggrediamur, cum pleræque
Cœmeteriorum tabulæ boues potissimum
pictos præferant, quænam sub eisdem
mytheria delitebant, nunc videamus.
Porro ipsa bouis imago Apostolos, nec
non Apostolici ministerij viros, Hiero-
nymo teste, designat, cuius verba in
medium proferre libet: Tauri, inquit,
& boues, qui operantur terram, id est, Apo-
stoli & viri Apostolici, de quibus Apostolus
To. II. Rom. Subt.

Paulus scriptum interpretatur: Non alli-
gabis os boui trituranti. Eucherius insu-
per ipsius Apostoli sententiæ inherens,
idem plane affirmat: Per boues quippe,
inquit ille, Apostolos, & Euangelistas, im-
mo omnes verbi ministros debere inte-
ligi, Apostolo docente cognoscimus, qui exponens man-
datum legis, quod est: Non alligabis os bo-
ui trituranti: nunquid de bobus, inquit,
cura est Deo? An propter nos vtique dicitur.
Nam propter nos scripta sunt, quoniam
debet in spe, qui arat, arare, & qui tri-
turat, in spe fructus percipiendi.

3 At Chrysofomus studiosus diui-
norum perferuator oraculorum homil.
41. in illud Mathæi 22. Tauri mei, &
altaria occisa sunt. Per boues vtique Pro-
phetas, & eos, qui pro animarum salute
persequentium manu trucidati sunt,
intelligendos fore arbitratur. Eius au-
tem hæc sunt verba: Qui sunt tauri, &
saginata occisa? Prophetæ, qui occisi sunt
pro salute eiusdem populi, quemadmodum
docet nos Apostolus dicens: Ego enim iam
delabor. Hominis libatio alicui pro aliquo
offertur. Deo ergo immolandus fuerat Pau-
lus pro populo, quem docebat. Et infra ist-
hæc in rem præsentem subiicit: Sed &
Christus de figurata sanctorum suorum immo-
latione dicebat: Holocausta medullata offer-
ram tibi, boues cum hircis, &c. Et de-
mum sanctissimus Pater vbi euiden-
ter eiuſcemodi sacrificiorum genus
asseruit haud vnquam omnipotenti
Deo a Christo Domino oblatum fuisse,
id de ijs tantum hominibus, qui pro
Christi fide martyrium subiere, intelli-
gendum esse his plane verbis affirmat:
Hæc autem diximus, vt ostendamus tauros
& saginata occisi intelligi debere sanctos oc-
cisos. Hæc Chrysofomus.

4 Verum Glossa in cap. Num. 18.
ipsam bouis imaginem, patentissimum
Christi Domini solum extitisse pronun-
tiant: quippe qui pro expiandis mor-
talium culpis semetipsum pacificam Deo
hostiã offerre dignatus est: cuius rei gra-
tia boues sub veteri Mosaicæ legis testa-
mento offerri consueuerant; hæc autem
ibi in rem præsentem leguntur: Bouem
mediatorem Dei, & hominum, cuius immo-
latione peccata nostra deleta sunt. Quin
& illud. serio Mosaicæ legis præceptum
Glossa expendens, quo binos Deo bo-
ues immolari iubebatur, hæc subdit:

G g g g In

Mytheria, quæ
x animalium
harumque
erum inani-
tatarum ima-
gibus hau-
suntur.

1 Cor. 1. 13-10

tellectus hu-
anus ex viſi-
libus ad in-
uisibilia ascen-
dit. ig. ho. 3. in
not.

animalia sym-
bolica in Cœ-
meterijs depi-
centur; My-
theria.

es symbo-
Apostolos
ficant.

Ter. in 1/a.

Eucher. in 3
Reg. 21.

Per boues sã-
cti ac marty-
res intelligen-
tur.

S. Chryſ. ho. 41
in 2. man. 22.

Bouis imago
Christum Do-
minum typi-
ce designat.

Glossa n. 18.

In utroque boue incarnatio eius significatur. Vna est enim passio Christi, sed duo nobis impetravit, expiationem scilicet a peccatis, & sanctificationem, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Et quia horum alterum pro hostia pacifica, alterum pro peccatis offerebatur. Hæc vero ibidem subtexuntur: Possunt autem per hos duos boues, quorum vnus pro peccatis, alter offertur in holocaustum, due actionum species exprimi: quarum vna, que male gessimus, per penitentiae lamentum abluimus: altera bonorum operum, & virtutum fructibus gratiam Dei, & premium beatitudinis promeremur.

5 Neque vero aliud a nobis mysterium silentio hic prætereundum videtur quod disertissimus inter scriptores Abulensis in cap. Genes. 15. acute contemplatur, dum enarrato bouis symbolo diuinum plane Christi robur in subeundis pœnarum laboribus prænotari his verbis affirmat: *Bos fortitudinem Christi in patiendo denotat*. Cassiodorus autem per boues istos, qui ferendo iugo iugiter destinati sunt, Euangelici seminis promulgatores intelligit: *Boues*, inquit, *Prædicatores designant, qui humana pectora mandatis celestibus exarantes, virtutum messem germinare fecerunt*. Et in Psal. 65. *Boues* (ait) *intelliguntur prædicatores, qui pectora hominum feliciter exarantes, eorum sensibus celestis verbi semina fructuosa condunt*. Porro doctissimus vir Hefychius in præfatione ad Leuit. bouem viri probi ac iusti symbolum esse contendit, & hæc opportune adijcit: *Quid ergo incongruum, si quis etiam nunc præfens legis negotium exponens, bonem dicat esse hominem, qui operatur iustitiam? Nee prætermittendus hic est Cyrillus Alexandrinus, qui in illa Isaiæ verba: Beati serentes super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant, argute ipsismet bobus Iudæos hæc dicens comparat: Bovi assimilat Iudæorum gentem: mundum enim animal est secundum legem bos & oblativus est in odorem bonæ fragrantie Deo. Demum Gregorius Magnus (vt eius verba coronidis instar in Bouis laudem subtexamus) Cyrillo mirifice ad stipulatur: Quia boum, inquit, nomine vita viuificiuusque operantis exprimitur. Legis præcepta testantur, quæ per Moysen præcepit, dicens: Non alligabis os boui trituranti. Per boues Iudæi operarij, & per asinum gentiles populi*

designantur, cum per Prophetam dicitur: Cognouit bos possessorem suum. Quis enim bos nisi Iudæicus populus extitit, cuius cervicem iugum legis attriuit? Quibus in elucidanda Bouis imagine enarratis hæc infra sanctissimus doctor iugum Euangelicæ legis ad portandum suauissimum esse docens, inscribit: *Habuit vero & ante Redemptoris aduentum Iudæa boues, quia ad predicandum misit operarios, quos graue iugum legis præserat, quia exteriora literæ mandata tolerabant, quibus veritatis voce dicitur: Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Tollite iugum meum super vos, &c. quia qui Redemptori Domino colla subijciunt, quo nisi ad requiem tendunt? Idem plane in cap. 18. repetit, cum de bonis operarijs agit: Quid aliud, inquit, in figura per boues, quam bene operantes accipimus? At vero cap. 25. animal hoc laudabilem cogitationum symbolum esse pronunciat, eius autem isthæc sunt verba: *Quid arantes boues, nisi grauioribus nostras cogitationes accipimus, quæ dum cor studiosa exercitatione conficiunt, vberes profectuum fructus reddunt*. Et tandem singula in Euangelicæ prædicationis gratiam his verbis concludit: *Possunt etiam per arantes boues cogitationes charitatis accipi, quibus prodesse alijs conamur, cum fraterni cordis duritiam prædicando scindere cupimus*. Hæc in Euangelici bouis imaginem Gregorius congestit. Verum quæ ad mysticam eiusdem enarrationem spectant, ne tædio lectorem afficiamus, breuiter exposuisse sufficiat.*

CAP. XXXIII.

De Ceruo.



ERVI ad fontem, vt sitim expleat, præpropere anhelantis symbolum, tum in recolendis antiquorū paginis frequens, tum ipsomet Prophetarum ore sæpe sæpius decantatum est. Nam & Regius Psalmista Dauid, vt vehementissimum Dei, quo æstuabat iugiter, desiderium verbis saltem exprimeret, concinnam Cerui similitudinem sibi aptando, eiusdem sitim

Abul. in c. 15, Genes.

Per boues verbi Euangelici promulgatores intelliguntur. Cassiod. in ps. 18.

Cassiod. in ps. 65.

Bos symboli hominis iusti.

Hefych. præf. in Leuit.

Bos imago iudæorum. Cyrill. Alex. in 1/a.

D. Greg. 15. c. 6. in c. 1. Iob.

Greg. in c. 18. Iob. Per boues bene operantes intelliguntur.

Bos symboli bonarum cogitationum.

Cerui symbolum in scripturis frequenter videtur.

fitim se fite verbis illis testatus est: *Quemadmodum, inquit, desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem eius.* Vides profecto sitientem, audis anhelantem prophetæ animum, & rerum pariter cælestium fitim ab ipso, qui Deum tam intense fitebat, probe ediscis: *Curre ad fontem, inquit Augustinus, desidera fontem, sed noli vitiumque, vt Ceruus curre, quid est vt Ceruus? non fit tarditas in currendo, impigre curre, impigre desidera fontem.* C. m. Ceruus igitur spiritalem Christianorum animis fitim ingereret, eius item imago in abditis Cœmeteriorum Cubiculis a Christianis frequenter coloribus exprimi consuevit: nec id quidem abique peculiari mysteriorum sensu ab iisdem præstitum fuisse asserendum est. Cum enim plures, & miræ quidem ipsius cerui proprietates, vt rem alius contemplanti patebit, adnumerentur, e singulis sere consona sanctissimi Patres arcanorum mytheria eruenda, sibiq; studiose expendenda proposuere. Quæ quidem antequam gratis auribus, vti par est, propinemus, Cerui ipsius fontem sitientis imaginem, symbolumque præmittimus, quod tam solenne Christianis, qui Deum iugiter fitebant, extitit, vt hæud subterraneis dumtaxat Cubiculis, sed Cœmeterialibus insuper, fictilibusque lucernis, quibus hæc loca illustrabantur, Cerui imaginem frequenter adumbrarent, quod præsertim ex fictili hac lucerna, quæ apud Ioannem Baptistam Casalium rei sacræ antiquariæ studiosum extabat, videre est, cuius hic tibi iconem consulto delineauimus.



2 Ethieroglyphica quidem Cerui imago, quæ Cœmeterialibus tum lucernis, tum tabulis affixa conspicitur, hæud ob-

scuta intuentibus mytheria præferret, Ceruus quippe animal timidissimum est, & pedum dumtaxat velocitate, vbi opus est, se a periculis proripit: magnum vero cor hæud magnanimus obtinet, quod ijs potissimum animalibus, Aristotele attestante, contigit, quæ timiditati subiacent. Mititate etiam, cum felle careat, naturæ beneficio potitur: quapropter quem eadem timidum, ac pu- fillanimum fecit, pedibus ad fugam oportune capescendam armauit. Hinc proucrbiali dogmate illud vulgo in omnium ore de meticuloso homine decantatum viget: *Cerno timidior: & Ceruum cor habere dicitur:* quapropter ad immanem Turni metum insinuandum, Poeta Cerui apte similitudinem inferuit:

Ceruum, aut punice septum formidine penne.

Qua item symbolica loquendi formula ignauos, pauidosque pennicillo adumbrare, ac veluti digito præmonstrare, voluit carminibus illis:

Punicæ æ agitant pauidos formidine penne.

Ad quod insuper Tertullianus, ctsi perperam, ac minus caute, prudenterque locutus, allusisse aliquando visus est, dum persecutionum tempore hæud vlatenus secedendum, & ex vno loco in alium, quod tamen Christo præmonente didicimus, fugiendum: *Cum vos, inquit, persequentur, de Ciuitate ista fugite in aliam,* sed in acie obliuato coram animo persistendum asserens, austerus homo, nimiumque sibi fidens, alijque durus: eos, qui tunc fugerent, subannans & ludibrij gratia iocans pariter, ac perstringens Catholicos pastores ceruorum nomine appellabat: *Noni pastores eorum, in pace leones, in bello ceruos.* Sed dum nimis iustus linguam contra fugientium pedes exacuit, viam sibi in præceps ad errores, in quos misere subinde prolapsus est, patefecit.

3 Ceruus insuper longæuitate gaudet: centum enim, & amplius annos superstes suæ diu timiditatis, ac fugæ præsidio fruitur. Verum quod ad mores hominum instruendos attinet, hæud prudentiæ animal istud experts est. Cerua enim, si Aristoteli credimus, inter quadrupedia prudentiam exhibet.

G g g g 2 Suos

2541.

Aug. in 2541.

Cerui proprie-
tates mythe-
rica.

Ceruus natura
timidus.

Arist. l. 3. de
qua Anim.

Et Micis.

Arist. l. 3. c. 15

Pron. 16.

Aenid. l. 12.

Georg. l. 3.

Tertullianus
in
Catholicos iocus

Matth. c. 10.

Tert. l. de cer
persec. ad Fil
Baron. an. 10. c.
20.

Cerui longæ-
uitas.

Arist. l. 9. c. 5.

Cervus prudē
tiae haud ex-
pers.

Plin. l. 8. c. 31.

Can. 2. n. 28.

Gen. 49. n. 2.

Cervus toni-
truo territi-
pariunt.

Psal. 28.

1o. Paul. Aret.
in Linc. str.

Psal. 103.
Timor Dei ho-
mines ad be-
ne agendum
impellit.

Isa. c. 26. n. 18.

Isa. c. 26. n. 18.

Psal. 138.

Psal. 134.

Aug. p. 134

Suos quippe sœtus, vbi primum nati sunt, ad fugam intra speluncas viam præmonstrando excitat. Quod & Plinius dicit affirmit, dum ait: *Editos partus vix natos exercent cursu, & fugam meditari docent, & ad prærupta ducunt, salusque demonstrant.* Quapropter congrue Cœmeterialibus, in quibus Christiani persecutionum metu delitescēbant, cauetnis Cerui imago affigitur: cuius item symbolum toties sacris in paginis cœlesti sponso consonans commendatur: *Similis est dilectus meus capreae, hinnuloque Ceruorum.* Quo item nobili hieroglyphico Iacobus patriarcha Nephtali filium insigniuit: *Nephtali, inquit, Ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* At illud plane mirum, quod Ceruæ tonitruo oblitrepente parturiunt, iuxta quod regius olim Psaltes cecinit: *Vox Domini præparantis cervos, vbi Caietanus paucis immutatis Cervus legit.* Quod item sapienti themate ingeniosus ille expressit, dicens: *obstetricante Cælo.* Res autem mira, haud mysterijs expers, homines Dei potissimum timore percussos designat, de quibus Psalmista cecinit: *A voce tonitruui tui formidant.* Hos enim vbi primum salubris metus inuasit, diuinus subinde ad virtutem sectandam, & ad bene operandum amor impellere consuevit, iuxta illa Isaiæ verba: *A facie tua concepimus, & quasi parturiimus spirituum.* Qua de re idem propheta locutus fuisse intelligitur, dum ait: *Domine in angustia requisierunt te.* Vbi septuaginta interpretes concinne in rem præsentem legunt: *Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiimus, & peperimus spiritum salutis tue.* Quo plane salutari metu se quoque ad legem Dei iugiter custodiendam Regius Propheta intime perfundi præoptabat: *Confige, inquit, timore tuo carnes meas, a mandatis enim tuis timui.* Christianis igitur Deum timentibus, etsi nondum perfecte amantibus, timores ipsi, velut tonitrua Ceruis, ad promendos in lucem virtutum ex animo sœtus, salubres existunt. Deus quippe dum altius timorem animis incutit, *fulgura, vt Propheta ait, in pluuiam fecit:* absterrendo enim, vel inuitos, vel nolentes in bonum plerumque propellit. Sed interim Augustinum disertis ad rem verbis

perorantem excipe: *Fulgura sunt, contremiscis: pluuii, gaudes: fulgura in pluuiam fecit, qui terruit, ipse vt gauderes, fecit.* Vides quomodo efficta Cœmeterialibus in tabulis Cerui imago, qui timiditati iugiter obnoxius est, dum intuentibus vel procul timores objicit, e proximo salutem propinat.

4 Verum enimvero iure Christianorum Cœmeterijs Ceruus adscribitur, qui satis aperte ipsiusmet Christi typum præfert, cui in Canticis Canticorum, sponsa colloquente, assimilatur: *Euge dilecte mi, & assimilare capreae, hinnuloque Ceruorum.* Christo enim Domino nitris utique Cerui mores, qui venatores, a quibus insidiæ parantur, haud odit, haud refugit, haud insequitur mirifice, vt Ambrosius edisserit, aptantur: *Verus Dei Filius in semetipso, inquit, naturam, quam ipse animantibus donauit, expressit, qui in hunc mundum tanquam Ceruus aduenit, & cum his se mira simplicitate iungebat, a quibus ei parabantur insidiæ: fertur enim eiusmodi ceruorum esse simplicitas, vt cum his nonnunquam societatem ineant, qui ipsos insectantur.* Ita ergo Dominus Iudeis dolum sibi astruentibus miscbatur, & societatem, osculo Iude proditoris asceiuit, cuius simulatione funesta, vsque ad Crucis laqueos, ac retia passionis accessit. Ceruus item alioqui timidus, imperterritus tamen iuge cum serpentibus bellum exercet, quos e caueinis, in quibus latere consueuerunt, vel ipso halitu ad vorandum extrahit, & contra venenatos eorumdem moribus antidotum in cornibus præfert; solus quippe ceruorum cornuum exustorum odor serpentes, vt scriptores aiunt, effugit, quin immo eorumdem concrematorum cinis præsentaneum contra vermes remedium est. Congrue autem Christo, qui cum tartareo serpente bellum iniit, & Christianis, quibus iugis cum illo pugna subest, Cerui symbolum quadrat: *Estote, inquit, fortes in bello, & pugnatæ cum antiquo serpente.* Muræ insuper charitatis aptissimum Cerui symbolum contemplantibus exhibent; hi quippe dum fluuios gregatim tranant, iuxta illud Virgilianum carmen:

Superant montes, & flumina
tranant,
caput quod cornibus onustum, ac iter
inter vndas arripientibus onerosum
cit,

Cervus simu-
lacrū Chri-
sti Domini.

Can. 2. n. 28.

Ambr. l. 3. off.
c. 1.

Ceruorum in
serpentes odiū

Muræ chari-
tatis symbolum.

Virg. Georg. l. 2.

est, alter alterius blande dorso imponunt, ita ut vniuique successiuo ordine tum laborem, tum leuamentum sentiat. Eiuscemodi autem charitatis officium Christianis quoque Apostolus illis iugiter verbis inculcat: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Quod item apte Augustinus edisserit, cum ait: *Quantum portas, tantum amas, desinis amare, si portare desisti.* Magna igitur Ceruus vel pictus sacramenta intuentibus contemplanda offert. Verum Cerui ipsas Cœmeteriales inter tabulas proposita, quo magis oculis innotescat, imagine, ut nonnulla subinde, quæ ad Ceruum pertinent, e Patrum orthodoxorum sententijs breuiter attingamus, primo quidem loco se nobis Origenes offert, qui tertia in Cant. Homilia ceruos sanctorum virorum symbolum esse pronuntians, hæc ait: *Sed & quod sanctus ceruo comparetur, in multis diuina scriptura locis habetur.* Et post recensita, quæ ad Ceruum pertinent, sacrarum paginarum oracula, idem plane argumentum his verbis prosequitur: *Et forte posunt ceruus accipi sancti quique, ut Abraham, Isaac, & Iacob, & Dauid, & Samson, & omnes, ex quorum semine Christus secundum carnem descendit.* hæc Origenes.

5 At Hieronymus totam eloquentiæ vim in ediscendis scripturarum arcanis exacues, beatissimos Christi Apostolos, ac sanctos insuper Ecclesiæ doctores Ceruis hunc in modum confert: *Quodque septuaginta transfulerunt: Ibi obuiarunt tibi Cerui, &c.* Sic allegorice interpretabimur, ut doceamus ceruos, id est, Apostolos, & sanctos quosque doctores, de quibus scriptum est Psalmo 41. *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum.* Et alibi: *Vox Domini perficientis ceruos, &c.* Et expositione in eundem Psalmum 41. ceruo ad fontem properanti, peccatorem ad pœnitentiæ remedia confugientem hæc dicens, comparat: *Mos est enim eius (cerui scilicet) ut inuentum serpentem naribus hauriat, & post hæc exardescens extinguat sitim.* Ergo homo Ecclesie, qui diu in actu venenoso degebat, ubi se perspicit cæno fornicationis, idololatriæ fetore repletum, desiderat venire ad Christum, in quo est fons luminis, ut ablutus baptismo, accipiat donum remissionis, &c.

6 Mira autem, quæ velur ingenita ceruorum naturæ congruunt, curiosius expendens, satis quidem aptis ad rem nostram verbis Rufinus Aquileiensis philosophatur: *Dicitur (inquit ille) natura esse cerui, ut serpentem flatu suo extrahat, atque ipsum ad renouationem suam transfiliat, quo absumpto tanta siti propter venenum exardescit, quod non sufficit ei de vno fonte potasse, sed ad plures currit.* Et deinde vir eruditissimus exponens, quoniam fons ille sit, ad quem, dum siti exæstuat, ceruus accurrit; ipse nimirum Christus Dominus, de quo Psal. 35. dicitur: *Apud te est fons vite.* Et dicit ipse: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Et: *Aquam quam ego dabo, &c.* hoc modo rem totam pereleganter complectitur: *Serpentes vitia tua sunt. Consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis.*

7 Porro insitum ceruis a naturamorem Cassiodorus quoque lyncis oculis contemplatur: *Sed non incassum, inquit, fidelibus hoc animal comparatur.* Est enim primo innoxium, deinde velocissimum, tertio desiderio inardescens siticulosum: *serpentes naribus trahit, quas ut vorauerit, veneno astuante permotus, ad fontem aquarum potest velocitate festinat: amat enim aqua dulci, purissimæque satuari.* Huius decora comparatio nostrum desiderium ardentem instigat, ut quando venena anti qui serpentis haurimus & eius facibus æstiuamus, ad fontem diuinæ misericordiæ illico festinemus; quatenus quod peccati aduersitate contrahitur, dulcissimi hauritu puritate vincatur. Idem insuper in Psalm. 113. aliam quoque eorumdem animalium conditionem his verbis perpendit: *Ceruus, ut diximus, venosorum serpentium est vorax, spinosa transcendens, & summa agilitate præditus, habitare diligit montes altissimos.* Huic merito comparantur fideles, qui diabolum vorant, quando nequitias eius, ad Domini laudem, gloriamque conuertunt; vitiaque huius seculi, quasi spinas bona conuersatione transfiliunt; & habitant in montibus, id est, Apostolis & Prophetis, qui sanctis prædicationibus suis in hoc mundo solida cacumina esse meruerunt. Huc vique Cassiodorus.

8 Doctissimus item Beda consulendus hic nobis est, qui in illa Psalmi 28. verba: *Reuelabit condensa, ceruos quem aptum Apostolorum symbolum esse* his

Ceruorum natura.

Ruf. Aquil. in Ps. 45.

Deuorant serpentes.

Curruunt ad fontes.

Christus fons. Ps. 35.

Vitia, & peccata serpentibus assimilata.

Cass. in Ps. 41. Ceruus symbolum peccatoris pœnitentiam agentis.

Cass. in Ps. 113.

Ceruus in montibus haurit, & loca spinosa transfiliit.

Peccati oceanus fugienda.

Cerui hieroglyphicè Apostolorum.

Red. in ps. 28. his quidem verbis affirmat: *Per ceruos, id est, per Apostolos reuelabit Dominus condensa. Quod & dictum ad similitudinem: solent enim cerui inter condensanemorun-
ingredientes, ramos ipsis cornibus separare; & campum vbi pascantur, sibi & alijs animalibus aperire. Sicut sancti Apostoli opacitatem, & occulta mysteria scripturarum, in quibus & ipsi pascantur, & alios pascant, aperuerunt. His attexere licet, quæ in*

Red. in ps. 41. Psal. 41. velocissimum præmemoratorum animalium cursum considerans, hunc in modum eorundem exemplo Chrifii fideles ad alacriter currendum prouocat:

Curte ergo, inquit, ad fontem, desidera aquam fontis, nõ utcumq; sed ut ceruus impiger currit, impiger desiderat. In Ceruo enim est velocitatis insigne. Mutuum insuper ibidem, quod Cerui sibi inuicè peculiari naturæ ductu auxilium impendent, admirari non

*Ceruus fide-
hum imaginè
obtrinet.*

*Mutuū inter
Ceuos auxi-
lium.*

ad Gal. c. 6.

*Symbolum
charitatis,*

definit, dum ad onera iunctis simul viribus, parique conatu leuanda, atque asportanda incumbunt, iuxta illud Apostoli præceptum: *Alter alterius onera portate. Eiusmodi autem symbolo inuicem in ferendis moribus constantiam fideles vltro edocet: Et est, inquit, aliud etiam, quod & de ceruis dicitur, & in ceruis videtur. Quando enim longinquas regiones eundo, alter onus capitis superponit clunibus alterius, sicque se inuicem portant, nec se deserunt, sed propositum iter per agunt.*

9 Hæc & plura alia ex natiuis cetuorum moribus ad humanos salubriter animos informandos documenta seligi, ac coaceruari possent, quæ, vt breuitati consulamus, hic consulto omitimus. Si quis tamen hæc nosse cupit, Hugonem Cardinalem consulat, a quo hæc compendio in eundem psal. 41. his quidem verbis recensita leguntur:

*Hugo Card.
expof. in ps. 41.*

Clume natans portat: vorat hydros: cornua mutat.

Cor senis ofsecit: salit & fitit: & iuuenescit.

Siluester: sapiens: viua: veloc: sine cauda:

Pes durus, fuluusque pilus: venatio: fortis:

Pugnat ob vxores: fusa pinguedine squallens,

Surdus demissis, bene reclusis auribus audit.

Quæ singula acutissimis subinde verbis

ab eodem Hugone dilucidantur. De reliquis vero quadrupedibus, quorum frequenter ab antiquis imago vsurpatur, vtpote hirci, ouis, atque agni, iam alibi fatis superque differuimus; ad quæ lectorem vltro remittimus.

CAP. XXXIV.

De varijs volatilium Imaginibus.



SVB multiplici quoque Volatilium genere peculiaris sacris nobis in paginis mysteria contemplanda exhibentur: quid enim

*Volatilium
symbolum in
cris Pagina*

Dauidicis in psalmis ad arcanas, quæ moribus hominum aptæ sunt, res adumbrandas frequentius, quam diuersi generis volatilia exprimuntur? Sanctissimi quippe vir modo columbæ alas ad secedendum a Regni, quibus detinebatur, curis sibi aptari expetit, dicens: *Quis dabit mihi pennas, sicut Columbæ, & volabo, & requiescam.* Nunc Turturis, nunc passeris adinuenientium tutum sibi, & pullis suis locum sollicitudinem stupet: *Etenim passer inuenit sibi locum, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos.* Passeris item symbolo a iugibus insidiantium laqueis eripi gestit: *Anima nostra, inquit, sicut passer erepta est de laqueo venantium, vel iuxta Hebraici textus deriuationem: Vita nostra tanquam aucula euasit de laqueo venantium.* Moyses iusuper Indæorum sapientissimum paternam Dei, qua Israeliticum iugiter populum souit, sollicitudinem haud alio, quam aquilæ symbolo adumbravit: *Sicut aquila, inquit, prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis.* Demum ipsemet Christus in Euangelio propensionem erga suos amoris affectum gallinæ, quæ in pullis suis quodammodo infirmatur, ipsius gallinæ, inquam, similitudine expressit: *Quoties, inquit, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nolui-
sti.* Volatilium igitur, quorum blandos, mitesq; iam vidimus mores, sibi exoptan-

psal. 34.

psal. 83.

psal. 124.

Mat. 23.

Mat. 23.

tandos regius Vates proposuit, & sæpe meminit, & symbolicas etiam eorundem imagines inter canendum describit.

2 Quapropter quamplures diuersi generis aues Cœmeterialibus in tabulis pennicillo adumbrantur, quæ peculiare quoddam ipsorummet Christianorum, delitescentium ibi, vel certe quiescentiũ symbolum extitisse credimus, eorũ, inquam, qui terrenis hisce ac futilibus curis animo sublimiores, ad altissimarum virtutũ apices, pennarum instar, desiderio prouehantur, & quorum iugis potissimum conuersatio, vt Apostolus ait, in Cælis est. Quod certe Beda eruditissimus sacros inter scriptores asserit: *Volucres inquit, sunt qui sursum cor habent, & caelestia concupiscunt.* Hoc idem Richardus de sancto Victore his plane verbis edocuit: *Nome aues Cali videntur esse, qui veraciter possunt dicere: Nostra autem conuersatio in Cælis est? Nome Cali aues dicendi sunt, qui se in alta contemplationis penna suspendunt?* Ethæ infra ex Hilario in Matth. cap. 12. in rem præsentem subinfert: *Sed iam in raris arboris, inquit, in sublime prolata, Cali volucres inhabitant; Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos, & mundum inumbrantes, in: am̄s intelligimus, in quos gentes in spem vitæ aduolbauit, & aurarum turbine, id est, diaboli spiritu, flatuque vexata, tanquam in ramis arboris requiescunt.* At vero Rupertus Abbas aues eorundem Apostolorum symbolum esse his plane verbis asserit: *Aues ergo, quæ volabant per medium Cælum, Apostoli sunt.* Et isthæc infra prosequitur: *Ista sunt volatilia illa, quorum exemplo vel imitatione debemus omnem vitium aut vestitus sollicitudinem deponere, dicente Domino: Respicite volatilia Cali, &c. Nam Apostoli, quibus primum & præsentialiter hæc libertas cuius proposita est ad imitandum, vt caelestium contemplationi vacare possent, omnia terrena reliquerunt. Idcirco recte ipsi volatilia Cali dicuntur.* hæc Rupertus. Neque hic interim silentio prætereundum est, quod egregie ipsemet Beda futuræ resurrectionis mysterium recolens atque inculcans loco, quem supra recitauimus, hunc in modum subdit: *Vel Volucres, inquit, sunt, qui obuiam Christo in æra ex mortuis sunt ituri.* Sed a volatilibus, quæ generatim recensuimus, ad singula speciatim contemplanda, quibus peculia-

ris mysteriorum vis inest, si libet, prope-

CAP. XXXV.

De Columba.

NOE MICA quondam Columba inter ipsasmet Orbis fluctuantis vndas, virentis tandem oliuæ ramũ rostro deferens, tranquilla pacis symbolum extitit, & faustæ exoptatæque felicitatis omine iam tum bonorum omnium nuncia mortalibus dedicata est: *Emisit quoque Columbam, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam.* Verum cum iterum ex arca septem post dies dimissa fuisset: *Venit, inquit, ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo.* Intellexit ergo Noe, quod iam cessassent aquæ super terram. Iure igitur præcipuum sibi inter volatilia Columba locum vindicat, quæ potiora arcanorũ mysteria sub ipsius mundi primordia mortalibus propinauit. Quapropter, vt ad peculiare volucrum imagines, de istis speciatim acturi, orationis stylum conuertamus, primo quidem Columba se nobis offert, quæ in Cœmeterialibus passim Christianorum monumentis, vel certe in sepulchralibus eorundem titulis frequens deprehenditur. Quod enim hæc potissimum apud antiquos innocentia symbolum præferat, vel ex eo conuinci videtur, quod virginum, ac puerorum tumulis pia olim Christianorum manu adscriberetur: vt ex hoc sepulchrali Critesis pueri lapide comprobatur, qui e facris Cœmeterijs erutus, apud Eminentissimum Cardinalem Ginettum S. D. N. Papæ Vicarium his notis, ac symbolis egregie sculptus asseruatur, nostris que oculis oblatusest.

Noemica columba pacis nuncia.

Gen. c. 5. n. 8.

Colubæ eiusque mysterium.

Innocentia symbolum columba.

ics Veros
trifanos
ice signifi-
it.

in Job. 1.
12.

bar. de S.
de erad.
12. c. 44.

in Matth.

es Symbo-
Aposto-
m.

in c. 13.
e. 111.


es eypus
orum, qui
iusto obui
resurrectio
turi sunt.



CRITESI BENEMERENTI QVI
VIXIT ANNIS VIII. MENSES VIII.
INNOCENTIE IPSIVS FECERVNT
PARENTES IN PACE.



Verum primæui Christianæ fidei cultores exculpta Columbæ imagine, velut præcipuo candoris symbolo, cum in modum oblectabantur, vt præter innumeros exculptos, inscriptosque sepulchrales titulos, æneas quoque, quas Cœmeterialibus locis suspendebant, lucernas mystico Columbarum typo curiosè obfignarent, quod ne gratis lectori asserere videamur, ænæ hæc lucernæ Cœmeterialibus in locis perferuntium studio adinuentæ, & ex nobili Io. Baptistæ Casalij Musæo excerptæ iconem contemplari fas est.



Porro vt a præcipuis rerum diuinarum symbolis, suas expandendo alas columba volatum auspiceretur, candidam, mirem, atque omni penitus labe innoxiam præ cæteris auiculam ipsiusmet Spiritus Paraclæti imaginem præferre, apud omnes, qui sacrarum scripturarum paginas probe tenet, notissimum est: de hac quippe Tertullianus libro de Bapt. hæc eleganter edisserit: *Tunc ille sanctissimus Spiritus, &c. columbæ figura delapsus in Dominum, vt natura Spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis, & innocentie, quod etiam corporaliter ipsa felle careat columba. Nec hoc quidem sine argumento precedentis figuræ. Quemadmodum enim post aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post Baptismum, vt ita dicam, mundi, pacem celestis iræ præco columba ter-*

Figura Spiritus S.

Tert. l. de Bapt. c. 8.

vis annunciat, dimissa ex arca, & cum olea reuersa, quod signum etiam apud nationes pacis prætenditur, eadem dispositione spiritualis affectus terræ, id est, carni nostræ emergenti de lauacro, post vetera delicta, columba sancti Spiritus aduolat pacem Dei afferens, emissa de Cælo, vbi Ecclesia est Arca figurata. Hinc satis perspicue apparet, quam potissimum ob causam Christiani passim suis sepulchralibus titulis Columbam virentis ramum oliuæ ore gestantem inculpandam curarent, vt defunctos scilicet in Christi pace ibidem depositos, ac dulci somno in Christo, qui est pax nostra, quiescentes designarent. Quod autem antiquus hic Columbam pingendi mos, vt Spiritum sanctum representarent, apud Christianos extiterit, S. Paulinus, qui carminibus isthæc musico opere in parictibus elaborata olim descripsit, testis locupletissimus adest:

*Pleno coruscet Trinitas mysterio,
Stat Christus agno vox Patris Cælo tonat
Et per Columbam Spiritus sanctus &c.*

De Columbarum item symbolo, quarum pictis iuxta Crucem imaginibus Ecclesiarum hinc inde porticus exornabantur, idem Paulinus cecinit:

Quæque super signum resident celestis Columbe,

Simplicibus produnt regna patere Dei.

2 Verum enimvero genuinam cum auicula hac Spiritui sancto similitudinem probe aptari Cyrianus fati erudite verbis illis ostendit: *In domo Dei, inquit, id est, in Ecclesia Christi manines habitant, concordet, & simplices perseuerant: idcirco & in Columba venit Spiritus sanctus, quæ simplex, & letum est animal, non felle amarum, non morsibus seuum, non virginiū laceratione violentum. Et mox isthæc in Christianæ simplicitatis, ac fraternæ vnitatis laudem subinfert: Hæc est in Ecclesia noscenda simplicitas, hæc charitas obti-*

Columba in sepulchris quia denotat

S. Paul. ep. 12

S. Cypri. l. de vni. Eccl. c. 6

obtinenda, ut Columbas dilectio fraternitatis operetur. Ad quod item Chrysoft. allu-
fisse illis verbis vitus est: Ideo a Spiritu
sancto species Columbae suscepta est, quoniam
prae omnibus animalibus haec cultrix est cha-
ritatis. Porro acutissimus ceteros inter
scriptores Origenes columbinorum pre-
rogatiam oculorum expendens: In
columbis, inquit, oculis pradicantur. Quod
enim dixit, columbae super plenitudines aqua-
rum, ferunt hoc genus avis cum ad aquas
veniret, quia ibi solet insidias accipitris pati,
venientem de super inimicum, volitantis umbra
aquis conspecta, deprehendere, & oculorum
perspicacia fraudem periculi imminenti-
s evadere. Quod si tu ita perspicere poteris
insidias diaboli, & cauere, sacrificium Deo
columbas obtuleris, &c. haec Origenes.

2 Ambrosius vero sermone in S.
Eusebij Episc. laudem illa Psalmistae ver-
ba explicans: Quis dabit mihi pennas, &c.
haec ait: Sanctus David cum puritate men-
tis volare concupisceret, non alterius ani-
mantis, nisi columbae optavit alas, dicens:
Quis dabit mihi pennas &c. Intellegebat
enim, quod altiora facilius penetrantur
simplicitate mentis, quam leuitate pennarum.
At Augustinus libro quaest. Euang. in
Matthaeum, in illud Euangelij: Esote
simplices sicut columbae, miram huius aui-
cula simplicitatem, ac congenitam sibi
conditionem nocendi prorsus expertem
praedicat: Simples autem (ait) sicut
columbas esse voluit ad nulli nocendum.
Nam hoc genus avis nullum omnino anima-
lium necat, non solum grandium, contra que
vires non habet; sed nec etiam minutissimorum,
quibus etiam parvulus passeris aluntur.
Est autem omnibus irrationabilibus anima-
tibus, una quaedam inter se societas, sicut
etiam rationabilibus suis, id est, hominibus,
non solum secum, sed etiam cum Angelis.
Discant ergo ex similitudine, columbarum,
nulli prorsus nocere ad societatem suam per-
tinenti, participatione rationis.

3 Porro idem sanctissimus Pater alia
sub huius auiacula symbolo arcanorum
mysteria explorat: expositione enim
in Psal. 54 haec habet; Columba a mo-
lestijs querit auolationem, sed non amittit
dilectionem. Columba enim pro signo dile-
ctionis ponitur, & in ea gemius amatur:
nihil tam amicum gemitibus, quam columba,
die nocturne gemit, tanquam hic posita, ubi
gemendum est. Praeterea idem Cant. 6.

Per columbas, inquit, veritas Ecclesiae si-
gnificatur, de qua dictum est: Una est col-
umbam ea.

4 Nec interim Rupertus Abbas pre-
tereundus hic est, qui Comment. in
Cant. 1. ipsi Augustino egregie adli-
pulatur. Et rursus lib. 3. in cap. 3. se-
ptem praecipuas columbarum proprie-
tates describendo recensens, eandem
Deiparae Virgini his verbis quidem sym-
bolice aptat: Haec, inquit, auiacula pi-
um sine felle est, deinde nihil vitium come-
dit: pullos alienos nutrit: grana semper
candidiora colligit: in petris nidificat: gemi-
tum pro cantu habet: libenter iuxta fluentia
residet, ut venientem accipitrem ex umbra
praecognitum effugit. Suscepta vero
subinde enarrationis periodum ad B.
Virginem inflectens, orationis stylum in
hunc modum prosequitur: Tu maxime
o misericordiae Mater, sine felle es, nihil
vniquam habuisti inuidiae, nihil odij: nihil
vitium columba comedit, & tu longe ab
illis, de quibus scriptum est: Demorant
plebem nostram sicut escam parisi. Pullos ali-
enos columba nutrit, & nos qui ex animis ali-
eni secundum carnem a genere tuo, ecce visi-
mus tuis meritis. Grana candidiora colum-
ba colligit: & tu conferens in corde tuo
testimonia de scripturis, creditum tibi con-
servabas secretum Dei. Columba in petris
nidificat; & tu in solitudine fidei permanens,
evasisti serpentis antiqui venena. Columba
gemitum pro cantu habet; & tibi gemere
dulce fuit; eo quod praecunctis mortalibus
mente vulnerata esses. Columba iuxta fluen-
tia residet, tibi autem, vel tuo pectori omne
fluentium scripturarum quam contigimus est?
nunquam adventus spiritualis accipitris tibi
esse improvisus, aut te consequi, immo nec
tibi appropinquare potuit. haec Rupertus.

Quorum autem hic dicit aliquis Chry-
sostomus in medijs pro mysticis colum-
bae laudibus iterum non profuit, qui
homilia 4. in cap. 3. Matth. peculiare
quoddam charitatis symbolum colum-
bam esse pronunciat? Ideo, inquit, Spiritus
sanctus speciem columbae suscepit: quoniam
prae omnibus animalibus haec cultrix
est charitatis: omnes enim species iustitiae,
quas habent servi Dei in veritate, possunt
habere & servi diaboli in simulatione: habet
enim diabolus mansuetos & humiles, habet
castos & eleemosynarios, & ieiunos, &c.
solum autem charitatem Spiritus sancti non

Gemitus sym-
bolus.
Cant. 6.

Septem colli-
bae proprietates.

Rup. com. in
Cant. 1. & l. 3.
in c. 3.

Maria Virgo
Columbae affi-
nataur.

Columba pro
signo charita-
tis ponitur.

D. Chryso. 4.
in c. 3. Matr.

Charitas est
propria tantu
terroru Dei.

potest immundus spiritus imitari. Cassiodorus insuper hic nobis consulendus est; ipse enim ingenitas colubæ proprietates ingeniose expendens, eandem innocentie symbolum, mansuetudinis item & candoris typum exacte describens, hæc inquit: *Columba dicta est, quasi celle alumna, quæ vitam sine atrevius gravamine peragit; avis innocens, mansucta, quæ in nullum animal fellica voluntate consurgit, nec escis sordidis ullatenus acquiescit. Cæteras demum innocentie huius auiculæ proprietates Hugo Cardinalis in psalm. 54. Carminibus hæc peracute complectitur:*

Grex, Vifus, Pulli, Fel, Oscula, Pugna, Lapilli.

Grana, Latex, Nidus, Turris, Gemitus, Color & Pes,

Nuntia, Simplicitas, Fimus, Ova, Venus, Fuga, Cervix.

Quas singulas benignissimæ naturæ proprietates prolixiori ibidem sermone studiosi lectoris gratiam explanat.

5 Nobis interim ad instituti propositum, ne incerti huc atque illuc vagemur: miram avis eiusdem simplicitatem expendere satis sit: cuius singularem quidem prærogativam merito Christus Dominus ipsis columbis assignat, cum Matth. c. x. hæc ait: *Estote simplices sicut columbæ.* Quæ quidem præcipue virtus cæteris comitata virtutibus, nimirum humilitate, mansuetudine, ac Dei timore, animi supernæ illuminationis, atque reverentis admodum cum ipso Deo consuetudinis capacem reddit, Salomone teste. Pro. 3. vbi, *Cum simplicibus,* inquit, *Sermocinatio eius.* Quinimmo eiusdem Dei habitaculum efficit, dicente Isa. 66. *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremement sermones meos?*

Et hanc fortasse ob causam cum tot, tantisque mysticarum rerum splendoribus, ac prærogativis avis hæc illustretur, sacratissimam olim Eucharistiam in Ecclesia, intra auream columbam recondi consuevisse legimus; vt ex ipsis præsertim D. Basilij actis apud Surium liquido constat tom. 1. 1. Ianuarij. Et, vt in quinta synodo perhibetur, a clero & a monachis pariter Antiochenæ Ecclesiæ Severus ille hæreticus apud ocumenicæ Synodi Patres delatus est, eo quod auream quandam columbam, in qua

divinissimus Eucharistiæ panis in altari asseruabatur, impia ac sacrilega inde manu abstulisset, & alteram argentæam, quæ supra ipsum Baptismi fontem sacrorum vltimæ mysteriorum apposita erat, ad symbolice videlicet præsignandum, sub cuiuscemodi olim forma, cum a Ioanne Christus in Iordane baptizaretur, Spiritum sanctum e Cælo super eum protinus aduenisse. Iure igitur optimo in Cœmeterialibus Cubiculis apud antiquos illos candidæ fidei Christianos ac illibatis plane moribus frequenter ipsius columbæ imago vsurpabatur, è symbolico quippe auiculæ eiusdem ad spectu tot Christianæ pietatis insignia, virtutum monumenta, diuinorumque arcanorum mysteria iugiter intuentibus ingerebantur. Sed de his hæcenus.

CAP. XXXVI.

De Pauone.



PAVO, speciosa quidem avis, ac vericoloratis ad Orbis similitudinem, natura lenocinante, pennis instructa, post candidam

quæ nuper suspeximus columbam, hæud a Cœmeterialibus tabulis, pia Christianorum manu excultis, omnino reiicienda videtur, vt quæ præter decorem, miramque pennarum, quam singulari naturæ opificio obtinet, pulchritudinem præcipuorum quoque; mysteriorum pompam fixis delibandam oculis præferret. Quapropter cum a sacris paginis eiusdem nullatenus mentio explodatur, nec a Subterrancis quidem Romæ tabulis imago expungenda est. Verum vt a profanis primum scriptoribus istius pulcherrimæ avis gloriam aucupemur, quis non probe meminerit, magni quondam nominis Alexandrum, vbi apud remotissimas Indiarum oras, in quibus morabatur, peregrinam inuisamque avis pulchritudinem mirabundis oculis deprehendisset, grauissimis alioqui pœnis præcauisse, ne tantæ vis, ac manus pulchritudini inferretur. Apud Libyæ vero nationes inter sacras avis hæc computabatur, nec ab vlllo impune, tanquam

reli-

Columba f. mulacrum est innocentie mansuetudinis, ac puritatis. Cassiod. in. 1. 1. 10.

Hug. Card. in 26. 54.

Simplicitas, cuiusque pietatis.

Matth. c. 10.

Simplicitas animam illuminationis fit perne idonea, ac capacem reddit.

55. Eucharistia intra auream columbam olim recondebatur.

D. Basilij act. apud Surium. 1. 1. Ianuarij.

Seueri hæretici furtum sacrilegum.

Pauo & eius mysterium

religioni iniuriosum foret (vt ipse Ælianus refert) mactari poterat: quin vt sacris adhibita ministerijs, conspicua magis apud Romanos iugiter haberetur, dum solemnibus quis ritu in Deorum numerum a delirantibus olim gentilibus adscriberetur, quemadmodum e rogo in Cælum profiliens Aquila Imperatorem Deorum iam numero ascitum, pari item ratione Pauo funebri e lecto se in altum tollens Imperatoris coniugem superis aggregatam commentitio quondam symbolo designabat. Pulcherrimæ autem auis non pennæ dumtaxat, sed carnes tanti apud Heliogabalum habitæ sunt, vt male sanus adolescens, qui ambitiose pulchritudinem corporis dumtaxat, non animi esuriebat, iisdem iugiter pasceretur: verum aptius quidem mentis, quo tenebatur, morbum opportune soluisset, si eiusdem cruorem (quo insaniam purgari aiunt) præsentaneum velut remedium sibi met propinasset. Auis enim, cuius pennis nulla, par pulchritudo, haud gulam carnibus, sed plumis versicoloratis dumtaxat oculos pascentes Martialis eleganter edixit:

*Miraris quoties gemmantès explicat alas,
Et potes hanc sauo tradere dure co-
quo?*

Ita plane oculis, haud palato pulchritudo tam mira delibanda suppetit, ne tam speciosæ auis interitu, ac sanguine conuiuia infici potius, quam confici videantur. Verum vt suspicienda Pauoni, si pennas quis contemplatur, elegantia inest, sua quoque e contra, si pedes inspiciantur, deformitas, ac turpitudine suggeritur, ita vt ipse met, qui vagus suimet contemplator est, plumas inspiciendo gestiat, pedes autem conspiciendo ploret, atque erubescat: quod eleganti in rem præsentem emblemate acuti vir ingenij hoc dicto expressit: *Exultat et plorat*. Inanis quippe, ac futilis auræ ambitus, atque exemplar symbolico, vt sapienti viro placet, themate designatur: superba enim auis, ac sui nimium amans, extremæ pedum vilitatis oblita, solisq; pennarum illecebris inuaciter decepta, se curiosius, quam par est, intuendo, de sua sibi met ipsi pulchritudine nimium placere fatagit: *Deformis*, vt ille ait, *oblita pedes*. Quo su-

perbiæ quidem oculatum contemplantibus symbolum, & in Israëlítico præsertim olim populo, ad sacras recurrento paginas, propinari videtur: hic enim populus cum donis e Cælo affluentibus apprime ditesceret, inde superbiendi occasionem nactus, aduersus munificum Deum colla erexit: quamobrem Amos Prophetæ vocibus grauiter subinde, Deus obdoluit: *Detestor ego*, inquit, *superbiam Israël*. Haud enim vagus ille populus, plumis dumtaxat, prosperisque arridentibus rebus illectus, suorum vilitatem pedum respiciens, elargita Deo dona, sibi autem, quod suum non erat, adscribebat, iuxta quod lacrymabundis postmodum oculis, scædam Israëlítica gentis imaginem Ieremias contemplando, aiebat: *Et fordes in pedibus eius*. Quam item Christus turbis inter blanda sæculi gaudia delirantibus, vt sanam vel sero ad mentem redirent, vilibus utique amictam, delinæatamque coloribus illis apte verbis obijciebat: *Quia sic cognouisses & tu, quidem in hac die, tua quæ ad pacem tibi*.

2 Opportune autem pulcherrimæ istius volucris, vbi de Iudaico populo sacris in paginis sermo recurrit, mentio ipsius in Dei oraculo insonante refricatur: *Nunquid auis discolor, hereditas mea mihi, numquid auis tinta per totum*. Quibus plane verbis, vt in rem præsentem Hieronymus eleganter edisserit, Pauus describi, ac designari videtur, cui Iudæorum populus ob multiplicia temporalium bonorum, quibus liberaliter cumulatus fuerat, munera symbolico sermone conferebatur: *Auem discoloram*, Hieronymus inquit, *tintamque per totum iuxta literam Pauum intelligit*. *Tantum enim habuit pulchritudinem Israël, & tantis fuit Hierusalem distincta virtutibus, vt nihil esset bonum, quod non cerneretur in ea*. Merito autem ad redarguendum ingrati animi vitium, quo misere, vel inter Dei munera iste deturpatus est populus, discoloratæ auis, mitroque excultæ pennarum lenocinio, verborum apte coloribus pulchritudinem adumbravit.

3 Sed ne suis pictam Pauonis imaginem mysterijs destitui credamus, certe colorum, quos præsert, varietate,

H h h h 2 nul-

Pauo simularum superbiæ.

Ier. Trem. 1. c. 9

Luc. c. 19.

Pauoni Pauus Israël affimulatur.

Ier. c. 11.

Hieron. in Ier.

Verficolor
Pauo quid si-
gnificet

multiplices forte legis Mosaicæ ritus, ac cæremonias mysticis obuolutas symbolis, vt quibusdam placet, præsignasse, & altiora quæque arcanorum mysteria specioso Pauonis hieroglyphico, antiquos intuentium oculis Christianos obijcere voluisse fatendum est. Vt enim ex his aliqua delibemus, cum auis ista singulis iugiter annis, recurrente autumnali tempore, vbi arbores frondibus desituuntur, gemmatas, quibus tota vis pulchritudinis inest, pennas continuo amittat, & vere postmodum redeunte, eisdem iterum enascentibus, prompto naturæ ministerio iterum vestiatur, haud obscurum futuræ symbolum resurrectionis, in redeuntibus pennis, velut in emergentibus arborum solijs, rem bene intelligentibus insinuari videtur: cum enim in morte blanda humani corporis forma omni prorsus decore euanescente soluatur, totam, pristinamque adueniente demum resurrectionis momento venustatem Deo elargiente resumet: *Oportet autem*, Apostolus inquit, *mortale hoc induere immortalitatem*, tunc enim, quod propheticè decantatum est, adimplebitur: *Resloruit caro mea*, *Psalm. 27. num. 7.* Opporrune igitur Cœmerialibus in tabulis Pauonis mira pennarum coloribus mysteria designantis imago adumbratur. Vario quippe pennarum nitore præ cæteris auibus nobiliter illustrata, suum quoque Cœmerialibus tabulis decorem confert: singulares enim proprietates humanis informandis moribus aptas propensiori naturæ beneficio obrinet, quæ rum animis, tum parietibus excolendis exornandisque mirifice congruunt. Et quidem haud mirum: quis enim nesciat auem hanc specioso pennarum flabello muscas procul ab epulis abigendo, vel mortuam, conuiualibus mensis gratiam conciliare consueuisse, vt Martialis in suis aliquando Carminibus testis est:

Mart. lib. 1. 2. Lambre quæ turpes prohibet tua prandia muscas,


Alitis eximie cauda superba fuit.

Quod item ab antiquis more receptum Propertius quoque suis elegantè carminibus insinuare visus est.

Prop. in Carm. Et mihi Pauonis cauda flabella superbi.

3 Profanis igitur mensis, & Cœme-

terialibus item tabulis Pauonis, vt vides, pennæ præsto sunt. Quapropter istam cæteras inter aues antiquitus Christiani coloribus adumbrare consueuerunt, eam videlicet ob causâ, quia haud pauciores, nec minus suspiciendas, recolendaque in Pauone, quam in Columba proprietates ipso naturæ ductu reperiri, ac prænotari contingat: cuius hic decerptam e Cœmerialibus tabulis iconem proponimus.



Nos interim cæteris Paui proprietatibus reiectis, eas dumtaxat, quæ ad institutum pertinent, recensendas hic duximus.

4 Et primum quidem, si cunctas exacte, quod ad corpus pertinet, auis istius partes bene sibi inuicem respondentem contempleremur, easdem quid mysticum intuentium animis præferre patebit. Cristatum videlicet caput, paruum, & vt Albertus ait, serpentinum; caudam varijs interpunctam, distinctamque coloribus; incessum grauem & occultum; vocem horridam atque clamoriferam: quapropter de volucri hac illud vulgo dicitur, plumis quidem, quæ Angelos decent, circumamictam esse; at vocem subinde diaboli, ac latronis incessum exhibere. Et sane huiusmodi proprietates iure optimo ipsi demoni congruunt, qui latentem, versipellem, ac subdolum fortitur incessum, atque innumeris, vt hominem illaqueando decipiat, fraudum technis, ac dolis iugiter scætet: quippe qui sub ipsa certaminum initia leui primum conatu pugnatem aggreditur: oculatam vero caudam præferret, quam deinde ab intuentium oculis, quorum mirifice aspectum recreare videbatur, quanto cyus retrahit, fallaces nimirum ac momentaneas diuitias esse sym-

Qualitas P
uonis.

Pauo sym
lum diaboli.

Proprietate
Pauonis de-
monis cen-
tionibus con-
gruentis.

symbolum illud proclamat, quæ ab intuentium oculis ipsomet oculorum ictu velocius euanescent: terrificum denique vocisonum, quem auribus incutit, tyrannicum diaboli imperium, cui delictis obnoxij miserandum in modum subiacent, symbolice demonstrat.

5 At e conuerso idem Pauo sicut diaboli, & impiorum hominum, ita & iustorum quoque symbolum est, vt Gloss. in 3. Reg. 10. his verbis refert: *Pauo est auis multiplicis coloris*. Et infra: *Eorum caro siccata imputribilis permanere, dicitur, & quia pennarum pulchritudine vestiuntur, designare possunt perfectos, & igne tribulationis decoctos, adeo vt varijs virtutibus decorentur*.

6 Et de mira quidem Pauonicæ carnis temperamento, quæ corruptioni nullatenus subiacet, idem Augustinus de Ciuit. lib. 21. cap. 4. vbi hoc potissimum argumento vtitur ad probandum vel inter ipsos Tartareosigneshaud absumpta viuentium damnatorum corpora subsistere posse, hæc ait: *Quid adhuc a nobis rerum poscantur exempla, quibus doceamus non esse incredibile, vt hominum corpora sempiterno supplicio punitorum, vt in igne animam non amittant, & sine detrimento ardeant, & sine interitu doleant? Hæbebit enim tunc ista carnis substantia qualitatem ab illo inditam, qui tam miras & varias tot rebus indidit, quas videmus, vt eas, quia multæ sunt, non miremur. Quis enim nisi Deus Creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur, euenit, vt apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hæc auis: de cuius pectore pulparum quantum visum est, decerptum seruari iussimus: quod post dierum tantum spatium, quantum alia caro quacunque cocta putresceret, prolatum atque oblatum, nihil nostram offendit olfactum: itemque repositum post dies amplius quam triginta, idem quod erat inuentum est: idemque post annum, nisi quod aliquantulum corpulentie siccioris & contractioris fuit. hæc Augustinus.*

7 Patentissimum quoque pulcherrima hæc auis, gaudiorum pomparumque futitium huius sæculi symbolum agnoscitur, quæ quanto cyus ab oculis mortalium quibus inhiant, euanescent. Cuncta enim isthæc veluti erratica quædam ac fugitia rerum vmbaticarum spectra auis

hæc discolor, suarum exemplo pennarum intuentibus haud magnificiendæ, admonendo inculcat: nam dum aureis, ac nitentibus gemmarum coloribus suffusas explicat, ac rotat in gyrum pennas, statim atque deformes pedes, luto que conspersos inspicit, omnem illico elatarum pennarum pompam ac fastum, quo altius intumuerat, deponit. Pari quoque ratione splendidam atque conspicuam fluxarum rerum faciem, ac præteruolantis seculi gloriam facili negotio vnusquisque procul a se abiicit, contemnit, pedibusque conculcat, si quam vilem ac tristem postea illa exitum fortiat, & cinerum, in quos tandem cuncta hæc erraticæ, prætereuntium vmbaticarum ne dicam imaginum figmenta resoluuntur, oculatus quisque, ac sapiens rerum arbiter secum ipse contemplando meminere. Idem Beatus Antonius Patavinus disertis plane verbis hæc dicens, edocuit: *In pauonibus gloria temporalis abiectione designatur: & sicut in pennis pauonis est pulchritudo, & in pedibus turpitudine, sic penitentes huius seculi gloriam abijciunt per vilitatis suæ & incinerationis recordationem. Tales mentes veri penitentes deserunt de se, & sua quotidie non desunt explorare.*

8 Alteram vero speciosæ huius auis proprietatem idem B. Antonius supra laudatus alto mentis prospectu contemplans, futuræ resurrectionis mysterium inde quam eleganter astruit, eius autem isthæc sunt verba: *Pauo eiecit pennas suas cum prima arbore eijciente folia sua, & post nascitur ei pluma, cum arbores incipiunt frondescere & fructificare. Prima arbor fuit Christus, quæ plantata fuit in horto voluptatis, id est, in vtero Virginis. Huius arboris folia sunt ipsius verba, quæ cum prædicator in prædicatione eiecit, & peccator ipse suscepit, pennas, id est, diuitias abiicit. In generali vero resurrectione, qua omnes arbores, id est, omnes sancti incipiunt virevere, pauo ille, qui mortalitatis pennas abiicit, immortalitatis pernas recipiet. Demum, vt cætera, quæ afferri possent, silentio prætereamus, id vnum, quod in rem præsentem facit, postremo loco adijcimus, omnem nimirum auis eiusdem decorem ac vcnustatem in cauda veluti in regio quodam throno conspicuam residere: qua plane ratione pulchram, ac probatam*

Recordatio
mortis factum
ac superbiam
vitz refrenat.

S. Ant. de Pad.
ser. ser. 5. post
Trinit.

Pauo symbo-
lum resurre-
ctionis.

Idem.

Christus ar-
bor.
Maria Virgo
Hortus Para-
disi.

Pauo iustorum
simulacrum.

Gloss. in 3. reg.
10.

Augustinus
X. incorru-
ptione carnis
Pauonis insect
lamato-um
in igne subfi-
rentiam.

Aug. de Ciuit.
21. li. 4.

Pauo symbo-
m hominis
ani, & amoi-
osi.

Perseuerantia
necessaria.

tam iustorum vitæ normam, ac omnem pariter meritorum cumulum, vnus perseuerantiæ bono, quæ virtutes cæteras coronat, adimpleri. *Virtus enim boni operis*, Ambr. teste, *perseuerantia est: ac victoriæ palmam eos dumtaxat, qui in finem usque constanter perseuerant, feliciter promereri: Non enim coronabitur, vt Apost. ait, nisi qui legitime certauerit.* Sed a Paouone ad Gallum oculos ac stylum pariter conuertamus.

CAP. XXXVII.

De Gallo gallinæo.

Gallus gallinæus, & eius mysteria.



REQVENS ac sapius repetita diuinis in paginis Galli gallinæi mentio recurrit, & laudatissimo Iobi testimonio vnus præ cæteris

Iob. 40. v. 35

singulariter intelligentiæ titulo commendatur: *Quis dedit Gallo*, inquit, *intelligentiam?* Quippe qui dum stans diei, ac noctis subinde horis decantat, cantu ipso syderum cursum, horarum spatia se probe nosse, omnimodamque temporum rationem ac si intellectu præditus foret, intime assequi comprobatur. Quamobrem haud absurdum, & a veritate alienum quis dixerit, susceptæ enarrationis proposito inhærentes, si reliquas

inter aues Gallum quoque adnumeremus: quas inter iure merito ipsemet Aristoteles rerum naturalium peritissimus, & velut lynceus naturæ oculus de inces. animal. lib. 1. eundem recenset. Opportune igitur hic de eodem sermo instituendus est, cum efficta eiusdem Cæmeterialibus in Tabulis frequenter, nec iuxta beatissimum Apostolum Petrum suspicienda dumtaxat imago occurrat, vt pote qui admissum turpiter erga Magistrum ingrati animi facinus amare desens, susceptæque postmodum salubri consilio penitentiæ typum lacrymabundus præferebat, sed & alijs Cæmeterialibus passim in locis ob multiplicia recolenda mysteria, quæ completur, hæc intuentibus imago contemplanda exhibeatur. Quapropter in nobili marmoreo sepulchrali Sarcophago, qui inter anonymos recensetur, & apud celeberrimum B. Agnetis Cæmeterium Nomentana Via, Bosio perferatante, innotuit, duo Galli gallinæi eleganti opere exculpti, ipsasque inter Angelorum manus delineati conspiciuntur; ad inueniendum videlicet omnimodæ, vt infra enarrabimus, Vigilantiæ symbolum, quo defunctus, qui intra sepulchralem vram recluditur, adhuc viuens præfulsit: symbolica autem imaginis iconem e lapide excerptam hic tibi vltro contemplandam offerimus.

Arist. 1. 1. de
inces. anim.

Gallus Petrus
Apost. applicus
negationem
eius & penitentiæ
designat.

In Cæmeterialibus Tabulis
Galli gallinæi.
lacrum solent.



Cui alterum subinde sepulchralem lapidem Donato inscriptum, & Galli gallinæi simbolo prænotatum apud præmemoratum D. Agnetis Cæmeterium hic subijcimus, videlicet:

DONATVS QVI BIXIT ANNIS XXX,
MENSIS VI. DIES XVIII
DEPOSITIONE NONY. KL. IANIAS
QVESQVI IN PACE,



Quo

Quo plane Galli symbolo lapidi insculpto Euangelicum illud, ut nobis credere par est, legentibus oraculum infonant: *Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus veniat: sero, an media nocte, angalli cantu, an mane: ne cum repente venerit, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Quippe incerta mortis hora, quae imminet, vniuscuiusque, dum sepulchrum aspicit, menti suggeritur, & illa item Christi verba, tonitruum instar, Euangelico Luca testimonio deprompta, exculptus ille Gallus tacito personare videtur: *Vigilate itaque omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quae futura sunt, & stare ante Filium hominis.*

2 Inter praecipua igitur admiranda auis istius symbola, quae a scriptoribus diligenti obseruatione praenotantur, *Vigilantia* potissimum antecellit: quam obrem antiqui Christianorum galli imaginem editiori sacrorum templorum loco reponendam constituere, quo mirum iugem Pastoris Vigilantiam conspicuo, praestantique symbolo ad viuum repraesentarent. Huc autem spectant verba, quae Gregorius in Ezech. lib. 1. Homilia 11. recenset: *Speculator quippe, inquit, semper in altitudine stat, ut quidquid venturum est, longe prospiciat, & quisquis populi speculator ponitur, in alto debet stare, ut possit prodesse per providentiam.*

3 Hinc eleganter Poetae, ut ipsis quandoque fabulis salubria legentium animis, ad mores optime instruendos monita suggererent, Argum, utpote qui custodiendae praerant, ad iniunctum sibi vigilantiae ministerium serio obrestandum, totum vnde quaque oculis patulum, scaentemque finere. Vigilantiam quippe oculi potissimum suo constanter muneri insistentes, & speculae instar defixi, palam praenotare videntur. Quapropter leo inter animalia fortissimus, vel ex hoc vigilantiae typum praesefert, quod perpetua, ut nonnulli asserunt, vigilia utatur, seu quod apertis, patentibusque oculis iugiter obdormiat, ac si dormiens quoque is, Pierio teste, altius euigilare videatur. Quin insuper, ut Epiphanius auctor est, eum in modum a somno, quo reliqua passim animalia intercipiuntur, euigilare describitur, ut ve-

narorem septem procul stadijs praesentens, quam citissime cauendo subterfugiat, sed penes auctorem rei fides sit.

4 Interim vero ne in nudo dumtaxat rerum cortice persistamus, ab ipsomet leone symbolum deriuando, palam in rem praesentem conuincitur, cum, qui super ceteros principatum obtinet, ac populorum regimini praestit, vigilantia, in primis praeditum esse oportere: quod Iacobus reliquos inter Patriarchas sanctissimus aequae ac sapientissimus symbolo illis verbis Iudam filium, ad cuius tribum ceterarum totius Israelitici populi tribuum sceptrum reuocandum esset, a longe salutando praenotauit: *Catulus leonis Iuda, ad praedam filii mi ascendisti, quiescens accubisti ut leo.* Leoniam quippe hominis ad imperandum ceteris destinati vigilantiam apprime laudando praesignat. Qua profecto laude haud ipsemet, qui laudator est, caruisse comprobatur: vitam enim in campestribus aliquando pastoritiae agens sacris in paginis vigilantissimum extitisse describitur: Labano quippe socero illud merito, cum ab eo durius pertractaretur, obiecit, quod videlicet armentis eiusdem in defessis longo annorum spatio descruens, praeter diurna laborum incommoda, etiam infomes, ut suo satis muneri faceret, noctes duceret: *Die, nocteque; inquit, aestu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Quippe ut Damasius Pontifex hunc egregie locum edisserens, ait: *Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oves Labani, quanto labori, quantisque vigilijs debet intendere, qui pascit oves Dei.* Ut enim recensito palam exemplo conficitur, labor pastoribus e proximo est, & in ianuis, somnus autem raro, vel a longe salutatur. Singularis ergo Pastorum, & Ecclesiastici praecipue ordinis praesulum laus, & praerogativa, vigilantia est: qui enim procurandae animarum salutis Deo disponente praeficiuntur, alienis iugiter commodis insistere, aliorum salutis inuigilare tenentur: haud enim grauioribus hisce curis opportune somnus obrepit, immo potius turbulenter ab oculis effugari consuevit. Quod quidem Virgilianis olim carminibus apte, eleganterque decantatum est:

Somnos abruptis cura salubres. Pastoris quippe oculus, qui subditorum

Leo animal vigilantissimum

Gen. c. 49. n. 9.

Gen. c. 3. l. 40.

Dam. 10. L. Cons.

Virg. 3. Georg.

iu-

Lut. c. 11. m. 36

Marc. c. 13.

Gallus Hiero. glypticum vigilantiae.

Greg. l. 1. in Ezech. ho. 11.

Did. l. 1. Argus cur ceterum oculos habuisse dicitur.

Virg. l. 3. ad Phyl. de ferar. et l. 1. nar.

iugiter, ut satis muneri fiat, commodis, ac utilitate intēdit, qui eorundē pericula nedum damna praevidet, qui cunctis demum opportune prospicit, haud somno vnquam sopiri potest, cuius quidem apte sollicitudinē Philosophus ille inter morales de Imperatore loquens his verbis expressit: *Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio.*

Sen. l. de brev. c. 11.

Pastores ouilis
Dominici vigi-
lantie maxi-
me decet.

5 Mystice vero id aliquando Ambrosius insinuasse laetiori visus est, vbi Pastores Christo nascente in Bethlemitica supra gregem regione inter profundae noctis silentia vigilantes attentius contemplatur. Inde enim ijs maxime, qui ouili Dominico praesunt, peculiari opera, ac vigilantiae studio opus esse pronunciat: *Videte, inquit, Ecclesiae surgentis exordium, Christus nascitur, & Pastores vigilare caperunt, qui gentium greges, pecudum more ante viuentes in caulam Domini congregarent, ne quos spiritualium bestiarum per offusas noctium tenebras patrentur incursus.* At singularem nascentis Christi, eiusdemque optatissimam cunctis supremi ex vigilantia principatus excellentiam inculcans, haec adiicit: *Et bene pastores vigilante, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox seculum, pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pastor, cui dicitur: Esto vigilans, & confirma, quia non solum Episcopos ad tuendum gregem Dominus, sed etiam angelos destinauit.*

Amb. ser. 2. in
c. 2. Luc.

Amb. loc. cit.

Galli imago
cui in locis
edibus ponatur

6 Congruē igitur, sapienterque Christiani ad vigilantiam cunctorum animis symbolice ingerendam, Galli, quam in praefatis describimus, imaginem editoribus templorum locis reponebant, ad quod item probe edocendum, in ipsiusmet Coemeterialibus cauernis, in quibus olim ipsorum greges fidelium, insectantium metu absteriti, ne eos dispergi contingeret, colligebantur, & vna simul ad synaxes coibant, in editorii subterraneorum Cubiculorum prospectu velut in fornicibus, apsidibusque in recolendum pastoralis mysterij typum, proprijs dilectam humeris oniculā deserentis affabre coloribus excultam, suspiciendamque sibi Pastoris imaginem proponebant, ipsique met fidelibus lucernis Pastoralis vigilantiae symbolum

iugiter praelucere volebant, ut ex perantiqua hac fictili lucerna videre est, quae haud symbolice, ut in reliquis cernitur, sed ipsiusmet, sub pastoris typo, Christi Redemptoris, qui pastorum, ut Petrus ait, princeps est, & qui item de seipso loquens: *Ego sum, inquit, Pastor bonus, Christi, inquam, Redemptoris imaginem contemplandam praefert, cuius iconem, ne tam nobile recolendae antiquitatis monumentum, quod vel sero ad manus nostras deuenit, studiosum lectorem praetercat, ex Ioannis Baptistae Casalij viri eruditissimi Museo excerptam, nobisque oblatam, hic tibi vltro exhibemus:*

Petr. ep. l. 1. c. 5.
9. 4.

Ioan. c. 10.



Pastoris igitur Euangelici tam crebro, ut vides, Coemeterialibus in tabulis repetita imago, tum sui Pastores muneris, tum debiti subditos obsequij commonebat. Praepositorum enim auribus increpatorium illud Domini Petrum, & discipulos redarguentis, & ad vigilandum adhortantis verbum ingerebat: *Simon, dormis. Non potuisti vna hora vigilare mecum? vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* Pastoribus vero salubriter, ut par est, admonitis, oues, ut exhibendae maioribus obseruantiae meminissent, Apostoli verbis perstringere videbatur: *Obedite praepositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi.*

Luc. c. 24. 37.

Apost. ep. ad
Heb. c. 13. v. 17.

7 Sed vt symbolicam Galli, cuius nunc elucidationi insistimus, lyncis imaginem oculis perferutemur; argute quidem ipsiusmet galli cantum Ambrosius expendens, plura quidem ex eodem saluberrima documentorum themata his verbis coniecit: *Est etiam galli cantus suavis in nobilibus; nec solum suavis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat, & sollicitum admonet, & viantem solatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc canente satro suas relinquit in-*

Cantus Galli,
eiusque mysteria.

S. Amb. l. 7.
Hex. c. 24.

insidias . Hoc ipse lucifer excitatus oritur calumq; illuminat. Hoc canente trepidus nautam metu deponit. Hoc canente deuotus affectu exilit ad precandum . Hoc postremo canente ipsa Ecclesie Petra culpam suam diluit . Ipsius cantu spes omnibus redit , egris leuatur incommodum , minuitur dolor vulnerum , febrium flagrantia mitigatur , reuertitur fides lapsis . Iesus titubantes respicit , errantes corrigit , &c.

8 Quæ quidem singulæ , & miræ prorsus gallo ipsius naturæ magisterio insitæ proprietates ab eodem Ambrosio hymno primo in vnum collectæ ad extollendas Dominici Dici laudes recensentur , nimirum : *Æterne rerum Conditor , &c.* ubi dignissimas Petri lacrymas singulari præconio complexus , quæ timidæ abnegationis piaculum ipso respiciente Domino diluerunt ; miram pœnitentis animi gratiam , ac profusam lacrymarum vim singulis errantibus intentius deprecando in hæc plane verba concludit :

Iesu labentes respice ,

Et nos videndo corrige :

Si respicis , lapsi stabunt ,

Fluctuque culpa soluitur , &c.

Eleganti itidem methodo singulas eiusdem galli proprietates Prudentius expressit , dum hymno primo Cathemerion . qui vno pariter fidelium ore ad cuiuslibet scriæ tertix laudes decantari consuevit , isthæc recitat :

Ales diei nuncius

Lucem propinquam præcinit .

Nos excitator mentium

Iam Christus ad vitam vocat :

Auferte clamant lectulos

Aegro sopore desides ,

Castique , recti ac sobrii

Vigilate , iam sum proximus .

9 Gallum insuper præconis Euan- gelici symbolum esse S. Eucherius his verbis affirmat : *Galli nomine designantur predicatorum sancti , qui inter tenebras vitæ presentis student venturam lucem predicando quasi cantando nunciare . Dicunt enim : nox præcessit , dies autem appropinquauit , abijcimus ergo opera tenebrarum , &c.* Cui disertis quidem verbis Gregorius ad- stipulatur , qui haud aliud quam diuini verbi præcones ipsius galli nomine designari pronunciat . Hæc autem inquit lib. moral. 30. cap. 3. in illud Iob :

Tom. II. Rom. Subt.

Quis dedit gallo intelligentiam : Qui hoc loco (inquit ille) alij, galli nomine designantur , nisi modo alio repetiti idem predicatorum sancti , qui inter tenebras vitæ presentis student venturam lucem predicando quasi cantando nunciare ? &c. Et cap. 4. ibidem hæc in rem præsentem addit : *Intelligentiam quoque gallus accepit , vt prius no-cturni temporis horas discutiatur , & suas demum voces excitationis emittat : quia videlicet Sanctus quisque predicator in auditorio suis qualitatem vitæ considerat ; & tunc demum ad audiendum congruam vocem predicationis format : quasi enim horas noctis discernere est actionum tenebras apta increpationis voce corrumpere . Ac demum sermonem hunc in modum concludit : Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur , quia Doctore veritatis virtus discretionis , vt nouerit quibus , quid , quando vel quomodo inferat , diuinitus ministratur , &c.* hæc Gregorius . Qui eadem sere proposita galli eiusdem similitudini inhærens in Pastoral. par. 3. cap. 56. repetit :

Predicator quisque , inquit , plus acilibus , quam vocibus insonet : & bene viuendo vestigia sequentibus imprimat , quam loquendo quo gradientur , ostendat . Quia & gallus iste , quem pro exprimenda boni predicatoris specie in locutione sua Dominus assumit , cum iam edere cantu parat , prius alas excutit , & semet ipsum feriens vigilantio-rem reddit : quia nimirum necesse est , vt hi qui verba sanctæ predicationis mouent , prius studio bonæ actionis euigilent , ne in semet ipsis torpentes opere , alios excitent voce : prius semper sublimia facta excutiant , & tunc ad bene viuendum alios sollicitos reddant . Et isthæc infra sanctissimus doctor inferit : Antequam verba exhortationis insonent , omne quod locuturi sunt , operibus clamant .

10 At præmemoratum diuinæ scripturæ locum Hebræi , paucis admodum immutatis : *Quis dedit Gallo intelligentiam , ita legunt : Quis dedit cordi intelligentiam ?* Cordatum quippe animal hoc quodammodo apparet , cordatisque viris intelligentiæ lumen , dum altius euigilat , refundere videtur : iuxta quod in Canticis canitur : *Ego dormio et cor meum uigilat .* Vigilia enim uiuentis , veluti somnus demortui quodammodo hominis symbolum est , iuxta quod poëta cecinit :

S. Greg. 130. mor. c. 3. in Iob

Greg. in par. c. 56.

Gallus prius alas excutit , quam cantet , eiusque myste rium .

alij sym- bolum Chri- Domini.

mir. hym. ad ant. 62m.

id. hym. 1. ad

in ch. 1. ad for. c. 5. illi nomine signantur tui verbi ticoet. 1.

Can. 5. 2.

Stulte quid est somnus gelide nisi mortis
imago

Longa quiescendi tempora fata da-
bunt.

Chryf. ser. 24. Cohærenter autem poetæ Chryfologus
locutus est, dum ait: *Plus vigilare, plus
vivere est: quid tam mortis simile, quam dor-*

Moderati sō-
ni utilitas.

mientis aspēctus? quid tanta vita plenum,
quam forma vigilantis. Præterea salubris
vigiliarum vsus sospitatem homini concili-
ando, vitam ipsam protendere con-

Arist. in eon.

suevit, quod & Aristoteles in suis ali-
quando quaestionibus edocuit: *Ante lu-*

curam rei familiaris, & ad studium philoso-
phiæ prodest quamplurimum. Quod si ad
vitam virtutibus exultam vigilantia

symbolum referas, Gallus, qui se-
haud vnquam ante Solis occasum quic-
ti dat, & longe ante eiusdem Solis or-
tum e somno temper euigilat, eorum

profecto, qui rerum diuinarum contem-
plationi insistant, imaginem exhibere
videtur: hi enim Deo iugiter vacantes
intempesta noctis silentia, e strato sur-
gentes, psalmodicis cantibus Galli instar

abrupunt, surcivisque, antequam Sol
exoriatur, Deum horis conueniunt.
Quod ad amussim regius ille Psalter ex-
pressit, qui toties repetitis Deum lau-
dibus insonabat, & nocte vel media re-
gali e strato, quietis impatiens, vigilan-

Psal. 118.

dique studiosissimus, proflicebat: *Me-*
dia, inquit, *nocte surgebam ad confitendum*
tibi, ita quippe haud totus obdormie-
bat, vt non tam Rex suo in cubili dul-
citer obdormire, quam excubias intem-
pesta nocte vnus præ omnibus agere
videretur, vel probe Galli ipsius tum-
munus, tum vigilantiam exhibens, qui
nocturnas (Plinio teste) in domibus ex-
cubias exercet, ram eorum, qui præ-
sunt, quam eorum, qui diuini præco-
nes verbi sunt, patentem oculis imagi-
nem obijciens, de quibus Propheta:

Isa. 62. n. 6.

Super muros tuos constitui custodes, tota
die, ac nocte non tacebunt laudare nomen
Domini. Quod item alibi regius Psalter
illis verbis expressit: *Ecce non dormita-*

psal. 129. n. 4.

bit, neque dormiet, qui custodit Israel. Quo-
circa ipsemet Christus Dominus, vtpo-
te verus omnium custos, tam sæpe in-
oratione Dei pernoctasse legitur, vt vi-
gilantia nimirum formam sectatoribus
suis, discipulisque, vt Chryostomus ait,

vel exemplo suggereret: *Quare Christus*
ipse in monte pernoctat? vt nobis forma fie-
ret. Vides igitur ex ipsius Galli imagi-
ne viuus adumbratam Christianorum
menti coloribus vigilantiam.

Chryf. ho. 43

10 Nec demum, vt cæterorum quo-
que Patrum sententias pro symbolica
Galli imagine consulamus, Beda silentio
prætereundus videtur, qui in eadem
verba Iob. lib. 3. cap. 7. iustum vnum-
quemque ac probum virum gallo potif-
simum his verbis comparat: *Gallum,*

Gallus symbol-
um Iustorum

inquit, puto esse vnumquemque sanctorum,
qui in nocte & tenebris huius mundi acci-
piunt per fidem intelligentiam, & virtutis
constantiam clamandi ad Deum, vt aspiret

Bedæ Iob. 43
c. 7.

iam dies permanens, & amoueantur vmbra
vite presentis, qui vrgent etiam sequenti
clamore precum suarum, dicentes: Emitte
lucem tuam & veritatem tuam, &c.

11 Sapientissimis igitur Christia-
ni rationibus permoti, qui cum inrer
persecutionum procellas in abditis Cæ-
meteriorum locis degerent, ad diu-
na iugiter recolenda mysteria animo
euigilabant, & ad assequenda bonorum
cælestiū præmia propensiori mentis stu-
dio anhelabant, galli ad viuum expres-
sam coloribus imaginem sibi ob oculos
proponēbant, vt eiusdem iugiter, qui
aptissimum ipsiusmet vigilantia symbo-
lum est, & torpentes, ac desides cantu
velut tuba ad sua vnumquemque officia
excitat, meminissent.

CAP. XXXVIII.

De Piscibus.



Pisces, quos Deus inter
animantes primos qui-
dem condidit, et si
iuxta Mosaicæ legis
tabulas a sacrificijs o-
lim velut quid minus

Pisces a sacri-
cijs cur reij-
centur?

aptum reijccerentur, haud tamen a sa-
cris paginis, ob peculiaria rerum, quæ
prænotant mysteria, repelluntur. Ideo
autem ab altari antiquitus ad immolan-
dum excludebantur, quia cum nullatenus
hi extra elementum aquæ vitam
protrahant, vix viuentes adduci, & per
consequens, nec Deo immolari potuis-
sent. Quin cum valde imperfecta,
ac

ac ignobilia ista præ cæteris animantia sint, procul ab altari arcenda Deus voluit: nam cum pisces primo quidem loco conditi fuerint, eorundem ignobilitatem in hoc natura coarguit, vt Philo lib. de constit. mundi his verbis affirmat:

Animarum quidem aliqua est tardissima, & minus expressa, quæ generi piscium obuenit: aliqua vero acutissima, quæ hominis est. Quæ autem ambarum est intermedia, terrestribus, ac volucribus data est. Magis enim hæc sensilis, quam in piscibus, hebetior vero, quam quæ in hominibus. Quamobrem Deus inter animantes, pisces primos condidit, magis corporis substantia, quam animæ participes, & quodammodo animalia, & non animalia, ac mobilia inanima. Quocirca Ægyptij piscibus, teste Herodoto, quasi impuris, & coinquinatis abstinebant, quin & iisdem cum nefas, aut inquinamentum significare volunt, piscem protinus pingunt, eo quod pisces inmuta carne vescantur, & nulla penitus ratione præhabita inter se vnus alteri esca sit, vt Horus Ægyptius scribit. Sane præter Ægyptios, Syros quoque piscibus abstinuisse legimus: quapropter Atergatis apud eos Dea celebratur, quæ interpretatur sine pisce. Syrorum quippè lingua Ater priuatiua est dictio, & Gatis piscem significat.

2 Alias vero gentium nationes rem sacram de Thyngo, & Anguilla fecisse Athenæus tradit lib. 7. Quin & Marcus Varro lib. 3. rei rusticæ de certis quibusdam piscibus sacrificium apud Lydios peragi consueuisse scribit. Verum apud peculiares orbis terrarum gentes, haud sacrificij dumtaxat piscis olim iuseruiebat, sed & in templis, atque altaribus, vt quid diuinum colebatur. Idolum enim, quod Dagon dicitur, inter cæteras animalium figuras, quas representabat, hominem simul, ac piscem contemplantibus exhibebat. Certum autem omnino est, Syros diuinitatem piscibus attribuisse, vt testis est Cicero lib. 3. de natura Deorum, ac propterea ab eorum esu, ne suis numinibus iniurij viderentur, abstinuisse iuxta illud Ouidij Factorum lib. 2.

*Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violenti timidi piscibus ora Syri.
Hinc & illud de Nabuchodonosore: Im-*


molabit sagena sue & sacrificabit reti suo.

Ab. 2. n. 16. vbi vates, vt Gueuara interpretatur, continens pro contento, sagenam pro piscibus expressit: piscibus enim Nabuchodonosor, tanquam dijs fautoribus suas acceptas victorias referebat, & consueta in gratiarum actionem, sacrificia instruebat. Quare haud mirum, si Philistini, qui inter Syros recenserentur, Dagonem sub figura piscis venerarentur. Quo fortasse Theodoretus alluisse voluit, vt Franciscus de Mendoza Societatis Iesu adnotat, cum ser. 3. de prouidentia Dagonem mutum, quales pisces prouerbiali schemate dicuntur, congrue appellauit. Idcirco autem Deus Israëlitis in promissionis terram properantibus, ne piscium imagines fingerent, & adorarent prohibuit, Exod. 20. num. 4. Quia videlicet prope Philistinos piscium simulaera colentes habitaturi erant. Verum etsi pisces a Iudæis, eorumque sacrificijs, vt quid superstitiosum repellebantur, a quibusdam tamen, vt Pierius tradit hierogl. c. 31. velut præstans innocentia hieroglyphicum agnoscebantur. Hi quippe innocui omnino sunt, nec elementum suum ad insidias alijs inferendas vnquam transgrediuntur: ideoque Pythagoras piscibus abstinentum cauit, ne infantes videlicet quis insectetur, prout Lilius Giraldus in Pythagoræ symbolis edocet. Inde piscis symbolum familiare item antiquis Christianis extitit. In Cœmeterialibus igitur Christianorum Cubiculis, atque Sarcophagis frequenter quidem ipsorummet piscium imagines studiosa artificum manu expressas intuentibus contemplari fas est: immo & in ipsismet scitilibus lucernis iuxta Sarcophagos apponi consuetis sacrosancto Christi nomine obsignatis pisces, vt hic vides, mystice exprimebantur, quam iconem ex Musæo Poetæ hoc nostro seculo laudatissimis Octauij Tronfarelli Romanam contemplandam offerimus:

Nabuchodonosor Pisces adorat.

Franc. de Mend. in Lxx. c. 5.

Piscis innocentie hieroglyphicum.



Piscium ima-
go, & eius my-
sticia.

Cle. Alex. Pad.
l. 5. ca.

Apud veteres enim Christianos piscium, uti & columbarum, & anchorarum, & alia id genus symbola vsui erant, de quibus Clemens Alexandrinus *Padagog.* lib. 5. cap. 2. illis præsertim verbis meminit: *Sint vobis signacula, columba, piscis, vel navis, que celeri cursu a vento fertur: vel lyra musica, qua vsus est Polyerates, vel anchora, quam insculpebat Seleucus, & si sit piscans aliquis, meminerit Apostoli & puerorum, qui ex aqua extrahuntur.*

Piscium ima-
gine homines
designantur.

4 Mystico igitur piscium symbolo, ne quid mysticis vacet, homines potissimum designantur, quamvis in explanatione eius, quam supra descripsimus, ipse Tobias imaginis Christum salutis nostræ auctorem prænotari asseruerimus. Ipsemet enim Dominus assertionis huius elucidatione symbolum hoc illustravit, dum Apostolis loquens, isthæc protulit: *Faciam vos fieri piscatores hominum; & idem magis perspicue verbis illis Matth. 13. expressit: Simile est Regnum Celorum sagene missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.*

Matth. 13.

Piscium ima-
gines cur-
pulis christi appin-
gerentur?

Orig. br. 7. in
lett. c. 10.

5 Quamobrem pisces ad Cœmeteriorum sepulchra affabre coloribus expressi, iustos ibidem conditos, atque in vasibus ad seruandum repositos præseferbant; quimiras electorum piscium conditiones nacti, congrue quidem ab Origene his verbis describuntur: *Si quis est in aquis, & in mari vite huius, atque in fluctibus seculi positus, tamen debet satis agere, ut non in profundis iaceat aquarum, sicut sunt pisces isti, qui dicuntur non habere pinnas, neque squamas. Hæc namque eorum natura perhibetur, ut in imis semper,*

& circa ipsum cœnum demorentur, sicut sunt angulle, & huic similia, quæ non possunt ascendere ad aquæ summitatem, nec ad eius superiora peruenire. Illi vero pisces qui pinnulis iuuantur, & squamis muniuntur, ascendunt magis ad superiora, & aëri huic viciniores sunt, velut qui libertatem spiritus quarant. Talis est ergo sanctus quisque, qui intra retia fidei conclusus, bonus piscis a Salvatore nominatur: qui etiam mittitur in vas, velut pinnas habens & squamas. Non enim habuisset pinnas, non resurrexisset de cœno incredulitatis, nec ad rete fidei peruenisset, nisi pinnis adiutus ad superiora peruenisset, &c. Hæc Origenes.

6 Nec vero ipsum duntaxat rete, ut Origenes hic edocet, fidei symbolum est, sed ipsemet piscis rerum supernarum fidem designat, si Bedæ attestanti credimus in *Iob* lib. 1. cap. 12. ubi isthæc: *Illi pisces intelligendi sunt, qui confestim de fonte Baptismi migrant ad Dominum. Et lib. 3. cap. 11. in Lucam hæc subiicit: Piscis est fides inuisibilium, vel propter aquam Baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capiuntur.*

Retæ & Piscis
symboli fidei.

Bedæ l. 1. in Iob
c. 12.

Id. l. 3. in Luc.
c. 22.

7 Quod plane mysterium S. Eucherius discrete profequitur in *Formul. Spir.* cap. 4. ubi ex nativis piscium proprietatibus haud obscura Christianæ fidei argumenta elicit: *In pisce, inquit, fides non ficta exprimitur: quomodo enim piscis sub tegumento aquarum nascitur, vivit, & alitur, sic & fides, qua in Deum est, quæ alterius vite gaudia per lamenta presentia, fetusque requirit, inuisibiliter in corde gignitur, inuisibili gratia spiritus per aquam Baptismatis consecratur, inuisibili auxilio diuine protectionis, ne deficiat, nutritur, inuisibilium premiorum intuitu quæque valet bona operatur, memor illius Apostoli 2. Cor. 4. 2. ad Cor. 4. quia*

Aqua in qua
nascitur, & ali-
tur piscis quid
significet?

S. Euch. formul.
Spir. c. 4.

2. ad Cor. 4.

quia quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. Et infra, ex eodem argumento, fidei nostræ robur & constantiam totis animi viribus inculcat, & prædicat: *Possunus, ait, & hoc dicere, quia piscis in eo fidei typum teneat: quod sicut ille crebris maris fluctibus tunditur, nec perimitur: ita fides firma quantilibet aduersantis mundi pressuris impugnatur, inconuulsa, persistat, immo etiam de certamine gloriosior existat adiuuante illo, qui missus ad prædicanda ei fidei dona discipulis ait: In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Pulchra autem, ac lectoris studio condigna sunt, quæ ad instituti propositum Ambrosius lib. 3. de Sacramentis cap. 1. eleganter proloquitur, ubi veros Christi cultores, qui in huius vitæ pelago diris vndique procellis exagitantur, ad firmiter retinendam inuictam fidei constantiam opportuno piscium exemplo his plane verbis cohortatur: *Imitare illum, inquit, piscem, qui minorem quidem adeptus est gratiam, tamen tibi debet esse miraculum. In mari est, & super undas est: in mari est, & super fluctus natat: in mari tempestas surit, stridunt procella, sed piscis natat, non demergitur, quia natare consuevit. Ergo tibi seculum hoc mare est: habet diversos fluctus, undas graues, seuas tempestates; & tu esto piscis, vt seculi te vndanon mergat. Neque isthæc sanctissimus doctor pio lectori exposuisset contentus, alia insuper eiusdem ingenio consona propinando suggerit: nam, vt de cæteris taceamus, illa Apocalypsis cap. 8. verba explicans: *Et mortua est tertia pars creaturæ eorum, qui habent animas in mari; miram eisdem in piscibus proprietatem, Baptisini Sacramento respondentem contemplantur, sed ipsum hic quæso enarrantem excipiamus: Per mare, inquit, sicut iam diximus, multitudo peccatorum designatur. Pisces vero cum ab aquis subtrahuntur, animas amittunt. Electi ergo, quamdiu in aquis vitiorum suorum versantur, animas marinas habent, peccatorum videlicet tenebris inuolutas: cum vero aut per Baptisimum, aut penitentiam ab aquis vitiorum pertrahuntur, animas pristinas quasi amittunt, cum ex malis boni efficiuntur, moriunturque diabolo, vt viuant Deo. hæc Ambrosius.**

8 Verum de piscibus hæc generatim dixisse sufficiat: nunc de Delphino

eorum principe, qui cum ob varias, easque nobiles naturæ dotes, tam apud sacros, quam profanos auctores celeberrimus sit, atque adeo a primæuis Christianis in Cæmeterialibus olim tabulis eiusdem imago præ cæteris frequentissima reperitur, operæ pretium esse duximus de illo speciatim hic nonnulla studiose lectori delibare.

CAP. XXXIX.

De Delphino Marinarum Piscium principe.



1 *VM* de piscibus, quorum symbolo Cæmeteriales tabulæ instruantur, prolixiori ad instituti propositum sermone paulo antegerimus, nullatenus hic de Delphino, qui inter recolenda Cæmeteriorum Hieroglyphica recensetur, & marmoreis Sarcophagis insculptus, vel subterraneis certe parietibus pennicillo adumbratus frequenter inspicitur, silendum nobis est. Et sapienti quidem consilio, ac peculiari mysterio sepulchralibus vris piæ Christianorū manu exculptus fuit, quippe qui sepulturæ obsequium defunctis deferendi vnus hic præ cæteris omnibus animantibus officioso amantissimus ipsiusmet naturæ ductu comprobetur. Porro Delphinus, vt apte hic nonnulla inferamus, conspicuis naturæ proprietatibus cætera inter aquitilia præditus, utpote qui marinarum rex piscium designatur, plures regij principatus dotes & insignia obtinet. In primis enim, si Aristoteli lynceo rerum naturalium inuestigatori fides adhibenda est, selle caret, quod principem maxime decet, ex quo fit, vt longo tubinde tempore vitam protrahat. Præterea erga sui generis locios, tum viucentes, tum mortuos se apprime officiosum præfert. Delphini quoque se inuicem amicitia fouent, gregatimque dum mare trans-

Delphini imago in Cæmeterijs frequens.

Delphinus inter pisces principatum obtinet

Arist. 1. 8. de Nat. anim.

currunt, quispiam e grandioribus semper velut itineris dux paruulis iungitur, quod si ex iisdem vnus piscatorum forte retibus intercipiatur, haud a cæteris inter pericula omnino desistitur, euncti enim, qui comites numerabantur, velut indiuidui fortunæ ipsius assectæ, pristinam a piscatoribus periclitanti libertatem exoraturi supplices adsunt.

Aul. Gel. c. 8. lib. 7.

2 Verum enim vero, vt singula ab ipsis accepta scriptoribus fideliter perstringamus, mira quidem, & dictu vix credibilia sunt, quæ iisdem referunt. Miti autem naturæ temperamento Delphinus cum in modum gaudet, vt musicali concentu, qui bene compositis vt plurimum corporibus, animisque consonat, valde oblectetur, quo enim magis, vt re sibi gratissima, codem perfruatur, vel longe positus audiendo festinus accurrit. Hominem vero, velut præcipuo deuinctum sibi sœdere, singulariter diligit. Otium summopere non secus, ac perniciosum quiddam refugit, & omninodæ impatiens quietis ex eo comprobatur, quod semper, vel dum obdormit, aliqua ex parte moueatur; vbi enim supra aquas se ad quiescendum locauit, ipsomet pondere corporis vrgente ad ima depressus, profundumque maris, vt Ælianus ait, sinum pertingens, tunc e somno, quo tenebatur, experrectus ad summas festinus aquas profilit, & ac si rediuius ad sua obeunda munia redit. Quod quidem ex eo prouenire aiunt, quia cum nouo, & vberiori Delphinus ad respirandum aëre iugiter indigeat, haud hunc magis commode, quam supra aquas excurrando attrahit.

Delphinus multo amans.

Ael. 12. c. 6.

Plin. 19. c. 8.

Cum homine amicitia exet.

Ael. 12. c. 11. de anim.

Somni pacifissimus.

Aerem liberiores amat. Arist. 19. c. 48. de nat. anim.

Plin. 19. c. 8. Plutar. Sen. 1.1. de clemp. c. 5.

3 Eminentioris vero loci, aëris videlicet delibandi gratia adeo amicus esse conuincitur, vt ad hunc liberaliter hauriendum immanes quandoque saltus edat, tamque sublime inter saltandum profiliat, vt ipsomet saltu nauium malos, Aristotele teste, transcendat. Delphinus insuper omni inter pericula metu liber consistit: Magni quippe animi, vt Seneca ait, est proprium, placidum esse tranquillumque, atque iniurias, atque offensiones semper despiciere. Si quando enim Piscatorum retibus interceptus detineatur, ingruenti prorsus tum metu, tum periculo longe superior, tutoque vel

mancipatus carceri agens, cæteros interrim, qui intra rete conclusi sunt, pisces ad satietatem depastus, vbi piscatores vnâ cum præda littori appropiant, ille confestim iocabundus e reti, quæ concludebatur, in aquas emergit. Quod concinne olim ingeniosus vir ille paucis expressit, dicens: *Vel cum præda crumpens.*

In Paul. Arer. lib. 1. c. 11.

4 Quoniam vero perpetuum Delphino vnâ cum homine sœdus intercedit, humanis proinde tum viuus, tum mortuus, vt Albertus Magnus enarrat, carnibus abstinet, & cum mutua vicissim ijs, qui nobiscum sœdere obstricti sunt, vbi necessitas postulat, & casus vrget, auxilia ipsismet amicitia legibus suppeditari oporteat, homini inter maris vndas ex naufragio periclitanti amicaliter accurrens, præsto est, suamque vltro operam, naturæ potissimum instinctu, laboranti exhibere dicitur.

Albert. Mag. 1. 2.1. de anim.

5 Verum, qui intra maris sinum, vsaque Neptuni confinia, cæteros supra pisces imperium obrinet, bellum quoque aduersus tyrannidem intentantes, vbi opus est, strenue dimicando nullatenus exercere detrectat. Cum Crocodilis igitur, qui e Nilo clanculum ad prædam emergunt, iuges Delphini disceordias fouent: licet enim felle, vt diximus, careant, magna tamen cum elandestinis iisdem insidiatoribus similtas interuenit: quapropter valide cum aduersarijs, corporea quantumuis mole grandioribus, si quando necesse est, congregi neutiquam refugiunt. At vero, quibus robore, ac viribus longe impares sunt, palmam victoriae, quam singulari certamine referre nequeunt, arte dumtaxat, ac dolo consequuntur: Delphinus quippe, vbi in certamen profilit, Crocodili protinus ventrem subit, in quo nullæ ad obtegendum squamæ, & spinis, quibus valide sibi dorsum instruitur, hostem, vt Seneca ait, transfodiendo triumphat.

Delphini et Crocodilis bellum.

Sen. 1.4. c. 1. q. natur.

6 Quo autem teneros adhuc filios Delphinus amore complectitur? Quæ sollicitudine fouet? qui vt consternatos, deiectosque suos inter pericula sœtus conspicit, eisdemque nullus ad euadendum locus suppetit, quos semel ediderat, iterato suum intra ventrem, tuendi, fouendique gratia recipit, vt disertis

Bali-

Delphini ca-
tilos in peri-
culo ventre su-
cipiunt.

Basilii verbis hunc in modum enarrat :
Delphini etiam recentes adhuc, & teneros, inquit, catulos ex aliqua causa consternatos rursus ventre suscipiunt, & complectuntur.
 Idem quippe iam in lucem editi, iterato matris aluum introeunt, ut periculis erepti, vitæ superstitibus primæ redditi iterum subinde in lucem enascantur. Quo plane admirando Delphini symbolo, cuius itē imagine sacra Urbis Cœmeteria illustrantur, ipsiusmet erga homines Dei amor mystice designari videtur. Et si enim parentes ipsorummet aliquando filiorum pertæsi obliuiscantur, ipse tamen haud vnquam nostri, quippe qui nos vltra mensuram impensissime diligit, obliuisci valet, iuxta diuinum Isaïæ oraculum : *Egō tamen non obliuiscar tui.* Quod item alibi Deus palam expressit : *Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua.* At quod maioris erga nos dilectionis exhibitio est, se ad eosdem ferendum, fouendumque iugiter Deus paratum ostendit : *Vsq̄ue ad senectam, inquit, ego ipse, & usque ad canos ego portabo.* Apte igitur Christianorum Cœmeterijs Delphinus, qui adeo erga suos propensus, ac beneficus existit, pia corundem Christianorum manu exculptus conspicitur.

1. c. 9.

1. c. 46. n. 3.


7 Denum, qui hætenus Delphi-

num ex se progenitos comiter, ac blande fouentem demirati sumus, hunc quæso ipsas inter marinorum fluctuum altius obstrepentes procellas, omnipenitus metu immunem, gestientem præ gaudio, exilientemque contemplemur. Hic enim vbi tempestas mari imminet, dum fluctus propius intentantur, cunctique ad ima pisces dehiscunt, dum Nautæ pericula praesagiendo pallefcunt, solus ipse dumtaxat inter procellas, inter pericula saltitans iocundo corpore ludit. Quod quidem Jacobus Apostolus Christianis sub persecutionum procella Cœmeteriales intra speluncas cocuntibus illud apte ex Delphini symbolo suggerere visus est : *Fratres omne gaudium existimate, cum in tentationes varias incideritis : scientes quod probatio certæ fidei patientiam operatur.* Et illud item totis viribus personare : *Beatus vir, qui suffert, tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.* Delphinus igitur coloribus adumbratus spem bonam Christianis inter pericula deprehensis, & diuino auxilio subnixis conciliat. Quocirca merito sepulchris affigitur, ut in peratiquo lapideo Valeriæ Latobiæ Sarcophago videre est, quem anno Redempti Orbis 1590. ut supra diximus, in Vaticana Basilica nobili inscripto titulo reperiri contigit :

Delphinus in tempestate in periculis

1. c. 4. n. 2.

1. c. 1. n. 1.



Quod autem ad rem nostram attinet, quatuor Delphini in præmemorato Sarcophago se mutuo respicientes serro eleganter, ut vides, exculpti inibi cōspiciuntur. Quin etiā in ipsis quandoque sepulchris Delphinorum imagines encausto elaboratæ, & calcis glutino iisdem impressæ perferuntur oculis obijciuntur, ut in istis Delphinulis intra Cœmeteria adinuentis, quorum tibi iconem offerimus, videre est.



8 Nec vero rem suo destitni mysterio existimandum est. Quid enim Delphinis, utpote marinis belluis, quid, inquam, illis cum Cœmeterijs, ac Cœmeterialibus rebus commune, ni symbolice rem ad sua deriuantes principia officio-

ciosum ab iisdem sepulturae obsequium cæteris sui generis cadaueribus, vel solo naturæ ductu præstari, Aristotele edo-
cente, ac experientia rerum magistra didicerimus. Probata is quippe inter scriptores fidei lib. 9. cap. 48. de historia animalium, quam tenuit, Delphinorū aliquando gregem, tum maioribus, tum minoribus instructum humano conspectui exhibitum fuisse, binosque item alios post cum Delphinos, Delphinulum defunctum in ipsius pelagi summitate dorso perhumaniter ferre, ne ab aliqua marina bellua, quibus pelagi sinus immane redundant, inhumatum inhumaniter deglutiretur. Quod Plinius subinde, & post ipsum expressis item verbis Ælianus asseuerant, Delphinos videlicet, ne fabulosum quid enarratum hæcenus habeatur, sepulchrali ministerio specialiter deditos, suorum corpora subeundo ad aquæ summum dorso blande alleuare, tum ad continentem velut funere efferentes, hominibus quodammodo in ministerij opus euocatis tumulanda tradere.

Arist. l. 9. de hist. anim. c. 48.

Delphini in sui generis mortuos obsequium.

Plin. l. 9. c. 8.

Æl. l. 12. c. 6.

Idem in Apibus videre est

Arist. l. 9. de nat. anim. c. 2.

V. J. Georg. l. 4.

9 Hoc igitur miræ humanitatis, ac supremum, si loqui fas est, pietatis officium, quod præ cæteris terrestribus animalibus officiosissimum formicarum & apum genus, vt Apostolus ait, suis exhibent, Delphini quoque haud inter aquatiles inhumani, etsi terræ commercio distiti, suis præstare didicerunt. Quis enim nesciat, quod Aristoteles de Apibus potissimum enarrat: *Si qua videlicet intra aluenum interierit, cæteras statim foras cadauer educere.* Quod funebre officium Ælianus quoque in Apibus agnoscit, vt sui videlicet generis extinctas ab alueis ingeniose apro reposituræ loco extrahant, recensitis hæcenus scriptoribus Virgilio quoque suis carminibus adtulpante, dum ait:

Corpora luce carentum

Exportant tectis, & tristitia funera ducunt.

At Plinius in naturalibus oculatissimus sedulo in re funeraria Apibus palmam tribuens consulendus est: *dum easdem progerere defunctas, funerantimque more comitari exequias, disertis verbis affirmat.*

Plin. l. 11. c. 18.

10 Sed quorsum formicas, ad quas inertes, socordesque homines Sapiens re-

mittit: *Vades, inquit, ad Formicæ o piger, ab apibus, quas eadē officia copulant, silentio secernimus? Plinius quippe etsi memoriae quod plerumque contigit, lapsu interceptus, cum de formicis loquitur, eas sepelire inter se viuentium solas præter hominem asseruit, cum tamen sibi parum constans, idem plane in Apibus obsequium mirari non destiterit. Certe insignis ille, & satis haud vnuquam inter Monachos Hieronymi ore laudatus Malchus nomine, ingentem aliquando formicarum in eremo gregem conspicatus, dum suis singulæ muneribus diligenter incumbentes, quamdam inter alias, *luctu, vt Hieronymi verbis utamur, celebri corpora defuncta portare, haud otiose oculis, ac mente contemplatus vidit.* Nec ab re quidem nostra Plutarchus olim, & Ælianus Cleanthæ Philosophum formicam funebri alterius formicæ obsequio addictam, cæterasque in deferentis auxilium certatim accurrere non absque ingenti, licet in re perexigua, animi stupore conspicatum fuisse pronunciant.*

Formicarum suas mortuas sepelienti cur.

Plin. l. 11. c. 30.

Hier. in vit. malch.

Plut. l. 6. de nat. anim. c. 50.

Formicarum domicilia bene ordinata.

Ælian. l. 6. c. 43. in fin.

11 Tradunt insuper, ne res scitu digna studiosum lectorem prætereat, Formicarum stationem, seu domicilium, vel potius Formicariam aulam, in qua diuersantur, tripartitam obtinere mansionem, quarum vna sit vbi cætus, & comitia peragunt, altera vbi grana, ac cætera edulia pro alimentorum apparatu, & custodia recondunt, tertia vero, in qua mortuas, elatasque velut in Cœmeteriali quodam sinu reponunt, easdem in granorum folliculis condentes sicut homines in vrnis, loculisque suos amicos, vel parentes condere consuevere. Vides quam apte, & concinne Cœmeterialia suis in cellulis Formicæ, vbi opus est, ministeria explent.

12 Sed Apibus, ac Formicis, de quibus sermo, vel obiter, nobis incidit, ad sua officia dimissis, nunc ad Delphinum, cuius opportune meminimus, orationis styllum reuocemus. Hunc enim ideo in suis Christiani Cœmeterijs expressum voluere, quoniam ipsi de sepulchro instruendo, exhibendoque tum sibi, tum cæteris cura potissima insit, quo mortales mortis profus obliuione interceptos, demorte, quæ iugiter im-

Cur Delphini animalis insculperentur.

mi-

minet, ac de sepulcro, quod vnicuique opus est, parando, vel sui aspectu præmoneat, cæterisque supernæ charitatis, ac humanitatis officium, quod vniuersi que sibi post mortem non libenter dumtaxat, sed ambitiosè exoptat, oculis atque animo ingerat. Quin immo cum maxima Delphini erga hominem ipsius naturæ magisterio insit propensio: hic enim solus, vt Plutarchus ait, hominem hoc solo nomine diligit, quod sit homo; vbi tamen cæterorum animalium, vel nullum, vel quæ mansuetiora sunt, suos tantummodo nutricatores, ac familiares diligant. Certe, quod ad perhumanum huius marinæ belluæ erga hominis obsequium, aptatosque ad pietatem mores spectat, multiplicia a probatissimis passim scriptoribus exempla profseruntur, quibus Delphini e profundo maris gurgite hominum cadaueribus ad littus, ne a piscibus absorberentur, delatis, sepulturæ ipsidem beneficium expectere, ac conferre quodammodo visi sunt, quod nos supra lib. 1. cap. 10. num. 18. & 19. huius nostri operis prolixiori sermone digessimus, ad quæ studiosum, cupidumque lectorem amandamus.

12 Vt autem sacra hic dumtaxat delibantes, a profanis consulto abstinemus, illud in rem præsentem meminimus, martyris videlicet Luciani Antiocheni corpus, Delphinorum obsequijs exceptum, ipsdemque adnitentibus e mari leuatum, hominum deinde manu sepulturæ illatum fuisse. Christianis quippe sacras martyris exuias, ne condigno frauderentur honore, ad tumulandum optantibus, Delphini cuiusdam opera, atque obsequio, ad maris littus eadem delatæ suere, vt ex eiusdem Martyris probatæ fidei actibus apud Surium recensitis videre est: Ille autem, id est, Dei seruus, cum primum eum somnus dimisisset, & iam dies illucesceret, surgens, & quosdam secum alios ex pijs assumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei significatus. In eo autem ingers Delphinus ascendebat e mari, iam ex eo emergens, qui cum esset extensus super aquæ superficie, valde spirabat, & ad terram contendebat, eratque iuxta ipsum multa spuma, & murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur: ferebat autem extensum mortuum,

tanquam in lecto iacentem, eratque spectaculum admirabile, super corpus adeo lubricum, & rotundum quiete manens mortuus, & nec a suo pondere, neque a vi fluctuum deuolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cum autem Delphinus fuisset prope continentem, fluctu sublimi fuit sublatus, & terræ id apulit. Atque ille quidem statim expirauit: mortuus autem statim in arenam delatus iacebat solus, & omni ex parte integer, &c. Vides hinc obsequentem adeo venerando martyris cadaueri, Nunc profrus impellente, Delphinum, vt mortem, sacro onere exoneratus, tantoque dignatus honore sponte subeat, vt condigna mortuo sepultura donetur. Neque id scem duntaxat e sacris historiarum paginis, ac martyrum actis compertum redditur. Beatis quippe Arriano, ac socijs martyribus factis cum arena inclusis, ac in mare sub immani Dioclerianæ perfectionis procella proiectis, pari Delphinorum obsequio sacra corundem pignora ad Alexandrinæ ciuitatis littora deferri, ibidemque honorifice tumulari contigit: ac si piorum hominum succuri, ac tumulo Delphini quoque pictatem edocti, operam ac studium impendere gestiant.

13 Congruè igitur Christianorum Cæmeteria sculpris, aptatisque Delphinorum imaginibus veluti præcipuis reum Cæmeterialium cultoribus, assertoribusque exornantur: mystice quippe, ne casu id præstitum quis credat, Delphinus defunctorum tumulis adscribitur: hic enim vnus præ cæteris piscibus cum inter mundos recensetur, haud in maris imo degens, luto, & arenæ aliorum instar hæret, atque demergitur, sed limosa loca pertæsus, ac superna ambicus, ad aquæ superficiem saltu prouehitur, purioribusque aquis perfundi gaudet, illud fortasse, vel muta sui imagine, prægrandi tamen, ac resonante rerum simbolo intuentibus innuens, Christianos videlicet defunctos, sarcophagisque Cæmeterialibus inclusos, haud temporalium rerum visco, ac curis obuolutos, dum vitam hic mortalitati obnoxiam agerent, vanis consumptos spebus hæsisse, sed mente terrena omnia prætergressos, ad cælestium rerum specum toto iugiter animi conatu contendisse. De his enim merito Apostolus ait:

A. L. L. utrum anim.

Delphinorum in homine obsequium.

Rom. Subt. 42. 10. n. 18. 19.

Luciani mar corpus Delphini ad littus portant.

x. S. Luc. narr. apud v. die 8. mai

SS. Arriani & sociorum Corpora Delphini in terram delata.

sur in 3. die 13. maij.

Delphinii effigies cur sepul. chris. Christianorum apponere.

Ep. ad Heb.
in his ser. 18.
de 55.

Quibus dignus non erat mundus. Et: Qui seculo, & mundo, ut Beda ait, maiores esse coperant, nulla seculi cupiditate retardabantur.

14. Hactenus igitur diligenter, ut vides, amice lector, expendimus, quid potissimum animalium terrestrium, volatilium, & aquatilium imagines in Cœmeterialibus locis, ac Subterraneæ Romæ monumentis effictæ intuentibus designent: restat nunc, ut de reliquis promiscuis imaginibus prolixiori sermone edisseramus, quas haud temere pia olim, ac studiosa Christianorum manus, ut nobis credere par est, ibidem effinxit: & primo quidem antequam in lucem e profundo maris gurgite emergamus, de Anchora, cuius potissimum vi firmæ iugiter & inconcussæ in medijs fluctibus naues persistunt, hic nobis sermo instituendus est.

CAP. XL.

De Anchora.



VICVM Nautis, qui mare excurrunt, inter sævientes vndarum procellas emergendi Anchora subsidium est: si quando enim

ijsc proximo naufragandi periculum imminet, cunctorumque salus verti indifferimen cœpit, qui profundo e pelago nullatenus effugere queunt, ad Anchoram protinus desperatis iam rebus confugiunt. Inde vero opportunus vulgato apud omnes proverbio locus obuenit, in supremo videlicet rerum discrimine, *Anchoram sacram soluere*. Anchora quippe, ut ex Pierio 15. hieroglyphicorum libro didicimus, *Salutis*, ac *praesidij typus constituitur*. Hinc vero aureum illud e Solonis vita Plutarchi monitum apte reperendum videtur, cum publica de re, ac de bene instructa fido sub regimine civium multitudine loquens, *Senatu velut Anchora*, inquit, *ciuitatem firmari*. Et eadem alibi insistens metaphoræ, ait: *Romanum Imperium, quasi Anchoram fuisse fluctuanti mundo*. Apud Euripidem quoque Hecuba Polydorum gentis, familiæque suæ

Anchoræ utilitas.

Pier. 18. Hier

Anchora hieroglyphicum salutis ac praesidij.

Plut. in Solon. vita.

Eurip. in Hec.

Anchoram symbolico item sermone appellat, *ὄνον ἀσφάλου ἰπῶν*, hoc est, *domus, ac generis Anchoram nostri*. Anchora igitur periclitantibus praesidij symbolum praesiat. Hanc porro dum Nautæ iaciunt, Delphinus, ut suam quæque operi manum, periclitantibusque operam vel officiosè inter pericula impendat, imminentes iam procellas praesagiens, ubi a nautis toto Anchoram conatu immitti animaduertit, et si nauim venris exagitatam offendit, eandem Anchoram, ut tutius figatur, humano quodam velut instinctu dirigit. Quo quidem egregie symbolo, ut Alciato liber, princeps, qui populorum regimini praesert, edoctus, eo laborem, conatumque omnem dirigere debet, ne res videlicet publica priuato licet impendio periclitetur, aliorumque tum curæ tum salutis sui ipsius curam, salutemque postponere, quod illis eleganter in rem praesentem carminibus Anchoræ insculpto, cui inest Delphinus, emblemate idem expressit:

Delphinus nautis in periculo auxiliatur.

Plin. 18.

Titani quoties conturbant equora fratres, Alciat. in emb. 43.

Tum miseros nauas Anchora iacta inuauit.

Hanc pius erga homines Delphin completur, imis

Tutius, ut possit figier illa vadis.

Quam decet hæc memores gestare insignia Reges,


Anchora quod Nautis, se populo esse suo.

Sed ut a profanis nunc ad sacra stylum contrahamus, congrue quidem primæui Christianorum, qui tunc maxime cum acriores contra Ecclesiam persecutionum procellæ ingruerent, contrariusque ventus Christi nauiculâ impeteret, laborantes erant in remigando, congrue, inquam, Cœmeterialibus Cubiculis Anchoram sibi contemplandam oculis, tenendamque animo proponebant, quo symbolice certam, solidamque ad emergendum e periculis spem Deo protegente haurirent, ac se diuino nequaquam destitucndos praesidio crederent. Anchoræ enim ipsius dumtaxat aspectus, obfirmatam iam tum Christianis spem portendit, qua ad cælestis patriæ stationem, se peruenturos, tentationum periculis iam sedatis, superatisque procellis, confide-

Anchoræ. & eius mysteria.

derent, vt optime alibi doctissimus Beda remigantium discipulorum labores contemplatus his plane verbis edixit: *Labor discipulorum in remigando, & contrarius eis ventus, labores sancte Ecclesie varios designat, quæ inter vndas seculi aduersantis, & immundorum flatus spirituum ad quietem patrie caelestis, quasi ad fidam litoris stationem peruenire conatur. Et certe Anchoræ subsidio ijs maxime opus fuit, quibus vehementiores sub illa tempora insectantium impetus extitere: Nonnunquam enim Ecclesia, vt Beda subinfert, tantum Gentilium pressuris non solum afflicta, sed & sedata est, vt si fevi posset, Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur.*

2 Sapienter igitur pia antiquorum Christianorum ingenia, quæ occultiora inter perferendum rerum mysteria aptis concinne symbolis attingebant, ceteras inter Cœmeteriales, quibus Subterranea Roma præfulget, imagines anchoram pingere plerumque, vt hic vides, confueuerunt.



Verum id haud præcipuis mysteriorum ponderibus vacuum, quis, dum sacras paginas probe calleat, arbitretur: vt enim rem altius repetamus, quis non meminerit, anchoram Christianæ spei symbolum esse, ipsomet Apostolo attestante, qui ad Hebræos cap. 6. *Fortissimum, inquit, silatium habemus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus anime tutam & firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introijt Iesus.* Quæ sane verba disertissimis de more sententijs Ambrosius expendens hæc ait: *Sicut enim anchora iacta e nauis non permittit eam circumferri, licet venti commoueant eam, sed iacta firmam facit*

nauem; sic & fides spe roborata, introduct nos in rerum speciem, quam modo in file, & spe tenemus. Ideo addidit dicens: Et penetrantem vsque ad interiora velaminis. Tempestas enim & multus imber commouet ratem, anchora autem non permittit eam demergi. Sic enim nostra spes, quam habemus fixam in interiora velaminis, nulla infidelitate mergi poterit, si cum propheta veraciter dicamus: Iacta in Domino curam tuam, & ipse te eruet. Et idem paulo infra: Spes vero penetrat in interiora velaminis, dum caelestia absque vlla dubitatione credit, & sperat, & amat, operibusque ostendit, utpote qui credit, quod sperat, &c.

3 Mirificæ insuper ad rei propositum faciunt, quæ Rufinus Aquileiensis, dum illa Psalm. 15. verba explicat: *Sanctis qui in terra sunt eius, anchoræ interfereudo metaphoram in mediõ proferret: Sanctis, inquit, qui in terra videntium spem suam posuerunt, ciuibus patrie caelestis, quorum conuersatio spiritualis per anchoram spei in illa patria figitur, quæ recte Dei terra nominatur, quamuis in his terris carne versetur. Et infra psal. 15. 1. ithæ apte in rem præsentem subijcit: Nauta cum timet tempestatem, figit anchoram suam. Si nos anchoram spei fixam in Deo habuerimus, nullam huius mundi tempestatem formidabimus. Quibus procul dubio addenda sunt, quæ S. Ioannes Chrysostomus erudite in psalm. 10. proloquitur, vbi totam animæ spem in Deum eiusq; auxilia constanter refundendam asserens, anchoræ similitudinem per eleganter subrexit. Sed eiusdem hic, si libet, verba proferamus: *Quemadmodum, inquit, execrandus est, qui sperat in homine, ita & beatus, qui sperat in Deo. Ab omnibus ergo te seiuungens, hanc tene anchoram. Enarratis autem hætenus aptissime consonant, quæ idem sanctissimus doctor Homilia 20. ad populum his verbis subinfert: Scimus enim, ad quem ab initio confugimus, & quasi spei adhesimus sacræ salutem nostram anchoræ affiximus, nec homini credimus hanc, sed Deo. Idem plane in Psal. 115. egregie prosequitur, dum eandem anchoram, tutissimum sanæ illibatæque fidei symbolum esse pronuntiat: *Eiusmodi enim, inquit, res est fides: est quædam anchora, que vndique sustentat mentem, quæ ei adheret, &c.***

Velamen Templi quid significet

Anchora his regypticum bonæ spei.

Ruf. Aquil.

S. Chrys. in psal. 10.

Cryst. 20. ad pp.

Idem psal. 115.

Anchora fidei simulacrum.

4 Verum præter ea, quæ hæcenus enarrauimus, idem Chrysoſtomus Con- cione quarta in Euangelicam Lazari hifloriam, candidi ac imperterriti animi nulla prorfus culparum labe obnoxij anchoram typum aptiffimum conſtituit: *Conſcientiæ*, inquit, *increpatio ſacra eſt anchora, quæ nos nequaquam ſinit in peccatorum profundum abſorberi*. hæc Chryſoſto- mus. Sed quorſum hic, inquires, ſilentio obuoluuntur, quæ S. Paulinus Natal. 2. de beato Martyre Felice, myſtice quidem de anchora, ſed eleganter his car- minibus cecinit:

*Post pelagi fluctus, mundi quoque fluctibus
actis,*

*In ſtatione tua placido conſſitere portu
Hoc bene ſubduſtam religari littore claſſem
In te poſita mihi fixa ſit anchora
vitæ.*

5 Porro quamplures quidem ſunt, quæ de enarrato in ſtudioſi lectoris gra- tiam anchoræ ſymbolo in medium a no- bis afferri nunc poſſent, ſelectæ, inquam, probatiſſimorum Patrum ſententiæ, ſed his omnibus conſulto prætermiſſis, illud poſtreinò loco cupidi, ac ſtudioſi lectoris animo contemplandum ingerimus, quod diſertiſſimus vir Hugo Cardinalis miris ac præcipuis ſententiarum dog- matibus exprimit atque exornat; ſic autem ad inſtituti noſtri propoſitum ait: *Nota, quod anchora ſigetur in ſalo, & in arena, & non videtur multum firma: Sic ſpes ſanctorum in paupertate & tribulatione ſtabilitur; & ideo a peruerſis infirma videtur. Sed ſicut dicitur Sap. 3. ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt &c. In arenis iacitur anchora ſpei, quia ibi ſciunt ſancti iacere theſaurum ſalutis, & ſtabilitatem ibi inueniunt regni caeſtis. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum calorum. In arenis ergo ſpem ponit, qui de tribulationibus, quas pro Chriſto hic ſuſtinet, copioſam ſe habiturum remunerationem conſidit, &c.*

6 Vides igitur, amice lector, quorſum anchoræ ſignum primæui illi, ac intenſo ſpiritus ſeruore ſuccenſi Chriſtianæ fidei cultores, dum aſſiduis perſecutionum fluctibus, ipſo inſufflante dæmone, qua- terentur, opportunum videlicet firmæ & inconcuſſæ fidei, nec non ſpei ſym- bolum in Cæmeterialibus frequenter

tabulis adumbrarent, ſibi que eandem ob oculos contemplandam ponerent, vt diuinæ opis, quam ſibi adfuturam ſperabant, præſidio ſuffulti, iacta inter ipſos inſurgentium procellarum impetus cæleſtis fidei anchora tuti iugiter, ac immobiles ſubſiſterent, & illa Bernardi verba vnusquisque iugiter inter aduerſa læto animo caneret: *Eremit mundus, premit corpus, inſidiatur diabolus, non cado, fundatus enim ſum ſupra firmam petram*. Sed de his hæcenus.

CAP. XLI.

De Arboribus.



OECVS ille Euangeli- cus perfectio nondum oculorum lumine, Chriſto largiente per- fuſus: *Qui perfectio non aurum, vt Gregorius*

ait, *ſed lumen petijt*, arboribus vtique homines comparans: *Video*, inquit, *homines velut arbores ambulantes, &c.* Homines igitur quampiam cum arboribus in- natam ſimilitudinem obtinere, vel cæcus agnouit, quos primo oculorum aſpectu arborum inſtar deambulantes ſibi videre viſus eſt. Quinimmo hu- manæ propaginis, ipſiusque Nabucho- donoforis Regis gloria præceſſæ quon- dam arbori Deo inter ſomnia arcana reuelante, ipſiusque Danielis ore aſſimi- lata eſt: *Videbam*, inquit, *& ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius con- tingens Cælum, aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Folia eius pulcher- rima, & fructus eius nimius, & eſca vniuer- ſorum in ea: ſubter eam habitabant anima- lia, & beſtiæ, & in ramis eius conuerſaban- tur volucres Cæli, & ex ea deſcebat omnis caro.* Hæc de florido Nabuchodonofori regno, ſed de eiufdem præoſtenſo excidio hæc infra apud Danielelem: *Et ecce vigil, & ſanctus de Cælo deſcendit. Clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arbo- rem, & præcidite ramos eius: excutite fo- lia eius, & diſperſite fructus eius. Fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius. Ex quo ad altiffima quæque arcanorum myſteria mortalibus propi-*

Chryſoſto 4. in
Lazar.
Sacra anchora
conſcientiæ
typum habet.

Paul. Natal. 2. de
S. Fel. mart.

Paupertas, &
tribulatio in-
ſtar anchoræ
iuſtis ſunt.

Hugo Cardin
Hebr. 6.

Sap. 3.

Bern in p. 91.

Greg. he. in
Euang.

Homines ar-
boribus com-
parati.

Dan. c. 4. n. 3.

Regnum Na-
buchodonofori
arbori aſſi-
milatur.

nanda arboribus vim inesse, & ipsiusmet iusti viri typum exhibere sacris in paginis didicimus: *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quapropter dum arbores conspicimus, haud venustatem pictis dumtaxat tabulis, sed mysteriorum quoque pondus humanis mentibus earum prospectu conciliari intelligamus.

2 Cum præcipua igitur Cæmeterialium Cubiculorum tabula, quæ varijs passim picturis illustrantur, virentium quoque arborum folijs mirifice decorentur, nemini profecto addubitandum est, arbores, quæ his quandoque tabulis exprimentur, haud casu, & temere a Christianis, sed eo potissimum consilio appositas fuisse, vt ornatum, ac decoris gratiam, mysteriorumque insuper salubritatem ipsismet, quæ exhibentur, imaginibus superadderent. Verum & illud a nobis constanter hic asserendum videtur, nonnullas ex iisdem arboribus ad quid certum designandum, atque exprimendum ibidem studiosa pictorum manu effictas fuisse, cum haud pauca, nec parui quidem momenti, his potissimum figuris areanorum mysteria prænotentur.

3 Vt breuiter autem ex potioribus aliqua in studiosi gratiam lectoris attingamus, ipse in primis Origenes consulendus est, qui in ep. 6. ad Romanos lib. 5. dum illa Apostoli verba exponit: *Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus,* arbores ipsius Christi Domini symbolum esse pronuntiat, hæc dicens: *Christus ergo Dei virtus, & Dei sapientia ipse est arbor vitæ, cui complantari debemus, & non quoddam, atque admirabili Dei dono mors illius arbor vitæ efficitur.* Et ibidem lib. 6. iisdem arboribus ipsammet hominis voluntatem egregie comparat, quæ bona & mala pariter pro varietate temporum interdum esse consuevit.

4 At Cyrillus Hierosolymitanus arbores futuræ resurrectionis symbolum præferre his plane verbis affirmat: *Tunc vero arbor excisa rursus floret: homo autem excisus non florebit: & sarculi vitium, aliarumque arborum omnino excisi, & transplantati reuiscunt, & fructificant: homo vero, propter quem & illa sunt, cadens in*

terram non excitabitur? Cyrillo autem Hieronymus apprime consentit, qui expositione, quam habet in Cant. eiusdemmodi rem magis perspicue hunc in modum explicat: *Omnes igitur homines arbores dicuntur, siue bonæ, siue malæ, & fructuose, siue infructuose; sicut & Dominus in Euangelio dicit: Aut facite arborem bonam, & fructum bonum; aut facite arborem malam, & fructum malum.* Et: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, &c.* Et ibidem homilia 4. Sicut ergo, inquit, generaliter in Ecclesia singuli quique credentium diuersæ arbores intelliguntur: ita & in vnaquaque anima diuersæ virtutes efficacia eius, diuersæ arbores intelliguntur. Idem insuper epist. 6. amicam quandam ægotantem, vt cum ad patienter, constanterque subeundas, quo premebatur, morbi molestias adhortetur, robustæ ac solidæ arboris exemplum inducit, quæ haud vlllo vnquam ventorum impetu quatitur, sed immobilis iugiter radicibus humo alte defixis perseuerat: *Nona enim est inquit, arbor solida, nec robusta, nisi quæ assidui turbinis incurssione, stipitibus concussis huc atque illuc inclinata tentatur; aut in quam sæpe ventorum ac turbinum flamen incurrat.* Ipsi enim vexationibus constringitur, premitur, fixisque radicibus certius roboratur. Ita nos mordacibus flagellis malorum frequentium munimur extensi, corrigimur verberati, constringimur cæsi, cæremusque squalore, dum longis casibus ventilamur. At diserte insuper Hieronymus in illa Isaïæ verba cap. 60. *Gloria Libani data est ei,* ipsosmet viros sanctitatis laude conspicuos arboribus comparat, vt pote qui iugi bonorum operum ac vitæ exemplo florentem Ecclesiæ sinum cumulant atque exornant, hæc autem inquit: *Quæ ratione compellimur omnia spiritualiter accipere; quod abies, cyparissus, pinus, & cedrus excelsæ quondam Libani arbores glorificauerint Templum Dei, & locum pedum illius inchoauerint; ac, ne longo sermone sensum traham, vir sanctus & eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius, non tibi videntur excelsæ quondam in seculis arbores edificasse Ecclesiam Dei? &c.* Hæc acute in rem præsentem Hieronymus.

5 Quod plane symbolum Fulgentius usurpat in sermone de SS. Christi Con-

Et hominis.

D. Hier. bo. 3. ta Cap.

Hierbo. 4. l. 1. r.

Id. ep. 6.

Arbor simula crum hominis iusti, & constantis.

Arbores Sanctis assimilantur.

Id. Hier. c. 60. in Isai.

sal. 9.

Arbor, & eius mysteria.

Virg. l. 5. in e. ad Rom.

Christus Dominus arbor.

Virg. l. 6. in ep. ad Rom.

Arbor symbolum est resurrexerunt. Hieron. Hiero. l. 6. c. 18.

Christus Do-
minus Agricola
appellatur.

S. Fulg. ser. de
confess.

S. Aug. in Syna.
Anag. contem-
p. in exam. l. 9. in
Bibl. Pat. co. 1.

Mata. c. 7.

Confessi. vbi sub ipsomet descriptarum arborum typo homines designari constanter affirmat, quorum culturam peculiari Christus ministerio exercet, sed eius quæso verba promptis hic auribus excipiamus: *Arbores sumus, inquit, fratres, in agro Domini constituta, Dominus autem noster agricola est: Et hæc infra subiicit: Et si non possumus omnes arbores æquales fructus afferre, nulla tamen debet in agro Domini sterilibus permanere.* Anastasius vero Synaira Anagog. contemplat. in exam. lib. 9. in Bibl. Pat. To. 1. enarratum hæctenus thema prolixiori sermone his plane verbis prosequitur: *Nec hoc solum, nempe Christum, aperte operantem arbores ratione præditas, & eas quidem, quæ sunt immunda, mundantem, quibus etiam dicebat: Volo, mundare. Siccas autem humectantem, ex quibus erat & illa arbor, quæ aridam suam habebat manum, tanquam ramum, ad quam exclamauit bonus hortulanus: Extende manum tuam ad Dei operationem. Sic etiam tanquam vita & morte affectos viros viuificauit, ex quibus erat mortua & arida arbor Lazarus lacrymæ aqua irrigata, & quæ statim germinauit ex terra. Supernaturaliter autem scit quoque hic agricola Iesus inoculare, vt qui instar hortulani, luto & aqua inoculans eum, qui erat cæcus ab ortu, vt qui esset lux de lumine cæci oculis visum reddiderit. Quod si etiam ipsum velis irrigatorem videre, audi eum dicentem: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Sic enim sedens ad puteum pulchra illa vitis, nempe Samaritana, irrigata, eam fertilem reddidit. Vnde etiam tanquam fructum amans agricola & Deus reprehendit eum, qui triennio ficum illam irrigauit, de cætero iubens eam excidere. Quo modo etiam per se increpasset ficum, quæ folia faceret, non autem fructum, ipsam exsiccauit. Vides quam præclara hic tibi, lector, contemplanda mysteria proponantur: & quidem verba nouissimo loco a præmemorato scriptore recensita pauendis illis Christi Domini minarum iaculis optime consonant: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Malarum autem arborum nomine, mali vtique prophetæ, ac fraudulentis tam moribus, quam dogmatibus viri designantur, de quibus Iudas Apostolus in epistola isthæc inculcat:*

Arbores sunt autumnales, infructuose, bis mortuæ & eradicatæ. Quæ, si quem fructum faciunt, non humano vsui aptus est, vt Bernardus ait, sed porcino. Istæ autem arbores succidendæ protinus sunt.

6 Congruè igitur, vt videre est, Cœmeterialibus arbores imaginibus Christiani inseruere, vt picturarum pariter decori, oculorum ipsorum oblectationi, ac demum spiritali intuentium commodo isthæc salutis mysteria coloribus adumbrando prospicerent. Sed ad cætera curiosius peruestiganda proproceramus,

CAP. XLII.

De Cupressu.



CUPRESSVS arbor præcæteris funesta, quæ vt pote funeribus dicata, pro mortis signo adhibita est, domibus quidem, mortuorumque olim sepulchris affigi consuevit, & apte antiquis etiam Christianorum Cœmeterijs, ac Subterraneæ Romæ tabulis inferitur. Vt pauca enim de funebri, cuius hic mentio incurrit, arbore præmittamus, cum Diti potissimum sacra inter arbores recenseretur, id pro funebri signo, vt Plinius ait, domibus affigebatur: sicut enim apium plebeiorum hominû, pari hæc ratione procerum, magnatumque sepulchris imponi consueuerat, quod concinne, eleganterque in suis Alciatus emblematis hunc in modum expressit.

*Funesta est arbor procerum monumenta cupressus,
Quale Apium plebis promere fronde solet.*

Porro eam præcipue ob causam, tum apium, tum cupressus funeribus adiungebatur, quod ipsidem putredinem auerti crederetur, quorum vtrumque simile propemodum folio, colore, odore, faculate, naturaque sit, et si nonnulli cupressinos defunctorum ante ædes ramos idcirco appositos olim fuisse asserant, ne quis videlicet per imprudentiam illuc ingressus, mortuorum commercio pollueretur. Sed quoniam symbolis apud antiquos, qui

144. Ap. ep.
Bern. ser. de
Bern.

Cupressus ar-
bor funesta.

Diti sacra.

Plin. l. 16. c. 33

Apium paupe-
rû sepulchris.

Alciat. emblem.
198.

Ratio eius.

Alci. ubi sup.

sa-

fapientia præstabant, res agebatur, idcirco funeribus, quæ lacrymis redun-
bant, cupressus inferebatur, quod semel
videlicet recisa nullatenus vnquam re-
nascatur, vel certe vt corpus humanum,
quod anima destitutum putredini sub-
est, & ad corruptionem proxime ten-
dit, diu, vel sine anima, in corruptum per-
maneret. Aliam præterea rationem at-
tigisse Varro visus est, qui id cam eb cau-
sâ in more apud antiquos fuisse credidit,
ne gratis cadauerum odor, qui dum hæc
interim inicitâ rogis adurebantur, effla-
batur, nares offenderet.

2 Verum enimvero, quod funebris
merito planta hæc, qua mortis olim sym-
bolum portendebatur, computanda sit,
fatis apud Poetas passim decantatum,
est. Horatius enim ode 5. epod. & Vir-
gilius itidem functas eiuscemodi arbo-
res appellat:

*cum frontibus artis
Intexunt latera, & ferales ante cupres-
sos.*

Quo plane titulo ipsæmet easdem Ænei-
dos 3. profequitur:

*stant manibus aræ
Caruleis misæ vitis, atraque cupresso.
Et non plebeios luctus testata cupressus.*

Quibus Ouidius quoque 3. Tristium
eleg. 13. apte consonat:

Funeris aræ mihi, ferali cinctâ cupresso.

Claudius item 2. de raptu Proserp. in
eamdem fere sententiam de cupresso
cecinit:

*Quercus amica Ioui, tumulos testura cu-
pressus.*

3 Præter Cupressum autem, cuius
mentio est, Pinus quoque, & Myrtus
pro mortis simbolo ab antiquis usurpa-
ri consueverunt. Et Pinus quidem, quia
semel excisa nunquam reuiuiscit, ac re-
pullulascit. Myrtus vero funesta itidem
arbor computatur, eius quippe folijs
Thebani ad Iolai herois maximi tumu-
lum, vt Græcos apud Scholiastes ser-
uit, vtuebantur. Verum inter funebres
sibi iure palmam Cupressus vindicat:
*Videmus enim, Alciatus inquit, in
magnatum, & nobilium sepulchralibus, ac
pollinçuris spargi Cupressi frondes, sed iste ritus
apud omnes non æque celebratur. Vnum
interim in studiosi gratiam lectoris præ-
mittendum videtur, quam potissimum ob
causam funerarias inter arbores Cu-*

pressus adscribatur? An ob pariles vi-
delicet ramos, vnde Græcum illi nomen,
metarum quippe formam illuculentibus
exhibent, vnde Nonius illud ex En-
nio:

*Capitibus nutantes Pinos, rectosque Cu-
pressos.*

Ac si hieroglyphica foliorum parilitate
illud innui videatur, quod eleganter
Horatius expressit:

*Pallida mors æquo pulsat pede pauperum
tabernas Regumque turres.*

Hæc enim dominos scriuis, & sceptrâ
ligonibus æquat, quin & in omnes arith-
metica proportione se habet, vt acute
in rem præsentem Alciatus edisserit, vt-
potè quæ nullum fert,

Dissimile simili conditione ligans.

Quod satis etiam argute in mortuorum
dialogis Lucianus adnotat. Inde symboli-
cum illud, quod ad mores attinet, Alcia-
ti carmen ex Cupressi tum forma, tum
nomine concinnatum est:

*Indicat effigies metæ, nomenque Cupressi,
Tractandos parili conditione suos.*

Quibus hic obiter enarratis, apte illud
in rem præsentem Martialis carmine re-
petendum suggeritur:

*Sed mihi perpetua nunquam moritura Cu-
pressus.*

Quod Lucanus item lib. 3. de bello ciui-
li expressit:

*Et non plebeios luctus testata Cupressus,
Tunc primum posuere cornas.*

Quibus Alciati in Magni viri Epicedium
conscripta carmina quadrant: optimo
enim eiusdem regimini Palma simul, &
Cupressus coronam perpetuo mansuram
intexunt:

*Quam tibi cura salus populi fuit optime
Princeps,*

*Hoc tua strenuitas, claraque gesta can-
nunt.*

*Nempe tibi constanti animo, dum vita
maneret,*

Proposuit fuerat viuere, siue mori.

*Perpetuas ergo inferias tibi Magne sacra-
mus,*

*Signaque conspicue Palma Cupressus
erunt.*

Verum vt a profanis ad sacra trãeamus,
Christianorum Cœmeterijs, in quibus
inuiti tot Christi pugiles quiescunt,
palma quoque, & Cupressus simul iun-
ctæ mirifice conueniunt, piauque eorun-
dem

Nonius ex En-
nio.

Horat.

Martialis ep. 1.6

Luc. 1. 3. de be-
lii

Alciatus lib. 198

dem Christianorum manu insculptæ cernuntur.

3 Præcipuas igitur inter arbores, quibus sacræ plerunque Cœmeteriales tabulæ exornantur, Cupressus velur quid loco consonans, & funeri dicatum describitur. Feralis enim planta ista, quæ lacrymis iugiter irrigata, iuxta rogos potissimum, & cineres pullulat, apta ibidem conseri visâ est, vbi olim funera passim pia Christianorum manu cadaucibus instruebantur. Vt quid enim in ijs potissimum locis, in quibus tumultata defunctorum cadavera in Christo obdormiunt, & vbi crebra inter funera acerbior ipsius mortis memoria recrudescit, Cupressi iugiter nõ inspiciantur, non insculpatur imago? vt in sepulchrali quodam huius nostræ Subterraneæ Romæ lapide videre est, in quo præcelsa duas inter domos Cupressus affabre coloribus efficta conspicitur. Quæ quidem sanctissima arbor, etsi gentilitiam suspensionem redolet, quippe quæ frequens olim gentilibus exiit; ac iuxta eorumdem domos, & ipsosmet defunctorum rogos, vt ethnici plerique scriptores asserunt, poni, ac humo desigi consueuerat; Plinio præferim, vt diximus, id attestante lib. 16. cap. 33. cum tamen satis abunde suo loco a nobis probatum sit, haud vlla videlicet ratione in sacris Christianorum Cœmeterijs humatos gentiles aliquando fuisse: illud nobis hic interim affirmare opus erit, aut lapidem illum c profanis gentiliurumulis sublatum, in Christianorum deinde Cœmeteria inuectû irrepsisse, quod & alijs sepulchralibus titulis contigit, vt iam supra lectori palam ostendimus: vel certe arbores ac domos coloribus ibidem adumbratas mysticas abditarum significationes rerum præferre, fateri vltro cogimur. Porro, vt tuum lector hac de re iudicium sit, lapidem ipsiusmet Cupressi imagine prænotatum & a Bosio inter perferutandum Cœmeteria, quæ in Vijs potissimum Appiæ atque Ardeatina sita sunt, adinuentum, icone ex ipsiis Cœmeterialibus tabulis diligenter excerpta, hic tibi ob oculos contemplandum proponimus.

Cupressus, & eius mysteria.

Plin. l. 16. lib. 4. 33.

Lapides sepulchrales gentiliurumulis vbi sũt sepulchris Christianorũ.



4 Verum enimvero, vt in re quæ difficultatibus intercipitur, Origenis sententiæ inhæcamus, præcipua ille sub adumbratæ arboris istius simbolo mysteria cõtemplatur: homilia enim tertia, quam in Canticorum explanationem edidit, illa acute verba explanans: *Trabes nostræ cupressi*, hac ipse ratione vel potius iuxta vulgatæ textum legendû putat: *Laquearia nostræ cupressina*, hæc de domibus & cupressis: *Sunt autem Ecclesiæ, vel Ecclesiæ domus sponsæ & sponsæ, sive animæ verbi domus, in quibus ligna sunt cedrina.* Et isthæc paulo infra subtexit: *Et puto, inquit, quod conuenienter hi, qui Episcopatum bene ministrant in Ecclesia, trabes dici possunt, quibus sustentatur et tegitur adificium vel ab imbrum labe, vel ardoribus solis.* Secundo autem horum loco tigna Presbyteros opinor appellari; & trabes quidem dici cupressos, quibus & fortitudo robustior, & odor suauitatis inest, per quod in operibus solidum, & in doctrina gratia fragrantem designat Episcopum. Hæc ad rem nostram Origenes. At eleganter de more Ambrosius in Psal. 118. isthæc in rem præsentem de Cupresso eloquitur: *Genus hoc arboris nunquam amittit viriditatem suam; hyeme iuxta, vere atque æstate comam pascit, nec diuerso colore mutatur: solam hanc arborem ventus suo nunquam honore despoliat: sola nunquam veteri exiit amictu, aut nouo flore vestitur. Sic Apostolica quoque gratia, nescit defectum, sed venustate sua floret. Anima igitur corrumpi nescit, quæ florentibus meritis vigens, semper iustitiæ, cæterarumque virtutum cubmina patienti magnanimitate sustentat, & ideo non defluit, neque decidit, quia nihil in eo rimosum est, ac remissum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod vitio sermonis ex ea possit effundi.* Gregorius item in eadem Canticorum verba, nimirum: *Laquearia nostræ cupressina*; pcrenntatis quoddam in Cupresso sym-

Episcopi & sacerdotes Domus Dei trabes appellati.

Orig. bo. 3. in Cant.

Cupressus huiusmodi significationem habet. D. Ambr. in Ps. 118.

sym-

symbolum attentius admirari non desinit: Cedrus autem & cupressus, inquit, imputribilia ligna esse perhibentur: quibus bene omnes electi figurantur, quia dum temporalia nullo desiderio seclantur, aeterni sunt; eo quod mentem in aeterna seclant. Demum Bernardus eadem sacrorum Canticorum verba edisserens, Gregorio hunc in modum adstipulatur: Cupressus item boni aequae odoris & imputribile similiter lignum, incorruptae vitae & fidei quemvis de clero debere esse demonstrat; & merito decori domus, & laquearium ornatum deputatur. Scriptum est enim: Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Vbi sane & sanctimoniae decus, & indeficientis gratiae expressa perseverantia est. huc usque Bernardus.

5 Illud vero a nobis silentio obvoluendum non est, eodem nimirum sepulchrali lapide, in quo domus & cupressus pariter exculpta artificum manu conspicitur, domum quidem semidirutam; cupressum autem virentibus ramis excultam haud peculiari absque mysterio intuentium oculis contemplandam exhiberi. Illud enim sortasse, ut nunc menti subest, haec imago rem altius expendenti innuere videtur, semidirutae videlicet domus aspectu corruptibile hoc nostrum corpus vel mortis falce iam resolutum, seu dissolutioni iam proximum, cupressi vero viridantium ramorum praestantis aeternitatis imagine immortalem hominis animam haud vlllo vnquam tempore perituram designari.

6 Pio igitur, ac valde opportuno veterum Christianorum studio, quibus cuncta quid mysticum, tum oculis, tum auribus resonabant, cupressus imago Caemeterijs affigi consuevit, ad leuandos videlicet inter diuersa, quibus iugiter impetebantur, laeto ac fausto virentis iugiter arboris symbolo mœstorum animos, quod oculis suspiciendum, ac contemplandum mentibus ingerebatur, eisdemque ad certam optatissimam immortalitatis spem alacriter prouehendos. Sed haec interim de Cupressu exposuisse haud nos piget: cæterum ad palmam, quae principem inter arbores locum tenet, & certum victoriæ omen praesert, iam, si libet, amice lector, contendamus.

CAP. XLIII.

De Palma.



AVD aliud præ cæteris tam apte, quam Palmae symbolū Caemeterialibus locis consonat, in quibus iuges Christiani ex Auerri hostibus palmas, ac triumphos reuexere: hic enim, vbi piorum quondam palæstra certaminum, ac ipsamet luctantium arena extitit, vbi iniuncti ad pugnam pugiles Christi exercebantur, vbi Sancti per fidem, vt Apostolus ait, vicerunt regna, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: hic vbi acceperunt mulieres de resurrectione, mortuos suos: hic vbi circueierunt in melotis, in pellibus caprimis, gentes, angustiati, afflicti: hic vbi in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis; & cauernis terrae, quibus profecto dignus non erat mundus: hic vbi demum delituere, & vt meliorem inuenerunt resurrectionem, post pugnam laudati in Christo tandem quiescunt: hic vbi pretiosa eorundem corpora tot coronis, tot palmis, quot tormentis, quot vulncribus exculta iacent: Pretiosa quippe sanctorum Martyrum corpora, vt Chrysostomus ait, sicut pretiosi lapidibus acceptis pro Christo vulneribus distincta, omni Regum diademate pretiosiora, & spectabilia redduntur. Merito, inquam, vbi quondam pugnae, ibi nunc palmae: vbi quondam luctus, ibi nunc coronae: vbi vulnera, vbi contumeliae, vbi funera, vbi demum cineres, ac sepulchra, ibi triumphales palmae vigent, atque coruscant. Palma enim, cuius Salomonico potissimum templo nobiliter exornando, Deo iubente, imago dedicata est, aptiori nunc symbolo Subterraneae Romae Caemeterijs, Deo aspirante, affigitur, haec enim ipsis certantibus semper in voto fuit, nam, vt Plutarchus ait: Plura certamina coronam palmae habent. Palma siquidem coronae instar victores donabatur: quippe cum haec vna certaminum typum exhibeat, victoriæ quoque omen portendit. Quamobrem in certaminibus

Palma sepulchris Christi norum aptissima, & cur?

Ep. ad Heb. c. 11.

Palmae effigies Templo Salomonico dedicata.

Plut. 75. 14.

olim, vt idem Plutarchus ait, placuit palmam signum esse victoriae, quoniam eius indolis est, vt vrgentibus, opprimentibusque non cedat, sed fortius assurgat. Quod sane, vt verum fateamur, haud alijs, quam martyribus consonat, huius arboris enim frondes spatularum, quibus certamen perficitur, formam intuentibus exhibent: Sumetis vobis die prima fructus arboris pulcherrima, spatulaeque palmarum.

Palma cur victorie symbolum constituta est

Len. 23.

Hæ autem pugnantibus quam probe conueniant, quis non videt? cum enim certaminibus varia apud gentiles quondam præmia extiterint, palma tamen commune omnium ornamentum, ac præmium pariter, Plutarcho teste, computabatur: Cum sacrorum, inquit, certaminum aliud aliam habeat coronam, Palma communis est omnibus. Palma quippe haud soli ornamento capiti confert, sed & totum victoris corpus ambiendo decorem præstat: victores enim tum manu, tum veste triumphalis palmæ olim symbolum præferebant: quo plane habitu Christiani quoque inter tyrannorum persecutiones, ac certaminum luctus mystice conspicui reddebantur: Hic est, Tertullianus inquit, habitus victoriae nostræ, hæc palmaris vestis, tali curru triumphamus. Palma igitur, vel solo aspectu triumphum portendit: ibique concinne regia hæc, nobilisque arbor piorum manu conseri consuevit, vbi quondam inuictorum Christi pugilum cerra mina ipsomet irrigata sanguine pullularunt, probe quidem sacris martyrum pignoribus victorialis istud symbolum arripdet: Palma enim, vt Ambrosij verbis vtamur, martyribus suavis est ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs, semper parata victoriae, atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit.

Plut. in symp.

Cum sacrorum, inquit, certaminum aliud aliam habeat coronam, Palma communis est omnibus. Palma quippe haud soli ornamento capiti confert, sed & totum victoris corpus ambiendo decorem præstat: victores enim tum manu, tum veste triumphalis palmæ olim symbolum præferebant: quo plane habitu Christiani quoque inter tyrannorum persecutiones, ac certaminum luctus mystice conspicui reddebantur: Hic est, Tertullianus inquit, habitus victoriae nostræ, hæc palmaris vestis, tali curru triumphamus. Palma igitur, vel solo aspectu triumphum portendit: ibique concinne regia hæc, nobilisque arbor piorum manu conseri consuevit, vbi quondam inuictorum Christi pugilum cerra mina ipsomet irrigata sanguine pullularunt, probe quidem sacris martyrum pignoribus victorialis istud symbolum arripdet: Palma enim, vt Ambrosij verbis vtamur, martyribus suavis est ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs, semper parata victoriae, atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit.

Tert. apol. 50.

Palma igitur, vel solo aspectu triumphum portendit: ibique concinne regia hæc, nobilisque arbor piorum manu conseri consuevit, vbi quondam inuictorum Christi pugilum cerra mina ipsomet irrigata sanguine pullularunt, probe quidem sacris martyrum pignoribus victorialis istud symbolum arripdet: Palma enim, vt Ambrosij verbis vtamur, martyribus suavis est ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs, semper parata victoriae, atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit.

Amb. ser. 24.

Palma enim, vt Ambrosij verbis vtamur, martyribus suavis est ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs, semper parata victoriae, atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit.

Palme arboris nobilitas.

2 Palma igitur cæteras inter arbores, tum mellito fructuum sapore, tum pulchritudine, & sui longæuitate præstat, symbolicis tamen rebus, quibus multipliciter illustris redditur, longe præcellit. Hæc enim post prælia victores designat, & triumphos sui exhibitione consummat. Quamobrem vsitato apud Latinos vocabulo palmam ferre, & palmam dare, idem sonat, ac victorem esse, aut quempiam victorem fateri. Haud ab re igitur nobili victorialis palmæ symbolo, trium-

phalis instar vexilli Christiani quondam athletarum Christi tumulos insignire ac prænotare consueuerunt. Nos vero, vt ipsius palmæ præconia, & subinde symbola edisseramus, hoc quidem lignum in Dominico Crucis patibulo in victoriae signum, vel potius insigne dedicatum est. Crux enim, vt nonnulli ex Patribus edocent, ex quatuor lignis, præcipue ex palma compactum est, quod a Glosa Clemen- tin. 1. de summa Trinitate, & Fide Catholica his verbis comprobari videtur: Fertur Crux quatuor habuisse genera lignorum, cedrum in stipite, palmam in palo per longum, cupressum in ligno ex transuerso, oliuam in tabula super Crucem, quod & breui Carmine concluditur:

Ligna Crucis Palma, Cedrus, Cupressus, Oliua

Hæc glossa. His autem obiter præmissis, quod ad rem attinet, recolendum Palma Hieroglyphicum non minus Christianæ fidei cultoribus, quam ipsismet ethnicis vsui quondam extitisse satis apud omnes exploratum est. Illi enim ad solis imaginem symbolice præsignandam, & ad exprimendos eiusdem radios; ad mensum item, & anni tempora; ad ipsam Iudææ pronunciam, ad Iustitiam demum ac victoriam, & alia id genus prænotanda, quæ apud Pierium, aliosque passim recensentur, qui de Hieroglyphicis copiose agunt, ipsius Palmæ ramos adhibere. Verum probati e nostris scriptores admirando hoc symbolo & ipsi quidem Iustitiam, ac Victoriam, sensu tamen ab ipso gentili- um intellectu longe præstantiori, pluraque alia, quæ intuentium ac legentium animos mirifice ad virtutum decora promouent, virentibus palmarum folijs adumbrari suis frequenter scriptis edocuerunt.

3 Vt nonnulla igitur hic ad instituti propositum breuiter edisseramus, primo quidem loco a nobis in medium proferenda sunt, quæ eleganter Ambrosius sermone in Dominicam Palmarum describit; quippe qui ipsiusmet Palmæ formam studiosius expendens, aptissimum iusti eandem viri symbolum esse pronunciat: Palmæ, inquit, radix aspera est, sed nitorem maximum habet in fine, ostendens per huius vita asperitatem in decorem celestis patriæ nos debere sustolli.

Por-

Cruz Christi quatuor lignorum generib.

Palma, eiusque mysteria alia apud Christianos, alia apud Ethnicos habebantur.

Palma hieroglyphicam Iustitiam, & Victoriam.

Palma asperitatis huius vite imaginem præfert.

D. Amb. ser. in tam. pal.

Porro Eucherius lib. de spiritual. formul. paritentiarum vi Ambrosio in hæc verba subscribit: *Palma corticum suorum inuolutionibus angustiat; sed prius amplitudine pulchre viriditatis expanditur: sic electorum vita inferius despecta, sed superius pulchra. Habet quidem & aliud Palma, quo a cunctis arborum generibus differt: omnis enim arbor, que in suo robore iuxta terram valde subsistit, crescendo superius angustatur, & quantum paulisper sublimior tantum in altum redditur subtilior. Palma vero ab imis inchoat, & iuxta ramos, & fructus ampliori robore exurgit, & que tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alie arbores nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similes, inferius vaste, superius angustæ esse, &c. At contra ex aequalitate Palmarum designatur proficiens vita Iustorum, qui nequaquam in terrenis studijs sunt fortes, & in celestibus debiles, sed longius atque distantius se Deo exhibent, quam seculo suspememinerunt. Hæc ille, ex quibus viæ quam sapida cælestium arcanorum mysteria sapienti ore mortalibus vir iste diuinus edisserat.*

4 Hic itidem lectori repetenda videntur, quæ præcipuus cæteros inter Ecclesiæ Doctores Gregorius ingerit, in illa potissimum verba: *Sicut Palma multiplicabo dies; vbi & ipse Palmam speciosum iustarum symbolum animarum esse fatetur: hæc autem sunt eius in rem præsentem verba: Nec immerito iustorum vita Palma comparatur, quia scilicet Palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obvoluta; superius vero & visu & fructibus pulchra. Inferius corticum suarum inuolutionibus angustiat, sed superius amplitudine pulchre viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra. In imo ista quasi multis corticibus deuoluitur, dum numeris tribulationibus angustiat, in summo vero illa, quasi pulchre viriditatis folijs, amplitudine retributionis expanditur, &c. Idem plane symbolum a Cassiodoro his verbis comprobatur: Hæc supra terram hispida est, & quibusdam tumoribus inæqualis, sed vbi ad superna processerit, dulcissimorum fructuum iuuauitate completur, & quasi quibusdam radijs ornata distenditur: Sic iustorum conuersatio in hoc mundo duris est*

laboribus plena, sed in supernis probatur esse pulcherrima.

5 Pulchra item, & prolixo quidem sermone copiose de Palmis Theophylactus edisserit: de festiuis enim palmarum ramis, quibus turbæ Hebræorum, ac pueri Christo Domino Hierosolymam subeunti obuiam in triumphum morem prodire, sermonem instituens, isthæc habet: *In summitate folia habet, alia germina in folio ferens. Porro in trunco & medijs vsque ad fastigium aspera est, & vix ascensilis; in ramis autem virgas erectas promittens. Ita & qui ad cognitionem Verbi & Filij Dei properat, asperam quidem illam inueniet, ambulans per labores virtutis: veniens autem ad summitatem scientie, assequetur fulgidissimum lumen cognitionis diuine, quasi candidissima Palmarum germina, &c.*

6 Sed attentius interim contemplari libet, quæ vir doctissimus Beda lib. 6. in illa Canticorum verba: *Statura tua assimilata est Palmæ, ipsius Palmæ formam exacte describens, mysticis interlocationibus eleganter edisserit: Quia Palma, inquit, in inferioribus aspera videtur, in summitate autem pulchritudinem, & fructu suauitatem ostendit, merito huic statura assimilatur Ecclesiæ, siue anime cuiusque fidelis; que asperos pro Domino portat in terra labores, sed mercedem a Domino gratissimam se accipere sperat in Cælo. Aspera est Palma iuxta terram, quia persecutionem patiuntur propter iustitiam electi: pulchra est & dulcis in summo, quia gaudent in pressuris, & exultant scientes, quoniam merces eorum copiosa est in Cælo.*

7 Porro ex peculiari frondium memoratæ arboris forma, nobilissimum Ecclesiæ symbolum idem Beda verborum coloribus adumbrare videtur, quod deinde hunc in modum lectori contemplandum exhibet: *Item quod Palma, inquit ille, dururnis est vestita frondibus, & folia sua sine successione conseruat, quis non videat, quia typum teneat stature fidei, que variante statu seculi labentis eadem semper verba recte confessionis, quasi folia nunquam reditura lapsura retinet? & eandem operum perfectionem, que ab initio cepit, quasi decorem Palmarum vsquo ad finem seculi in electis suis intemerata custodit, &c. Hæc Beda.*

8 Illud vero in studiose lectoris gratiam prænotandum est, quod soli quidem

Palma erium
platae Christi
Hierosolyma
ascendat.

Theoph.

Palma typum
fittine Eccle
siæ.

Beda. 16.

Palma simula
crum fidei
quod conti
nuitur.

Euch. 1 de
vir-fora. 4.

Palma iusto
um vita con
aratur.

Greg. 1. mor.
19. c. 16.

Cassiod. in ps.
91.

Palma victo-
riae de intin-
cis spiritali
bus imago est

Arist. 1.8. prob
Plutarch. 8. Sym

Orig. in c. 21.

D. Amb. 1.3. c.
13. Exam.

Can. 7.

Idem Luc. 1.7.

Palma marty-
rij interpreta-
tionem quoq;
habet.

tot inter arbores Palmę peculiariter conuenire dignoscitur: hæc quippe præ cæteris aduersus pondus, quod pressa sustinere cogitur, eum in modū nititur, vt immani cuius oneri imposito haud vnquam cedat, nec ramis aliquando depressa flectatur, immo potius, quod valde mirandum est, contra ipsummet pondus quod patitur, oblectando confurgat, vt ipsemet Aristoteles octauo Problematum libro, & Plutarchus in 8. Symposiac. edocent. Quam potissimum ob causam Lyncei naturalium rerum perscrutatores Palmam patentissimum victorię signum ac symbolum pariter esse pronunciant; neque id ipsi duntaxat Ethnici didicis comprobarunt, qui duces, ac milites nobili victorię triumpho hostilibus e castris remeantes cōsertis palmarum folijs exornabant; sed & Christiani, quibus iugis est cum tartareo hoste cōflictus, id ipsum præstiterunt: hi quippe triumphali palmarum signo eos potissimum dignos renuntiarunt, qui spirituales, insensatosque iugiter ipsiusmet animę hostes post innumera tentationum certamina viriliter subegissent. Huc autem eleganter Origenes in cap. 21. illis verbis alludit: *Palma victorię signum est illius belli, quod inter se caro & spiritus gerit.* Quibus & Ambrosius pari eloquentia consonat, dum lib. 3. cap. 13. Hexameron isthęc scribit: *Laurus & palma, inquit, ad insigne victorię, lauro victorum, capita coronantur; Palma manu: victoris ornatus est.* Vnde & Ecclesia ait *Cantic. 7. Dixi: Ascendam in palmam, vt apprehendam fructus eius. Ascendam in Palmam, vt omnia inferiora relinquat, & ad superiora contendat ad brachium Christi, vt suauis eius fructus carpat & gustet.* His adde quę ipsemet Ambrosius cap. 7. hunc in modum subiicit: *Rapimus enim ex hoc mundo palmam salutis, & quasi excubantibus obsessos serpentibus peruigili labore decerpimus; ita tamen, vt non surtiua sublatio, sed direptio sit triumphalis.*

9 Sed cæteris symbolicis, quę Palmę congruunt, argumentis illud accedit, quod quamuis nobile ac præcipuum victorię insigne præferat, peculiari tamen ratione sanctissimę illius victorię signum ac symbolum extat, quę proprię effusione sanguinis purpureę Martyrij laurea comparatur. Quod quidem egre-

gie quadragesimali sermone in Domin. 2. Ambrosius expresse: *Premium enim, inquit, quoddam est Palma martyrij, quę contenti lingua dulcem fructum tribuit & victrici dextera gloriosum præstat ornatum.* Est plane Palma Martyribus suavis ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper parata victorię. Atque ideo non marcescit Palma, quia *Martyrum victoria non marcescit.* Hęc in rem præsentem Ambrosius.

10 Victoriales quoque Martyrum palmas ipsemet Augustinus miris laudum præconijs extollit in illud Apocalypf. 7. *Stabant ante thronum in conspectu Agni amici stolis albis, & Palmae in manibus eorum;* vbi postquam de iugi Martyrum ante thronum Dei consistentium lætitia luculenter disseruit, isthęc subdit: *Stolis fulgent abis, & Palmas in manibus habent; quia premia in operibus habent; dum corpora, quę ignibus ustulari, ac bestijs dilacerari, plagis absumi, per precipitia deuolui, virgulis abradi, omnimodo pœnarum genere passim sunt dissipari, per resurrectionem glorificata recipiunt.* Quibus omnino contonant, quę idem tract. 51. in Ioan. subnectit: *Rami palmarum, inquit, laudes sunt, significantes victoriã: quia ibi erat Dominus mortem moriendo superatus, & trophæo Crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.* Hęc Augustinus. Gregorius item hic nobis consulendus est, qui lib. 2. in Ezech. homilia 17. illa potissimum verba exponens: *Et ante frontes pictura Palmarum. Quid per Palmas, inquit, nisi premia victorię designantur? Ipsę quippe dari vincens solent.* Vnde & de his, qui in certamine martyrij antiquum hostem vicerant, & iam victores in patria gaudebant, scriptum est: *Et Palmas in manibus eorum, &c.* Et hæc infra: *Palmas quippe in manibus habere, est victorias in operatione tenuisse: cuius operationis Palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudetur.*

11 Verum enimvero complures Patrum id comprobantium sententię in medium proferri possent, sed omnibus interim ablegatis, vnum nobis pro quouis sententiarum pondere argumentum sufficiat, antiquissima nimirum ipsius Ecclesię consuetudo, quę in recolendis beatorū Martyrum natalitijs eiuscemodi titulum ac phrasim vsurpare consuevit. Cuiuslibet enim singillatim martyris,

D. Amb. ser. in
Dom. 2. quod.

Palma marty-
rum victori-
les propria.

D. Aug. in c. 7.
Apoc.

Idem 8. 51. in
Ioan.

Palma, cum
quibus obui
Domino iue-
runt Hebræi
rum pueris &
earum mythe-
ria.

S. Greg. 1. 2. in
Ezech. 40. 17.

Palma marty-
rij significat
eius phrasia.

ris, dum gloriosa eiusdem sacrisin dypticis mentio recurrit, his potissimum verbis laudatio concluditur: *Martyrij Palmam accepit. Item, Martyrij Palmam coronatus est; vel martyrij palmam meruit obtinere.* Et vt vno verbo singula complectamur, frequentissima tum in Romano Martyrologio, tum in recolendis Martyrum actis ipsius Palmæ mentio agitur: cuius quidem rei et si exempla quamplura deessent, quibus valide eiusmodi assertio comprobetur, satis abunde ex ipsimet celeberrimæ virginis ac martyris Agathæ gestis obfirmari videretur: quippe quæ his tyrannum immanissimum verbis compellasse describitur: *Nisi perfereris corpus meum a carnificibus attrahari, non potest anima mea in Paradisum Dei cum Palma intrare martyrij.* Quapropter consonis quidem triumpho vocibus, plaudendum more in beatorum martyrum Innocentium hymno sacrosancta iugiter Ecclesia canit:

*Vos prima Christi victima
Grex immolatorum tener
Aram ante ipsam simplices
Palma & coronis luditis.*

12 Quibus item conuenne respondent, quæ Apocalypf. 7. beatus Christi Apostolus & Euangelista Ioannes ad institutum propositum loquitur, cum ipsos Christi Martyres stantes ante thronum Dei, & palmas triumphantium in mortem manibus præferentium se vidisse affirmat: *Post hæc, inquit, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum & in conspectu Agni amici stolis albis & Palmæ in manibus eorum.*

Idem insuper ex recepto ac perantiquo Ecclesiæ vsu satis conuincit videtur, quæ dum beatissimorum Martyrum imagines pingit, eosdem apratis manui Palmis effingere consuevit, vt iisdem in tabulis haud semel videre est.

13 Vt enim Baronius in suis ad Rom. Martyrologium notis asserit, palma victoriæ symbolum esse consuevit, non tantum, inquit, apud Iudeos, vt ex plerisque diuine scripturæ locis apparet, erant palmæ victoriæ insignia, sed & apud Græcos, ex quibus ad Romanos eadem prouenit consuetudo, vt victoribus palmæ darentur, sed id nõ ante debellatos Samnites, vt habet Linius lib. 10. in fin. Dec. 1. Quod sit in Palma victo-

riæ symbolum habes ex Plutarcho lib. 8. q. 4. Symposiac. narratum a Gellio lib. 7. c. 6. Certe his insignibus nobilitatos sanctos martyres vidit sanctus Ioannes Apoc. c. 7. vt non mireris, si in Martyrologio sæpius leges sanctos Martyres palmam accepisse martyrij: est enim ea dicendi phrasis ex diuinis scripturis comparata, atque antiquitus vsurpata. Hæc in rem præsentem Baronius, quibus & multiplices ipsarum met Cæmeterialium palmarum icones sibi texere, & hic lectori e Subterraneæ Romæ Sarcophagis excerptas delincare voluimus.

Palma victoriæ insigne habetur.



Palma enim, quæ victoriæ symbolum, & triumphii index est, a Christianis olim martyrum sepulchris ferro exculpi cõfueuerat: quapropter vbi puerorum, quoque interdum Sarcophagi palmarum ramis nobiliter exculpti conspiciuntur, eosdem haud temere persecutorum gladio interceptos, Christianæ fidei testimonium exhibuisse, & sanguine lauratos de tyrannis triumphum reuexisse asseri potest. Cuius rei gratia sepulchralem hunc pueri Valentiniiani lapidem, qui e Cæmeterijs erutus, apud Petrum Antonium Gabriellum Romanum, virum tum sacræ, tum profanæ antiquitatis studiosum, extat, lectori contemplandum proponimus, vbi palma ad calcem insculpta æernitur: quippe quæ vt plurimum index martyrij esse consuevit.


Sepulchris martyrii palmæ insculptæ solent.

HIC REQVIESCIT IN PACE
INNOCENS PVER
NOMINE VALENTINIANVS
QVI VIXIT ANNOS III.
DIES XXV.
SEPVLTVS EST
FRID. NON. DECEMBR.
CONSVLATV VOLVSIANI
VIC.

Christiani insuper, vt victorialibus inter ipsa aduersa, quibus impetebantur, palmis cumularentur, earundemque vel fo-

solo aspectu alacriores ad certamina, triumphos interim animo recolentes, ac victoriam meditantes, redderentur, fictilibus quoque lucernis sæpe sæpius palmarum ramos in triumpho symbolum delineando affigebant: quod ex nobili

Cœmeteriali hac præsertim lucerna ex nostris hisce tabulis lib. 3. excerpta tibi contemplandum offertur, quæ palmarum arborem columbis hinc inde insignitam exhibet,



Palmarum martyrum propriis insignis.

13 Palmarum enim virentium symbolo martyres a cæteris sanctis peculiari veluti signo secernuntur, quorum potissima virtutum insignia iisdem tabulis exprimi in more positum est. Quapropter quemadmodum ubi quis pictas iuxta alicuius imaginem claves adspicit, mox veneranda ibidem beati Petri Apostolorum Principis imaginem exhiberi pronuntiat: pari quoque ratione, dum mucronem Pauli, Crucem Andreæ, Apostolorum insignia, & id genus alia recognoscimus, sanctorum protinus, quibus isthæc congruunt, imagines præferri intelligimus. Hinc haud dissimili, si nobis argumentari fas est, ratione cum sancti alicuius imaginem viridi palmarum ramo exultam conspicimus, eam velut martyris imaginem cõtinuo venerationis.

14 Verum an idem profus de Palma Cœmeterialibus sepulchris in-

sculpta afferendum sit, quod martyrem scilicet cõditum ibidem fuisse designet, merito quidem nonnulli addubitant, eam victoriæ potius ac triumpho symbolum, quem ibidem reconditus de tribus illis acerrimis hostibus, mundo scilicet, carne, ac diabolo retulit, intuitibus præferre affirmantes. Argumentum autem ad id comprobandum ex pluribus sepulchralibus titulis deducunt, qui in opere Subterraneæ Romæ Italico sermone hæcenus edito recensentur; ubi tertio potissimum libro inscriptiones quamplures Palmarum ramis prænotatas videre est: hæc autem, ut iisdem constanter asserunt, martyrium nullatenus designare queunt, & argumenti vis ex sepulchrali cuiusdam præsertim Leopardi titulo augeri videtur, de quo isthæc ibi leguntur:

Leopardus se biuo fecit.

Duo-

De Palmis, que sepulchris inculptæ videntur.

duobus interim Palmarum ramis in ipsius monumenti prospectu eleganter exculptis. Quorsum autem quis inquiet, victoriam suo quispiam monumento Palmam, quæ augustissimi martyrij index & nota est, absque tumidi et arrogantis animi factu insculpi iubeat? Ex altero item sepulchralis inscriptionis titulo res palam ex istorum sententia confici posse videtur, vbi duobus intertextis palmarum ramis hæc verba leguntur:

REGINA VIBAS
IN DOMINO IESU.

At nullam profusæ saminam, vt ipsæ sacrarum Actuum testantur paginæ, nullam, inquam, quæ Reginæ præferat nomen, martyrio coronatam, quod didicerimus, Romana Ecclesia nouit, ac inter martyres veneratur: tum quia sub ijs Consulibus, quorum nomine titulus prænotatur, haud vlli, vt alias contigit, persecutores Dei Ecclesiam diuexabant nedum fidelibus subeundi pro Christo martyrij occasio suppetebat. Porro hæcætenus recensitis alter inscriptionis titulus subnecti posset, quo pueri cuiusdam, qui ex infirmitate decesserat, duas item præferens palmas, tumulus illustratur.

15 Porro maior subinde aduersario- rum argumentis vis conciliatur, si quis consuetam sepulchralium titulorum phrasim sapienter expendat, quæ illa passim verba intuentibus legenda exhibet: *In Pace*. Per hæc autem verba, in Græcorum Menologijs hi, qui absque Martyrij laurea iam defuncti sunt, a martyribus ipsis secernuntur. Quis enim dixerit inuictos Christi martyres in pace mori, quorum constans fides ac imperterrita iugiter animi constantia multiplicibus quidem probata certaminibus, extremis demum, ac acerbioribus tormentis impetita coronari promeruit. Quapropter eum de iisdem in sacris Menologijs mentio recurrit adiecto potissimum martyrij genere, quo tyrannis iubentibus absumpti sunt, gladio videlicet, aut igne vitam pro Christo in agone sudisse, describuntur.

16 Vt alterum denique his argumentum subiiciamus, Palmas quoque in ipsis nondum baptismo initiatorum sepul-

chris, inmo & in bimestris puerni tumulo antiquitus exculptas fuisse comperit: quibus insuper ad argumetorum vim magis augendam accedunt, quæ inserta inscriptionibus plerumque verba leguntur, videlicet, *Coniugi Charissime: Viro Benemerenti*, quos tamen haud Christi martyres extitisse constat. Hæc utique ab aduersarijs iacula pro Palmarum ramis haud martyrij, vt aiunt, indicibus aduersus sepulchrales titulos valide intorquentur. Verum alij posterioribus permoti rationibus, Palmæ signum sacris recolendisque Urbis Romæ Cœmeterijs affixum, patentissimum martyrij symbolum præferre arbitrantur, vel tum præcipue, si omnimoda tam loci quam temporis ratio habeatur. Vt quid minus enim eiusmodi Palmæ signo victoria duntaxat ac triumphus de consuctis animæ hostibus, inundo videlicet, ipsius carnis oblectamentis, ac dæmone, a quibus homo iugiter impetitur, palam intuentibus denuntiatur: nam si hoc verum esset, isthæc signa ac symbola in singulis fere Cœmeterialibus sepulchris conspicerentur, cum non nisi præcipuis Christianarum virtutum meritis conspicui, ac selecti inter Christianos, vt nobis credere par est, dum acerbiora persecutionum tempora ingruerent, clam in Cœmeteris degentes, pia ibidem fidelium manu sepulchri locum obtinuerint, palmas tamè in paucis admodum sepulchris suscipere fas est.

17 At quid obiectis potissimum argumentis hi ex aduerso respondeant, videamus. Et primo quidem quod ad insculpti Leopardi sepulchro titulum spectat, absque controuersia afferendum est, arrogantis animi, ac tumidæ, elatæque mentis nota iure eundem merito fugilari posse, si dum adhuc vitam hanc periculis obnoxiam viueret, constructo sibi sepulchro, ac si postmodum martyr futurus triumphum ante victoriam canens, palmas incidi iussisset. At ne quid minus arrogantiae crimen subterfugeret, valuisset, sic eisdem in triumpho signum, quod de spiritibus hostibus reuexerat, exprimendas curasset. Quapropter, vt difficultatis nodus eludatur, necessario fatendum videtur, Palmarum signa haud ab ipsomet Leopardo, dum viueret, sed ab alijs, post eiusdem obitum tumulo

Palmarum Epu-
chris inscul-
ptæ non scem-
pti martyrij
indices.

Quid de iu-
lo sepulchrali
dicendum,
quem Leapar-
dus sibi viues
inscripserat.

incisa fuisse. Quibus & ad argumenti vim facilius dissoluendam addere quis posset, virum hunc conspicuæ pictatis, qui mortis iugiter memor, viuens sibi met sepulchrum longe ante prospexerat nobile postmodum pro Christi fide martyrium consummasse, paratq; sepulchro illarum fuisse, in quo palmarum ramos, effusi cruoris indices, pia deinde fidelium manus ferro inculpserit. Quod vero nullum prorsus inter martyres Regiæ nomen Romana Ecclesia colat, aut recenseat, id plane haud mirum, cuiquam videatur, cum fere innumera martyrum beatorum nomina in libro vite descripta adnumerentur, quæ militantium in terris Ecclesia, eorumdem actis gentilium furore abolitis, recensere nullatenus nouit; quin immo nec in Romano quidem Martyr. eorum omnium, qui Romæ pro Christi fide coronati sunt inferibi nomina, exploratissimum est, cum tamen haud profunctorie singulis quibusque diebus ea ex eodem Martyrologio fidelium auribus verba resonent: *Et alibi aliorum plurimorum sanctorum martyrum, confessorum, atque sanctorum virginum.*

Ex Mar. Rom.
dic 1. Ian.

Inscriptiones
Palmis insi-
gnis positas
tempore pa-
sis in Ecclesia

18 Verum quod ad inscriptiones attinet, quæ certis quoque Consulibus tunc potissimum temporis prænotatæ sunt, cum iam in Christianos persecutio deficerat, & palmis tamen insignitæ conspiciuntur; vnica autem ex his, *Paulini* scilicet Consulis prænotata nomine extat, ex qua plures eiusdem nominis Paulinos Consules extitisse perhibetur: vt propositæ vero difficultati nunc fiat satis, quâuis Paulinum hunc, cuius mentio recurrit, iuniorem fuisse scriptor coniectatus sit, haud tamen id serio & constanter asseruit, cum is, de quo agitur, quispiam ex antiquioribus fuisse potuerit. At quamuis de ipso met iuniore inscripta sepulchralis tituli verba subintelligenda fore quis dixerit, haud tamen inde inferre licet, martyres in Dei Ecclesia, & apud Romanam præsertim Urbem sub ipsamet Christianorum Imperatorum tempora nullatenus floruisse, cum maxime, vt ex Romano Martyrologio constat, eius indubitata apud omnes fides est, S. Almachius martyr Romæ Kalendis Ianuarij sub ipso Theodosio Augusto coronatus martyrio legatur. Porro in-

Rom. Mart.
Kal. Ian.

scriptio, quæ *Theodosio, & Fausto Consulibus* prænotatur, haud palmæ, sed oliuarum, columbæ pedibus affixo, decoratur. Quod autem de sepulchrali pueri cuiusdam titulo palmis duabus insignito aduersarij instantius obiiciendo urgebant, non est quod cuiquam negotium facessat, oculi quippe id vltro asserentis inter ipsas Cæmeteriales tenebras, vel tum in meridiana luce caligauerant, re tamen melius inspecta, haud palmæ, sed bini oliuarum ramusculi columbæ pedibus inserti caligantibus oculis innotuere.

19 Interim vero de phrasi illa, titulis apponi consuetæ, *In Pace*, etsi Græci aliter asserant, certe apud Latinos verba isthæc martyribus æque, ac confessoribus, vt diximus, apte consonant: ad quod sane comprobandum, Antiphona, quæ natalitio plurimorum martyrum die ad laudes ab Ecclesia canitur, aduersarijs omnino conuincendis sufficeret, quæ sic se habet: *Corpora sanctorum in pace sepulta sunt.* At id ex iisdem sepulchralibus titulis, vt rem prosequamur, manifeste apparet, quorum bini potissimum, *Exuperantie* nimirum, & *Valerij*, vasa quædam prunis reserta intuentibus contenta exhibent, quæ lapidi incisæ, nobilissimi procul dubio martyrij, quo per ignem fidei causa transeuntes coronati sunt, symbolum præferunt.

Phrasi sepulchralis in Pace martyribus & confessoribus communitis.

Ant. in fest. Ss. MM.

10 Porro inscriptiones, quæ de sacro nondum baptisinate initiatis, & de bimæstribus pueris afferebantur, haud vllæ in nostro hoc Subterraneæ Romæ opere insculptæ extant; verum si ex his nonnullas in medium quis proferat, facili quidem negotio, vt arbitrari fas est, tota argumenti vis protinus eludetur, dum constanter quoscuque baptismo tum flaminis, tum sanguinis, vt Theologi docent, Deo aspirante, initiatos, ac ipsosmet infantes vltro pro Christo trucidatos, inter martyres iure optimo adscribi potuisse asseramus. Demum verba illa, quæ sepulchris tituli vice plerunque consignata sunt, videlicet *Coniugi charissimæ, viro benemerenti*, haud euidenter quidem defunctos quos tumulari ibidem contigit, martyres extitisse coarguunt, cum & ipsi mortem fidei causa subeundo inter martyres iure merito adnumerari poterint; quorum deinde sepulchris post

Baptisimus de minimis, & summis.

post nobile pro fide martyrium, palma exculptæ fuerunt, vel ipsius coniugis adhuc superstitis studio, vel certe piam fidelium manu, ut iam de Leupardo prolixius enarrauimus.

21 Verum ex his duabus quænam probabilior sententia pronuntianda sit, prudens lector, utriuslibet sententiæ rationibus diligenter excensis, quod magis libet, ipse diiudicet. Equidem non eo inficias phrasin illam, *In Pace*, ex vi ac proprietate vocabuli mortem illam, quæ naturaliter obuenit, nullatenus vero violentam designare, quod pluribus sacrarum paginarum testimonijs cuidenter comprobari potest, Hieremiæ præsertim cap. 34. num. 4 ubi Propheta Regem Sedeciam alloquens, hæc ait: *Hæc dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio, sed in pace morieris.* Verumtamen cum sepulchrales tituli his verbis prænotati, videlicet *in Pace*, clara quoque & manifesta martyrij insignia, vasa videlicet ignibus referta, præfeterat, haud fortasse asserere absurdum erit, hunc loquendi modum tum martyribus, tum confessoribus Christi communem pari ratione fuisse. Et quidem ex ipsismet sacrarum paginarum tabulis mori quis interdum in Pace dicitur, etsi gladio feriente moriatur, quod plane ex Holdæ Prophetidis vxoris Sallum verbis comprobatur, quam cum Helcias Sacerdos, Regis Iosæ iussu, consulisset, propheticum illud pro Rege responsum Deo tunc suggerente accepit: *Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locum istum.* Regem quippe in pace moriturum apertis illa verbis prænuiciauerat, qui tamen in acie a Pharaonis Regis Ægyptiorum sagittarijs vulneratus interiit, ac violenta manu, ut Scriptura ait, in Maggedo occisus est. Quorsum ergo in pace mori tunc potuit, qui valida sagittariorum manu vulneratus decessit?

22 Ut sacri igitur interpretes rem exponunt, & præsertim Gaspar Sanctius vir disertissimus c Societate Iesu, *Pax* interdum, & eo præsertim loco, haud priuata & propria ipsiusmet Regis subintelligenda est; vere etenim ille in pace non decessit, id est, haudquaquam pacifi-

cam (quod hominibus communiter contigit) mortem obiit, quæ talis tunc potissimum dicitur, cum a senectute, vel a morbo, non violenta autem extrinsecus illata manu, prouenit, ut pluribus idem auctor satis erudite probat lib. 3. Regum cap. 2. ad illud Iob: *Non deduces cavitatem eius pacifice ad inferos.* Pax autem illa, cuius sermo agitur, totius regni intelligitur, quod tunc quidem haud vllis bellorum procellis atque incommodis infestabatur, quo tempore Iosias e viuis decessit, atq; ideo regia quidem pompa, quod in bello, ac rerum militarium tumultu haud fieri consuevit, sanctissimus Rex, ac solemnè omnium planctu, qualem perpauci in eadem regione consecuti hæctenus fuerant, post mortem sepulchro illatus est. Cum Iosias igitur etsi sagitta confusus, in pace tamen regni mortuus sit, in pace mortuus absolute dicitur. Quæ sane in rem præntem explicatio ex ipsismet Paralip. 2. cap. 34. verbis optime conuincitur, ubi isthæc Regiprophetico ore prænuciata leguntur: *Infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius.* Cum igitur phrasishæc, *in Pace*, morte interdum violenta, ut sacræ testantur paginæ, occumbentibus aptetur; haud mirum, si Christiani quoque eamdem inuictorum martyrum sepulchris interdum aptando inscriberent.

23 Ad quod magis magisque comprobandum, haud studiosum lectorem lateat, quamplurimos item martyres, fuisse vocatos, quamuis nullatenus martyrij gladio interempti ceciderint, cum tamen pro Christi fide carceres, aut alia id genus tormenta perpeti eisdem contingeret, quod fusc ipsemet Cyprianus probat epistola 7. 9. 10. 15. 30. 37. 52. & 81. edit. Pamel. qui idem in ep. nonæ scholijs diligenter adnotauit. In horum autem sepulchris palmas affabre effictas fuisse, nobis quidem credere par est, ni forte quis asserere illud velit, primis illis rudioribus Christianorum seculis ab his, qui apte minus artem, peritiamque incidendi callebant, haud palmam ab oliua discretam, sed vnam pro altera marmoris frequenter incisam fuisse. Porro tunc nobis nullus ambiendi locus

M m m m re-

Phrasititulu
rū sepulchra-
lum In Pace,
quam morte
denotet.

ter. 34. n. 4.

4. Reg. 22

4. 443.

b. San. in
roman. Reg.
123.

Gal. 2. 13.
Reg. 6. 2.

Paralip. 2. 34

Martyres etia
sine effusione
sanguinis.

Cypri. ep. 7-9
10, 15, 30, 37.
52. & 81.

CAP. XLIV.

De Oliua.

relinquitur, & palmæ insignia lapidi ferro insculpta martyrium certissime designant, cum aliud quiddam martyrij symbolum palmis adiunctum, ac sepulchris affixum reperitur. Quamobrem in Cœmeterialibus plerisque tumulis, quibus palmæ signum inest, vitrea quoque ac scitilia vasa conspiciuntur, quæ factum martyrum cruorem secretiore in iisdem sepulchris loco reconditum, calce obsignata continebant, vt præcipue in iam descripto S. Saturnini Sarcophago videre est: ibi enim præter palmam vas item vitreum, quod repertum est, in studiosi lectoris gratiam insculpendum curauimus. Idem insuper patet in B. Victoris mart. tumulo, vbi vas & palma ferro expressa cernitur, immo & singula fere sacro imbuta martyrum cruore vasa incisum triumphalis palmæ symbolum intuentibus præferunt.

24 In pluribus item antiquorum Cœmeteriorum sepulchris ipsiusmet instrumenta martyrij vel satis ruditer delineata conspiciuntur: in singulis autem ipsiusmet pro asserendo palam martyrio palmæ symbolum exhibetur, quo nimirum ipsorum martyrum sepulchra ab alijs, vt diximus, Christianorum tumulis fecerantur. Quod in lapide potissimum adnotare licuit, quo recolendum Beati Caij Papæ, ac mart. sepulchrum operiebatur: ibi enim sacrum insuper Christi nomen, Græcis in hunc modum literis de more exaratum ✠ contemplantibus exhibitum est. Idem quoque in beatorum martyrum Tiburtij, Valeriani, & Maximi sepulchro apud sanctam Cæciliam Transtiberinæ regionis in perantiqua eiusdem Ecclesiæ confessione, necnon in alijs quam pluribus sanctorum tumulis obseruari contigit. Quam quidem sententiam nos probabiliorem ducimus, contrariam tamen haud omnino rejicimus, atque improbamus: verum quidquid sapientiores viri, sacrarumque rerum notitia præditi in re admodum dubia singulis bene perpensis pronunciauerint, nos quoque alicno potius quam nostro acquiescentes iudicio, libenter amplectemur. Et de his hæcenus.



OST triumphalis Palmæ, quam lætis, amice lector, oculis suspeximus arborem, victorialis nunc Oliuæ symbolum Cœmeterialibus affixum tabulis occurrit: hæc enim reliquas inter plantas suo decore conspicua perenni foliorum viriditate potitur, certantiumque capiti haud vulgaria, vt iugiter animis vigeant, ornamenta suggerit: in victoriæ quippe signum nobilem vltro vincentibus coronam intexere consuevit. Apud Græcos igitur in Olympicorum præsertim ludorum certaminibus nobiles ex oliuarum fertis coronæ donabantur. Athenis vero festiua olearum fronde, vt Plinius asserit, promeritorum crines redimiri mos erat. Decum apud Romanos ij potissimum oliuarum fertis coronabantur, qui minores, quos ouationes appellabant, triumphos promeruisse, deriuantes videlicet ad Hercule eiusdemodi vsus, qui minores, vt aiunt, post superatum certamen fratres oliua coronauerat. Verum vt impensus ab ipsismet olim gentilibus oliuæ cultus, eiusdem gloriæ pijs Christianorum oculis adumbret, sacra hæc olim Palladi arbor, sicut Ioui quercus habebatur, quod Alciatus in suis eleganter emblematicis metricis expressit:

*Quercus amica Ioui, potitur Pallas oliua,
Illius fructus, huius est umbra placet, & c.*

Quod autem Mineruæ olim sacra hæc iure merito a gentilibus arbor adscriberetur, nec frondium dumtaxat pompa, vt reliquæ arbores cæteris dicatæ dijs, sed fructuum insuper vbertate speciosa inter cæteras caput extollendo reddatur, ex illis apud Phædrum carminibus lib. 3. palam conuincitur, ex quibus etiam symbolice Oliua intuentibus innuit, fructum videlicet frondibus, comoda pompæ, vtilitatem splendori longe præferendam. Quis enim oliuam exilem, forsique abiectam ingenti cuius

Palma in Sepulchro S. Saturnini.

Palma, & nomen Christi in Sepulchro Caij Papæ.

Fr in Sepulchro SS. Tiburtij, Valeriani, & Maximi.

Oliua eiusque decor.

Alex. ab Alex. 15. Gen.

Val. L. Siliogigi

Plin. L. 4. c. 15.

Alciat. emble.

Oliua cur Mineruæ sacra dicatur?

Apud Phædr. lib. 3.

Lib. VI. Cap. XLIV. 643

uis platano, aut annoſæ quercui, frondibus dun. taxat luxurianti non præferat? Sed carmina in oliuæ præconium gratis auribus excipienda hic ſunt:

Apud Phadr.
3.

*Olim quæſ vellent eſſe in tutela ſua
Diu legerunt arbores: quercus Ioui,
Et Myrtus Veneri placuit, Phabo lau-
rea,
Pinus Cybela, populus ceſſa Herculi,
Minerua admirans quare ſteriles ſume-
rent,
Interrogauit. Cauſam dixit Iuppiter:
Honore fructum ne videamur vendere,
At me hercule narrabit, quod quis volue-
rit,
Oliua nobis propter fructus eſt gratior.
Tunc ſic Deorum genitor, atque homi-
num ſator:
O nata merito ſapiens dicere omnibus,
Niſi vtile eſt, quod facimus, ſulta eſt glo-
ria.*

Olea Miner-
uæ ſapientiæ
prædicata.

Sapiens igitur, aliorumque impenſis edocta Minerua oliuam præ cæteris arboribus fructiferam ſibi depoſcens, ſpecioſæ arboris vbertatem deſignando, vanum proſus, ac futile eſſe omne promicantis gloriæ choragium, niſi luculentis interim vtilitatis, vbertatiſque fructibus ſæcundet, ſymbolice edocuit. Et quidem haud immerito ex Oliua, quæ pulchro frondium virore, ac fructu pariter diſceſcit, perennitatēque ſolo dumtaxat aſpectu præſert, coronas ab antiquis concinnari contigit. Hæc enim exactis aliquando ramis, et ſi penitus exaruiſſe videatur, omnem contra ſpem, priſtinum exhibuiſſe virorem viſa eſt, vt apte poëta cecinit:

Virg. Geor. 2.

*Quin & caudicibus ſeclis mirabile dictu,
Truditur e ſecco radix oleagina ligno.*
Congruè igitur ſpecioſæ iſtius arboris fronde ferta victorum capiti imponebantur, vt ſuis poëta carminibus expreſſit:

Virg. Aen. 5.

_____ Flauaque caput neſcentur
oliua.

Eiuſdem quippe frondibus caput ambicioſo munere cingebatur, cuius liquore, ac ſucco, vt in arenâ deſcendens viriliter dimicando perſiſteret, ad luſtandum foueri conſueuerat: luſtatorum enim corpora olim officioſe perungebantur:

Virg. Aen. 5.

_____ populea velatur fronde in-
uentus,

*Nudatoſque humeros oleo perſuſa ni-
teſcit.*

Vnctio enim vigorem corpori, Oliuæ autem frondes decorem capiti conciliabant. Oliua quippe folijs quidem perexiguus, ac pallidis inſtructa, ſed fructu maxime vber, & vigenſ propheticū illud Ieremiæ oraculum apte menti ſuggerit: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum.* Lignum enim Oleæ nec tempeſtas, nec caries, neque vetuſtas vnquam labefactare nouit: quamobrem apud antiquos æternitatis ſymbolum erat. Inde Elias, & Enoch, vtpote æternitatis candidati, ſpecioſo Oliuæ titulo appellantur: *Iſti ſunt duo filij olei ſplendoris, qui aſſiſtunt dominatori vniuerſe terræ.* Et eodem plane nomine in Apocalypſi decorantur: *Hi ſunt duo oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.* Quia ſcilicet imperfracto viri animo Antichriſto ſub mundi occaſum reſiſtent, nec vllis laboribus, minis, aut tormentis cedent, & eiufdem oliuæ ſymbolo, quo ad præliū armabuntur, & quo poſt pugnam, ac victoriam ex Antichriſto reuectam triumphantes coronabuntur. Sed vt a profanis ad ſacra oculos, ac ſtylum pariter contrahamus; pulchra quidem, & mira ſunt rerum arcanarum ſymbola, quæ ſpecioſa rudi quidem ſub cortice arbor complectitur: hæc enim, vt paucis ſingula perſtringamus, miſericordiæ, pacis ac victoriæ hieroglyphicum adumbrat, hæc fluctuanti, & nauſrago quondam orbi Noemiçæ columbæ miniſterio aduecta pacem retulit, hæc reſurſendam iugiter pietatis oleum præſert: *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei,* Regius Propheta inquit; hæc molli, ſullantique liquore prodituros in arenam vngere, hæc victores demum feſtiuis frondium fertis redimire conſuevit.

1er. c. 17. n. 16

Olea æterni-
tis hierogly-
phicum.

Zach. c. 4. n. 13

Apoc. c. 11. 4.

Oliua eiufque
myſteria.

2. Hinc præter palmarum ramos; quos in victoriæ ſymbolum fortiffimis Chriſti athleticis, necnon & ob glorioſi martyrij ſignum Chriſtiani promeritis quondam viris erexere, quidam etiam in Cœmeterialibus tabulis frequenter ramuſculi ipſiſmet ſepulchris aſſixi exhibentur, qui intuentibus ipſius oliuæ formam præſerunt: neque id vèro; vt mox enarrabitur, abſque peculiari myſterio

Oliuæ ramu-
ſculi in ſepul-
chris Cœme-
terialibus.

Oliua symbolum Pacis esse scriptur.

Tertul.

Antiq.

præstitum est. Oliua enim, vt Tertulianus loco, quem supra recessimus, sexto videlicet lib. de Baptismo cap. 8. symbolum pacis præferat: nam disertissimus vir de columba ad Noemicam arcam post imminutas diluuij aquas redeunte agens, isthæc subdit: *Quemadmodum, inquit, post aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, vt ita dixerim, mundi, pacem celestis iræ per columbam terris adnuntiauit dimissam ex arca, & cum olea reuersam, quod signum etiam apud nationes paci prætenditur, &c.* Et communi quidem omnium voce hæc vna præ cæteris arbor pacifica nuncupatur, quo plane titulo ipsamet Virgilius reliquorum Poëtarum princeps eandem appellat:

Paciferæque manu ramum prætendit oliuæ.

Quapropter ad præsignandum Christianos, qui in Cæmeterijs conditi sunt, in Christo, ipse enim, vt Apostolus ait, est pax nostra, in Christo, inquam, suauiter obdormire, columbas oliuarum furculos deferentes, exculpto Christi nomine, exprimebant, vt in sepulchrali lapide apud Martium Milesum virum. rci antiquariæ studiosissimum, quem subiicimus, videre est:



Lapis vero notis hæc perleganter exculptus legitur:

BENEMERENTI FILIO CAL.
PVRNIO PARENTES
FECERVNT
QVI VIXIT ANN. V. M. VIII.
D. X. DECESSIT IN PACE
XIII. KAL. IVN.

In quo plane titulo, columbæ oliuarum ramos ore præferentes, Calpurnij pueri innocentiam, ac simplicitatem designant. Vas autem ipsamet corpora denotat, nam vt Apostolus ait; *Habe-*

mus thesaurum istum in vasis fictilibus. Præmemorato autem lapidi alter itidem puer Cretesio haud dissimilibus verbis inscriptus consonat, vbi columbæ oliuarum ramis illustrantur, vt supra suo loco vidimus. Porro quod olea pacis symbolum præferat, plane Ambrosius edocet lib. de Noë, & Arca cap. 19. hæc dicens: *Hunc quoque ramum, scilicet oliuæ, pacem petentes præferre consueverunt.* Et cap. 2. in Luc. in illo vtique oliuæ ramusculo, quem redux fausto tandem omine columba rostro detulit, & in Noemicæ illius arcæ forma, pacis, quæ post sedatos procellarum fluctus Ecclesiæ affulsit, typum exstitisse pronuntiat: *Inter ipsa, inquit, mundi diluuii Spiritus sanctus ad Ecclesiam suam pacem afferet fructuosam.* Aliud præterea ipse mysterium edidit, dum Apoc. cap. 6. oleam legis symbolum esse his plane verbis affirmat: *Per ramum oliuæ legem possumus intelligere, vel accipere: per folia autem virentia, eos qui per legem salui facti sunt.* Neque tot ac tantis sanctissimus Pater oliuarum ramos præconijs cumulasse contentus, aliud in oleæ gratiam mysterium cap. 11. in Epist. ad Romanos interserit, vbi specioso hoc symbolo fidem designari pronuntiat: *Oleam, inquit, fidem intellige, per quam Abraham iustificatus est.* Hæc Ambrosius.

4 At miris quoque laudibus Hieronymus oliuam profecquitur, eidemque nobilissima mysteriorum insignia calamo deuotus insculpit; quippe qui in illa Oleæ verba cap. 14. lib. 3. *Et erit quasi oliua gloria eius, hanc veluti patens sanctorum virorum symbolum prædicat: Sanctum, inquit, virum, & conuersum ad Dominum, oliuæ fructiferæ Prophetæ comparat, quæ dicit in alio loco: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini.* Synagogam quoque eidem oliuæ comparat, prophætica illa Habacuc verba cap. 17. expendens: *Mentietur opus oliuæ. hæc autem ad rei propositum affert: Oliuam quoque populum Synagogæ liquido comprobabit.*

5 Idem plane mellissimus sacros inter scriptores Bernardus diserte comprobat in illa Hierem. verba lib. 17. *Oliuam, vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocabit Dominus nomen tuum; quo potissimum loco Hierusalem, ac Iudæorum gen-*

2. ad Chor. 4. n. 7.

Amb. lib. de Noë, & arc. 19.

Id. e. 2. in Luc.

Apoc. c. 6. Olea legis hieroglyphicum.

In ep. ad Rom. c. 11.

Oliua sanctorum imago habetur.

Hier. in Osee c. 14. l. 3.

Abae. c. 17. Oliua synagogam quoque symbolice significat.

Bern. in verb. Hierem. c. 17.

gentem oliuæ pulcherrimæ, ac fructuosæ elegantî sermone comparat, quæ per superbiam elata protinus viridibus solijs orbata exaruit, vt enim Propheta ibi subtexit: *Ad vocem loquæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructus eius.*

6 Sed hic quæso in medium proferantur, quæ Aug. Justinus in Ioan. cap. 1. tract. 6. huius fructum arboris lynceis oculis contemplans loquitur; vbi hanc velut charitatis symbolum hunc in modum describit: *Oliuæ fructus, inquit, charitatem significat. Vnde hoc probamus? Quomodo enim oleum nullo humore premitur, sed diuuptis omnibus exilit, & supereminet; sic & charitas non potest premi in imas, necesse est, vt ad suprema emineat.*

7 Huic vero explanationi Gregorius inhæret, qui Homilia 20. in Eu. angel. ipsam etymologicam oliuæ notionem argute perpendens, isthæc in medium affert: *Quos autem, inquit, per oliuam, nisi misericordes accipimus, quia & Græcè ἔλεος, misericordia vocatur. Oleum quippe, quod ex olea exprimitur, misericordiæ symbolum est. Quapropter vberima olim symbolici olei irrigatione aduentus Christi nõ Vrbi dumtaxat, sed & tori terrarum orbi prænunciatus fuit. In Trāsbyberina enim regione paulo ante Christi natiuitatem ex Meritoria Taberna fons olei totum integrum diem emanauit, vt Chritum, qui misericordiæ sinum cunctis adaperiret, nasciturum euidenti testificatione portenderet. Cuius quidem admirandi iugiter portenti, ac portentosi pariter fontis Eusebius in Chron. Orosius lib. 6. c. 19. & alij testes sunt: quod in suis Ecclesiasticis Annalibus a Baronio his verbis describitur: *Anno vero tertio, vt testis est Eusebius, Romæ & Taberna meritoria trans Tyberim oleum e terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione. Quibus enarratis hæc ad mysticum Christi aduentum designandum ab Orosio subtexuntur: Quo signo, inquit Orosius, quid euidentius quam in diebus Cesaris toto Orbe regnantis futura Christi natiuitas designata est? Christus enim vnctus interpretatur. Itaque cum eo tempore quo Cesari perpetua Tribunitia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum diem defluxit, sub principatu Cesaris, Romanoque Imperio per totum diem, hoc**

est per omne Romani tempus Imperij Christum, & ex eo Christianos, id est, vnctum, & ex eo vndos de Meritoria Taberna hoc est de Hospitali, largaque Ecclesia affluenter, atque incessabiliter processuros. Hæc Orosius. Meruit autem subinde locus ille, vt subdit Baronius, nobilissima memoria illustrari, Ecclesia nimirum amplissima Dei Genitricis titulo, a Callisto Pontifice prima omnium, quarum extet memoria, olim erecta. Ideo autem portentosum ibi potissimum in Vrbe oleum effluxit, vt Baronio placet, quia cum habitarent Augusti tempore Iudæi, qui Romæ aderant, trans Tyberim, vt auctor est Philo, permissi more maiorum viuere, quod & Ethnici scriptores testantur: quapropter vnus ex ipsorum poetis Iudæum hominem, Transyberinum ambulatorem appellat, cum ait:

*Hoc quod Transyberinus ambulator
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitæ.*

Quamuis autem viles, ac abiecti essent, vt in rem præsentem Baronius ait, tamen quoniam ex Iudæis salus ventura erat, regio vbi degerent, eo meruit miraculo illustrari. Locus autem nunc beatissimæ Virginis, quæ misericordiæ Mater appellatur, dicatus, cunctis misericordiæ olei: quod ex vberimo Sacramentorum Christi fonte promanat, & Christi pariter vnctionem, cunctis inculcans sacris hisce carminibus rem mysticam prænotantibus illustratur:

*Hinc oleum fluxit, cum Christus virgine
luxit
Hic & donatur veniæ quodcumque roga-
tur.*

Porro præmemorata Deiparæ Virginis Ecclesia, cuius hic mentio recurrit, prima quidem inter alias in Vrbe adnumeratur, quæ publico religionis cultu a Christianis in Dei honorem dicata est, intra quam primæui ad orandum, & psallendum Christiani coire consueverunt: cum enim Christiani haud vnum publice locum ad sacra obeunda munera obtinerent, anno Christi ducentesimo vigesimo quarto ab Alexandro Imperatore Mammæ filio, locum hunc sibi concedi suppliciter expetiere, verum popinarijs de eodem impetrando contententibus, & enixius apud Imperatorem instantibus, Imperator, vt pote a

Ecclesia B. Vir-
ginis Transyberina.

Philo l. de leg.

Mar. ap. l. i. in
Cæcil.

Ecclesia B. Vir-
ginis Transi
prima Romæ
Deo dicata.

Bar. l. 2. ann.
214. n. 4.

ma-

Her. 17.

Oliuæ charita-
tis significatio
non obtinet.

D. Aug. in e. 1.
lo. tract. 6.

D. Greg. l. 10.
in Euang.

Oleum in Ta-
berna Merito-
ria Christo na-
scente fluxit.

Euseb. in Chron.

Bar. in appar.
ad Ann. Eccl.
n. 19.

Oros. lib. 6. c.
20.

matre optime educatus, pro Christianis, ut Lampridius in eiuſdem geſtiſait, benignè reſcripſit: *Cum Chriſtiani, inquit Lampridius, quemdam locum, qui publicus fuerat, occupaffent, e contra Popinarij dice- rent ſibi eum deberi, reſcripſit: Melius eſſe, ut quomodocumque illic Deus colatur, quam Popinarijs detur. Locus igitur a Chriſtianiſ ex tunc legitime occupatus, ſacris ritibus a B. Calliſto Papa in honorem Deiparæ, illibatique eiufdem partus olei prodigio præſignati memoriam conſecratus eſt.*

Oliua victoriæ ſignum.

8 Demum cæteris omnibus myſticis deriuationibus, quæ Patrum teſtimonio oliuæ congruunt, breuitatis gratia, ſilentio obuolutis, hanc vnã poſtremo loco, pio ac ſtudioſo recolendam lectori ſubiicere ſat eſt, quæ ad noſtri quoque inſtituti proſitum facit. Probe igitur noſſe oportet, oliuam in victoriæ item ſymbolum, ipſo Auguſtino teſte, mirifice aptari, libro de Ciuitate Dei, vbi iſthæc: *Oliua ſolebat imponi victori- bus in ludis Mineruæ, quod eius fructuum inuentricem Mineruam tradunt. Quod quidem antiquis temporibus apud Eth- nicos in more poſitum fuiſſe conſtan- ti plurium teſtimonio ſcriptorum didi- cimus, & ipſius præſertim Virgilij, quem recentuimus, Æneid. lib. 5. vbi præcipue de præmiorum muneribus, quæ ſuis poſt pugnam Æneas dux meritiffimus victo- ribus pollicendo proponeret, edifferens hæc inquit:*

D. Aug. l. de Ciuitate Dei 18. c. 12.

Virg. Æn. 5.

Omnibus bic erit vnus honos, tres præmia primi

Accipiant, ſlauaque caput neſcentur oliua. Et infra in rem præſentem iſthæc ſubij- cit:

Quem modo nauali Mneſtheus certamine victor

Conſequitur viridi Mneſtheus euinctus oliua.

Curſepulchris columbe cum oliua appingentur?

9 Columbarum igitur imagines Chriſtianorum ſepulchris frequenter vnã cum oliuæ ramuſculis in victoriæ ſignum nulla interim efficta ipſius Noemi, aut Arcæ figura, exculptæ ſunt: & non eam- dumtaxat ob cauſam, ut nobis credere par eſt, quod fideles, qui illic in Cœmeterijs, tanquam in Noemica arca incluſi deliteſcebant, Dei ipſius nutu ſe regi ac ſeruari, atque inundantes diluuij aquas, id eſt, ingruentium perſecutionum vim

tandem aliquando, Deo votis feliciter aspirante, deſitiram intelligerent: ſed quod nobiliſſima vltro ex aduerſis, ſi quæ pati contingrent, ſe victoriæ laurea potituros ſperarent, quam nobiliores Chriſti athletæ Tartareis iã ex hoſtibus viriliter dimicando reuexerant, qui depoſitis inibi mortalis ſarcinæ exuiijs ſuaui- ter in Domino quieſcebant.

10 Quod plane expreſſa columbæ ramum oliuæ præferentis imago innue- re videtur, quæ tribus ſuper pueris intra Babylonicæ fornacis ambitum conſiſtentibus efficta cernitur, ac ſi fauſtarum iſdem rerum prænuntia, illud ſymbolice menti ſuggereret, rabidum ac vorax illud, haud aquarum, ſed ignium ex- ſtuantium pœnale diluuium diuinitus reſtinguendum fore, quod olim Noë- mo ſub ipſa diluuij tempora inter im- menſos aquarum vortices feliciter obtigit. Et demum, ut virentis oliuæ ramo, quem ore columba præſerebat, optatiſſimus victoriæ triumphus, qui Babylonicæ Rege ab iſdem inter ſtammurum in- cendia referendus eſſet, palam hoc nobili ſymbolo præmonſtraretur.

Columbæ oli- uarum præfe- rentis imago. Pueris in for- nace appicta quid innuat?

11 Myſtice autem virginum quan- doque tumulis oliuarum rami apud Chriſtianos inſculpti conſpiciuntur. Apud ipſos quoque antiquos multipli- cium rerum oliua ſymbolum extitit, & virginalem præ cæteris candorem præ- notante Phornutus his verbis aſſerit: *Ideo enim Mineruæ olea tribuitur, quod ſemper vireat, & aliquid habeat oluæ, & quod oleum nihil contineat humidi admixtum, ſed ſemper ſincerum, & æque acriter perſeueret, ita & Virginitas, ut optime deducto in- rem ſymbolo Phornutus ſubinfert. Sunt inſuper, qui oleæ ſertū paciferis viris aſ- ſignent, quod hæc potiſſimum arbor ſit pacis ſymbolum: ideoque arma ferri, bel- laque ſuſcipi dicuntur, quo tandem commo- dius in pace viuatur, ut Girald. ſyntag. 11. edifferit. Ex veterum inſuper Commen- tarijs, ut Alciatus edocet, dicatâ Palladi oleam dici, eandemque caſtitati addi- ctâ didicimus, utpote quæ humanis hæud vnquam vſibus pollueretur, immo quæ Deorum templis niſi conſulto accende- retur. Verum ut ſpecioſum illibati candoris ſymbolum ex olea hauriamus, inter Græcos plerique auctores oliuam ab im- pudicis conſitam aut non crefcere, aut fructū*

Oliua virgini- tatis interpre- tatione habet.

Pacis ſymbo- lum.

Oliba ab im-
judicis confi-
a non crescit,
atque infructi-
ra redditur.

non ferre assenerant, qua opinione, ut Aleia-
tus ait, imbuti, a castis tantum, & virgini-
bus inferi debere putabant. Nec oliuarum
subinde succus Deo in sacrificium, dul-
cioribus quibusvis succis reiectis, obla-
tus mysterio vacat: oleum quippe quod
ex oliuarum amaritudine exprimitur, in
Salomonis Templo ad concinnandas Cā-
delabri lucernas incendebatur, animi
potissimum amaritudinem Deo gratissi-
mam esse euidenti simbolo, ut ait Hiero-
nymus, portendebat: *In Domini*, in-
quit, *sacrificijs mel non offertur, cereaque con-*
tempta, quæ mellis hospitium est, oleum accen-
ditur in templo Dei, quod de amaritudine
exprimitur olearum. Ita Hieronymus: ad
quod eleganti emblemate ingeniosus il-
le alluisse visus est, dum de oleis quan-
tumuis amarissimis, dulcem stillantibus
liquorem, illis aliquando verbis ludit:
Amaritudine dulcescunt.

10 Vides igitur, amice lector, quor-
sum Christiani festiuos oliuarum ramos
Cœmeterialibus passim sepulchris affi-
gerent, ut pacis videlicet, ac victoriæ
symbolum intuentium tum oculis, tum
animis oliuæ iugiter adspectus ingere-
ret. Sed hæc interim de oliuæ simbolo
lectori prælibasse sufficiat.

CAP. XLV.

De Vitibus & Vuarum
racemis.



ITIS quidem, ut ab al-
tiori principio, & ab
antiquioribus rem tē-
poribus, ac dicendi
pariter exordium au-
spicemur, nobile olim
Centurionum insigne vñ cum cingulo
extitit: hanc quippe manu gestantes, in
delinquentes milites animaduertere cō-
sueuerant. Quapropter de Mario grega-
rio olim milite sub Centurione hæc apud
Iuuenalem:

Nodosam posthæc frangebat vertice vi-
tem,

Si lentus pigra moueret castra dolabra.

Sed & Plinius idem his palam verbis
comprobare videtur: *Centurionum*, in-
quit, *in manu vitis, & opimo præmio tar-*

dos ordines ad lentas perducit aquilas, atque
etiam in delictis pœnam ipsam honorat,
nempe quod nobili ligno delinquentes
verberaret. Sed est & illud Taciti in-
animaduersione militum per Centu-
riones adhiberi vitis ligno consueta hæc
de Lucillo Centurione sæuissimo dicen-
tis: *Centurio Lucillus interfecitur: cui*
militaribus faciejs, Cede alteram nomen
indiderant: quia fracta vite in tergo mili-
tis, alteram clara voce, & manum aliam po-
scebat. Porro Centurioni, ut Baronius
in rem præsentem affirmat, vite militem
verberanti, haud impune reluctari lice-
bat. Nam sic Macer in lib. de re militari
de irreuerenti milite: *Si vitam tenuit,*
militiam mutat, nempe in gradum infe-
rioris ordinis redigitur. Rursum: *Si ex*
industria fregit, vel manum Centurioni in-
tulit, capite punitur. Hæc ipse ex veteris
disciplinæ præscripto. Hinc in Marcell-
li Centurionis actis, qui Tingi in Mau-
ritania nobili martyrio sub Diocletiano
Imperatore coronatus est, antiqua ciui-
scemodi consuetudo, & vitis insigne,
quo Centuriones præstabant, a peritis
verbis exponitur: eundem enim vñ
cum cingulo vitam obtestandæ fidei cau-
sa procul a se abiicisse describitur: *Si*
talis est, inquit, *conditio militantium, ut*
dijs, & Imperatoribus scera compell-
lantur: ecce proijcio vitam, & cingulum,
renuncio signis, & militare recuso. Et hæc
de viti, quæ olim apud Gentes militaris
præminentia ac potestatis insigne præ-
ferebat, hic primum studiose lectori
suggerere voluimus.

2 Verum, ut nunc a profanis ad
sacra, & a militaribus rebus ad Cœmete-
riales stylium conuertamus, antiqui Chris-
tianorum præter iam descriptas, ac
enarratas symbolicarum rerum imagi-
nes, vites pariter vis resertas in abditijs
Cœmeteriorum cubiculis frequenter
pingere consueuerunt: neque vero
ornamenti duntaxat conciliandi gratia,
sed mysteriorum quoque adumbrando-
rum causa id ab iisdem præstitum fuisse
dixerimus. Vites quippe, & vñæ, quæ
iisdem Subterraneæ Romæ tabulis in-
seruntur, Israëliticum populum, ac
Synagogam designant, quæ in compluri-
bus quidem sacrarum paginarum locis
haud alio, quam electæ titulo vineæ com-
mendatur: id autem præcipue ex c. 2.

D. L. Miles
agrum S. u. au-
tem vers. si vi-
tem S. de re
militari.

Bar. in 2. Ann.
298. n. 2. apud
Surd. in L. de
30. O. 20.

Vitis, & Vuarum
earumque my-
steria.

Vitis Synago-
ga in symboli-
ce designat.

Vitis Centu-
rionum insi-
gne.

Inuen. sat. 1.

Plin. d. 14.
Tac. ann. 1.

Hic-

Hier. c. 2.

Hieremiæ constat, vbi ipsemet Deus acceptum sibi populum, quem singulariter excolerat, hac potissimum similitudine compellat: *Ego autem plantavi te vineam electam, &c.* Quod psalmo item 79. repetitur: *Vineam de Agypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.*

Isai. 79.

Vitis symboli Christi Domini congruentius.

Et Ecclesie fideliumque.

D Hieron. c. 5. Isai.

D Aug. sup. 8

3 At magis quidem mysterijs consone, vt verum fatear, ipsummet Dominum propositæ vitis symbolum prænuntiari crediderim, qui de semetipso loquens, isthæc ait: *Ego sum vitis, vos palmites: & quod inde consequitur, Ecclesiam ipsam, cunctosque fideles apte huiuscemodi symbolo designari quis merito asserere potest, Hieronymo teste in illud Isaiæ 5. Vineam factam est dilecto meo, &c.* vbi isthæc: *Cuncta, inquit, quæ dicuntur de vinea, possunt & ad animam humanam referri statim, quæ a Deo plantata in bonum, non vvas attulerunt, sed labruscas. Verum enarratæ hæcenus ab Hieronymo sententiæ Augustinus ps. 8. qui pro Torculari inscribitur, his verbis mirifice adstipulatur: Torcularia possumus accipere Ecclesiam eadem ratione, qua & Arcam intelligimus Ecclesiam: quia siue in Arca,*

siue in Torculari nihil aliud agitur, nisi vt fructus ab integumentis purgetur. Et infra apte in rem præsentem hæc subdit: *Est alius intellectus de Torcularibus, dum tamen ab Ecclesiarum significatione non recedatur. Nam & Verbum diuinum potest etiam intelligi. Dicitur enim Dominus Botrus vne, quem ligno suspensum de Terra promissionis qui erant præmissi a populo Israel tanquam Crucifixum attulerunt, &c.* Hæc eleganter Augustinus.

4 Quapropter vt res, cuius sermo recurrit, oculis comprobetur, sapienti quidem consilio ipsiusmet Christi Saluatoris imago a Christianis olim, vt in Cœmeterialibus tabulis videre est, sub vitis, ac racemorum vvarum symbolis contemplanda proponebatur: quinimmo in ipsismet fictilibus lucernis Christi imaginem vvarum racemis ad innuenda symboli eiusdem mysteria iisdem eleganter excultam delineabant, vt in hac potissimum lucerna compertum fit, quæ vvarum racemis nobilis instar coronæ fertis Christi sub pastoris typo circumdatam imaginem contemplandam exhibet:

Christi imago cum vvarum racemis.



Quod plane Pastoris Euangelici inter mysticos vvarum racemos consistentis symbolum illa Ioannis Chrysofomi verba auribus nostris iugiter insonare videtur: *Quis pastor, inquit, oves pro-*

prio pascit cruore? quid dico pastor? matres multe sunt, qui post partus dolores filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipse non est passus: sed ipse nos proprio sanguine pascit, &c. Vvarum igitur

Chry. ho. 27. in Matth.

tur

tur botri ipsiusmet Christi, quem pro hominibus effudit, sanguine redundantes salutis nostræ pretium ac sacramenta propinant. Verum ut proposita insistantur similitudini, congrue quidem non in sacris tantum Cœmeterijs Christiani vitem, sed in ipsiusmet templis pennicillo adumbrabant, ut in apside Ecclesiæ S. Clementis de Vrbe videre est, vbi eleganter prope Amphitheatrum tessellato opere vitis Christi Crucem circumiens suspicitur, carminibus hisce exculptis:

*Ecclesiam Christi viti similibimus illi,
Quam lex arentem, sed Christus facit esse
virentem.*

Picturis igitur proposita similitudo mirifice comprobatur.

4 Quam item Ambrosius ex ipsiusmet vitis proprietate disertis plane verbis in hunc modum comprobatur: *Quis non miretur*, inquit, *ex acino vinaceo vitem vsque in arboris summum cacumen prorumpere, quam velut quodam amplexu fouet, & quibusdam brachijs ligat, & circumdat lacertis, pampinis vestit, sertis vuarum coronat, quæ ad imitationem vitæ nostræ, primun-
viam defigit radicem, deinde quia natura est flexibilis, & caduca est, clauiculis, quasi manibus quidquid apprehenderit, stringit, sicque se erigit, & atollit. Huius est similis plebs Ecclesiæ, quæ velut quadam fidei radice plantatur & reprimitur humilitatis propagatione, de qua pulchre ait Propheta: *Vineam de Ægypto transfulisti, &c. Et per Isaiam: Vineam factam est dilectio meo, &c. Evidenter igitur exemplo vitis ad nostræ vitæ institutionem ascendendum esse significauit, quæ prima veris tepesfacta temperie gemmare perhibetur; deinde ex ipsiis samentorum articulis fructum emittere, de quibus oriens vna formatur, paulatimque augetur in maturi partus retinet acerbiteratem; nec potest nisi maturam iam & coctam dulcescere. Vestitur interea viridantibus pampinis vinea; quibus aduersum frigus, omnemque iniuriam exiguo munitur subsidio, & a solis ardore defenditur. Quid autem eo spectaculo gratius, vel fructu eius dulcius? Videre sertam pendencia, velut quædam speciosi ruris monilia, carpere vvas vel aureo colore vel purpureo venientes? Audis quam speciosa in vitis ac racemorum eiusdem præconia aureum Ambrosij eloquium deriuet. Sed ifihæc de mira vitis vbertate, ac de eleganti pariter**

fructu, quos gemmarum instar profert, copia prælibasse parum rarus Ambrosius ociosos homines, ac stertentes, qui tempus ipsum faciendi fructus frustra terunt acriter perstringendo redarguens, hæc infra subtexit: *Nec aduertis*, inquit, *ex his admoneri te homo, ne immaturos fructus tuos dies supremus inueniat, ut plena tempus ætatis opera imparata dedeant. Acerbus enim fructus amarior esse conuenit, nec potest dulce esse, nisi cum ad maturitatis perfectionem adoleuerit. Huius viro profecto nec frigus horride mortis, nec sol iniquitatis nocere consuevit, quia obumbrat eum gratia spiritualis, & omnia mundana cupiditatis, & corporeæ libidinis restringit incendia, defendit ardores, laudent te qui, nunquam conspiciunt, & agmina Ecclesiæ velut quædam palmitum, ferta mirentur: spectent singuli fidelium, pulchra animarum monilia, delecentur maturitate prudentiæ, splendore fidei, confessionis decore, iustitiæ pulchritudine, vbertate misericordiæ, & dicatur tibi: *Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tue, & quod redundantiâ vitis fructiferæ copiose munere liberalitatis initeris.**

5 Interim vero, ne Hieronymum prætereamus, studioso lectori repetenda sunt, quæ mysticis idem elocutionibus in Amos 9. ad rei propositum edisserit, dum vnam in torculari, calcantium pedibus expressant, inuictorum martyrum symbolum esse pronunciat; sed eius hic quæso verba gratis auribus excipiamus: *In illo tempore plenis torcularibus vna calcabitur, & de Christi ac martyrum sanguine rubentia mæsta fundentur. Quod plane mysterium Bernardus in illud Cant. 6. diserte profecquitur: Vineæ florentes dederunt odorem suum, vbi hæc habet: Cæterum si vineæ, animæ sors opus, odor opinio est, fructus quid? Martyrium; & vere fructus vitis, sanguis est martyris. Martyrium quoque sub specioso descriptæ vitis symbolo in illa psal. 126. verba, *Filij merces fructus ventris, altius inculcat: Quid ni*, inquit, *sanguinem vna dixerim meracissimum, sanguinem innocentis, sanguinem iusti? Quid ni mustum rubens, probatum, pretiosum plane, de vinea Soreth torculari passionis expressum, &c.**

6 Demum ad rei propositæ symbolum sufficienter comprobandum accedunt, quæ in M. S. Sanctæ Eugeniæ Cod. S. Cæcilie actis recensentur: dum enim

Vitis maturos fructus profertens quid homine doceat.

*Vux symboli martyrij con-
stituitur.*

*D. Hier. in 9
Amos.*

*D. Bern. in
Cant. 6.*

Idem psal. 126.

*S. Eugeniæ ad
martyrium
adhortatio ad
ducta vuarum
metaphora.*

M. S. Cod. 2.
64r.

illa virgines, quas iam ad Christi fidem traduxerat, ad martyrium alacri, constantique animo subeundum adhortaretur, his potissimum eandem verbis interpellasse legitur: *Ecce vindemæ tempus, in quo vna fertiles succidentur, vt a pampineis leuitatibus separata, poculis celestibus exprimantur; & vos vite mee propaggines & meorum viscerum botriones estote parata, &c.* Ex enarratis igitur legenti compertum fit, quid coloribus expressa pulcherrimæ vitis imago, quæ sacris passim imaginibus interferi consueuerat, quid, inquam, tot recolenda iugiter inuentium animis mysteria ingerendo, emolumenti exhiberet, tum præsertim, cum viriliter in agone pro fide certantibus hæud obscurum delibandi sanguinis, ac martyrii symbolum præferret. Sed de Vite hæc tenus.

CAP. XLVI. De Candelabro.

Candelabrū
Mosaicū eius
que mysteria



Exe. 25.

Tert. 1. 2. car.
c. 2.

Ag. Apoc. 1. 13.
13.

ARVREVM legis Mosaicæ Candelabrum, ipso met olim iubente, Deo constat, quod suum inter cætera ornamentorum genera

Salomonico Templo splendorem refundebat: *Facies, inquit, & Candelabrum ductile de auro purissimo; aureis itidem, vt reliqua antiqui Testamenti monumenta, mysteriorum symbolis illustrabatur.* Quippe cum Mosaicæ tabule, vel sub umbra Christum exhiberent, tum verbo, tum facto venturum, eundem orbi designabant, vt optime Tertullianus carmine illo ediderit:

Omnia de Christo, per Christum, cuncta loquuntur.

Quoniam enim ex diuino Apostoli Petri oraculo: *Huius omnes prophete testimonia perhibent*, Candelabrum quoque, suam Christo gentibus præmonstrando vel inter tenebras lucem contulit. Quæ enim ratione Arca, & legis item digito Dei viui conscriptæ tabulæ Christum symbolice astruebant, venturumque; vel tacite loquebantur, vt potissimum de Arca orthodoxis e Patribus, & ex eodem Tertulliano, hanc expressam Christi Sal-

uatoris humana forma induti imaginem pronunciantem innotescit, illis videlicet verbis:

Arca sub exemplo corpus venerabile Tertul. 1. 2. c. 3. cono. Marc.

Christi

Ostendit.

Et de Mosaicis insuper tabulis, quas vtriusque præsignati in Christo testamenti indices fuisse contendit, idem aperte in rem præsentem Tertullianus his verbis elocutus fuisse videtur:

Et tabule duplices conscriptæ legis in Arca, Tertul. ubi sup.

Sig. significant simul hæc in Christo condita semper,

Qui vetus, atque nouum mandatum protulit ipse.

Antiqui enim, ac noui pariter Testamenti tabulas vnus, idemque Saluator adimplet: *Finit enim legis*, Apostolo enarrantem, *Christus est.* Candelabrum, igitur, vt ex umbra gratam oculis lucem aspiciamus, hæud aliud profecto, quam Christum mentibus ingerit, qui de semetipso concinne testatus est: *Ego sum lux mundi.* Et vno sere orthodoxorum omnium Patrum ore sub Candelabri typo Christus Dominus reuelatus agnoscitur: *In quo*, vt Gregorius ediderit, *natura humanitatis fulsit lumine diuinitatis, vt mundi candelabrum fieret.*

Rom. c. 10.

Candelabrū
Christi typus.

Io. 1. 8.

Greg. 1. 6. in
Exe. 25.

2 Congruè igitur Christiani, cum in Cæmeterialibus cauernis tenebras inter, vnaque cum mortuis consepulti, persecutionum tempore delitescerent, lucernaque ad propulsandam noctis caliginem sepulchris passim affigerent, Mosaicum quoque septenis instructum lucernis Candelabrum, quo idem olim Christus præmonstrabatur, oculis contemplandum ingerebant, vt abolitarum iam figurarum umbras, ne dicam tenebras, fidelium oculis suam, iuxta illud prophete oraculum, afferre lucem contestarentur: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* & illud item: *Quia tenebræ non obscurabuntur, nox illuminatio mea in delicijs meis.* Christiani quippe supernæ fidei lumine persusi, illud merito Apostoli ore insonare poterant: *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur, de claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu.* Istud igitur Candelabrum iam tum tenebris additum, quod symbolice suam Euangelio lucem contulit, fa-


Candelabri
Mosaicæ ima-
go in Cæme-
terijs.

plal. 138.

2. ad Cor. 3. 18.


facris quoque Cœmeterijs lumen quodammodo mutat. Quamobrem haud immerito in Subterraneæ Romæ tabulis Candelabri huius desideranda imago videbatur; quod sub Tito quondam Imperatore e Hierosolymorum templo in Urbem cætera inter spolia in triumphum deferri contigit, ut in conspicuo cuiusdam Titi arcus lapide longa adhuc post secula illibato, vel a cæcutientibus ad Euangelij lumen Iudæorum oculis videre est, abolitæ legis monumentum, ipsomet Iosepho his verbis enarrante dedicatum est: *Spolia, inquit, alia passim ferebantur, eminebant autem ea, quæ apud Hierosolymam reperta sunt, mensa aurea ponderis talenti magni, & Candelabrum similiter auro factum, posthæc autem portabatur lex Iudæorum novissima spoliatorum.*

3 Celeberrimum ergo Candelabrum, quod septenis quidem lucernis iugiter præfulgebat, & sub ipsa Mosaicæ legis umbra Hebræorum genti velut quid præcipuû ad sacrum Iudaici Templi cultum vsui erat: cuius item imago in eorumdem Hebræorum Cœmeterio frequenter exprimebatur, in Christianorum quoq; Cœmeterijs pingi, ac repræsentari aliquando consuevit. Neque vero qui cuncta sapientissimis permotionibus, præstabant, id otiose aut perperam præstitere: nam etsi Mosaicum eiusmodi Candelabrum, quod ipso præcipiente Deo conflatum est, omni iam præceptorum cæremonialium ritu abolito, nobis nullatenus vsui existat, nihilominus tamen quod ad mysterium significationem attinet, Christiani ab ipsismet Iudæis quibusdam in rebus haud omnimode discrepant, & sub mystico Candelabri eiusdem typo, altiora ac nobiliora rerum arcanarum mysteria contemplantur. Quapropter sub Mosaici Candelabri etsi iam aboliti, ac obtenebrati symbolo mysteriorum lumen hauriebant. Sed antequam ad incima, quæ latent, edisserenda mysteria deueniamus, Cœmeterialis interim Candelabri a Iudæis frequenter, & ab ipsismet Christianis vsu quandoque receptam hic tibi ob oculos imaginem repetitam proponimus.



Verum Iudæis potissimum, quibus caligine altius obcæcatis nulla supernæ fidei & Euangelij lux refunditur, sublato in perfidiæ pœnam ipsomet scripturarum fulgore, inter tenebras cæcutientibus sola duntaxat extincti Candelabri umbra remansit: quocirca eorumdem Cœmeterium, quod Portuensi via situm est, lucernis Mosaico Candelabro passim obsignatis excultum Bosius oculatus rei testis, ut iam diximus, contemplatus est.

Candelabri imago in Hebræorum in Cœmeterio.



4 Candelabrum hoc igitur Hebræi, quod mirifico olim artis studio elaboratum in Templo suspiciebatur, manifestum ipsismet Cæli symbolum esse iactabant: lucerna autem, quæ medium inter cæteras locum tenebat, solem adumbrari, ac demum reliquis hinc inde

Candelabri simulacrum Cæli.

Candelabri Mosaicum a Tito in triumphum portatum

Ios. lib. 1.7. de bell. Iud. c. 64.

Azor. in Tit. mor. 1.6. c. 43.

Candelabrum Mosaicum in sepulchris Christianorum cur pingetur?

luminaribus, quibus Candelabrum mirifice instruebatur, minores, quas dicunt, planetas collucentes exprimi affirmabant. Ita prorsus Philo lib. Quis rer. diuin. hæref. & Ioseph. Antiq. lib. 3. cap. 7. Hoc idem nonnulli ex nostris quoque scriptoribus asseruere, inter quos præcipuus est Clemens Alexandrinus Stromat. libro, cuius hæc sunt verba: *Ex utraque parte Candelabri tres inferti sunt rami, & in ipsis lucernæ: quoniam sol quoque tanquam Candelabrum collocatus est in medio aliorum errantium, & ijs qui sunt super ipsum, et ijs, qui sunt sub ipso, diuina quadam musica, lumen indit.* Idem pariter ac in eadem sere sententiam Abulensis exponit in 2. Paralipom. cap. 2. q. 11.

Phil. Iud. l. 3.
diu.
Ioseph. l. 3. c. 7

Clem. Alex.
Strom. l. 5.

Abul. in 2. par.
c. 11.

Candelabri
requiem sym-
bolice signifi-
cat.

Messias per
septimam Can-
delabri lucernam
mystice
denotatur.

Vat. 9.

5 Hebræi in super per Candelabrum quod septenis lucernis constabat, requiem symbolice denuntiari asserbant, quæ septima videlicet rerum omnium ex nihilo conditarum die olim præfigurabatur. Iactabundo itidem ore lucernam illam, quæ septimo præ cæteris loco fulgebat, sanctissimum Messia symbolum præferre docebant, in cuius aduentu in omnimodam ipsi libertatem, & c iugo tandem miseræ seruitutis, quo premebantur, in exoptatæ pacis sinum feliciter vindicandi essent. Quæ quidem singula nos quoque Christianis imbuti dogmatibus de Messia vltro ac palam asserimus, vel hoc vno tamen discrimine a perfidis Iudæorum assertionibus discrepantes, quod illi in ipsamet rerum diuinarum luce, & vel dum scripturarum radij vndique coruscant, oculis cæcipientes venturum expectant, quem nos opportunior diuinitus fidei lumine resperfi iam vltro nostræ salutis causa in terrarum orbem aduenisse profitemur.

6 Christiani igitur haud incongrue huiuscemodi Candelabri symbolo cælum intuentibus designare conati sunt, in quo nimirum ipsummet Christum Dominum patentissimum Iustitiæ solem ac æternæ lucis iubar contemplari fas est, ex quo totus subinde orbis peroptatum mentis lumen exhauriret, quod & a sanctis Prophetis prænuntiatum, & ab ipso præsertim Isaia cap. 9. his quidem verbis palam demonstratum fuerat: *Habitantibus, inquit, in regione vmbre mortis lux orta est eis. Et c. 10. Super te autem*

oriatur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et infra dum in rem præsentem magis perspicue loqueretur: *Non erit tibi amplius, inquit, sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Huc item spectant, quæ Christus Dominus de seipso Ioan. 8. aptis, apertisque verbis exposuit: *Ego sum, inquit, lux mundi.* Et: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* De quo pariter festiuus illis vocibus Deiparam interpellans canit Ecclesia: *Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster.* Hoc item lumen est, quod Ioan. 1. illis potissimum Euangelicis verbis ostenditur: *Erant lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Verum quod cæcipientibus Iudæorum oculis immissum cælitus lumen haud quidquam profuerit, audi ipsum Euangelistam de Hebræis hunc in modum loquentem: *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Quapropter dum lucem illi cunctis iam mortaliū mentibus obortam, ipsi rebelles, vt scriptura inquit, *lumini clausis oculis haurire detrectant, perpetuis noctuarum instar tenebris addicuntur, ac nobis duntaxat, quibus scripturæ palam Christum loquuntur, tanquam superna luce persufus Mosaici huius Candelabri figura resplendet.* Merito igitur iure Hebræis tanquam lucifugis, ac in perfidia, qua tenentur, pœnam vel in ipsa meridiana luce palpantibus, Mosaici Candelabri symbolum obscuratum est, nec iisdem vllatenus, vt pote quibus iugis nox est, aptatur: quod eleganter quidem eruditissimus vir Ioannes Castellinus Zaratinus expressit, dum Hebræorum quondam Cœmeterium vnà cum Bosio curiose perlustrans, tot ibidem in eorumdem sepulchris exculptas candelabrorum imagines videret, hoc enim perarguto disticho lepidissime ludens, obfirmatam insani populi cæcitatem deluit:

Quid Candelabrum prodest sine lumine Christi?

Perpetuis tenebris turba proterua iaces.

7 Candelabrum igitur, de quo nunc agimus, mystice Christum designat, vt apertis verbis Clemens Alexan. loco citato edocet, vbi isthæc subdit: *Habet autem aliud quoque enigma aureum*

10. c. 9.

10. c. 3.

Ann. ad Iand.
B. V. G.

10. c. 1.

Candelabri
typus Christi
Dominij.
Clem. Alex.

Can-

Candelabrum figuræ Christi, non figura solum, sed & etiam quod lucem immittat multiformem, multisque modis in eos, qui in ipsum credunt, sperant, & respiciunt, per ministerium eorum, quæ sunt primo creata. Dicunt autem esse septem oculos Domini, septem spiritus requiescentes in virga, quæ floruit ex radice Iesse, &c. Clementi quoque Alexandrino pari sententiarum pondere Rupr. Abbas adspulatur, qui isthæc in medium profert: Sed quia sunt exemplaria caelestia, caeleste ex ipso speculemur Candelabrum, id est, Christum incarnatum, &c. Et hæc infra ad idem elucidandum subtextit: Septem lucerne, septem spiritus Dei sunt, quorum exemplares septem lucerne fuerunt, quæ super illud materiale Candelabrum posite sunt. Christus ergo, super quem requiescet spiritus Domini, spiritus sapientie, & intellectus, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritu timoris Domini. Ipse est Candelabrum Cæli, Candelabrum & lux mundi, septem huiusmodi lucens semper inextinguibilibus lucernis. hæc Rupertus.

8 Eadem vero sententiæ, quæ sub mystico Candelabri symbolo Christum Salvatorem agnoscit, Gregorius pariter inlæret, dum homil. 6. in Ezechielem, illa Exodi verba exponit: Facies Candelabrum, &c. Christus, inquit, est, in quo natura humanitatis fulsit lumine diuinitatis, ut mundi Candelabrum fieret, cuius lumine peccator tenebras suas agnosceret. Ex auro purissimo, quia naturam nostram sine culpa suscepit.

9 At Beda aliud sub septenarum huiuscemodi lucernarum typo diuinitatis hieroglyphicum recolat, ac veneratur, qui cap. 25. in Exod. per illud Mosaicæ legis Candelabrum mystice Spiritum sanctum designari affirmat: Candelabrum, inquit, Spiritus sancti gerebat imaginem, qui septiformi gratia illustrat Ecclesiam. Plura interim in vna eademque re vir doctissimus mysteria attingens cap. 49. quasi super Exod. Christi quoque ac septem Ecclesiarum typum esse pronuntiat, de quibus in Apoc. fermo est, hæc autem ille in rem præsentem habet: Alij Candelabrum Christum intelligunt gestantem septem Ecclesias, in quibus septiformis splendor Spiritus sancti emicat, &c. Ecclesiæ insuper imaginem Iudaico Candelabro adumbrari idem asserit in lib.

quem de Tabernaculo inscripsit cap. 8. vbi isthæc: Candelabrum Tabernaculi, sicut & mensa, præsentis temporis Ecclesiam designat. Et hæc paulo infra: Hastile Candelabri, ipse est, qui est Caput Ecclesiæ, mediator Dei, & hominum Christus Iesus.

10 Multiplicia tamen diuinarum arcana mysteriorum sunt, quæ ex Mosaicæ huius Candelabri typo excerpta Anselmus præ cæteris contemplatur in illud Hebræorum 9. Tabernaculum factum est primum, in quo erant Candelabra, &c. vbi singula vno eodemque sermone mysteria singillatim complectens, sic cloquitur: Primum Tabernaculum, inquit, præsens est Ecclesia, in qua militatur Deo, & sacrificium bonæ actionis offertur, antequam veniatur ad Cælum. In quæ est Candelabrum, id est, Christus fulgens lumine diuinitatis in medio fidelium, qui & ipsi Candelabra aurea sunt, qui sapientia lucent, quæ per aurum designatur, & charitate bonorum operum. Et hæc infra in symboli eiusdem explanatione ingerit: Ipse Christus est medius stipes, qui portat tria brachia, a dexteris, & tria a sinistris, quia ipse est vera vitis, ex qua procedunt fructuosi palmites. Ipse est origo & concordia, & caput omnium iustorum, qui sibi sanctos veteris, & noui Testamenti hinc & inde facit adherere. Omnes enim ab hoc fundamento confurgunt, & a tanto Principe, ac medio bono & communi omnium lumine gubernantur. Nam tria brachia de sinistra parte, tres viri sunt, Noe, Daniel, & Iob, id est, tres ordines fidelium in veteri Testamento, videlicet rectorum, continentium, & coniugatorum. Nam per Noe, qui rexit in vudis Arcam, figurati sunt Rectores. Per Danielem, cuius mira liguur abstinentia, abstinentes & continententes. Per Iob, qui uxorem & filios habuit, coniugati. Similiter & alia tria de parte dextera, sunt tres electi discipuli, Petrus, Ioannes, & Iacobus, qui viderunt gloriam transfigurati in monte, id est, tres ordines sanctorum, qui gloriam eius in Cæli Regno visuri sunt, hoc est Rectorum, continentium, & coniugatorum. Petrus enim Rector Ecclesiæ signauit, Ioannes autem calices, & Iacobus reliquos, id est, coniugij vcentes, & homines, vel doctrina, vel exemplis bonorum operum lucent, & cæteris lumen suum spargunt, &c. hætenus Anselmus.

11 Verum enimvero haud a cæteris

1c. in l. de Tab. c. 8.

Candelabrū typum Ecclesiæ præiert.

Candelabrū Christum, & fideles omnes mystice significat.

Ansel. in c. 9. ad hab.

Id Ansel. cit. Et Sanctos veteris Testamenti designat.

Noe, Daniel & Iob quid figurate denotent?

SS. Petrus, Ioannes quamnam figuram præterant?

Rup. Abb. l. 4. in Exod. c. 8.

Septem Candelabri lucernas septem spiritus s. dona sunt.

Candelabrū Christi mystice designat.

D. Greg. l. 6. in Eze.

Candelabrū imago Spiritus s.

B. d. c. 25. in Exod.

Beda in Exod. c. 49.

Candelabrū
typus Ecclesie

ris Hieronymus dissentit, qui dum c. 4. in Zach. Candelabrum, de quo a nobis nunc quæritur, Ecclesie pariter figuram esse pronuntiat: *Candelabrum*, inquit, *aureum, de auro purissimo Ecclesia intelligitur*. Quod quidem in cap. Matth. 5. hom. 10. his verbis comprobatur: *Quid est Candelabrum? Ecclesia, quæ baiulat verbum vitæ*. Vbi illa item Apostoli verba ad Phil. 2. exponens, videlicet: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentis*, &c. isthæc ad rem nostram argute subdit: *Consequenter omnis vir Ecclesiasticus habens verbum Dei, dicitur Candelabrum*. hæc Hieronymus.

D. Hier. c. 4. in
Zach.

Id. in c. 9. Matt.
ho. 10.

Candelabrū
symbolū Cru-
cis.

Theoph. Patr.
Ant. rom.
in Euang. 11.
in c. 6. Matth.

Crom. in c. 5.
Matth.

D. Aug. in c. 6.
117. in 1000.

11 Alij vero multiformia arcanorum mysteria pro suo quisque libitu in medium proferens, Candelabrum, quod hæcenus enarrauimus, manifestissimum sacrosanctæ ac viuificæ Crucis symbolum extitisse pronuntiant, inter quos Theophilus Patriarcha Antiochenus præcipue recensendus videtur; quippe qui comment. in Euang. lib. 1. illa Matthæi verba cap. 6. edisserens: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super Candelabrum*. Candelabrum, inquit, *Cruce Christi est, quæ totum mundum fulgore sui luminis illustrauit*. Cui Cromatius pariter in 5. Matth. cap. his plane verbis ad stipulator accedit: *In ipso Crucis Candelabro sol resplenduit*. Demum, vt Candelabro coronidem deuoctis manibus imponamus, enarratis a nobis hucusq; orthodoxorum scriptorum sententijs Augustinus pari eloquentia, ac sententiarum robore subscribit, dum isthæc ad rei nostræ propositum discretissimis quidem verbis inculcat: *Si spectet impietas, videt Regem pro virga regni, lignum sui portare supplicij: si spectet pietas, videt Regem baiulantem lignum ad semetipsam figendum, quod fixurus erat in frontibus Regum*. Et hæc paulo infra: *Dicturo enim Paulo: Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: ipsam Crucem suam suo gestans humero commendabat, & lucerne arsure, quæ sub modio ponenda non erat, Candelabrum ferebat*. Quibus postremo loco mirifice consonant, quæ lib. de quinque hæres. cap. 2. studiosissimus Pater interserit: *Ista, inquit, domus totus est mundus; lucerne accensio Verbi est incarnatio: Candelabrum autem Crucis est lignum: lucerna in Candelabro lucens, Christus in Cruce pendens*.

12 Merito igitur iure Christiani inter ipsas Cœmeterialium locorum tenebras Candelabrum Mosaicum, etsi ex præscripto Euangelicæ legis iam omnino ablitum, & lumine penitus orbatum, intuentium tamen oculis suspicandum proposuere, vt, lucernis videlicet omnibus, quas præferebat, in Euangelij lumine omnimoda iam luce destitutus, etsi haud vllum intuentium oculis, vberimum tamen recolentium animis Deo aspirante enarratorum hæcenus mysteriorum lumen refundat. Sed hæc interrim fati de Candelabro enarrasse visum est.

CAP. XLVII.

De Domibus.



DUM PROSECTO, incultaque Cœmeterialibus in Cubiculis domos pia Christianorum manu effictas, haud nobiles, splendidasque Romanorum Imperatorum ædes affabre olim elaboratas, & auro vsquequaque fulgentes, qualis Neroniana potissimum, quæ Aurea dicebatur, studio hic lectori ob oculos contemplandas offerimus. Domus quippe, cuius hic mentio incidit, ea quidem amplitudine conspicua extitit, vt haud domus, sed splendidissimæ Urbis faciem vno dumtaxat intuentibus aspectu præferret. Urbanorum enim ædificiorum incendio ac patriæ cineribus suæ fundamenta domui princeps perditissimus comparauit, & tunc maxime cum succenso Urbem, ac patriam igne extinxit, regiam sibi domum auto coruscantem excitauit: *In qua domo*, inquit Tacitus, *haud perinde gemme, & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quam arua & stagna*. Et quidem ipso Suctonio teste cap. 31. domus huiusce magnificentia, haud vnquam hæcenus visa, etsi sub inuiso principe, totius Orbis terrarum admiratione dignissima videbatur. Neronis autem in ædificanda sibi domo luxum acute in hæc verba prosequitur: *Non in alia re damnosior, quam in ædificando. Domum a palatio Exquilias vsque*

Domus in a-
gnes in Cœ-
meterijs.

Suet. 31. vit.
Neron.
Domus Au-
rea Neronis.

Tac. 2. 36.

Suet. 1. 31. vit.
Neron.

fecit. Quam primo transitoriam, mox incendio a sumptam, restitutamque Aream nominavit. Hanc suis item eleganter carminibus Martialis adumbravit:

Mart. l. apig.

Roma domus fiet, & eos migrate Quirites,
Si non & Vcios occupat ista domus.

De qua idem Martialis, Titum Imperatorem alloquens, & Neronianam vnâ cum fastu tum morum, tum ædificiorum immanitatem perstringens, hæc cecinit:

Mart. l. apig.

Inuidiosa feri radiabant atria Regis,
Vnaque tam tota stabat in Vrbe domus.

2 Sed tenebris, vt par est, huius domo addicta, qui Urbem flammis, ac suam rogo ante sanus patriam addixerat, Menelai quoque domum hic silentio obuoluimus, quam Homerus suis aliquando carminibus descripsit: cuius item perfidus ille Lucianus Christianos deridens his verbis meminit: In domum aurato vestigio insignem ascendimus, qualem Homerus Menelai fugit esse. Silemus hic superbas olim Cræti, Crassiq; ac Mecænatibus insuper, exculatissimas ædes. Nec Salomonis quidem domum in præsens recolimus splendidissimo opere, ac sumptu exædificatam, vt sacra historiales libri Regum paginæ his verbis testantur:

Lur. in Philo part.

Domus Crassii
Domus Mecænatibus.

Domus Salomonis.

Lib. 3. Reg. c. 7. no. 1.

Domus Salus Libani.

Lib. 3. Reg. c. 7.

Domorum imagines in Cœmeterijs.

Domum suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum usque perduxit. Regiam quippe domum egregio plane opificio, ac regali magnificentia absolutissimam tredecim annorum spatio extruxit. Demum nec alteram ab eodem Salomone Pharaonis filia constructam, quæ domus Salus Libani dicebatur, cuius item nobilis in libro Regum mentio recurrit, hic tibi lector suspiciendam proponimus: *Ædificauit quoque domum saltus Libani.*

3 Sed profanis interim ædibus reiectis, de contemptibilibus olim, Christianorumq; penicillo adumbratis domibus nunc tempus a nobis instituitur. Et congrue quidem, vt re altius repetamus, rudæ quidem Cœmeterialibus in tabulis domunculæ, vt passim videre est, coloribus adumbrabantur. In locis enim, in quibus defunctorum corpora ad diem nouissimum deposita seruantur Christiani sepulchralem sibi domum, vel certe sepulchralis domus imaginem delineantes, sepulchrorum se potius, quam huius præteruolantis seculi ciues, ac iniqui-

nos profitebantur. Diuinum quippe Psalmistæ oraculum mente iugiter peruoluentes, oculis pariter delibare geliebant: *Simul insipientes, & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Omnes enim, & cuiusuis generis homines pari tandem sorte, immo pari mortis sententia intercipientos, quis mortalium in regno mortis ignorat? *Nudus egresus sum de utero matris mee, inquit Iob, & nudus reuertar illuc.* Ita plane, inquit Ambrosius, *nescit natura discernere quando nascimur, nescit quando deficiamus: omnes similes creat, omnes similes claudit gremio sepulchri.* Ad quod aliquando pistor, qui sepulturæ sibi inter viros nobilitatem præstantes locum elegerat, concinne alluisse vitus est, cuiusmodi notis sepulchrali suo lapidi inculptis: *Hic sepulturæ videlicet locum sibi elegit, scicns*

pl. 48. n. 17.

Mortis æqua omnium conditio.

Amb. Lde Nob & Acab. c. 1.

Homines nasci impares, mori pares.

Enimvero, vt instituti proposito insistamus, mortales qui pari simul conditione iunguntur, etsi pares, impari profus vitæ periodo sciunguntur: insipientes enim, vt Psalmista ait, ita quidem mortis iura subeunt, vt nullis eis ad meliora transitus, nec vlla ad vitam spes ultra remaneat: *Et sepulchra eorum, inquit, domus illorum in æternum.* Vbi enim inopinato e vita excefferint, in sepulchris, vt Genebrardus eleganter edisserit, perpetuo consistent vique ad consummationem seculi: in æternum enim istud hoc loco significat, omnem citra spem ad suas reuertendi diuitias, & facultates: qua item ratione in sacris paginis, *Sepulchrum, inquit ille, domus æternitatis humane appellatur. Et ibit homo, ait, in domum æternitatis sue.* Et sepulchra eorum, tabernacula eorum perpetua. *Illæ, vt præcitatus auctor ingerit, habebunt pro æternis tabernaculis, factidus in sepulchris manebunt in perpetuum, non in ditibus illis locis, quibus voluptuose edificatis sua imposuerunt nomina, & vocauerunt nomina sua in terris suis.* Pari item eruditione isthæc Psalmistæ verba Cardinalis Bellarminus hunc in modum edisserit: *Ipsi vero, id est, profani homines, morientes, inquit, reliquerunt alienis diuitias suas, sibi autem nihil retinuerunt, nisi angustissimam domum, id est, sepulchrum, in quo iace-*

pl. 48. n. 17.

Gen. in gl. 48.

Sepulchrum Domus illorum in æterno.

Ecl. 12. n. 5.

pl. 48. ver. 12.

Ecl. 12. n. 5.

iacere debent in aeternum, id est, usque ad finem seculi. Idem vero, ut ex recensitis Psalmistæ verbis videre est, ignobile fatisque angustum, ac rude demortui hominis habitaculum, modo sepulchrum modo tabernaculum, nunc Domus aeterna symbolice appellatur.

Diod. l. 1. q. 2.

Ægypti Regū de extruendis sibi sepulchris sollicitudo.

Cic. 9. Turr. 1.

Var. ap. Prisl. 2. ad. 59. Sru. 2. rog. O. 2. 4. 4. v. d. Crui. in. ind. c. 16. y. 48. Eccl. 12. leg. 3. 9. a. d. t. sep. uel. leg. 3. v. d. dum. C. de vel. leg. si. qui. os. Paul. ep. 37. ad. Rom. 1. 13. 3. eleg. 2. 1. qui. sep. a. C. de. sep. uol. Val. Prob. de. not. D. 56.

Aeneid. 1. l.

Cic. 9. Turr. 1.

4 Verum concinne quidem in rem præsentem Ægyptij olim, eorumque præsertim Reges, ut Diodorus refert, breuitatem vitæ sapienter sibimet propinantes, ac de sepulchro iugiter cogitabundi, cum de priuararum structura domorum se minus curiosos, sollicitosque exhiberent, in extruendis tamen, exornandisque splendida manu sepulchris, animæ immortalitatem recolentes, serio elaborarunt. Quippe quid sepulchrorum monumenta, Cicero inquit, quid elogia significant, nisi sua futura etiam cogitare. Quamobrem antiqui iure, quibus immortalitas cordi maxime fuit, uiuentium quidem domicilia, eo quod, ad breue quidem tempus, ut Diodorus ait, incolantur, Diuersoria, defunctorum vero sepulchra, quoniam ad multa in eisdem secula quietendum sit, Domos aeternas nuncupauerunt. Id autem & apud cæteras Orbis nationes usu receptum fuisse, tum e sacris, tum e profanis aliquando scriptoribus innotescit. Sepulchra quippe, ut apud eos legimus, perpetua interdum, nonnumquam aeterna sedes, & quandoque aeterna possessio appellantur. Quapropter iisdem plane uocibus tam morientes, quam in sepulchris compositos salutare consueuerant, ut apud Virgilium videre est:

Salue aeternum mihi maxima Pallas,

Ætèrnumque vale.

Et apud Catullum idem plane loquendi mos resonat:

In perpetuum frater aue, atque vale.

Quippe vel has inter voces ipsissimè Gentilium animis, quod Cicero ait, altius infederat, Animos remanere post mortem, & c. & mortem, ut ille ait, non interitum esse, omnia tollentem, omnia delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ. hæc Gentiles ipsi de luteis hinc nostris domibus sapienter edixere.

5 Christiani vero supernæ fidei lu-

mine imbuti, ac de hominis morte altius cæteris, ut par est, philosophantes, domos passim et si rudi delineatas pennicillo, sepulchra utique ad manendum domus instar hominibus constituta esse, usque dum expectatæ resurrectionis tempus adfiterio meditabantur, Iobi videlicet oraculum ore, ac animo iugiter personantes: Expecto donec veniat immutatio mea. Necnon Psalmistæ vocem sepulchra ad inhabitandum hominibus exhibentis iam probe meminerant: Qui habitant, inquit, in sepulchris. Qui & alibi eadem vitur loquendi formula, dum ait: Sicut vulnerati, dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius. Verum enimvero istas idcirco domunculas coloribus adumbrabant, ut ad vigilandum vnquamque, & ad suæ domus, ac vitæ custodiam iugiter exhibendam. Euangelico eiusmodi, quod ab ipsis Christi ore acceperant, symbolo præmonerent: Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putati, filius hominis veniet. Urbis enim, ac domui adfutura derepente vastitas omnimodam incolentibus, ac custodientibus vigilantiam inculcat: quid enim tam prope ruinis, ac excidio, quam Urbis, aut domus sub hostium oculis, tuto tamen inter insidias, inter imminetia pericula obdormiens, prout gentilis ille poeta Urbem aliquando describit:

Inuadunt Urbem vino, somnoque sepulchram.

Ad quod caute homini, qui suæ custodiendæ domui iugiter vacat, illud alter poeta opportune suggessit:

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Haud enim cum hoste inducijs, immo vigilijs, ut domui bene quis consulat, concerrandum est.

6 Cœmterialis igitur domus, quæ pennicillo expressa suspicatur, imago futilis, ac momentaneæ vitæ, concitateq; itidem mortis imaginem Christianorum oculis præferebat; illudque subinde Petri Apostoli oraculum intuentium animo suggerebat: Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinete vos a carnalibus desiderijs, qui militant aduersus animam.

Re-

Mortis afflicta apud Christianos nos medietate

lib. 1. 14.

ps. 67.

ps. 87.

Mat. 24.

Aeneid. 3.

Hor. l. 1. ep. 4.

ps. 38.

Petr. ep. 1. c. 11.

Recolendam insuper primæuorum hominum, qui sanctitatis merito præfulsere, memoriam tacite obijciebat, eorum, inquam, qui se haud mundi ciues, sed peregrinorum instar in mundo degere, alibique patriam quærere, ac mansionem expectare obtestabantur: *Confidentes*, inquit Apost. *quia peregrini, & hospites sunt super terram*. Abraham quippe sanctorum præcipuus peregrinam se hic vitam agre palam fatebatur, vt pote *qui non terram hanc*, vt Chrysostomus ait, *sed Cælum spectauit*. Vt enim vnusquisque rudes istas Christianorum manu effictas inspiciendo domunculas, de huius vitæ fugacitate sapienter philosophetur, domus neutiquam, sed hospitia, vt Bernardus in rem præsentem docet, habenda sunt: *Est ergo*, Bernardus inquit, *tabernaculum nostri corporis non ciuis mansio, aut domus indigene, sed aut tabernaculum militantis, aut stabulum viatoris*. Quod egregie quidem Gregorius Nazianzenus magni vir animi præstitit, qui Cælum quoad vixit continuo suspiciens, terram haud vnquam, nisi vt hospes, nisi vt viator aspexit: *Mibi*, inquit ille, *omnis terra, & nulla terra patria est*. Quod item Hilarius Ægyptiorum Eremitarum sanctissimus opere ad viuam exhibuit: adeo peranguistam quippe ad inhabitandum sibi cellam construxerat, vt *Sepulchrum potius*, inquit Hieronymus, *quam domum crederes*. Nec Basilii Christianos inter philosophos oculatissimus ab istorum cõmercio segregandum videtur, qui vt nullum penitus haberet cum mundo commercium, extra mundum quotidie fieri cupiebat, fugacemque humanæ vitæ imaginem, quam vmbra potius dixerim, tunc potissimum lyncis Christianorum oculis delibandam proposuit, cum Præfecto ipsius Valentiniani iussu ad absterrendum transmissio, & tum exilium, ac bonorum omnium proscriptionem, tum multiples eidem calamitates, ac mortem ipsam comminanti imperterrito animo in hæc verba respondit: *Nihil horum, que dixisti, curo, melior sum his, qui proscribunt, ipse me ob spem regni Cælestis proscribens, nihil vero possidens, exilij metu liber sum, vnam recognoscens esse patriam, paradysum, terram enim quasi communem omnium aspiciamus*. Qui cum subinde suas Præfecto

sponte sarcinulas obtulisset, *que sola ipsius erant s. pellecilia*, exilium quod semper animo meditabatur, & quod perpetuo ferebat, nullatenus pertimescens, hæc protulit: *Exilium nihil ad me spectat, cum domus, quam inhabito, aliena sit*. Christianis igitur sepulchrum domus, terra autem, & omnis terrena habitatio, quam incolunt, diuerforium, neutiquam domicilium est, vt optime magnus ille Ioannes Episcopus cleemosynarum cognomento, ac meritorum cumulo diues, quod antiqui Christiani pictæ symbolo, ipse factio inculcans admonuit, qui haud vere aliam, quam sepulchrum, sibi domum agnouit: *Quippe vt mortis memoriam*, inquit Leontius, *sua cogitationi profunde imprimeret, & eam perpetuo haberet præsentem & ante oculos, quid facit? Iubet sibi extrui monumentum, ei autem finem non imponi, sed semiperfectum sic relinquere: deinde eo, qui præfecti erant operi, cum esset festum aliquod insigne, accedentes in conspectum omnium, qui considebant, aperte dicere: Monumentum tuum in hodiernum vsque diem est imperfectum domine: tunc ergo, vt id finem accipiat, incertum est enim, quæ hora sur ingrediatur*. En paucis expressa vigilantissimi ad suæ domus custodiam Pastoris miranda iugiter sollicitudo.

7 Inter varia igitur imaginum symbola, quibus sacrorum abditæ olim Cæmeteriorum Cubicula a Christianis olim exculpta sunt, domorum quædam formulæ pennicillo interdum pia eorundem manu adumbrari consuevere, vt nonnullis in tabulis videre est, quæ sua pariter contemplantium animis arcanorum mysteria ingerunt. Quibus symbolice quidem, vt singula paulatim discutiamus, ipsummet humanum corpus designari potest, iuxta id, quod Apostolus 1. ad Cor. cap. 5. his verbis innuit: *Terrestis domus nostra huius habitationis dissoluitur*. Id autem eam sorte ob causam ab antiquis Christianis præstitum fuisse quis dixerit, quod sepulchrum, in quo quisque inserendus est, haud alio potissimum vocabulo Ecclesiastici 12. nuncupetur: *Ibi homo in domum eternitatis sue*. Idem plane ex psal. 48. textu comprobatur: *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum*. Quapropter, vt quod pia Christianorum manus ferro exculpebat, symbolo quoque veluti digi-

Tom. II. Rom. Subt.

O o o o to

Vt peregrini in hoc mundo non vt ciues degendum.

Apost. ep. heb. 11. v. 13.

Chry. in ap. ad heb.

Ber. ser. 26. in Cani.

Greg. Naz.

In vit. S. Greg. Naz.

Hilarij domicilium.

Hier. in vit. S. Hilarij.

S. Basilij Christiana perscrutatio

In vit. S. Basilij.

Ioannes Elef. mortē affidus meditatur.

Leon. in vit. S. Io: Telesphor. apud Sar.

Domorum in sepulchris imagines efficitæ quidnam significant?

Domus humani corporis symbolum.


Apost. 1. ad Cor. c. 5.

Est sepulchri.

Ecel. 4. 12.

ro contemplantibus innueret, sepulchrales hoīce lapides Lazari imagine prænabant. Porro in Cœmeterialibus tabulis domos olim symbolice a Christianis delineari consueuisse, lapis ad SS. Quarti, & Quinti Cœmeteriū a Bosio Via Latina inter perferendum repertus intuentibus fidem facit, qui nimirum, vt supra

lib. 4. cap. 7. de Cœmeterijs ab eodem repertis enarratum est, domus cuiusdam rudi quidem opere imaginem inter alia symbola ibidem exsculpta præferet, cuius quidem iconem in studiosi gratiam, lectoris nunc iterum exhibendam volumus.



Hieroglyphica lapsi superioris capite 52.

Piscis in certitudine vitæ humanæ denotat.

Basil. c. 9. u. 11.

Candelabri mysterium.

Quo plane Cœmeteriali symbolo supremum vitæ momentum, extremamque illam periodum, qua vnicuique hinc velit nolit, excundum est, a Christianis designatam fuisse, singula quidem, quæ sepulchrali huic lapidi inserta sunt, hieroglyphica satis perspicue prænotare videntur. Nam incultam præter domum, exsculpta ibidem piscis imago, tū breuitatem, tum etiam humanæ vitæ incertitudinem palam suggerit: piscis quippe, vel tunc maxime cum securior vndas excurrit, hamo, aut retibus piscatorum interceptus, vbi primum extra aquas rapitur, intermoritur, quod olim Sapiens sapienter quidem in rem præsentem aptata piscis similitudine admonuit: *Nescit homo finem suum*, inquit, *sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit*. Ad omnimodam igitur ingerendam mortalibus sollicitudinem, ac vigilantiam apprime vnicuique cōmendandam, Candelabrum quoque septem instructum lucernis appositum cernitur, vt Euangelicum Lucæ oraculum hoc typo personet: *Sint lum-*

bi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Ni forte quis id quod cunctis post mortem imminet, distinctum videlicet, exactumque de minutis quibusque scrutinium interpretandum velit, de quo Apost. *Statutum est*, inquit, *hominibus semel mori, post hoc autem iudicium*. Vel certe oculatum illud vel potius aculeatum, vt congrue de lucernis loquamur, quod de singulis minutissimis quibusuis humanis actibus habendum est examen, multiplex lucernarum uumerus intuentibus indicat, quod Deus quidem longe ante cunctis edixit: *Scrutabor Hierusalem in lucernis*. Quapropter, vt apte rerum futurarum ordo mysticis item symbolis prænotetur, vbi primum mortis imago, sub Lazari in sepulchro iacentis typo, mortalibus proposita est, & resurrectionis item sub eisdem imagine spes ingesta: sub appensæ statæ hieroglyphico, iudicij, quod cunctis imminet, ac rationis reddendæ sacramentum, ad homines in officio continendos salubriter commendatur, iuxta quod Rex ille Balthassar

Ad habet. g. m. 27.

Soph. c. 12.

Lazari imago eiusq; mysterium.

Danielis ore illis acriter verbis perstri-
ctus est: *Thecel, appensus es in statera, &
inuentus es minus habens.* Ex quibus ima-
ginibus, vt videre est, nil prorsus apud
antiquos Christianos otiosum extitisse,
quod peculiare mysterium non præ-
ferret, probe lector ediscit. Sed Cœ-
meteriali perlustrata interim tabula, &
sepulchrali vnique ad quietendum
in tenebris descripta, ac designata do-
mus e sacrorum oraculorum paginis
nuncupari potest, iuxta illud Psalmistæ:
*Sicut vulnerati iacentes in sepulchris, quo-
rum non est memor amplius, & ipsi de manu
tua repulsi sunt.* Iam a mortuorum do-
mibus pedem contrahentes, ad ipsas vi-
uentium domos stylum, si libet, conuer-
tamur.

8 Quis autem in primis nesciat,
quod ipsa terrestris militans iugiter
Ecclesia, domus titulo ipsius Domi-
ni voce illustratur, Matth. 21. *Domus mea
domus orationis vocabitur.* Quod vero
triumphalis Ecclesia ac cælestis illa, quæ
sursum est Hierusalem, & quæ ædificat-
ur vt ciuitas, ipsius innotet domus appel-
lationem fortiatur, satis superque ex
psalmo 121. conuincitur, vbi illhæc:
*Latatur sum in his, quæ dicta sunt mihi in
domum Domini ibimus.* Vt orthodoxo-
rum igitur Patrum hac super re senten-
tias consulamus, & ab ipso met Origene,
mysticos in rem præsentem sensus hauri-
re aggrediamur; certe typica domus
ipsius imagine Ecclesiam designari hunc
in modum affirmat: *Videtur autem Ec-
clesia describi a Christo, quæ est domus spiri-
tualis, & domus Dei, sicut docet Paulus di-
cens: Si autem tardius venero, vt scius quo-
modo te oportet in Domo Dei conuersari, quæ
est Ecclesia Dei viui, columna & firmamen-
tum veritatis.* Et hæc infra subiicit: *Sunt
autem Ecclesia, vel Ecclesie Domus sponsi &
sponsæ, sive anime verbi domus, in quibus signa
sunt cedrina.*

9 Verum haud ab Origene Irenæus
interim distare videtur, qui cunctas
totius terrarum orbis Ecclesias, & sa-
cro sanctum cunctorum Christi fidelium
cœtum huiusmodi symbolo præmon-
strari huius quidem verbis affirmat: *Eccle-
sia in vniuersum mundum disseminata, quasi
vnam Domum inhabitans.* Cuius quidem
sententiæ Hieronymus subscribit, qui

in illud Isai. c. 65. vtramque Ecclesiam,
Triumphantem scilicet, ac Militantem, sub
descriptæ Domus symbolo lectori ob
oculos contemplandam exhibet: *Ergo
Domus, inquit, in quibus habitaturi sunt,
qui ædificant eas, vel virtutes intelligendæ
sunt, vel diuine mansiones apud Patrem, quasi
iugiter possidebit, qui eas ædificauit.* Et hæc
infra in rem præsentem congerit: *Talem
domum & Saluatoris in Euangelio verba
describunt: Omnis qui venit ad me, &
audit sermones meos, & facit eos, similis erit
viro prudenti, qui ædificauit domum suam super
petram.*

10 Porro idem symbolicum thema
Augustinus egregie profequitur in illa
psal. 26. verba: *Vnam petij, hanc requi-
ram a Domino, vbi apertum hoc trium-
phantis Ecclesiæ hieroglyphicum esse
demonstrat, hæc autem inquit: Hoc
hic agitur ab ijs, qui bene ambulant, quid est
hoc? Quæ est illa vna? vt inhabitent in
Domo Domini omnibus diebus vitæ mee.* Et
idem infra prolixiori sermone confir-
mar: *Quid autem, inquit, ædificamus in
illa domo, habes euidenter expressisse alium
psalmum: Beati, qui habitant in Domo tua
Domine, in secula seculorum laudabunt te.*
*Hæc iste, si dicendum est, cupiditate ardens,
& amore isto æstuans desiderat omnes dies
vitæ suæ in Domo Domini habitare. In
Domo Domini omnes dies vitæ suæ, non quasi
finitos, sed æternos.*

11 At eleganter enarratis hæcenus
consonant, quæ idem sanctissimus doctor
in illa psalmi 31. & 131. verba inculcat:
*Proteges eos in Tabernaculo tuo, vbi Taber-
naculum a domo discernens; & vno quidem
Militantem, altero autem Triumphan-
tem designari Ecclesiam pronunciat:
Quid est, inquit, Tabernaculum? Ecclesia
huius temporis Tabernaculum ideo dicitur,
quia adhuc in terra peregrinatur. Taberna-
culum enim habitaculum est militum in expeditione
positorum. Domus non est Tabernaculum.
Pugna in expeditione peregrinus, vt saluus
factus in Tabernaculo, gloriosus recipiaris in
Domo.* Hæc Augustinus.

12 Denum Chrysostomus animis
mystice erudiendis insistens (vt cætera
quæ a Patribus exponuntur, prætermitta-
mus) in illud psal. 111. *Iustitia eius manet
in seculum seculi, virtutes domibus
eruditissime hunc in modum comparat:
Vidisti, inquit, memoriam, quæ se in omni*

S. Hier. in c.
65. 1. a.

Diuine in Cæ-
lo mansiones.

D. Aug. in ps.
26.

Domus, & Ta-
bernaculum
in quo differat
inter se.

S. Aug. in ps.
31. & 131.

Domus sym-
bolicam Virtu-
tis.

S. Chrys. in ps.
111.

seculo extendit? vidiſti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali edificio noſtri memoriam relinquere ſtudeamus. Quod quidem Tabithæ exemplo confirmat, quæ elemoſynis ac bonis operibus domum ſibi in Cælis ædificauit, hæc autem ſubdit: *Vidiſti domos animatas, vocem emittentes, & tantæ virtutis, vt a morte ad vitam reuocare queant?* hæc Chryſoſtomus.

Tabithæ cuius prudentia.

Greg. 4. dial. c. 37.

13 His plane conſona Gregorius lib. 4. dialogorum edocuit, dum militis cuiuſdam viſionem enarrat, qui mortali eductus e corpore, & quantocyus in vitam ſubinde reuocatus, ſplendidiffimam quodam in loco domum aureis quidem laterculis conſpicuam exædificari viſam a ſe fuiſſe palam teſtatur: de cuius quidem ædificij ſtructura cum ſerio ipſemet Gregorius enixis adſtantium precibus interrogatus fuiſſet, in hæc verba reſpondit: *Qui præmia æternæ lucis elemoſynarum largitate promeretur, nimirum conſtat, quia auro ædificat manſionem ſuam.* Idque recensito potiſſimum exemplo ad audientium animos obfirmandos mirifice comprobauit. Porro æmulandam viri haud diuitis, erga pauperes tamé ſingulariter munifici pietatem cum ad inſtituti quoque noſtri proſtitum faciat hic itidem recensere nullatenus piget.

Elemoſyna Domum ædificat in Cælo.

S. Greg. loc. cit.

Sic igitur cœptam Gregorius enarrationem proſequitur: *Hic etiam quidam iuxta nos Deus dedit nomine religioſus habitabat, qui calceamenta ſolebat operari, de quo alter per reuelationem vidit, quod eius domus ædificabatur, ſed in ea conſtructores ſui ſolo die ſabbati videbantur operari. Qui euſdem viri poſtmodum vitam ſubtiliter requirens, inuenit quia ex his que diebus ſingulis laborabat, quidquid ex victu atque veſtitu ſuperſeſſe potuiſſet, die ſabbati ad B. Petri Eccleſiam deferre conſueuerat, atque indigentibus erogare. Quæ ex re perpendes, ſubdit Gregorius, quia non immerito Domus ipſius fabrica ſabbato creſcebat. Vides qua potiſſimum ratione & quorum manibus haud manuſactæ in Cælo domus, intra quas vnusquique ſit tandem recipiendus, exædificentur. Facite (Chriſtus inquit) vobis amicos vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna Tabernacula.*

Luc. 11. 16.

14 Congruo igitur pingendi ſtudio Chriſtiani ipſas domorum imagines, vt inuentium animis pietatem vel pen-

nicillo ſuggererent, in Cœmeterijs, vbi tunc temporis Eccleſia ad declinandam perſecutorum ſæuitiam, incolatum protrahendo, deliteſcebat, & vbi fideles in aciem prodituri ad ſortiter ſubeunda pro fide certamina ſeſe velut in palæſtris exercebant, domorū, inquam, imagines adumbrare conſueuerant, vt dum peregrinorum inſtar degentes non tam habitarent ibi, quam peregrinarentur, omnibus huius vitæ ærumnis, atque incommodis conſecti, ac ſanguine tandem (quod erat in votis) laureati æternam ſibi in Cælis domum conſtruerent; quocum Paulo iugiter aſpirantes illud ſecum animo repetebant: *Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manuſactam, æternam in Cælis. Nam & in hoc ingemiſcimus habitationem noſtram, quæ de Cælo eſt.* Sed hæcenus de Cœmeterialium tabularum domiciliis.

Apoſt. 2. ad Cor. c. 5.

CAP. XLVIII.

De Cathedris.

ANEQUAM de Cœmeterialibus Cathedris, quæ ad inſtituti proſtitum ſpectant, edificamus, illud conſulto præmittimus, multiplicem variamque videlicet Cathedræ nomen ſcriptores apud antiquos tum ſacros, tum profanos ſignificationem obtinuiſſe, & vt a gentilibus primū rei, ac nominis notitiam auſpicemur, Cathedra interdum pro ſede, ac peculiari loco accipitur: qua quidem ſignificatione Iuuenalis aliquando hoc nomen uſurpaſſe legitur, cum de locis potiſſimum, quæ ſenatoribus, ac alijs diſcreta in theatris aſſeruabantur, agens, Cathedræ nomē inducit carminibus illis:

Quæque reportandis poſita eſt orcheſtra Cathedris.

Iuuen. ſat. 7. v. 43.

Quæ quidem loca ſedilium nomine vulgo nuncupabantur, de quibus Or. Epod. ode 4.

Sedilibusque magnus in primis eques Orbone contempto ſedes.

Orat. Epod. od. 4.

De ſedilibus quippe Equeſtris Ordinis quæ

Cathedræ ſignificatio.

quæ subfellia item appellata sunt, Roscia olim lege sancitis, abolitisque nouum postmodum Domitianus Imperator editum protulit, ad quod Martialis lib. 5. ep. 8. allusisse visus est:

Edicium Domini, Deique nostri

Quo subfellia reuicta fiant

Et pueros eques ordines recepit

Laudabat modo Pharis in Theatro.

De iisdem plane subfellijs, vel certe sedilibus Seneca lib. 7. de benef. cap. 12. in hæc verba meminit: *Deinde pluribus modis, inquit, communia sunt, equestris omnium Equitum Romanorum sunt, in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupauit.* Hæc de Theatralibus, quæ Cathedræ interdum nomine veniunt, sedilibus hic obiter præmississe voluimus. Verum si a profanis scriptoribus stylum contractantes, sacros super Cathedræ vocabulo consulamus, honoris quidem, ac præminentia gradum hoc titulo designari comperimus: quapropter sapiens a subdolo, ac versipelli homine sollicitè cauendum præcipit, ne quis suo e gradu climinatus excidat: *Non statuas illum, inquit, penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum, inquirat Cathedram tuam.* Cathedræ igitur nomen ita in sacris passim paginis accipitur, vt eius potissimum sedem significet, qui docentis, aut imperantis locum, potestatemque sortitur, quæ alio titulo honoris gratia thronus dicitur. Hinc Cathedra Regis idem plane est, ac Regia potestas, propter magistrerij, & gubernationis auctoritatem, vt 1. Reg. 20. & alibi passim, & optime Greg. 19. moral. edisserit. Dauidis quippe principatus ipsius Cathedræ nomine designatus est 2. Regum 23. *Sedens in Cathedra sapientissimus princeps inter eos ipse est, quasi tenerimus ligni vermiculus.* In Cathedris quippe, seu thronis sui principatus exordia reges auspicabantur.

2 Cathedras igitur præminentia, ac magistrerij pariter symbolum intuētibus præferre, præter antiquissimum morem, qui apud omnes vsu receptus inoleuit, ipsiusmet Christi oraculo, vt a sacris paginis dicendi initium sumamus, Euangelicis tabulis palam conuincitur: *Super Cathedram Moysi, inquit Christus, sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæ*

cunq; vobis dixerint, seruate, & facite. Indæi quippe ex Cathedra olim, velut sublimiori e throno sapientiam propinantes, magistrerium, vt Ambrosius testatur, solemnè quodam ritu aggrediebantur: seniores enim, qui cæteris tum ætate, tum sapientia, tum auctoritate præstabant, in sublimioribus Cathedris honoris gratia confidentes, circumstantem edocere populum consueverunt: *Hæc, Ambrosius inquit, traditio synagoga est, vt sedentes disputarent, seniores dignitate, in Cathedris, sequentes in subfellijs, nouissimi in pavimento super mattas.* Doctores igitur, cum de his maxime, quæ ad legem spectant, coram disserent, in Cathedris, inferiores in subfellijs, nouissimi vero super mattas, hoc est storeas humi substratas sedebant, discipuli, inquam, ad magistrorum, siue seniorum, a quibus instruebantur, pedes recepti sedebant. Hic autem mos, ac si per manus ab antiquis acceptus, ex ipsiusmet Apostoli verbis palam comprobari videtur, cum de se ipso loquens, hæc ait: *Nutritus sum in ciuitate, secus pedes Gamahelis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis.* Hanc itidem sedendi consuetudinem apud Essenos quoque homines Mosâicorum rituum obseruantissimos vsu receptam Philo inter scriptores antiquissimos disertis plane verbis confirmat: *Quoties, inquit, Synagogas adeunt pro ætatis ordine iuniores ad seniorum pedes consident, & ad audiendum se componunt.*

3 Verum de Cathedris, in quibus sapientes olim ad edocendum populum honoris gratia confidebant, sermo passim sacris in paginis occurrit, & Regius Psalmista illis plane verbis haud semel attigisse visus est, dum ait: *Et in Cathedra seniorum laudant eum.* Vbi Chaldaeus, vt egregie in hunc locum Genebrardus edisserit, per seniores maualt sapientes designari: *Exultent, inquit, cum in congregatione populi filiorum Israel, & in ordine sapientum, vel vt in alio exemplari: Apud Senadrin sapientes, inquit Genebrardus, laudant illum, quos uerè deos Iosephus vocat, de quibus Elias Senadrin, inquit, vocantur septuaginta senes curiæ magnæ, quæ est Hierosolymis, sortasse, qui apud Matthæum, & alibi *περὶ Ἰησοῦ*, siue seniores, & vnâ cum Pontificibus ac Pharisæis iunguntur. Conspicuum enim*

Ambrosius in ep. 1. ad Cor. c. 14.

Ordo sedentium in synagoga.

Ab. Ap. c. 13.

Phil. 1. quod omnis probus in liber.

Cathedra seniorum.

ps. 106.

Mart. 5. ep. 8.

Sen. 1. 7. de beneficijs.

Subfella Theatralia.

Cathedra in sacris literis quid significet.

Eccl. 12. n. 12.

2. Reg. 23. n. 8.

Cathedra magistrerij symbolum.

Matth. c. 23.

enim illud ac nobile sapientum virorum Concilium, quod *Sanedrin* apud Iudæos appellabatur, supremam in his, quæ ad Dei, ac religionis cultum, & ad legis Mosaicæ obseruantiam spectant, supremam, inquam, in definiendo auctoritatem obtinebat, ita vt si quid circa ipsiusmet legis verba dubium aliquando obreperet, horum iudicio dijudicandum deferretur: hos enim, nato Christo, Herodes homo ille alienigena super eiusdem potissimum ortu, vt Euangelicus textus enarrat, apprime consulendos voluit: *Et congregans*, inquit Matthæus, *omnes scribas, & sacerdotes populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur, at illi dixerunt ei, in Bethlem Iudæ, sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlem.* Omnimodo insuper seniores isti, quorum mentio est, supra Regiam domum in his, quæ regimen spectant, iudicandi arbitrio potiebantur, iuxta quod regius olim Psaltes cecinit: *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Vbi eruditissimus Genebrardus optime in rem præsentem explicat: *Sedes, inquit, id est, throni tribunalia iudicialia regi.e domus Dauid, vel secundum alios, sacerdotum in iudicio, ad iudicium.* Duo enim, vt idem subdit, solia collocata illic erant: *Primum Cathedra Moysis, sine sacerdotum, deinde Regum: nam & sacerdotes, & Leuitæ iudicabant etiam de rebus temporarijs.* Cathedra igitur tum magisterij, tum præminentia, ac potestatis, vt videre est, symbolum extitit.

4 Quid mirum autem, cum supremam Christus in Ecclesia Cathedrâ crexit, & summum Sacerdotij, & Apostolatus apicem constituens, Cathedræ huius primatum Petro concesserit, vt ipse nimirum, eiusque legitimi successores, Romani Pontifices, Christianis omnibus diuina, omnimodaque auctoritate præminendo, Apostolici muneris ministerium obirent, quid mirum, inquam, si Christiani adeo frequenter, vel rudes, ac luteas eiusmodi Cathedras in Cœmeterialibus speluncis, intra quas colligebantur, erigerent, in quibus velut sublimiori in throno, dum ad Synaxes, & natalitia martyrum conuenirent, Romani Pontifices considerent, vel certe earundem imagines in Cœmeterialibus parietinis ad designandam Apostolicæ Ca-

thedræ præminentiam affabre delinearent, & quidem plura alibi, & præsertim lib. 2. nostrarum Cœmeterialium elucubrationum, vbi opportuna se nobis occasio obtulit, de Cathedris meminimus: & de lignea præsertim B. Petri Apostolorum Principis Cathedra prolixiori sermone actum est, quæ consulto, ne actum agere videamur, prætermittimus.

5 Verum quoniam opportune de Cathedris sermo recurrit, illud apte luc studioso lectori suggerere visum est, Christianos videlicet præcipuo Pontificias honore Cathedras profecutos fuisse, nec primæuos dumtaxat fideles, sed Reges quoque ac Imperatores Euangelicum illud Christi oraculum recolentes: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*, singularem Apostolicis, eorumque sedibus cultum iugiter detulisse. Ad pedes quippe Romanorum Pontificum Christiani omnes euuisus conditionis humiliter prouoluebantur, ipsorumque pedes certatim deo seculari consueuerant, quod & ab ipsismet olim gentilibus honoris gratia his, qui regia dignitate præcellerent, præstitum fuisse nouimus. Perfarum quippe Reges, vt exemplo res conficiatur, conuenire, & alloqui, vt Xenophon ait, nemo poterat, nisi profus humi regionum vestigia pedum ante deo seculareretur. Verum quod ambitiosis, profanisque temere principibus præstitum est, iure merito Christiani ad religiosum Pontificalis præminentia cultum deriuantes, Romano Pontifici Christi vices gerenti, perpetuo, vt par est, exhibuere, vt propheticum merito Isaiæ oraculum c. 49. *Ipsemet factus adimpleretur: Vultu in terram demisso adorabunt te.* Quo plane obsequio religiosi principes, Imperatores videlicet, ac Reges erga Romanos Præsules Apostolicæ Petri tum fidei, tum Cathedræ successores impensissime officiosi deeerant, vt historiales pagina testantur, & ipsimet Annales Ecclesiastici, ad quos lectorem remittimus, vltro legentes admonent.

6 Principes enim ipsi ideirco sublimiori throno locantur, potiorique præcæteris honore afficiuntur, vt quid veluti diuinum intuentium oculis exhibeant, & probe homines intelligant, quan-

Sanedrin Iudæorum.

Matth. c. 23.

Ps. 132.

Genebr. in Ps. 132.

Cathedræ in Cœmeterijs.

Cathedra Pontificia quanta in ueneratione.

Luc. 10. 16.

Regum Persarum factus.

Xenoph. hist.

Is. c. 49. 2.

Regum dignitas.

quanta sit regia dignitas, ac potestas, quæ præcipuum inter homines locum meretur. Quocirca merito aliquando Plutarchus, *Principes simulacra Dei esse administrantis vniuersa* affirmauit. Cui Tacitus de principibus loquens eisdem plane verbis adspiculatur, dum ait: *Principes inftar Deorum esse*. Seneca item, qui *Reges Deorum vices fungi in terris* discrete pronuntiat. Quapropter Ethnici suos olim principes Deorum nomine appellarunt: quo quidem nobili titulo in sacris quoque paginis principes, ac iudices nuncupatos fuisse legimus: Dei quippe locum inter homines præsidendo ac iudicando tenent, ideoque Christiani ab Apostolis salubriter admoniti sunt, vt *subditi sint Regibus, & potestatibus sublimioribus, quod non sit potestas nisi a Deo*. Frequentissimum præterea est apud cæteros Christianos scriptores, vt Principes ac Magistratus *Dei Vicarij, & imagines Dei vocitentur*. Verum vt populi principibus, quod ad politicum regimen spectat, subdi oportet, ita ipsosmet, Reges, atque Imperatores in rebus, quæ ad Dei cultum, & religionem pertinent Episcopis subditos esse oportere, ex communi Patrum sententia, tum ipsius antiquissimi Ignatii Antiocheni Episcopi, Apostolorumque discipuli auctoritate conuincitur, qui epist. ad Philadelphenses hæc pro Episcopali Cathedra scribit: *Principes, inquit, obediant Cæsari, milites principibus, at diaconi presbyteris sacrorum præseclis, presbyteri, diaconi, & reliquus clerus, vna cum populo vniuerso, militibus, principibus, & Cæsare, ipsi Episcopo pareant: Episcopus Christo, vt Christus Patri obedinit*. Vbi Cæsarem ipsum, cuiusque thronū Episcopo, eiusdemque Cathedræ, Deo ipso iubente, subdit. Ad Smyrnenfes quippe hæc ait: *Neque enim Episcopo, qui Deo consecratus est, pro totius mundi salute quidquam maius in Ecclesia. Sacerdotium quippe, vt idem ait, omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, apex est. Namque honor, & sublimitas Episcopalis, Ambrosio teste, nullis poterit comparationibus adæquari, si Regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares*. Quod luculenter Chryostomus in rem præsentem, edisserit: *Alij sunt, inquit, termini Regni, alij termini Sacerdo-*

tij: hoc illo maius est. Regi ea quæ hic sunt, commissa sunt, mihi caelestia: mihi cum dico, sacerdotem intelligo. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti anime. Ille habet arma sensibilia, hic arma spiritualia: maior hic principatus: propterea Rex caput submittit manni sacerdotis, & vbique in veteri Testamento sacerdotes inungebant Reges.

7 Quapropter præstitam sibi diuinitus auctoritatem probe noscens Ambrosius, Valentiniano Iuniori in res Ecclesiæ regimini subiectas se temere immiscenti illis acriter verbis restitit: *Noli te, inquit, grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquodius habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est enim, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ: publicorum tibi munium ius commissum est, non sacrorum. Quod optimi quique Imperatores Episcopali Cathedræ iugiter obsequentes palam in religionis obsequium obtestati sunt, inter quos ille in primis omnium laudatissimus Constantinus Magnus Episcopos vices Dei gerentes humiliter alloquens: Vos, inquit, intra Ecclesiam, ego extra Ecclesiam a Deo Episcopus constitutus sum. Verum enimvero, vt proposito insistamus, haud summis duntaxat Pontificibus, qui Petri sedem, & locum in Ecclesia obtinent, sed quibusuis Episcopis, qui Cathedra supra cæteros, vt Ecclesiastico regimini par est, potiuntur, a Regibus perpetuum certatim honor delatus est, ita vt fideles ad eorum pedes passim procumberent, vt Augustinus serm. 18. de verbis Apostoli hunc in modum edisserit: *Ad Ecclesiam accurris, inquit, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris. Quod D. Ambrosius lib. de dignit. sacerdot. cap. 2. ad sacerdotes extendens, paribus verbis confirmat: Regum colla, & principum, inquit, submituntur genibus sacerdotum, & oscularis eorum dexteris, orationibus eorum se credunt communiti. Et quidem si de Regibus hic sermo sit, Clotharius Francorum Rex ad S. Lupi Senonenfis Episcopi pedes supplex accessit. Lombardorum item Rex regio e throno profliciens ad Corbiniani Episcopi pedes humillime prouolutus est. Porro talis, ac tantus his, qui Pontificia Ca-**

Sacerdotij dignitas Regali præterenda.

S. Ambrosij pro iure Ecclesiæ constantia.

Amb. ap. 14. de Marcell.

Apud Euf. 4. de vit. 24. Amb. ap. 13. ad Valen.

Regum erga Episcopos obsequium.

Aug. ser. 18. de vit. Ap.

Amb. 1. de dig. ser. 2.

Clotharius Rex.

Principes simu ac. um Dei.

Plut. Lib. de off. princ. Tac. 13. Ann. Sen. 1. 1. de Clem. Exod. 18. ps. 81

1. Pet. 2. ps. 81. Rom. 13.

Populus Prin cipi Princeps Episcopi sub ditus est.

1. Tim. 2. ad Hebr. 1.

Ignat. ad Sym

Episcopalis dignitas excellencia.

Amb. de dig. ser. 2.

1. Cor. 13. 4. de vit. 15.

Regum Hispaniarum erga Episcopos obseruantia.

Leo Cass. in M.S. G. d. S. Bened.

Leonius Episcopus dignitatis defensor

Suid. in lib.

Principes in di Episcopos venerantur.

In vit. S. Epiph.

Leo in vit. S. I. Chry. apud Sar.

thetra, & sacerdotali munere præcellerent, vel ab ipsis Regibus obseruantia, atque obsequij cultus impendebatur, vt ante ipsos se prosternere, Regiamque pariter cum Regijs insulis coronam humiliter eorum pedibus, ac imperio subiicere neutiqum dedignarentur. Quamobrem Hispaniarum præcipue Regum in eiusmodi re pietas apprime enituit, vt Leo Cassius miris eisdem laudibus extollens, in hæc verba edisserit:

In vetustissimo, inquit, codice ordinis S. Benedicti reperi olim Reges Hispanie, cum audirent Episcoporum Synodum, procumbere solitos toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terram osculari: neque prius attollere se humo, quam e suis illi subsellijs surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos brachijs attollerent, & infella Regia pro dignitate collocarent. Vides hinc, amice lector, quantum Pontificiæ Cathedræ, ac sacerdotali muneri deferant, qui Regias eorumdem pedibus insulas, ac semetipsum vnâ pariter cum Regijs suis sponte libenterque subiiciant. Quamobrem Leontius ille sacerdotalis plane animi, ac pectoris Episcopus Pontificiæ Cathedræ suum perpetuo illibatam seruari honorem volens, ac præeminentiæ, quam supra Regum capita, eorumque insulas Episcopalis dignitas obtinet, probe memor, Eusebiam Imperatricem, vt Suidas refert, illis plane verbis admonuit: Si me vis, inquit, ad te venire, seruato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem, vt ingrediar quidem ego, tu autem mox e celso tuo solo descendens cum pudore mihi occurras, deinde sedeam quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec sedeas, donec signo iubeam. Si his parere vis, visam te: sin minus, scito te non obtenturam, vt nos honorem Episcopis debitum prodamus, & in diuini sacerdotij ius sinus iniury. Certe D. Hieronymus, vt antiqua tempora recolamus, Pontificiæ olim Cathedræ, ac ijs, qui in ea confidebant, eum venerationis cultum a fidelibus certatim exhibitum fuisse narrat, vt plebs Episcopo venienti occurreret, & ad eius exosculandos pedes humiliter prosterneretur, quod Epiphano potissimum præstitum est. Gainas

Arrianus Gothorum dux, qui acres contra Imperatorem Arcadium seditiones concitaret, S. Io: Chrysofomo, quem infenso animo, velut suis contrarium votis persequebatur, longo itinere obuiam processit, suisque filijs districtè præcepit, vt eius genua, quod Theodorus enarrat, supplici vultu deoscularentur. Verum vt a ducibus ad Imperatores styllum conuertamus, Theodosius Imperator post partam diuinitus ex Eugenio tyrânno victoriam, Ambrosij pedibus, cuius precibus palmâ ab hoste reuexerat, humillime prouolutus, debitas gratiarum actiones persoluit. Idemque veniam aliquando precaturus, Nicephoro recte, ad Amphiloehij pedes procubuit. Valentinianus autem Imperator, eiusdemque coniux, vt Fortunatus scribit, hos, amplioresque Martino Turonensium Episcopo honores detulit, sicut enim rem metricè cecinit:

Hinc sede exilijs rapiens se Cæsar, & ardens, Martini genua amplectens, pedibusque volutans.

Quibus paulo post isthæc subdit:

Necessat Regina pedes lacrymosa rigare, Sternens membra solo, suspendens gaudia voto.

Quo autem honore Ioannem Romanum Pontificem Iustinus Imperator olim profecutus est? cui Hierosolymam aduenienti cum tota Vrbe venerabundus obuiam procedens, eiusdemque pedibus humillime prouolutus, detracta sibi Augustalia insignia Pontifici supplex obtulit, iisdemque Pontificia manu honoris gratia exornari se enixe petijt. Iustinianus item secundus Imperator, haud Iustino erga Romanos Pontifices pietate, ac obsequio impar, ad Constantini Papæ pedes humilis accurrens, humiliter deosculatus est. Idem plane Carolus Magnus, eiusque auus Pipinus Stephano Secundo Romano Pontifici in Gallias profecto: hoc ipsum Ludouicus Pius Caroli filius Sergio Secundo Romano item Pontifici, veluti Apostolicæ Petri Cathedræ, & fidei pariter successoribus admirando pietatis exemplo præstitere.

7 Cathedræ igitur, vel ipsamet recolendæ Pontificum Sedes, quæ in parantiquis Subterraneæ Romæ Cæmeterijs ad hanc vsque diem conspiciuntur & in præcipuis Cæmeteralium Cubiculo-

Gainas Dux Gothus.

Theodosius Imp.

Paul. in vit. S. Ambr.

Nic. 1. 11. c. 9.

Valentinianus Imp.

Fortun. de gest. S. Mart.

Iustus Imp.

Iustinianus Imp.

Carolus Magnus.

Sedes ac Cathedræ in Cæmeterijs.

rum tabulis pictæ exhibentur, haud prolixiori verborum pompa, ac rhetorum coloribus exornari indigent: nemo enim est sacram probe callens antiquitatem, qui easdē summis olim Pontificibus vsui fuisse ignoret, dum sacros in abditis Cæmeteriorum locis cætus, ac synaxes stans temporibus peragerent: illud tamen hic ad rei propositum nobis repetendum videtur, primæuos videlicet Christianos beneficiorum diuinitus inde acceptorum memores, quippe qui a beatissimis Christi Apostolis Euangelium ac fidem pariter per manus acceperant, ingenti religionis cultu eorundē deinde fedibus referuatis, præcipuum ipsdē venerationis obsequium detulisse, quod potissimum Pontificiæ sedi contigisse constat, in qua Iacobus Apostolus Hierosolymis, Marcus Alexandria, & ipse demum beatissimus Petrus Apostolorum Princeps Romana in Vrbe primum sederat: hæc enim ad nostram vsque hanc ætatem ex omni parte integra extat, de qua item in sacris septem Ecclesiarum monumentis a Scuerano nostro prolixior vtique mentio agitur.

8 Cum probe igitur primæui Christiani nosset, ipsiusmet Christi vicem in Ecclesia Episcopus præferre, & haud impar illis obsequium a fidelibus deferendum esse intelligerent, eas præsertim sedes, quibus illi in Ecclesia insidentes cæteris de more oculorum instar præsidebant, quid veluti diuinum pretiosis vndique velis exornare, pannis item fericis, atque holofericis obtegere, vt nos alibi diximus, in more habuerunt. Quod plane Pontius ille diaconus in beati Pontificis Cypriani apud Surium,

aëris 14. Septembris in nuere palam videtur, cum dignissimum tanti viri certamen enarrans, hæc ait: *Sedile autem erat fortuito luteo tectum, vt sub icthi passionis, Episcopus honore frueretur.* Hic insuper studio solætori repetenda sunt, quæ Augustinus epist. 204. ad Maximum Donatistarum Episcopum scribens de obuclatis cathedris hunc in modum recenset: *In futuro, inquit, Iudicio nec absides gradatæ (sedes enim Episcoporum sublimiori attolli fastigio consueuerant) nec cathedre velatæ adhibebuntur ad defensionem, &c.* Verum hac super re Pacianus consulendus videtur, qui epist. 2. ad Sympronem Episcopalem vtique sedem honoris gratia linteatam appellat, vt Baronius in suis ad Martyrologium notis refert. Paciano Ennodius Ticinensis in libello, quem in Symmachii gratiam pro Romane Synodi defensione conscripsit, his verbis ad stipulatur: *Ecce nunc ad gestatoriam sellam Apostolicæ confessionis vela mittunt.* Nec vero Episcopalis sedibus ornamenta eiusdemodi, vel sub ipsamet tempora, quibus acriter Dei Ecclesia persecutionum motibus impetebatur, defuisse ex marmoreo præsertim fragmento compertum est, in quo Pontificia quædam Cathedra delineata conspicitur; quod quidem recolendum fragmentum in veteri beatorum martyrum Marcellini & Petri Cæmeterio iuxta Viam Lauicanam, Dei potissimum nutu, a Bosio reperiri contigit, vt nos supra lib. cap. 14. prolixè enarrauimus, eiusdemque icone proposita, nonnulla in rem præsentem lectori suggestimus, & nunc denuo eandem hic tibi iconem exhibendam voluimus.

Aug. ep. 203. ad Max.

Pacian. ep. 2. ad Sympon.


Baron. not. ad Mart.

thez. Apo-
olorum con-
uantes, & in
narratione
bitæ.

thez. ac
les Pontif-
es velle
ornari solite

7. s. Cypri-
or. 14. sup.





Ibi enim eiusmodi velamina marmoream vtraque ex parte cathedram ornamentorum instar ambientia apparent.

9 Quoniam vero opportuna nunc Cathedræ mentio recurrit, nullatenus prætermittendum videtur, in præmemorati marmoris fragmento columbam insuper ferro exculptam esse, quæ ipsimet pontificiæ cathedræ insidet, quod quidè, vt rem expendamus, iugenti mysterio præstitum est, vt pote ad insinuandum tum oculis tum animis intuentium, præcipuam diuini Numinis, atque ipsiusmet sancti Spiritus prouidentiam, quæ Apostolicæ Sedi iugiter præest, eiusdemque, quod Petro olim Christus pollicitus est, haud vllò vnquam tempore regimen defuturam, quod antiqui Patres supra firmam ac stabilem Ecclesiæ petram fundamento diuinitus præstito consistentes, profitebantur, & cuncti orthodoxæ fidei sectatores veluti certum quoddam ipsius fidei argumentum constanter vnanimi consensu tenent. Quocirca haud nobis hic Patrum sententias congerere, ac sacras Conciliorum sanctiones & decreta ad id comprobandum in medium proferre opus est: nec interim quod ipsamet enarratio a nobis exigit, silentio prætereundum videtur, diuino plane nutu, atque admirando sæpe prodigio in summorum Pontificum, aliorumque orthodoxorum Episcoporum electionibus & Cælo suffragium adfuisse: tunc enim haud alio quam columbæ indicio prou-

hendus ad Pontificij culmen apicis designatus, & rata e Cælo electio habita est. Quis enim nesciat, quod sacræ testantur historiarum paginæ, tunc temporis videlicet cum Fabianus in summum Pontificem a patribus salutarus est, columbam cælitus aducnisse, & fausto atque optato omine, tanti viri meritis, eiusdem capiti insidendo suffragium detulisse? Quod sane Baronius Annal. tom. 2. anno 238. & Eusebius item lib. 6. cap. 22. apertis verbis edocent.

10 Idem vero conspicuæ sanctitatis Gregorio Episcopo Agrigentino diuinitus contigit, cum de Pontificia electione, vt mos est, consultatio haberetur; de quo Lippom. to. 5. & Surius tom. 6. 26. Nouembr. diserte agunt. Hoc idem in complurium Rancennarum Episcoporum electionibus solenne extitit, Aderiti præsertim, Eleocadij, Marciani, Caloceri, Proculi, Dati, Seueri, & aliorum, quorum merito quidem iure memoriam Rubcus Hist. Raenn. lib. 1. & 2. recollit, qui illud insuper studiose adnotat, Ecclesiæ, quæ S. Theodori olim nuncupabatur, nunc S. Spiritus, immutato nomine ab omnibus vulgo in rei testimonium appellari, obsequentes videlicet præstitas diuini Spiritus sub ipsius columbæ symbolo, vt hæctenus enarratum est, apparitiones, & tunc quidem temporis, cum de Episcopis deligendis communi apud populum suffragio ageretur.

11 Demum sub hac symbolica imagine

Columba fedi-
bus Pontifi-
cis insidens
assistentiam
Spiritus S.
symbolice si-
gnificat.

S. Fabianus
Pontifex.

Bar. Ann. to. 2.
an. 238.
Eus. l. 6. c. 22.

S. Eusebius.

Lipp. to. 5.
Sur. to. 6. 26.
Nov.

Rub. hist. Ran.
l. 1. c. 2.

Ecclesia S.
Theodorinæ
S. Spiritus.

S. Gregorius
cur pingitur
cum columba
eius veluti au-
ribus incubas
Io. Diaconus in
vitijs
S. Greg. Mag. l.
4. c. 69.

gine Spiritum sanctum ipsimet Gregorio magno, cum sacrarum scripturarum explanationi insisteret, visibiliter assistisse lo: Diaconus in eiusdem gestis locupletissimum testimonium profert lib. 4. cap. 69. & Petrus item Diaconus, qui admirandi huius portenti oculatus testis esse promeruit, cuius rei gratia veneranda beatissimi Pontificis imago columbam auribus incubantem præferens pio fidelium studio pingitur.

En igitur, amice lector, potissimas tibi rationes delibauimus, cur antiqui Christiani, qui impensum iugiter Pontificiæ dignitati obsequium deserebant, & qui præsidentes in Ecclesia animarum regimini pastores, utpote ipse Christus supremi omnium Pastoris vicem exhibentes, & vel ipsum præsidens locum omni venerationis cultu prosequerentur, cur, inquam, antiqui Christiani, quibus nil antiquius pietate, nobilissimas Pontificum cathedras splendide excolerent, & marmoreas earumdem imagines studiose in Cæmeterialibus Cubiculis exculpètes, intuentium frequenter oculis ingererent. Et hæc interim de Cathedris prolixiori sermone enarrasse volumus.

CAP. XLIX.
De Coronis.



ANTIQUISSIMVS plane coronas intexendi, eisdemque caput exornandi apud singulas fere Orbis terrarum nationes mos extitit:

& ut a profanis interim gentiliū ritibus, ad sacra subinde rcm deriuantes aspiciemur, in sacrificijs potissimum, quæ idolis offerebantur, Coronæ adhiberi consuevere: *Sacrificantes quippe*, ut Athenæus ait, *id quod Dijs offerrebant, vel acceptum etiam referrebant, coronabant.* Inde Plautus in Amphit. illis plane loquendi formulis eundem gentilium morem commendare visus est, dum ait:

Serta, vnguenta, coronas ferre Veneri, Cupidini.

Idem in Aulul. prolog.

Has coronas floreas, ut imponantur in foco nostro lari.

Idem in Pseudol.

Illam esse domum Iouis

Augurium menti querna corona dabit.

Plaut. in Pseud.

Quam plane apud antiquos receptam in sacrificiorum ritibus consuetudinem Ouidius quoque 3. Tristium eleg. 1. illis eleganter carminibus expressit:

Ouid. 3. Trist. eleg. 1.

Fumea cingatur florentibus ara coronis.

Verum inolitæ quondam apud omnes fere consuetudinis, si Aristoteli fidem adhibeamus, ea potissimum ratio esse conuincitur, quia hisce videlicet coronis, quas portendebant, nil Dijs mutilum, sed integra cuncta, ac perfecta offerenda esse designabant: corona quippe perfectionis, ac plenitudinis symbolum est. Hinc eodem Aristotele teste apud Rhodiginum lib. 27 cap. 26. *Antiqui conuiujs coronati, accumbebant, ac si coronis, quas tunc capiti præferrebant, annonæ fertilitatem, rerumque omnium copiam symbolicè inaugurantes, lætitiæ exhiberent.* At si morem hunc, cuius sermo recurrit, ad sua deriuemus initia, coronarum eiusmodi origo, & causa item illa potissimum extitit, quod cum discumbentes multo coniuales inter epulas se vino ingurgitarent, ne caput subinde doleret, fascia illud lineæ; vel certe lanca vinciebant. Hæc enim,

Arist. Symp.

Cur nil nisi coronati Dijs olim offerretur.

Rod. 1. 27. c. 26

Et cur coniujs coronati accumbent?

Ter. de coron.

ut Festus ait, primum cunctis coronæ ad manus fuit, verum luxu subinde immane aucto, ad nouas sibi delicias concinnandas, compacta tum ex frondibus, tum ex floribus, aut calidis aromatibus fæta adhibita sunt, quæ humani capitis meatus molliter, ut vinum facile perspiret, adaperiunt, quod ex Nardo potissimum corona præstare consuevit: vel certe ex frigidis interdum coronæ instruebantur, ut opportune meatus temperamento astringentes, æstuantis vini vim valide comprimerent: ad quod apte quidem corona ex violis, rosis, & ex hedera item intexta adhibebatur. Quis enim nesciat, quod *Liber, seu Bacchus hedera*, ut Plutarchus ait, *bacchantes, ludentesque coronauit?* Hedera suo videlicet ebrietatem frigore, quo minus a vino, liberaliter epotantes, lædrentur restinguente. Has porro coniuales coronas capiti, aut fronti, vel certe temporibus circumdabant, aut festium

Plaut. 3. Symp. 6. 1.

in morem lætitiæ gratia de collo suspendebant, iuxta quod apud Ezechielem Prophetam intemperantes illi homines, qui ad suas olim turpitudines explendas Hierosolymam ventitabant, festiuis coronis hæc utebantur: *Posuerunt, inquit, armillas in manibus eorum, et coronas speciosas in capitibus eorum.* Quo magis enim blandas inter delicias lasciuirent, coronas capitibus ob lætitiæ symbolum præferebant.

2 At vero quemadmodum imposta capiti coronæ lætitiæ, ita pariter, ubi deponebantur, mœrorem, ac luctum inuentium oculis portendebant: quod satis aperte ipsamet eiusdem Ezechielis verba comprobare videntur, dum ait: *Aufer cidarim, tolle coronam.* Ibidem enim, vt passim scriptores edisserunt Prophetæ symbolice loquens, Saram Pontificem tollendum, vel certe Pontificali cidari, & Sacerdotio abdicandum fore prædixit. Idem quippe apud antiquos erat Cidaris, ac corona, fascia videlicet alba, quæ caput circumligabat: hæc enim Regibus olim corona erat, & inde Diadema appellatum est a *Διαδῆν*, id est, a *circumligando*: qua plane ratione imperantibus numismatibus Romani passim Imperatores fascia caput redimiti, coronatique insculpti cernuntur: quod ipsamet Hebraica vox significat *mitisuephet*, *isanaph* enim idem sonat, ac inuoluere. Sic autem Plutarchus in Lucullo Mithridatis vxorē diademate ipsimet collo circumdato, se suspendisse enarrat. Iustinus vero Alexandrum ipsomet Lyfimachi vulnus diademate alligasse scribit, quod quidem eundem Regem aliquando futurum felici omne præsignauit. Dion quoque in Pompeij gestis, *Tigranem candidam fasciam ante Pompeij pedes, quasi Regium insigne, abiectisse narrat, ac se eidem Regnum subijceret.* Ita plane præ cæteris Maldonatus, & Prado, qui coronæ, aut fasciæ huius rationem edisserens, hæc subtextit: *Vel certe Cidarim vocat pileum, coronam vero fasciam iam dictam pileo circumdatam, de qua item cap. 24. v. 17. Ezechiel illis verbis elocutus est: Corona tua circumligata sit tibi. & vers. item 23. Coronas habebitis in capitibus vestris.* Corona autem, vt egregie in hunc locum Cornelius a Lapide ait, corona, inquam, intel-

ligitur, id est, fascia, qua Sacerdotes pileum veluti coronant, capiti que aptant, vel certe ipsomet rotundum pileum, coronam vocat, qui coronæ insar caput ambiendo coronat, quales olim profecto Mitra, & Tiaræ Sacerdotum erant, nunc vero sunt ipsimet Turcharum, quos vulgo appellant *Turbanti*: hæc quippe Hebraica voce *peer*, id est, *decor*, & *gloria capitis* nuncupantur, habebantque lemniscos, & quasdam subinde vittas, quibus capiti alligabantur. Quippe cum Propheta Ezechiel inter Sacerdotes recenseretur, mitra velut congrua sacerdotali munci coronæ cingebatur. Vel tibi certe sub coronæ titulo ipsamet capillorum cæsariem intellexisse voluit, quæ in rotundum deducta, vel attonsa, aut potius colligata fuerat: quibus plane verbis haud vllatenus a Propheta luctum assumendum, aut coronam, vt mœstos decet, e capite deponendam Deus edixit: septuaginta enim legunt: *Erant crines tui colligati super te*, quibus plane verbis illud, vt Hieronymus ait, ipsiusmet Dei oraculo innuitur: *Noli lugere, ac lugentium more comam, pileum, aut fasciam eum coronantem deponere, & calceos exuere, vt nudo capite, & pedibus incedas, nec os velabis, aut veste teges, vt pullati faciunt.* Ita erudite quidem in rem præsentem, vt Cornelius refert, antiquam Hieronymus consuetudinem edisserit.

3 Vt antiquorum enim consuetudini, cuius sermo recurrit, insistamus, Græci olim, & Romani pariter, coronas suis in funeribus deponere, vt his diserte verbis & apte in rem præsentem Hieronymus ad Heliudorum in Nepotiani epitaphio testatur: *Proponunt, inquit, innumerabiles viros, & maxime Periclem, & Xenophontem Socraticum: quorum alter amissis duobus filiis coronatus in concione disseruit, vt ostenderet nimirum se haud dolere, haud lugere. Alter vero, inquit Hieronymus, cum sacrificans filium in bello audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse.* Modus autem iste defunctos solemniter plorandi apud Iudæos quoque vsu receptus fuisse legitur. Hi enim, cum suis iusta perfoluerent, ac luctui impensius vacarent, coronas primum

Ezech. c. 23. n. 42.

Corn. in d. Ezech.

Ezech. c. 24. n. 17.

Deposito coronæ mœrorem olim signum erat.

Ezech. c. 23.

Corn. a Lapide, in c. Ezech. 21. n. 26.

Corona antiquis, quæ ac qualis esset?

Plut. in Luc.

Dion. in vit. Pomp.

Iuven. l. 15.

Ezech. c. 24. n. 17.

Corn. a Lapide, in c. 24. Ezech. 17.

Antiquorum in funeribus coronas deponendi mos.

Romanorum
in luctu mos.
Tac. 13 in vit.
German.
Liu. 134.
Ouid. 18. Met.

mum deponabant, consuetisque se vestibus exuentes, lugubres induebant. Nec dissimili quoque vestium ritumæsti olim inter funera gentiles utebantur: quippe qui magistratus insignia in luctu ponebant, vt in Germanici potissimum funere Tacitus lib. 3. accidisse scribit. Nec vestes dumtaxat, sed & annulos mutasse ex Suetonio didicimus, qui ipso Augusto mortuo, quosdam censuisse tradit, *exequiarum die ponendos annulos aureos, ferreosque sumendos*. Idem plane Liuius lib. 34. hunc in modum confirmat: *Quid aliud, inquit, in luctu, quam purpuram, atque aurum deponerent*. Recensitis autem scriptoribus Ouidius quoque lib. 8. Metamorph. ad stipulari videtur, dum Altheam fratres misere extinctos conspicatam, vestem protinus mutasse describit:

*Quæ plangore dato, missis clamoribus
 urbem
 Implet, & auratis mutauit vestibus
 atras.*

Huc item illud C. Cilnij Meecænat

Huc item illud C. Cilnij Meecænat in Horatium epigramma quadrat, quod apud Isidorum lib. 19. cap. 32. his quidem Carminibus concinne describitur:

*Lugens te mea vita, nec Smaragdus,
 Beryllus neque Flacce, nec nitentes
 Semper candidas quero margaritas,
 Nec quos Tynica lima perpoliuit
 Anellos, nec laspius lapillos.*

Iustitium ob
publici Prin-
cipum luctu.
Tac. in fun.
Germ.
Hic. 31. w. 3.

Quinimo ob publici doloris, ac mæstitiæ signum, tam sollemniter iste apud Romanos præsertim mos extitit, vt in publico principum luctu Iustitium esset: Consules enim vulgari veste induti in curia confidebant, iustices eisdem inuersi præferebantur; læta omnia vitabant, se publico abstinebant. In quam plane sententiã in Germanici funere hæc Tacitus: *Hos vulgi, inquit, sermones audita mors incendit, vt ante edictum Magistratum sumptu iustitio desererentur fora, clauderetur domus passim silentia, et gemitus*. Verum in mæroris typum apud Iudæos quoque coronas deponere, & cinere caput aspergere in more positum erat: quocirca Haias Prophetice ait: *Vt ponerem lugentes in Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium ludis pro spiritu mæroris*. Vbi Hebraicus textus *Cidarim* pro cinere legit. Hebræis etenim mos inole-

Hebræorum
in luctu mos

uerat, vt in luctu caput cinere aspergerent, aridente autem lætitiæ tempore, vt in nuptijs, festis, triumphis, coronas capiti imponerent, quin insuper inter blanda gaudentes oleo se ungere consueuerant. Concinne autem recensita, mæroris in gaudium transmutatio breui ibidem manu describitur, vbi paucis dumtaxat transpositis Hebraicis literis paronomastice ex *Epher sit Peer*: tam facile, quippe, ac præteritaneum, Deo protegente, est, cinerem in cidarim, luctum in lulum, rictum in risum, mærorem denique in gaudium conuertere.

Christiani a
Coronis cur
abstinerunt?
Ber. 10. ser.
Seuerus Imp
Coronis mili-
tibus donat.
A Christiano
aspiciatur.
Tert. 17. de
cor mil.

Porro Christiani symbolice quidem olim a coronis abstinentes, easdem haud festiuo gentilium more, multiplicibus ad id permoti rationibus, gestabant: cum enim Gentiles feris passim superstitiose idola coronarent, fideles, ne impios eorundem sectari ritus viderentur, coronas maxime detestabantur, tum etiam quia eum huius vitæ tempus mæstitiæ, luctus ac cineris tempus, haud lætitiæ, computandum sit, lubrica delirantis seculi gaudia reiecto futili coronarum typo superfugere præmonebantur: & deum quod maximi fidelium animis momenti iugiter contemplandum insidebat, spinca, qua Christi Saluatoris caput corona redimitum fuerat, florem procul, ac morbidam a Christianis coronam arcebat: quippe non decet, vt aperte Bernardus ait, *sub capite spinoso membrum fieri delicatum*. Quapropter cum quondam Seuerus Imperator donatium militibus, vt mos erat, impendcret, & singulis coronæ ipsiusmet Imperatoris manu exhiberentur, Christianus quidam miles, etsi minus sapienter, rem detestatus, haud castrensẽ cæterotum more lauream capite, sed manu gestabat: causam vero facti expostulatus, cum se Christianum esse, sibi que licere nullatenus coronatum incedere respondisset, in earerem protinus coniectus est. Quo tempore instaurandæ potissimum in Christianos persecutionis occasio facta est: & inde opportunum Tertullianus scribendi argumentum nactus, vt quod miles, vel in consilio, parumque sapide præstiterat, mordicus defenderet, lulentum de Corona militis librum conscripsit. In quo de coronis disertè sermonem intexens lib. 7. c. 7. superstitioso coro-

Idolorum ca-
pita coronan-
di mos.

Pandoræ,
Saturni
Iouis.

Priapi.
Iunonis.

Herculis,

Apollinis,
Liberi.

Indis,

coronas ritu potissimum ab idolis, & idololatriæ adiuuentas, vsuque receptas fuisse multiplici exemplorum insinuatione demonstrat: nam vt breuiter singula ipso referente percurramus: Pandoræ videlicet caput a Charitibus coronatum fuit. Saturnus ante omnes coronatus est. Iupiter vero, post edomitos dumtaxat Titanas. Priapo Tanix Ariadnæ sertum ex auro, & Indicis gemmis adscribitur. Iuno vite coronata legitur: Hercules populum capite, oleastrum, aut apium præfert: Apollo autem Delphico interempto Dracone lauream induit. Liber nunc hederatus, nunc aureæ princeps coronæ exprimitur, qua ex Indis triumphauit. Isis repertas spicas nobilis instar ornamenti capite circumtulit: ac postremo tandem loco aculeatis verbis gentilitias eiusmodi coronas perstringens, his dumtaxat coronidis instar librum, in quo de coronis agitur, stomachabundus homo concludit: *Serua Deo rem intaminatam, ille eam coronabit: Qui vicerit, inquit, dabo ei coronam vite. Esto tu fidelis ad noctem. Decerta & tu bonum agorem, cuius coronam & Apostolus sibi repositam merito confidit. Accipit & Angelus victoriæ coronam præcedens in candido equo. Vt vinceret, & alius iridis ambitu ornatur cælesti. Porro sedent & presbyteri coronati, eodemque auro & filius hominis micat. Si tales imagines in visione, quales veritates in repræsentatione? illas aspice, illas odorare. Quid caput strophiole, aut dracontario damnas, diademati destinatum? Nam & Reges nos Deo, & Patri suo fecit Christus Iesus. Sed perperam quidem Tertullianus, vel nimis iustus, vbi opus non erat, atque austerus coronas in milite, & militem cum coronis damnauit, qua de re nos infra paucis rem, dum coronas inteximus, edisserentes, nonnulla consulto subtexemus. Interim vero cum de Cœmeterialibus coronis sermo instituentus sit, hæc vel obiter in studiosi gratiam lectoris præmississe volumus.*

5 Et quidem cum multa Christiani in abditis Cœmeteriorum locis symbolice interdum pingerent, coronas pariter quæ præcipuum quoddam ornamenti genus exhibent, pingere consueuerant. At vero ne perfunctoria res ista videatur & vt nonnulla interim ad rei notitiam

Coronæ dona-
cium Se. eri
Imp. reiecit. in
a milite.

præmittamus, pius, ac studiosus lector hic præmonendus est, quod Coronæ, quæ in Cœmeterialibus quibusdam sepulchris adumbrantur, ijs præsertim negotium facessere videntur, qui Tertullianum de Corona militis, vt supra attigimus, diserte scribentem consulere, vbi militem præcipuis laudibus extollit, qui donatium, coronam videlicet accepturus, haud illam capiti impostam, quod cæteri Christiani milites præstabant, gestare acquieuit, sed quid veluti profanum, ac gentilitiam superstitionem redolens, voce libera, constantique animo respuit. Quo ex facto vir ingenio acutissimus acuendi styli opportunitatem nactus, in eiusmodi rem acrius est temere ac parû sapienter, inuehitur. At ipsum quælo, etsi paulo ante disserterem exceperimus, nunc iterum Christianorum militum coronas haud iure stylo perstringentem patienter audiamus: *Quid tam, inquit, indignum Deo, quam quod dignum Idolo? Quid autem tam dignum Idolo, quam quod & mortuo? Nam vt mortuorum est ita coronari, vel quoniam & ipsi Idola statim & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda Idololatria est, &c. hæc Tertullianus.*

Corona militaris improbrata a Tertulliano, Tertulliano cor. mil.

6 Clemens quoque Alexandrinus eandem cum Tertulliano sententiam mordicus tenens, militarium coronarum vsu ac si profanum apprime detestari videtur: quippe qui Pædagog. lib. 7. cap. 8. iisdem vel ipsamet defunctorum capita coronis redimiri, grauissimi quidem piaculi genus pronuntiat. Hæc igitur in rem præsentem ait: *Qua de causa mortuos quoque coronant, quo nomine re ipsa suo testimonio mortua esse asserunt. Qui enim bacchantur, nec absque coronis Orgya sua celebrant, cum demonibus nullo modo communicandum est: sed nec viua Dei imago mortuorum simulacrorum ritu est coronanda etc. Audis quam stomachabundo de militibus coronis ore iste alter veluti Tertullianus loquatur.*

Et a Clemente Alexandrino.

Clem. Alex. l. 7. pædag. c. 3.

7 Verum enimvero si quis Minutium Felicem, antiquissimum inter scriptores, consulat, huius quidem sententiæ assertorem, propugnatoremque comperiet. Christianos enim coronam gentilium more haudquaquam, quod tunc illis crimini adscribebatur, gestantes excusans, ac ipsofmet gentiles, qui passim eiusc-

eiufcemodi ritus præftabant, hanc vnam ob caufam deridens, hæc inquit: *Sane quod caput non coronamus, ignofcite: auram boni floris naribus ducere, non occipio, capillifue folemus haurire. Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quem admodum tribuatis exanimi, aut non fentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus.* hæc Minutius.

8 Cum igitur ex iam enarratis fcriptorum fententijs eiufcemodi olim coronarum ferta Christianis capiti geftare, ne fuperftitiofos, ac profanos gentiliū ritus, ac motes feftari viderentur, vetitum fuiſſe conſtet, ex hoc fortaffe quiſpiam arguet, Cœmetherialibus hiſce ſepulchris, in quibus expreſſas interdum coronas repræſentari contigit, haud pia Chriſti fidelium, ſed fœtida potius gentiliū cadauera condi, ac deſignari. Verum fi orthodoxorum Patrum ſententias diligenter expendamus, illas poſſimum coronas Chriſtianiſ deſerre, quæ hominibus gentilitiæ ſuperſtitioni deditis, in obſcœnis corumdem ludis, execrandiſque ſacriſcijs vſui erant, & quibus ipſamct Idolorum, vel certe defunctorum capita, vano, ſutilique obſervantiæ ritu cingebant, vetitum fuiſſe conſtat: nullatenus vero eas geftare interdicebatur, quibus milites poſt partam ſedatis bellorum procellis victoriam, cum ſolemnes deinde triumphos agerent, vel dum congiarium ab Imperatoribus publice exhiberetur, ipſi de more triumphantium inſtar redimitti incedere conſueverant, vt in ipſiſmet Seueri principis congiario, aut donatio contigit, in cuius ſolemni latitiæ pompa ceteri Chriſtiani milites non impertitam duntaxat ſibi coronam palam geftare nullatenus detrectarunt, verum etiam militem illum, qui ſummis a Tertulliano laudibus prouelitur, acri reprehentionis nota perſtrinere: ex eo enim, quod ille imprudenti conſilio præſtitit: proptata, vt alibi diximus, diutina pacis tranquillitas, qua tunc Eccleſia perſuebatur, palam in diſcrimen adduci viſa eſt, vt anno inſequenti, immutata rerum facie, nouiſque procellis obortis, contigit. Quapropter iure quidem merito factum iſtud, vt diſertis Baronius verbis probat Annal. to. 2. ann. 101. ab omni Chri-

ſtianiæ religionis iniuria vindicadum eſt, cum haud ab Idolo eiufcemodi coronarum ferta reciperentur, nec eidem ſimulacro velut quid religioſo dicatum, cultui delibaretur; & vt vno demum verbo ſingula complectamur, ea coronidis inſtar ratio, quæ cæterarum omnium, potiſſima eſt, accedit, quod videlicet nullam penitus ſuperſtitionis labem actus iſte coronam gefandi ſaperet, ſed lætum ac ſanctum victoriæ duntaxat ſymbolum omenque præferret: tunc enim temporis ille apud omnes mos, vt iam diximus, inoleuerat, vt dum Imperator congiarium, aut certe triumphum celebraret, coronam milites ſibi vltro oblatam acciperent, capitiſque impoſitam non ſecus ac enſem, aut conſpicuum rei militaris inſigne deferrent. Nec vero in floridiſſimis Romanorum caſtris Chriſtiani milites, & vel integræ interdum ex eorum numero legiones decrant, inter quas vna quidem, ac præcipua fuit, quæ ſpecioſum ac formidandum pariter fortita vocabulum, *Fulminatrix* appellari promeruit, & condigno honoris titulo ab ipſomet Tertulliano in ſuo Apologetico recenſetur, nuſquam tamen ex tot virorum pictate, ac militari item robore præſtantium numero quiſquam a coronis, quas clargiri Imperatores conſuevere, præter iſtum nimia animi ſerpuloſitate delirantem, vt alibi diximus, abſtinuiſſe legitur. Illud igitur nobis certum, ratumque habendum eſt, Chriſtianiſ nimirum coronas olim ipſo gentiliū more deſerre, eiſdemque (quod ipſi gentiles impie factitabant) domorum ianuas, templorum Idola, & id genus alia contextis florum fertis redimire vetitum fuiſſe, hiſ tamen in victoriæ ſignum ac triumphalis latitiæ ſymbolum vti conſueto ex more ſas erat. Verum hætenus enarratis, ad inſtituti propoſitum valide comprobandum illud accedit, quod ipſiſmet Chriſtiani Imperatores eiufcemodi coronas abſque vlla animi ambiguitate, & conſcientiæ reatu caput palam cingere ac frontem redimire non dubitarunt, vt aperte in Imperialibus Conſtantij, Conſtantini Magni filij, immo & in ipſiſmet Conſtantini, quæ adhuc extant, numiſmatibus videre eſt. Quamuis Magnus ille Conſtanti- nus, cui nemo Imperatorum par, vbi Chri-

Min. Fel. in-
Oſan.

Coronæ in ſe-
pulchris quo-
modo deſerant
Chriſtianiſ?

Coronæ a Pa-
tribus prohibe-
re quænam
ſint.

Et quænam
ſint?

Congiarium
Seueri Imp.

Exp. 10. 3. An.
an. 101.

Chriſtianiſ ſub
Imp. ethnicis
militabant.

Legio Fulmi-
natrix Chri-
ſtianiſ.

Tert. in apol.

Chriſtianiſ co-
ronas hæc
geſtabant.

Christo nomen dedit, salutaribusque baptismi aquis ablutus est, auream quidem coronam pretiosissimis gemmis excultam, haud lauream deinceps, ut in illo, quod infra subiicimus, numismate vides, gentiliū more gestare consueverit, ne hanc videlicet ab Apolline, cui sacra laurus arbor dicebatur, sed regalem a Christo Domino, qui est *Rex regum*, & *Dominus dominantium*, regalem, inquam, vna cum totius terrarum orbis principatu, ac Romani Imperij fascibus coronam se accepisse fateretur, ut Arcadij potissimum Imp. numisma hic appositum tibi fidem facit,

*Apoll. v. ad
Tim. c. 6. n. 15.*



Hæc autē potissima Christianis militibus causa extitit, ut in ipsismet laureis coronis ut omnem superstitionē excuterent, diuinitatū Christi nomen exprimerent: cuius plane rei typus in vetustissima quadā corona exhibetur, quæ in celebri olim Lælij Pasqualini, nunc autem Eminentissimi Cardinalis Boncompagni Musæo, tanquam nobile antiquitatis recolendæ monumentum asseruatur: eiusdem vero exemplar typis excerptum a Baronio in suis Annalibus to. 3. anno 612. lectori exhibetur, in qua corona duabus Græcis literis sacrosanctum Christi nomen de more intextum hac quidem forma conspicitur, cuius hic tibi iconem contemplandam exhibemus:

*Bar. 10. 3. Ann.
an. 351. n. 1.*



Porro cum de coronis, quæ tum gen-

tilibus, tum Christianis Imperatoribus vsu receptæ fuere, sermo opportunus incidat, haud ab re cuiquam videatur, si antiquam coronarum originem vel hic obiter edisseramus. Ut altius igitur rei mentionem auspicemur, Romulus quidem primus triumphalis coronæ vsu post Acronem bello deuictum, nobilique trophæo erecto inuexit, ut Liuius, & Plutarchus quoque his verbis enarrat: *Quercum excidit proceram, & trophæi more formauit, singulaque Acronis arma ordine circumduxit: ipse autem veste succinctus caput comatum laurea coronauit.* Porro multiplex quidem generis coronæ antiquos apud scriptores recensentur, aliquot nimirum frondæ, graminæ, laureæ, quercinæ, in quibus imagines haud exculpi poterant. *Graminea autem corona, nulla plane nobilior fuit, ut Plinius ait, gemmatæ, aureæ, vallares, murales, ciuicæ, triumphales post hanc fuere.* Graminea quippe, cuius sermo incurrit, nulli nisi ab vniuerso exercitu olim decreta, cæteræ vel ab ipso Imperatore concessæ sunt, cum vnam hanc haud Imperator militi, sed ipsemet Imperatori miles donaret. Myrtea vero Imperatores corona, dum ouantes Urbem subirent, utebantur. Quam plane coronam M. Crassus, cum fugitiuos bello subgisset, ouansque Urbem intraret, insolenti ambitu aspernatus est. Verum Quintus Consul, ut ille lauro, haud myrto subinde coronaretur, obtinuit, ut Cicero orat. in Pisonem, Gellius lib. 5. cap. 6. Plinius lib. 15. cap. 29. testantur. Lauream vero coronam ab Apolline primum deriuatam fuisse Ælianus asserit: sacra quippe eidem apud omnes semper habita est: cuius quidem arboris ramum, qui Deorum laudes canerent, manu tenere consueuerant: inde autem obtigit, ut laurea triumphis amica, ianitrix Cæsarum atque Pontificum, Plinio teste, appellaretur. Hæc item fausto Imperium omine portendere visa est, quod potissimum Scuero Alexandro obtigisse legitur: eo enim nascente domi laurus Persicam iuxta arborem exortæ est, quam postmodum ille renunciatus Imperator intra anni spatium feliciter, ut Lampridius refert, bello deuicit. Hac igitur ex arbore coronam sibi Imperatores morè a Romulo auspicientes concinnabant: quamobrem præcipuum hanc

Romulus Coronarum auctor.

*Lin. l. 1.
Plutarc.*

Varia coronarum genera.

Plin. l. 16. c. 4.

*Cic. in Pison.
Gell. l. 5. c. 6.
Plin. l. 15. c. 29.*

Ælian. l. 3. c. 1.

Plin. l. 15. c. 36.

Im-

Tac. l. 1. Ann. Imperatorum insigne Tacitus describens, ait : *Vt assequi nomen Imperatorium, & deportare lauream possent.*

9 Et quidem lauræ primum, si coronarum origini insistamus, triumphantium coronæ, postmodum vero auræ, vt Gellius lib. 15. ait, extitere, ita tamen aurum lauro ornamentis gratia superinductum est, vt, etsi coronæ auro elaboratæ magis conspicuæ forent laureis ne utiquam locus adimeretur : quemadmodum enim laureati triumpho milites aderant, vallares nihilominus, murales naualesque aureas insuper aut ipsimet victores gessere, aut certe sibi in triumpho symbolum præferri voluerunt : pari item ratione Imperatores, dum triumphum solemniter peragerent, laureæ aureaque pariter corona exornabantur, vt Liuius illis palam verbis edocet : *Tunica palmata, corona triumphalis laurea que.* Porro auræ coronæ, cuius metio est, res præclaræ ab Imperatore gestæ eleganter insculptæ conspiciantur : eius autem magnitudinis, ac ponderis eiusmodi corona erat, vt a valido, robustoque homine, si Iuuenali credimus, deferri vix posset. Ait enim :

*magnæque coronæ
Tantum Orbem, quanto cervix non sufficit
una,*

*Quippe tenet sudans hanc publicus, &
sibi Consul*

Ne placeat, curru seruu portatur eodem.

En quibus olim apud Romanos, vt vides amice lector, triumphalis pompa ornamentis instruebatur : triumphantem quippe Imperatorem exercitus subsequi laureatus consuevit, vt de P. Emilio his plane verbis Liuius asseruit : *Lauro coronatus erat vniversus exercitus currum Imperatoris per cohortes, & ordines secutus, &c.* Festiua itidem a militibus triumphales inter coronas carmina, vt Martialis edocet, pangebantur :

Festa coronatus ludet conuicia miles,

Inter laurigeros cum comes ibit equos. Ne festiuis autem dumtaxat coronis triumphorum lætitia celebris redderetur, floribus insuper viæ, per quas triumphus ducebatur, molliter aspergebantur, vt olim Ouidius cecinit :

Saxaque iactatis erubuisse rosis.

Quod & alibi metricè in hunc modum expressit :

Tom. II. Rom. Subt.

Vndique iactato flore tegente vias. Qui demum, vt triumphalem Romanorum pompam magis adaugeat, popularis quoque floribus plausus adiungit :

*Leta triumphanti de summo Mater Olympo,
Plaudet, & appositas sparget in ora
rosas.*

Quoniam vero coronarum mentio adhuc nobis ipsos inter flores recurrit, vt singula, quæ ad rem faciunt, subtexamus, & superstitiones, profanasque a reliquis se cernere quis valeat ; multiplex insuper coronarum usus apud antiquos passim describitur : nam quis olim obseruatum ciuem corona ex quercu comparata donabatur, vt suis eleganter carminibus Claudianus expressit :

*Mos erat in veterum castris, vt tempora
quercu
Velaret validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere ciuem,
At tibi, que poterit pro tantis ciuicis
reddi
Moenibus ? aut que te pensabunt facta corona
re ?*

Coronæ igitur quoniam promeritis, & post exantlatos pro publica re labores veluti condigna virtuti præmia donabatur, ad rem symbolice designandam Romani quidem caput Bouis corymbis, ac sertis redimire consueverunt : talis enim profecto erat corona illa, ac fasciæ affabre artificum manu exulta, quæ oporofam olim Hadriani molem hic Romæ circumquaque ambiebat, cuius adhuc frustra passim conspiciuntur. Bos quippe laboris symbolum antiquis extitit, vt Ouidius 15. Metamorph. eundem pingit :

*Quid meruere boues, animal sine fraude
doloque*

Imocuum, simplex, natum tolerare labores.

Quapropter Ægyptij quoque aptis laborem coloribus pingere, & ad viuum oculis exhibere volentes, in suis Hieroglyphicis caput Bouis, Pierio teste, pingebant : Romani vero aptata Bouino capitilaboriosaque præ cæteris animanti corona, rem symbolis prænotantes, vberimos quidem fructus gloriæ ex labore, feliciter prouenire designabant. Quinimo, & festiuis ipsamet Deorum sacrificia coronis instruebantur : victimæ enim

Ouid. l. 4. Trij. eleg. 2.

Et l. 1. amer. eleg. 2.

Corona ex quercu ob ciuem seruatum donata.

Claud. de laud. stil. c. 3.

Caput bouis coronas quid denotet ?

Bos laboris hieroglyphicū

Ouid. 15. Met.

Pier. in lib. emblem.

Vitimæ co-
ronaræ ad sa-
crificia duci-
tur.

quæ macandæ erant, coronis redimitæ
adducebantur, vt concinne Ouidius
cecinit:

Ouid. *Metaph.*

*Indutaque cornibus auro
Vidima vota facit*

Ad quod item Virgilius in suis carmini-
bus alludit:

Virg.

*Et statnam ante aras aurata fronte iuuen-
cum.*

Ser. in virg.

Quem subinde locum Seruius apte in-
rem præsentem edisserens, hæc ait: *Si
minor, inquit, hostia esset immolanda, illius de
fronde coronabatur, cui sacra fiebant, lancea-
que infusa, & candida vitta circumdata an-
te aras nullo vinculo ligata fistebatur. Sed
vt a sacrificijs ad nuptias, & a sacris ad
profana, antiquum earundem coronarum
vsum exploraturi, orationis stylum con-
uertamus, coronis nuptiales quoque
olim pompas cumulari consueuisse quis
nesciat? nouæ enim nuptæ coronis blan-
de eleganterque redimitæ prodibant,
vt Catullus de nuptijs Iuliæ, & Manlij
eleganter cecinit:*

Nouæ nuptæ
coronis redi-
mitæ solent.

Catull. de nupt.
Iul. & Manl.

*Cinge tempora floribus
Suaueolentis amaraci.*

Quod & Lucanus satis de nubente in-
suis carminibus expressit:

Luc. in carm.

*Turritaque premens frontem matrona co-
rona.*

Antiquum autem hunc nuptialium co-
ronarum morem antiquissimus Tertul-
lianus illis aperte verbis comprobat:
*Coronant, inquit, & nuptia sponsas. For-
res insuper nuptialium domorum flori-
bus frondibusque exornari olim consue-
uerant, vt Catullus de Pelei nuptijs canit:*

Tert. l. de cor.
mit.
Fores domus
nuptialis coro-
nis ornaban-
tur.

Catull. de nupt.
Pelei.

*Vestibulum vt molli velatum fronde vi-
reret.*

Laurus coro-
narum vsui di-
cata.

Plin. l. 5. c. 16.

Lauro quippe domorum postes tum in-
publicis, tum in priuatis gaudijs circum-
uestiri antiquis mos extitit, vt Plinius
lib. 15. cap. vlt. de lauro loquens: *Lau-
rus, inquit, triumphis proprie dicatur, vel
gratissima domibus, ianitrix Cesarum, Pon-
tificumque sola, & domos ornat, & ante li-
mina excubat. Quod satis item Iuuenalis
confirmat, dum de muliere statim post
nuptias diuertente, hæc ait:*

Iuuen. in suis
carm.

*Ornat paulo ante fores, pendentia li-
quit*

*Vela domus, & adhuc virides in limine
ramos.*

Idem plane Tertullianus in suo Apolo-

getico cap. 35. affirmat: *Cur die leto, in-
quit, non laureis postes obumbramus.* Et

Tert. in apol.

hæc de coronis nuptialibus, ac de fertis,
quibus nubentium domus de more exor-
nabantur, vel obiter enarratis illud sub-
teximus, multiplices quidem florum gene-
re nuptiales istas, conuinalesque coronas
concinatas fuisse: ibi quippe coronæ
ex his potissimum floribus intextæ ad
epulas euocatis donabantur, quos op-
portune tempus ad manus exhiberet,
serta autem ex rotis præcipue, cæterif-
que instructabantur, quæ ebrietatem pro-
pulsando, haud capiti molestiam inge-
rerent. Has vero coronas quidam ca-
piti, nonnulli autem collo, alij brachijs,
vt in antiquis passim marmoribus vide-
re est, aptabant. Et coronarum quidem
cuiuscumodi vsum Cicero in suis in Ver-
rem proclamationibus, & 5. præfer-
tim, his verbis edisserit: *Ipse autem co-
ronam habebat, vnam in capite, alteram in
collo. In priuata autem dumtaxat cœ-
na se ipsos, alias vero pocula corona-
bant, ebrijs enim potissimum, vinoque
madentibus se ipsos coronandi mos ex-
titit, Plautus in Amphitr. illis verbis:*

Coronæ con-
uinales e quo
florum gene-
re textentur

Cic. or. 5. in
Ver.

*Cipiam coronam in caput,
Assimilabo me esse ebrium.*

Plaut. in Amph.

Ad quam item consuetudinem concin-
ne Propertius carmine illo alluissse
voluit:

*Cum tua propendent dimissæ in pocula
serta.*

Eundem insuper morem Virgiliana car-
mina satis eleganter adumbrant:

Virg. Aen. lib.

Et vina coronant.

Quod & alibi idem ingerit, dum canit:

pateramque corona.

Induit.

Theocritus quoque hoc idem inculcat:
Cinge poculum, inquit, purpureo ouis flore.
Et ex Festo antiquissimum plane lan-
nearum genus coronarum extitisse con-
uincitur. De quibus Bulengerus in lib.
quem de conuiujs scripsit, a studioso le-
ctore in rem præsentem consulendus
est.

Coronæ lance
in conuiujs.

Buleng. l. 3. c.
24. de conu.

10 Hic vero de funeralibus coro-
nis taceo, quibus funebres apud Roma-
nos pompæ exornabantur. De Coronis
dumtaxat aureis, triumphalibusque il-
lud postremo loco, vt nil lectorem præ-
tereat, subtexendum videtur; ad Ale-
xandrum item cognomen Magnum,
vt

vt

vt Athenæus lib. 12. refert, id genus coronas transmissas fuisse: Post victum, inquit, Darium missas coronas partim a legatis gentium, aliisque adsumatas decem milibus, ac quingentis talentis. Quod item apud Romanos, vt Liuius scribit, & nos supra, vsu frequens extitit: cum enim Cincius Manlius Gallogræcos bello deuicisset, metuque Asiam vindicasset: *Misse vndique legationes non gratulatum modo, inquit Liuius, venerunt, sed coronas etiam aureas, pro suis quæque facultatibus attulerunt.* Vt autem Festus ait: *Triumphales coronæ sunt, quæ Imperatori victori aureæ præferuntur, quæ antiquis temporibus propter paupertatem laureæ fuerunt.* Hæ autem coronæ non ad vsum, sed ad pompam dumtaxat ferebantur: de quibus Tertullianus quoque lib. de corona militis ait: *Sunt & provinciales aureæ imaginum iam non virorum capita maiora querentes.* At aureas præter coronas aurum item coronarium in historialibus paginis recensetur, de quo Cic. ad Pisonem: *Mitto autem aurum coronarium, quod lex & decerni, & accipi vetat, nisi Imperatoribus ex provincia decedentibus ad decorandum triumphum.* Ex enarratis autem prudens quique, vt nobis arbitrari fas est, coronas, quæ superstitionis labem præferebant, quæ vero tñ a gentilibus, tum a Christianis nullo habito respectu laudabiliter passim vsurpari confueuerant, facili negotio interuoluit, & suo litem arbitrio proposita dumtaxat corona inter concertantes dirimere valet, dum nos interim delibandis Christianorum militum coronis insistimus.

10 Si Christianis igitur quondam militibus, vt opportune ad Cæmeteriales tandem coronas sermo recurat, ob victoriæ signum coronas olim accipere, eademque inferas capiti deferre licuit; ampliori quidem titulo ac iure illibatos Christi milites post reuictos Tartarcis ex hostibus triumphos victorialibus prosequi insulis, appensisque lætitiæ causæ eorumdem sepulchra coronis excolere condignum videbatur, vt hæ quædam veluti symbola illarum coronarum existerent, quæ immarcescibiles iugiter sunt, de quibus potissimum Apocalypf. 2. sermo est. *Esito fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et Iac. 1. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum*

probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Quod item Apostolus 2. Timoth. 4. disertis verbis inculcat: *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauis, in reliquo reposita est. Nihil coronam iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iustus iudex, non solum autem mihi, sed ijs qui diligunt aduentum eius. Quam demum coronam emeritis dumtaxat donandam esse militibus edocet: Non coronabitur, inquit, nisi qui legitime certauerit.*

13 Porro triumphalibus iisdem fertis, quæ iustorum necetenda capiti ipsius Dei manu referuntur, Augullini verba mirifice consonant, quæ in psal. 65. hunc in modum subtextit: *Coronam, inquit, vbi audis, gloria victoris significatur. Vince diabolum, & habebis coronam.* Huc item referenda videntur, quæ ad rei propositum apte Chryostomus in rem præsentem his quidem verbis edisserit: *Tam in medijs illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est, quam folia lauri, quam applausus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia vespere ingruente marcescunt, & pereunt. At corona quæ pro virtute, & eius sudoribus datur, nihil habet sensibile, neque in hoc seculo nobiscum dissolutur, sed perpetua est, & immortalis, extendens se in omnia secula, &c. Certe victoriali huiuscemod corona splendide redimitu ipsamet Cleopatrz conspicue pietatis matronæ filium se videndum post obitum præbuisse in Vari Martyris inuicti actis didicimus, quæ apud Saurium tom. 5. 9. Octobris recensetur.*

14 Vtrum, vt sacris interim floribus profanos, vbi de coronis agitur, miscemus, superstitione, ac futiliter delirantes olim gentiles, floribus, rosisque breui emarcescentibus sibi coronas texere gestiebant: rosa quippe vna præ cæteris floribus validum infirmitatis humanæ, ac momentanæ pulchritudinis hieroglyphicum est, vt apte Plinius edisserit: *Flos enim odoreque, ait ille, in diem gigni magna, vt palam est admiratione hominum, quæ spectatissime florent, celerissime marcescere quid? quod Artemidorus visas per quietem, & coronas e rosis ab ægrotis, & infansulas prodit, & morituros prædicere; quod facile marcescant.* Optime enim metricæ lusit ille aliquando, dum cecinit:

Profusus inuenta floribus similima.
Q q q q 2 Quam-

Apost. 2. ad Tim. 4.

Aug. in ps. 65.

Coronæ temporales cum æternis comparatæ.

D. Chryst. 42. in Gen.

S. Varus filius corona redimitum matris ostendit.

Ab. S. Varii mar. ad Saur. tom. 5. 9. sept.

Rosæ euanidæ pulchritudinis, & imbecillitatis humanæ symboli.

Plin. lib. 21. c. 1.

Cor. Psal. de esp. 12.

Athen. lib. 12.

Liui. lib. 128.

Coronæ triumphales aureæ.

Tert. 1. de con.

Aurum coronarium.

Coronæ Christianorum fœderis appellatione quid denotent.

Apoc. c. 2.

cap. c. 2.

Quamobrem Aufonius virginem curiosa flores manu legentem illis salubriter carminibus admonuit :

Auf. in carm.

*Collige virgo rosas, dum flos novus, & nova pubes,
Et memor esto avum sic properare,
Luum.*

Pari quoque simbolo morientem Euryalum, succiso ab aratro flori Virgilius confert :

*Purpureus veluti cum flos succisus aratro,
Languescit moriens.*

Quam item tropicam eloquendi formulam Catullus ante Virgilium usurpavit, dum labilem præteruolantis vitæ conditionem ingerit :

Accid. 19.

veluti prati

*Catull. epig. in
in Tur. &
Zurich.*

*Viximus flos prætereunte postquam
Tactus aratro est.*

At virginalis castimoniam flos, & decus, vtpote perpetuo vigens, marcescere haud vquam didicit, vt alter illis eoncinne carminibus innuit :

*Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro.*

Sententiæ euanescensium seculi voluntatum amatores.

Minus autem sapide condignas a futilibus coronas fecernere nouerunt illi, qui iuuentutis florem haud cito euanescentem, immo emarescentem contemplati, coronas non vtique ex frondibus perenni virore præditis, sed ex floribus momentaneo decore vernantibus, coronas, inquam, sibi intexere satagentes, aiebant : *Venite, coronemus nos rosas, antequam marcescant, nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Marcescentem florem agnoscunt, & prompta tamen manu carpunt, fugitiuam rosæ purpuram norunt, hæc tamen se vltro libenterque purpurare, sibi que coronas studiose contexere ambiunt. Hos quidem inter blanda seculi gaudia delirantes, sapienter aliquando Tertullianus admonuit : *Quid tibi, inquit, cum flore morituro.* Haud igitur ex eiusmodi floribus coronas Christiani sibi præoptabant, qui perennes e Cælo, vernantesque iugiter e manu Dei aspiciantur.

Sap. c. 18.

15 Congruè igitur vt ad nostra redeamus, Christiani haud sibi, sed Christi martyribus, post superata certamina, coronas intexere, ac pieulari eisdem obsequio dicare consueuerant, & more

Coronæ ad sanctorum sepulchra suspenduntur.

ex ipsa antiquitate petito in Dei Ecclesia receptum est, vt non coloribus tantum, coronæ adumbrentur, aut certe ferro exculpantur, verum etiam vt ipsamet ad sanctorum sepulchra in lætitiæ, atque obsequij signum appendantur, quod interdum miraculis comprobatum est, vt in ipsi beati Martini gestis apud Paulinum legimus, quæ To. 8. Bibl. Patr. recitantur; & Gregorius Turon. de miraculis ab eodem patris his verbis refert : *Thymus quidam rabidus, instinctu demonis ætus, coronam sepulchri, quæ sancti meritum declarabat, violenter arripuit: mox lumine priuatus, præda, cogente dolore, restituta, lumen quod perdididerat, recepit.* Vbi verba illa diligenter adnotanda sunt videlicet : *Quæ sancti meritum declarabat,* vtpote quæ immortalium præmiorum, quibus beatissimi eiusdem viri in Cælis anima perfrueretur, apertissimum inuentibus symbolum exhiberet.

Griff. Mart. Ep. et Conf. Greg. Tur. J. 1. c. 2.

16 His vero in studio gratiam lectoris subtexere licet, quæ in natalitio S. Felicis martyris die de festinis coronarum, fertis pia fidelium manu eiusdem sepulchro appendi consuetis, his quidem carminibus enarrantur.

S. Felix mart.

Purpureum ver spiret hyems: sit floridus annus,

Ante diem sancto cedit natura Diei,

Martyris ad tumultum debes & terra coronas.

Et hanc forte ob causam, vt rem alius repetamus, lampades, quæ ipsismet sanctorum sepulchris olim honoris exhibendi gratia in incendi consueuerant, ad præmonstrandam videlicet perennem, præoptatamque beatissimæ lucis felicitatem, qua iugiter eorundem in Cælis animæ coruscant, *Coronæ*, ipso Anastasio teste, in Romanorum præsertim Pontificum gestis, appellantur, dum ab ipso amplissima, quæ eorundem manu Ecclesijs ornamenta præstita sunt, exacte deseribuntur.

Lampades ad sanctorum sepulchra accenduntur.

17 Potiori igitur iure venerandis beatorum martyrum sepulchris coronas, velut splendida promeritorum triumphorum insignia suspendere nobis fas est, vtpote quæ agone feliciter peracto ob comparatam pretio sanguinis immarcescibilem victoriæ lauream inuictis Christi pugilibus debentur: quod quidem adeo constans, & veritati consonum est,

vt

Martyrium
coronæ nomi
ne appellari
consequitur.

vt & ipsummet martyrium consueta
Ecclesiæ phrasi, haud alio, quam *coronæ*
titulo nuncupetur, ac proinde loquen-
di mos ille in sacris passim Martyrolo-
gijs inoleuerit, vt vbi de martyribus in-
currit, sub his quidem verbis, mentio
peragatur: *Martyrij coronam accepit, vel:*
Martyrio coronatus est, vel certe: Ad
martyrij coronam peruenit, vel demum, Mar-
tyrum coronæ, & id genus aliæ loquendi
formulæ sacris frequenter in paginis vsu
receptæ inseruntur. Quapropter con-
grue, vt res verbis consonet, Cæmete-
rialibus passim sepulchris multiplici qui-
dem forma insculptæ, vel certe parietibus
effictæ in triumpho, ac victoriæ sym-
bolum coronæ inspiciuntur, cuiusmodi
hic tibi iconem contemplandam offeri-
mus:



18 Potro quoniam opportunus inter-
rim de Coronis sermo recurrit, has qui-
dem in sacris olim ministerijs adhibitas
frequenter fuisse quis nescit. Profecto
si antiqua illibataque legis Mosaica tem-
pora, caeremonialesque eiusdem ritus
recolantur, ipsamet nobilissima Testa-
menti Arca, quæ Arcanorum Dei sym-
bolum extitit, corona plane aurea, Deo
iubente, eleganti opere exulta fuit:
Faciesque supra coronam auream per cir-
cuitum. Quin & ipsummet altare thy-
miamatis, anrea per gyrum corona am-
biebat: Faciesque ei coronam auream
per gyrum. Part quoque ratione Iudæo-
rum templum cū præcipui Machabæo-
rum duces incultum proculcatumque
turpiter a gentibus quondam offendis-
sent, ac patriæ religioni consultum vel-
lent, quo illud, vt par erat, colendum,
suoque nitore restituendum satagerent,
festiuus vitro coronis obtexerunt: Or-

Arca Testa-
menti aurea
insignita coro-
na.

Exod. 25. 11
Et Altare.

Exod. 30. 9.

nauerunt faciem templi coronis aureis, &c.
& facta est letitia in populo magna valde.
Et optime quidem sacris coronæ mini-
sterijs, vtpote Dei, ac religionis cultui
dicatæ consonant. Coronarius quippe
circulus complementi, perfectionis, at-
que æternitatis, quin & ipsiusmet Dei,
qui principio, & sine caret, patentissi-
mum symbolum est, vt Picrius Valerian.
lib. 39. cap. 7. & alibi eleganter edisse-
rit. Quamobrem Deo dumtaxat, ac san-
ctis eius, & his qui præoptata iam æter-
nitatis laurea donati, beatifica eiusdem
visione persuiuntur, corona debetur,
de quibus iugiter ab Ecclesia canitur:
Et corona aurea super caput eius. Congru-
enim Christiani aureas sanctorum coro-
nas æmulabantur, non quas temere gen-
tiles, & quidem ambitiosissime sibi præ-
optabant, qui auream, & radialem sibi
e gemmis coronam intexebant, vt sic
non tam radijs, quam gemmis emican-
tibus cum sole decertare viderentur,
quin & ad Solis cursum, & ad Zodiaci
signa respicientes, duodenarium item
radiorum symbolice numerum coronæ
aptabant, vt eleganter Virgilius Latini
Regis coronam describens, carminibus
expressit:

Mac. 6. 4. 57.

Templum
Hebræor. au-
reis exornatur
coronis.

Picrius Val. 1. 39.
678. 19. 16.

Coronæ gen-
tilium Solis
radios æmula-
trices.

Ann. 1. 2.

Ingenti mole Latinus
Quadrifido inuehitur curru, cui tempora
circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui speciem.

Reiectis igitur commentitijs ciuicemo-
di coronis; haud mirum, si Christiani
suos frequenter in Cæmeterijs suauiter
in Christo obdormientes, quos Deo iam
perstui credebant, festiuus ex more co-
ronis prosequerentur. Verū vt res exem-
plis cōficiatur, nonnullos hic sepulchra-
les Christianorū lapides coronis affabre
excultos, eorundem ex celebri Priscillæ
Cæmeterio iconibus fideliter excerptis,
hic tibi contemplandos offerimus, &
primo quidem loco innocenti cuius-
dam puellulæ Sarcophagus vnā cum
nomine nobili in hunc modum corona
excultus occurrit:

Lapides Chri-
stianorum se-
pulchrales co-
ronis exornati







Nuper autem recensito sepulchrali lapidi, alterum hunc pueruli quoque columbis, pisce, oliuarum furculis, & dimidia-
tis item utroque ex latere coronis exculptum, ac in eodem Cœmeterio adinuentum subjicimus:



Innocentium vero præsertim puero- hic lapis, quem offerimus, contemplan-
rum Sarcophagus coronis, ac columbis tes edocet:
a Christianis excoli consueuisse, alter



Postremo loco in eodem nobili Cæ- musculo, & pisce itidem ore coronam
meterio Sarcophagus iste lectori con- præferente insignitus, ac notis hisce
templandus obijcitur, qui oliuæ ra prænotatus est:



Quæ singula in studiosi lectoris gra- censentur, qui martyrij certamen ag-
tiam hic inseruisse voluimus. Verum gressi, omnipotentem Deum his plane
hic quoniam de martyrum coronis ser- verbis, D. Basilio teste, deprecati sunt:
mo est, studioso lectori repetenda sunt, *Quadráginta in Stadium ingressi sumus, qua-*
quæ in probatis martyrum actis, & in *draginta item Domine corona donemur. Por-*
beatorum quadráginta præcipue mili- ro ipsdem in actis post enarratum alte-
rium apud Surium gestis to. 2. mart. 9. re- rius lapsum, qui ex eorundem numero,
iam

Surio. 2. die 9.
Martij de SS. 40
mart.

S. Basil. in gest.
SS. quad. mart.

Quadráginta
Martyres.

iam a fide defecerat, hæc adduntur : *Vigilabat ianitor, qui & illos orantes & luce circumfusus quosdam e Cælo descendentes angelos tanquam a Rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribuerent, intuens, ita secum loquebatur: Quadraginta hi sunt, quadagesimi corona ubi est? Quo viso ianitor martyribus se adiunxit. Huc vique recolenda corundem martyrum acta, in quibus locupletissimam, ut vides, de coronis, & opportuna in rem præsentem mentio peragitur.*

19 Idem plane in peranti quis beata Potamienæ actis apud Eusebium relatis lib. 6. cap. 4. & apud Niceph. lib. 5. c. 7. videre est, quæ cum ad supplicium duceretur, & vir quidam Basilides nomine, eandem ab impudicorum, ac peulantiuum hominum nequitia tutatus esset, candidam quidem pij, quod ille exhibuerat, officij mercedem retribuit. Post triduum enim se illi videndam obtulit, eiusdemque capiti coronam imponens, ad Christi fidem traductum, martyrem protinus reddidit.

20 Nec interim silentio obvoluendum videtur, quod apud Surium to. 2. 30. April. de recolenda sanctorum martyrum Iacobi diaconi, & Mariani lektoris, quæ diuinitus obtigit, visione, his plane verbis enarratur: *Agapium nostrum videbam, Iacobus loquitur, inter omnes alios letiorem, quos una nobiscum Cithensis carcer incluserat, solenne quoddam & lætitia plenum celebrare conuiuium. Quo cum ego & Marianus, quasi ad Agapem spiritu dilectionis & charitatis raperemur, adcurrit obuuius nobis puer, quem constabat esse alterum ex geminis ante triduum cum matre passis, corona rosea collo circumdatus, & in manu dextera palmam viridissimam deferens, & c. Quibus præmissis sub ipsius enarrationis finem hæc leguntur: *Et perducti sunt ad Coronæ locum, nempe martyrij. Vides hinc ipsum certaminis locum, ubi pugiles Christi palmam consequerentur, haud alio, quam coronæ vocabulo a Christianis appellatum fuisse.**

21 Demum, ut innumera e martyrum actibus excerpta huiusmodi exempli sileamus, optime in rem præsentem locupletissimum ipsius Ecclesiæ testimonium quadrat, quæ beatissimos martyres, Seuerum videlicet, Seuerianum, Car-

pophoram, & Victorinum, quorum gloriola a fidelibus nomina ignorabantur, congruo corundem meritis titulo Coronatos communi voce appellandos fore decreuit, & cum singulos quosque ex immenso martyrum numero pari quoque horum Coronatorum forte conspicuos, paribus obsequijs prosequatur, cunctos iugiter Christi fideles ad contemplandas, promerendasque corundem coronas illis festiuum in morem verbis inuitat: *Venite & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus in die solemnitatis & lætitiæ.*

Ant. de plur. mart. temp. Basch.

22 Congruè igitur Christiani, dum clanculum in Cœmeterialibus cauernis agerent, in quibus tot passim pretiosa beatorum martyrum pignora asseruabatur, veneranda nobilium athletarum Christi sepulchra, ac recolendam pariter eorum memoriam, quos proprii cruoris purpura, & perennis martyrij laurea decorabat, & perennis martyrij laurea decorabat, coronis quoque ob victoriæ signum cumulabant, & hæc de sepulchralibus, immo triumphalibus martyrum coronis prolixiori sermone in studiosi gratiam lectoris enarrasse volumus.

CAP. L.

De Cœmeterialibus symbolis, ac promiscui generis Imaginibus.

QUID ultra Subterraneæ Romæ, cui hætenus excurrendæ ac perferatandæ supremam imposuisse manum videbamur, quid ultra, quis inquiet, post coronas? Quid Cœmeterialibus quæso imaginibus quas intextis Christianorum manu fertis, ut par est, cumulatuius, vel addendum, vel subtexendum præter ea, quæ congesta sunt, superest? Aptè quippe Cœmeteriales nostras elucubrationes, ubi feliciter ad coronam deuentum est, semetipsis concludi, ac opportune terminum sortiri prudens, quisque pronuncia-



S. Potamiena.

Act. s. potam. and Euseb. l. 6. c. 7. Niceph. l. 5. c. 7.

Iacobus Diaconus & Marianus. Surio 2. die. 30. A. r. au. 1197. S. Jac. Dialect. Marcan. Le. H.

Martyres Coronati nuncupantur.

ciabit: *Finis enim, vt vulgo prouerbum fert, finis, inquam, opus coronat.* Coronatur, ne remotioribus argumentum in rem præsentem auspicemur, nostro congrue operi, coronidem velut imponendo, finem fecerant. Ex antiquorum enim paginis sat cunctis innouit, quod corona potissimum triumphum olim concluderentur, & victori nil ultra, postquam coronam accepit, expetendum votis, expectandumque suppetat. Nos vero ipsas quidem post coronas, nonnulla hic, amice lector, vt vides, consulto edisserenda congestimus. Quod eo potissimum animi consilio a nobis præstitum est, vt vel incultis Subterraneæ Romæ cauernis, in quibus iam tum moribus apprime exulta Christianorum profapia virtutem adco excoluit, coronas iure merito affigendas, triumphalesque in victoriæ symbolum palmas erigendas libera voce fateamur. Nam Romanorum quidem triumphos olim (ne nostra longius aberret oratio, sed ad sua recurrat initia) ipsæmet hostium exuuiæ, subactarumque prouinciarum spolia concomitabantur, vt pote quæ in triumphantis obsequium, quo pompa triumphi nobilior esset, tota plaudente Vrbe deducebantur. Haud dissimili profecto ratione Subterraneam Romam, vel inter cineres rediuiuam, vel inter eadæuera, ac sepulchra adhuc spirantem, & meridiana ipsas nunc inter tenebras luce clariorem, quin & de ijs, a quibus martyrum quondam sanguine perfusa, victa penitus, ac iugo addicta videbatur, magnifice adhuc triumphantem, multiplicia gentilitiæ crudelitatis, quæ Christianorum carnificinæ deseruierant, in splendidiorem ipsius triumphum pompam instrumenta sectantur.

Corona trium-
phus concluditur.

Exuuiæ, hostiumque spolia triumphanti concomitantur.

Victoriarum pars magna triumphum.

Linii l. 45.

Triumphus Dei passio martyrum.

2 Verum enimvero, vt Romanorum quondam triumphis refertissimus victimarum, quæ a victoribus deserebantur, numerus splendorem haud exiguum conferre visus est, quod diserte Linii de Flaminijs triumpho lib. 45. in hæc verba testatur: *Pars, inquit, non minima triumphum est, victimæ præcedentes;* Subterraneæ item Romæ, si de victimis agitur, tot beatorum millia martyrum, qui pro Christo cæsi sunt, ibidemque sepulti, victimarum instar triumphum præcessere: *Triumphus quippe Dei est*

vt Hieronymus ait, *passio martyrum pro Christi nomine & cruoris effusio, incomparabilem gloriæ cumulum peperisse pronuntiandum est.* Porro id vnum superest, vt quod gentilitios olim triumphos augebat, spoliarum videlicet, prædarumque hostilium pompa, quæ victores præire consueuerat, mutato in præsens ordine, Subterraneæ huius Romæ haud præcedat triumphos sed consequatur.

3 Antiquis igitur temporibus, vt rem altius repetamus, superba inimicorum spolia postquam solemniter, festiuoque; in Vrbe apparatus illata fuissent, arma videlicet, catapultæ, tela, tormenta, ballistæ, & id genus alia, quid veluti facrum Deorum templis adperenne momentum affigebantur, de quibus apte Ouidius cecinit:

Scuta sed & galeæ gemmis radiantur, & auro, Ouid. l. 3. de Pont. eleg. 4.

Stentque super victos trunca trophæa viros.

Oppida turritis cingantur eburnæ muris, &c.

Quæ quidē præclara opinæ; spolia, vbi cōdignam, vt par erat, triumpho pompam, & triumphanti decorē prætulissent, Capitulinis item arcibus inferebantur. Inter nobiliores autem hostium exuuias illas potissimum, quæ pegmata, aut pompæ tercula dicebantur, contemplari fas erat, de quibus isthæc in rem præsentem Appianus: *Turres præteruehantur, simul lacra captarum urbium, & piura, & species eorum, quæ gesta sunt.* De quibus insuper Claudianus antiquam triumphum faciem curiosis inspectandam obijciens, sic cecinit:

Hi famulos traherent reges, hi facta metallis

Oppida vel montes, captiuæque flumina ferrent.

Captarum quippe urbium, expugnatarumque turrium, ac munitionum imagines, popularibus oculis exhibitæ ipsummet, qui instruebatur, triumphum spectabiliorem reddebant. Hostilia autem hæc spolia, vt iugiter in omnium oculis essent, templorum valuis perpetuo illie mansura addicebantur, vt Virgilius eleganter cecinit:

Multaque præterea sacris in postibus arma, Captiuæ pendent curruæ, curruæque secures, Virg. Aen. l. 7.

Et

Arma hostium Templis affigantur.

Ouid. l. 3. de Pont. eleg. 4.

Appian. de triumph. scrip.

Claud. l. 2. Stril.

Virg. Aen. l. 7.

*Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clypei que, creptaque rostra carinis.*

Solemne item antiquorum more in hostium erigendis, dicandisque spolijs concinne carminibus cæteros inter poetas Silius prosecutus est:

*Affixi clypei, currusque & spicula nota
Ædibus in paruis, magni monumenta triumphi.*

Et quidem si ad antiquiora secula recurramus, e sacris itidem paginis palam mos iste conuincitur. In celebri quippe Davidis, dum adhuc adolefcens pastorem in campis ageret, triumpho Goliath gigantis Philistæi gladius in sacrum tabernaculi cultum sacerdotis Abimelech manu appensus, dicatufque legitur: *Ecce, inquit, gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in Valle Terebinti est inuolutus pallio post Ephod.* Nec vero in Cœmeterialibus etiam Subterraneæ Romæ sanctuarijs, quorum nunc mentio est (vt apte in rem præsentem loquamur) ipsorummet hostium arma, gladij videlicet, tela, erates ferreæ, flagella, lancee, plumbei globuli, forcipes, secures, & complura id genus desiderantur, quæ adhuc martyrum beatorum cruore perfusa, ibidemque eorundem sepulchris affixa perpetuo utique asseruanda Christianorum manu reponi contigit, at longa post secula vnâ cum sacris corporibus ad gloriæ eumulum adiuuentia Cœmeterialibus e tenebris in lucem feliciter emerere. Quippe, vt quod verum est fateamur, Cœmeteriales Urbis cauernæ, ac sepulchrales Christianorum vrnæ, quæ passim excurrentibus, ac perscrutantibus obijciuntur, triumphalium instar fornicum, curese iam funditus idololatriæ memoriam ingerunt, ac triumphantis adhuc Christi potentiam, vel mutis Christianorum rudetibus, lapidibusque cruore madidis eloquantur. Quis enim quæso in lapideis nobilioribus Romanorum arcubus, qui adhuc extant, Imperatorum nomina, eorumque res præclare gestas, vel dum prospicit, non probe recolat, non admiretur? Quis laureatos Cæsares frigida inter marmora in Vrbe adhuc viuentes non obstupescit? Quis vel antiquam Romæ faciem, antiquatis licet

iam rebus, in monumentis tamen, quæ superfunt, non oculis vltro deprehendit? Ita pariter, si id dicere fas est, intra Urbis Cœmeteria recolendas Christianorum exuuias, auro, ac luce ipsa splendidiore, pius quisque, ac curiosus explorator assequitur: inter sepulchrorum rudera, haud rudes Christi pugilum animos, haud incultas, etsi in occultis latentibusque locis, coronas perferendo rimatur, & in cætorum pro Christi hominum cadaueribus, quæ sere innumera suppetunt, purpureis quidem exculptas notis Christianæ tum fidei, tum constantiæ victorias, & palmas in ipsismet marmoribus exaratas vsque nunc legit.

4 In marmoris quidem arcubus, quibus Roma nobiliter aucta est, si antiquæ Urbis mentio recurat, antiquorum plane memoria Cæsarum, vel longa post euoluta secula, quâ tumuis suos inter cineres iam extincta, sana adhuc loquente, viuit, vigetque: ibi enim direpta hostibus spolia, debellatarum exuuiarum proinciuarum, superba Regum trophæa, oppida, munitionesque bello intercepas, captiuorum hominum greges, res denique tum a ducibus, tum ab Imperatoribus foris magna eû laude gestæ ferro præter ipsorum inuidiam temporum, marmoribus insculptæ æternitati supersiant, quod eleganter præ cæteris Claudianus, dum suum gratulabundus Stilonem profequitur, carminibus expressit:

*Indutosque arcus spolijs, æquat aq̄ue templa
Nubibus.*

Quorum item triumphalium arcuum multiplicitatibus onustorum spolijs mentionem idem poeta suggerit, dum ait:

Æraque vestitis numerosa puppe columenis.

*Spolijsque micantes
Innumeros arcus.*

5 Nam in perpetuæ quidem tum notam, tum monumentum contumeliæ, captiui reges, ac populi pariter marmoribus adhuc affixi suspiciuntur, ibidemque ipsa temporum vetustas, quæ cuncta tandem abolere consuevit, etsi de ipsismet victis, nullatenus tamen de victoribus ex more triumphat: triumphales quippe isti lapides, qui nunc videntur, virentes adhuc victoribus palmas

R r r r mas

Mos aeneius spolia hostium erigendis dicitur.

Silius l. 6.

Gladius Goliath in Tabernaculo appensus.

1 Reg. c. 21. n. 9.

Instrumenta martyrum trophæa Christianorum.

Arcus triumphales Imperatorum in Vrbe.

Clau. in p. 13.

Clau. panis 4.

Capitui in summis arcibus efficti.

mas, & victis cōtumeliam portendere, ac designare videntur: quapropter vt triūphus magis conspicuus esset, victōrumq; dedecus immortale intuentium oculis plene innotesceret, captiuos in sublimiori fornicum triumphalium parte insculpebant, quos Iuuenalis quondam suspiciens hæc cecinit:

Iuuen. sat. 10.

Summo tristis captiuus in arcu.

Arcus Tiel triumphalis.

Ierem. c. 1.

Spoils Iudæorum in signis.

Arcus Constantini triumphalis.

Roma Subterranea martyrum triumphis conspicua.

6 Nonne in Titiano illo, vt hæc obiter inferamus, splendide exulto, qui præ cæteris etiamnum conspicuus est, arcu, Hierosolyma, totaque pariter Iudæorum gens mœniorum, ac templi omnium præclarissimi ruinam adhuc plorat? *Et lacryma eius*, vt Propheta ait, *in maxillis eius*. Sublimi quidem Titus curru, alataeque victoriae manu coronatus Palaestinioum quondam subactorum triūphos in Urbem quadrijugis inuehit. Adhuc videlicet, ac si recens, aurea mensa opipare vasibus onusta in Romanum Capitolium infertur: adhuc lapideæ Moysis tabulæ, quibus lex insculpta præferebatur, pertinacem increduli populi impietatem coarguunt: & Candelabrum aureum lumine penitus sub Euangelij luce orbatum, tenebrificum merito inter triumphos additum triumphantis Christi gloriam, splendoremq; humanis mentibus inculcat. Certe isti ad Constantinum Magnum oculos conuertamus, adhuc in suo ille nobili arcu Mæxentio vrbs tyranno victor insultat, & Romæ, ac ciuibus libertatem sospitatemque auspiciatur.

7 Verum, vt ad sua redeat oratio, Subterranea Roma altera, quæ oculis conspicua est, haud impar, suos merito triumphos obtinet, quibus apprime caput extollens nobilitatur. Hæc enim suas non in Cæsarium, sed in Cæsarum fascibus, ac monumentis palmas, atque coronas exculpit: hæc luto magis, quam auro exulta, & non tam ferro, quam sanguine duces, pugilum, quos gremio fouet, triumphos Cælo inserit. Cæmeteriales igitur cauernæ, etsi perangustæ, Capitolinis arcibus, ac triumphalibus Augustorum arcibus celebriores, martyrum cadaueribus, martyriorumque instrumentis mitissime nobilitantur: viuifico quippe Crucis signo, ac Christi nomine passim prænotatæ, sanctorum exuijs adauctæ, victorum inuictorum san-

guinem, quo adhuc stillante rubescunt, sua intra viscera reconditum perscrutantibus offerunt, & victorias adhuc vnâ cum sanguine loquuntur.

8 Haud igitur suos antiquis Subterranea Roma triumphos, quæ haud semel, sed iugiter in martyribus triumphat, haud suos, inquam, triumphos invidet, vt Prudentius apte in rem nostram cecinit:

Frustra igitur currus summo miramur in arcu

Quadrijugos, stantesque duces in curribus altis,

Sub pedibusque ducum captiuos poplite flexo

Ad inga depressos, manibusque in terga recortis

Et suspensâ graui telorum fragmina trunco.

Roma quippe quot martyrum exuijs, tot triumphis, quot sepulchralibus titulis, tot insignita trophæis, vel inter tenebras illustratur, & victoriali dominicæ Crucis signo dedicata est. Quod symbolice quidem vel ipsamet olim Romanorum, vt Cyprianus in symbolo, & Octauius ille in Minutio, trophæa intuentibus præferebant: *Trophæa vestra victoricia, Octauius inquit, non tantum simplicis Crucis faciem, verum & affixi imitantur*.

Quod item in rem præsentem Iustinus Martyr in suo aduersus Gentiles apologetico his plane verbis edisserit: *Signa vestra, inquit, militaria figura huius Crucis potestatem declarant: ipsa enim trophæa, per quæ progressus vestri vbique sunt, imperij & potestatis huius, quæ in Cruce est, signa ostendunt*. Nullatenus igitur conspicuæ Romæ triumphis, quantumvis spectatissimi, Subterraneæ Romæ, quos hucusque recolumus, triumphos exæquant: in angustijs enim illis, qui subsunt arcibus, & cauernis interempti quondam pro Christo laureati triumphant, muta itidem sepulchrorum marmora Christi nomine prænotatæ, & sacris martyrum pigmentibus referta, haud vllis vnquam æquiparandam triumphis, ac thesauris Christi gloriam testantur: quamobrem iure merito gratulabundis eamdem vocibus Prudentius alloquitur:

Vis decorare tuum ditissima Roma Senatim,

Suspende exuijs armis, & sanguine captas

Con-

Prud. l. 2. in fin.

Trophæa Romanorum victoricia crucis formam præferebant.

Cyp. in symb. Octau. in Min.

Iust. in apol.

Prud. l. 2. in fin.

Congere caesorum. videlicet diademata Regum.

9 Non tam igitur subactorum Regum diadematis, quam purpureo oeconomicorum sanguine, laureisque Roma decoratur: sacris quippe Apostolorum Petri, & Pauli corporibus, binis instar coronis Urbis nostra circum splendide cingitur, ut disertis Chrysolomus verbis edixit: *Qualibus coronis duabus, inquit, ornatur Urbs ista? Quinimmo & ipsamet*

Chrys. in ep. ad Rom. ser. 3. ubi moral. exhort.

martyriorum instrumenta, quae pugilibus Christi necem infixere, incredibilem tum illis, tum Urbis decorem conferendo, immortales martyribus quidem coronas peperere, & nobis haec re-colentibus coronarum instar Subterraneae Romae tabulis subtexenda videntur: quis enim nesciat elauos, quibus eruc Petrus affixus, & gladium, quo Paulus obruneatus est, Chrysolomus coronarum instar ambitionis fuisse: *Sit mihi, inquit, gladius ille pro corona, & clavi Petri pro gemmis infixis in diademate.* Pari quoque ratione martyriorum instrumenta, quae postremo tandem loco in sacris Caemeterijs perferendis congestis, condignam operi coronam, & quavis, ut arbitrari fas est, praestantiorum contextunt. Pœnis enim ac certaminibus immortales martyrum coronae ipsa Dei manu cõtextae sunt: *Tolle martyrum certamina,* inquit Ambrosius, *tulisti coronas.*

Chrys. ser. apud 8. et 1. 1. 1.

Ambros. in 118.

Varia in Caemeterijs symbolo 3. & imaginis.

10 Ut post Caemeteriales igitur martyrum exuias nobiles item martyriorum sacrae pio contemplandae lectori exhibeantur; praeter multiplicia quidem & cuiusvis generis, quae in recensitis hactenus prolixiori sermone enarrata sunt, Caemeterialium imaginum symbola, in varijs insuper, quibus Subterranea Roma illustratur, sepulchris promiscua quaedam & pijs digna oculis signa conspiciuntur, eruc enim multiformiter efficitur: vitrea quaedam orbicula affabre distincta, atque exornata; eburneae insuper inagunculae: numismata, annuli, conchylia, corda, & diuersimoda ornamentorum genera musuo ac tessellato item opere elaborata: quinimo ipsamet quae martyrij quondam instrumenta extitere, nempe seures, ferrae, flagella, crates ferreae, & alia id genus quamplura, inscripta quoque ipsarummet lit-


terarum elementa, ac numeri, quae quidem singula in Caemeterialibus passim tabulis, quas in studiosi gratiam lectoris huc vsque delineauimus exacte ut videre est, intuentium oculis contemplanda exhibentur.

11 Porro eiusmodi signa his quidem in locis, ornamenti ut plurimum comparandi gratia apposita fuerunt, & ut feruentiores illi, qui primis extitere temporibus, Christianae fidei cultores impensum, quo tenebantur erga beatos martyres, ac ceteros de sanctos, pictatis studium ostenderent.

12 Haud tamen quispiam negare potest, nonnulla pariter & praecipua, quidem iisdem signis mysteria praenotari & haec haud oriose apposita ibidem fuisse, ut in medium nunc exemplum aliquod proferatur, ipsa nobilissimi martyrij instrumenta demonstrant, quibus profecto rem alius contemplantes, quo potissimum martyrij genere pugil inuictus, cuius venerandae ibidem exuiae recondebantur, pro fide coronatus fuisset, edocebantur, quamuis haud negandum omnino sit, & ipsummet interdum artificum opus, quod viuens quisque manibus exercuerat, opportune quidem instrumentis hisce designari potuisse. Quoniam vero de pœnalibus praecipue instrumentis, quibus martyres carnificum manu exerueiati sunt, sermo reuertitur, ut vno duntaxat res exemplo consueiatur, in nobilissimo quidem Vaticano Caemeterio intra quoddam sepulchrum ferreus quidam forceps qui olim exeruandis martyribus inferuierat, adinuentus, inter recolenda sacrae antiquitatis monumenta in eadem Basilica vsque hodie religiosissime asseruatur, Christianorumque venerationi solemnioribus diebus proponitur: quo plane nobili instrumento id quod nunc asserimus, palam conuinci videtur: huius autem forcipis iconem quam tibi lib. 2.

Varia instrumentorum imaginis in sepulchris quid denotent.

c. 2. contemplandam proposuimus nunc iterum, eum opportunam eiusdem mentio recurrat, venerandam tibi offerimus.



De quo pœnali instrumento frequens in sacris martyrum actis mentio recurrit, & nos alibi prolixiori sermone egimus.

de rem oculis exploranti compertum fit.

Martyrij instrumentum, martyrum sepulchris insculpta.

13 At vero ex duobus Cœmeterialibus hisce lapidibus, haud nōmine prænotatis id, quod supra diximus, videre est: in ijs enim instrumenta, quæ insculpta exhibentur, an artis, an martyrij signa, & insignia sint, haud commode conijci potest, hæc tamen studioso hic contemplanda lectori volumus.



Quod item & ex altero hoc lapi-

Verum præter sepulchrales hæctenus recensitos lapides, qui notis omnino carent, alterum ex Cœmeterio D. Agnetis Via Nomentana erutum subijcimus, qui Sufannæ coniugi, vt lib. 4. enarrauimus, ab Exuperantio inscriptus ferreæ cuiusdam ferræ figuram intuentibus præferret, & his notis, vt vides, insculptus est:

⒫

DEPOSITA SVSANNA IN PACE DIE XIII KALENDAS NOVEMBRES
CONSVLATV ANICI BASSI ET FL. FYLIPPI VV CC QVAE BIXIT
ANNIS PL M. XXV FECIT CVM MARITO ANNVS PM SEPTI ✕
EXUPERANTIVS MARITVS SE VIVO VXORI DVLCISSIME
SIBI POSTERISQVE SVIS HOC TVMVLVM FECIT

⒫

✕



Quod autem sepulchrali insculpta interdum marmoris ipsiusmet forma

martyrij instrumentum præferret, vel ex pœnalibus hisce instrumentis, quæ

Instrumenta
martyrij cu-
mulis inscul-
pta.

varijs Cœmeterialibus Sarcophagis in-
sculpta alicubi cernuntur, vt nos su-
pra retulimus, palam videre est, in qui-
bus lebetes, olla igni succensæ, pectines
ferrei, ignesque insculpti, vt hic nota-
tum vides, adumbrantur :



Quod quidem magis perspicuum ex
nobili Alexandri martyris sepulchro
apud Callisti Cœmeteriū, ac instrumen-
to martyrij, olla nimirum ignibus suc-
censæ, & his notis prænotato redditur:



ALEXANDER MORTVVS NON EST SED VIVIT SVPER ASTRA ET
CORPVS IN HOC TVMVLO QVIESCIT VITAM EXPLEVIT CVM
ANTONINO IMP. QVI VBI MVLTVM BENEFITII ANTEVENIRE PRE
VIDERET PRO GRATIA ODIVM REDDIT GENVA ENIM FLETENS
VERO DEO SACRIFICATVRS AD SVPLICIA DVCITVR O TEMPO
RA INFAVSTA QVIBVS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS
QVIDEM SALVARI POSSIMVS QVID MISERIVS VITA SED QVID MI
SERIVS IN MORTE CVM AB AMICIS ET PARENTIBVS SEPELIRI NE
QVEANT TANDEM IN CAELO CORVSCAT PARVM VIXIT QVI
VIXIT IV. X. TEM.



Quoniam vero hic de martyriorum
infrumentis opportuna, vt vides ad Sub-
terraneæ Romæ calcem mentio incidit,
quibus lydio veluti lapide inuicta, illi-
bataque olim Christianorum fides ex-
plorata est, & ipsiusmet Christiani no-
minis confessio purpureis insculpta,
haud marmori, sed cordi notis, condi-
gnam immortalī Dco in tot occisorum
funeribus gloriam, ac perennem ipsi-
met sanctis coronam peperit : & nobis
insuper hæc scribentibus veneranda que-
dam beatorum Christi martyrum instru-
menta sanguine quōdam illustrata intue-
ri contigit : nonnulla ex istis præcipuis
pœnarum instrumentis, quæ non la-
pidibus dumtaxat incidebantur, sed &
ipsismet includebantur sepulchris, ad
pias Christianorum manus in sacris Cœ-
meterijs inter perferendum adiuven-
ta peruenire, hic pio, ac studioso lecto-
ri contemplanda ac veneranda pariter
offerre visum est.

14 Quæ quidē quis oculis inspiciendo
oculatus profecto, vt ita dicam antiquæ
Christianorum tum fidei, tum constan-

tiæ testis fiet, & acerbiora, quæ anteces-
serunt, persecutionum tempora probe
recolens, gentilium crudelitatem qui-
busuis tormentorum ad expugnandum,
at frustra, machinis instructam ex illis
Tertulliani ad gentiles verbis manu
deprehendet : *Crucibus, inquit, & stipi-
tibus imponitis Christianos : ungulis deraditis
latera Christianorum : ceruices ponimus an-
te plumbum, & glutinum, & romphos, id
est, clauos : ab bestias impellimur : ignibus
vrimur, in metalla damnamur, in insulas re-
legamur.* hæc Tertullianus, qui & insti-
ctarum passim exquisitissimis plane mo-
dis pœnarum illam rationem dumtaxat
pro Christianis aduersus gentiles, Chri-
sti videlicet nominis confessionem in-
medium profert. Quippe cum ex ta-
bula olim aduersus reos sententiam re-
citari soleret, hæc vna contra Christia-
nos passim Christi videlicet confessio in-
sonabat : *Vnum illud, inquit Tertullia-
nus, audiebatur : Talis, quis Christianus
damnatus, & nunquam quod fur esset, adul-
ter, aut homicida.* Præclara igitur Chri-
sti confessio Christianæ innocentie testi-

Tertul. apol. c.
12.

Christiani ob
solum Christi
nomen dam-
nantur.

Tert. apol. c. 2.

Instrumenta
martyrij in se-
pulchris im-
ponuntur.

monium sectatorumq; eius absolutio est. Porro quam immane olim gentilium crudelitas aduersus Christianos, etsi innoxios, omnimodis tormentis defœuirt, Tertullianus, qui supra, Christianorum non patientiam dumtaxat, sed in perfendo alacritatem animi, & in se vltro tortoribus, tormentisque offerendo lætitiã gentilibus admirandam obijciens expressit: *Crudelitas vestra, inquit, gloria nostra est, vide. Scapulam alloquitur, ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, vt hoc ipsum probemus, nos hæc non timere, sed vltro vocare.* Quam Christianorum alacritatem prolato in medium exemplo confirmat, dum Arrio Antonino Asiæ Proconsule, Christianos crudeliter exagitante, illos e contra haud insectanti cessisse, sed totam fere ciuitatem globatim ad tribunal Christo testimonium exhibituram occurrisse his quidem verbis enarrat: *Omnes illius ciuitatis Christiani se obtulerunt.* Cum ille eiusmodi spectaculum expauescens, hæc adstantibus, vt ait Tertullianus, respondit: *O miseri si cupitis perire, præcipua & reses habetis.* Et Christianorum quidem numerum se vltro carnificinæ pro Christo exhibentium ira excandescenti præfecto Tertullianus obijciens subdit: *Hoc si placuerit sic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, &c. quantis ignibus, quantis gladijs opus erit.* Profecto Christianorum in perferendo eum in modum constantia enituit, vt beneficij loco damnationis, haud absolutio- nis, vbi fidei negotium agebatur, sententiam computarent: *Cum omni sanctia vestra, inquit, concertamus, vltro erumpentes, magisque damnati, quam absoluti gaudemus.* Ex quo tantum quidem roboris Christianorum, dum acrius impeterentur, pectoribus infederat, vt mortem vltro condicerent: *Occumbebant enim, inquit Bernardus, sed non succumbebant, triumphabant & mortui.*

15 Porro vbique terrarum sanguine pro fide dimicatum est, & res haud verbis, sed tormentis vbique constanter peracta, nec viri dumtaxat, sed mulieres, pueri, virgines, cuiusvis ætatis, sexus, ac conditionis in certamen profilire non dubitarunt: siquidem cum Christianorum numerus immane adauctus innumerabilis profus euassisset, cer-

tatimque singuli, tanquam apes ad aluearium, ad nomen Christi confitendum, & ad martyrium conuolarent, cruciamenti omnimodis contra eosdem læuitum est, quod suis eleganter Prudentius carminibus hunc in modum cecinit:

*Conspirat vnus federatus spiritu
Grex Christianorum, agmen imperterritum,*

Prud. hym. de
S. Rom. m.

Matrum, virorum, paruulorum, virginum,

*Fixa, & sinituta est omnibus sententia,
Fidem tuori, vel libenter emori.*

Quapropter dum in singulos quosque effera persecutorum crudelitas acerbioribus tormentis instructa, nemini parcendo, ferueret, is maiorem sibi laudem aucupari videbatur, qui magis Christianos excruciendo læuiret: inquam plane sententiam acerbiora carnificinæ instrumenta, quæ martyribus intentabantur, Prudentius his quidem carminibus concinne descripsit:

Carcereo crinita situ, flare agmina contra

Gentilium
crudelitas.

Inuerat horrendis excrucienda modis.

Prud. in verbis
de S. Hipp. n. 1.

Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra

Stridere, virgarum concrepitare fragor,

Vngula fixa canis costarum cratibus altos

Pandere secessus, & lacerare iecur.

Sed constans illibatumque Christianæ fidei testimonium sanguineis palam notis exaratum, toti terrarum Orbi refulsit, & Cælo, vel inter persecutionum procellas, se vltro inseruit, vt Prudentius cecinit:

Quam inuat hos apices legere

Qui tua Christe trophæa notat,

Nomen & ipsam sacrum loquitur

Purpura sanguinis eliciti.

Prud. hym. 3.
de S. Eulal.

Christi quippe trophæa notis hisce beatorum martyrum venis sanguinem vltro scaturientibus exculpta fuere, de qua re condignis Cyprianus verbis locutus ait: *Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulsantes, ac laniantes vngulas pulsata, ac lanianta membra vicerunt.* *Inexpugnabilem fidem superare, non potuit sciuens diu plaga repetita: quamuis rupta compage viscerum torquerentur in seruis Dei iam*

Cypr. ep. ad
Maçt. & Esf.
12.

Tert. ap. l. 1.

Christianorum
in moriendo
pro Christo
alacritas.

Tert. ap. l. 1.

Tert. ad scap.
1. 5.

Prud. l. 3. de
con. ad Eulag.

Incredibile
Christianorum
martyrum sub-
eundi deside-
rium.

iam non membra, sed vulnera. Fluebat sanguis, qui incendium persecutoris extingueret, qui flammam, & ignes gebennæ glorioso cruce sopiret. Verum quoniam opportunus hic de vngulis e sacris martyrum corporibus sanguinem vi elicientibus sermo recurrit, in tibi præter forcipem ferreum, quem supra proposuimus, hoc item ferreum ferinarum vnguium ad infiar elaboratum, quod in Cœmeteriali sepulchro repertum, martyrum carnificinæ adhibiturum est, instrumentum contemplandum hic offerre voluimus, quod in nobili Eminentis. Francisci Card. Barberini S. R. E. Vicecancellarij Musæo, pretiosi instar thesauri, & omni pretiosius auro, nuper e Calepodij Cœmeterio, vt Lucas Holstenius vir fide dignissimus asserit, erutum asseruatur. Est autem eius plane formæ, cuius hic tibi exhibetur.

Vngula ferrea
martyribus
excruciandis.



See in next ad
ma. r. de 16.
marr.

Cui plane instrumento, cum ferinarum vnguium exemplar præferat, congrue Baronij verba aptari possunt: *Dicitur sunt vngule, inquit, quod ea instrumenta ferarum imitarentur vestigia, quorum cum referret exemplum, eodem quoque dicta nomine inuenies lib. 1. cap. de emendatione feruorum: Ferarum, inquit, vnguibus latera persecando. Sed in Cod. Theod. eo tit. sic: Ferarum vestigijs latera persecando. Hæc in rem præsentem Baronius. Cuiusmodi autem antiquis temporibus pœnale instrumentum istud esset, & quo potissimum nomine appellaretur, an vngulæ videlicet, an fidicularum, an vnci, nos quidem in re dubia nil certi statuere audemus. Siquidem si de vngulis agitur, iam lib. 2. cap. 2. num. 13. huius nostri operis rem prolixiori sermone edidimus, vbi & de fidiculis mentionem fecimus, quæ quid potissimum fuerint, exacte S. Isidorus demonstrauit etymol. lib. 5. cap. vlt. dicens, eas esse vngulas*

ist. l. 5. sim.

ferreas, quibus damnati excruciabantur: *Quocirca, inquit, vngule dicte, quod effodiant, hæc & fidicula, quia is rei in equuleo torquerentur, vt fides inueniatur. Hæc Isidorus, quibus subtexenda sunt, quæ ab Antonio nostro Gallonio erudite in lib. de SS. Martyrum tormentis ingerit: *Fidiculas videlicet a findendo nuncupatas esse, quasi findiculas, vel a fodicando, quia nempe reorum latera illis fodicarentur, nominatasque esse fidiculas, quasi fodiculas, nam fodicare latera fidiculis vsurpatum apparet ab Ammiano. Hæc ille, quibus plane Prudentius in hymno S. Romani ad stipulari videtur, dum quas vocauit fidiculas, eadem vngulas dicit, hæc autem sunt apud ipsum Asclepiadis verba:**

Fidiculæ quale instrumentum fuerit, & vnde dicat.

Ann. Gall. l. de torm. mm.

*Vertat iclum carnifex
In os loquentis, inque maxillas
Sulcosque acutos, & fidiculas transfer
Verboſitatis vt rumpatur locus.*

Hymn. de S. Rom.

Et quidem apud Ammianum lib. 9. hæc præcipua cruciatuum genera recensentur, ex quibus lector suo rem arbitrio diiudicare valet: *Intercluduntur, inquit, equulei, expediuntur pondera plumbea cum fidiculis, & verberibus. Quo plane sensu fidiculas apud Iosephum lib. 5. de Machabæis, apud Senecam lib. 3. de ira cap. 3. apud Valer. de patientia lib. 3. cap. 3. Quintilianum declamat. vlt. & alios passim vsurpari contigit. Idem vero Ammianus lib. 14. isthæc habet: *Intendebantur, inquit, equulei, vncosque parabat carnifex, & tormenta. Ad quæ item Prudentius suis alluissæ carminibus aliquando visus est, dum canit:**

Amm. l. 12.

Amm. l. 14.

*Extorque, si potes, fidem,
Tormenta, carcer, vngule
Stridensque flammis lamina,
Atque ipsa pœnarum vltima
Mors Christianis ludus est.*

Prud. hym. de S. Ven.

Quibus paulo infra hæc in rem præsentem de Christianorum in tormentis constantia subtexit:

*Ridebat hæc miles Christi
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus vngula.*

Cypr. ep. ad Donat.

Et quidem si de vngulis, ac fidiculis agitur, earundem Cyprianus in epist. ad Donatum mentionem his verbis ingerit: *Hæc illis, & gladius, & carnifex præſo est, vngula effodiens latera, & dera-*

dens

Varia tormē-
torum genera
apud antiquos

Cypri. l. de lap.

Cic. or. 7. in
Ver.

Cic. phil. 3.

Ser. l. 3. de ira
c. 3.

Vnci tortorij.

Ambr. l. 11

Bar. not. dicit
19. Ian.

Iuuen. sat. 10.

Cic. phil. 1.

Suet. in vit.
Tib.

Lamprid. in
Comm.

dens equuleus extendens, ignis exstrens, ad hominis corpus vnum supplicia multa. Multiplicium autem tormentorum, quæ Christianis potissimum excruciantis adhiberi confueuerant, idem Cyprian. in lib. de lapsis in hæc verba meminit: Sed cum seuerissimi iudicis recrudescente seueritia iam fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc vngula effoderet, nunc flamma torreret. Verum si apud ipsosmet gentiles scriptores hæc tormentorum series recolatur, Ciceronem 7. in Verrem isthæc enarrantem lector comperit: Quid cum ignes, inquit, ardentesque læmina, cæteri que cruciatus admouebantur? Quod & Philip. 3. his verbis repetit: Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortoremque, Samarium. Cui Seneca paribus verbis reorum supplicia intexens lib. 3. de ira cap. 3. ad stipulari videtur: Apparatusque illi reddendus est suus, equulei, & fiddle, & ergastula, & cruces, & circumdati defixis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus. Porro vnci quoque, vel vncini ad torquendum reos ex more adhibebantur, de quibus supra Ammianus, & lib. 26. illis verbis meminit: Vnci, & cruenta quæstiones, &c. & Arnobius de vncis tortorij lib. 1. prope finem agit, de quibus Prudentius quoque in suo Peristephano hymn. 5.

Severidentibus laniatur vncis.

Porro vt Baronius in not. ad Mart. ait: Erat adhuc vncus non tantum ad torquendum, sed ad trahendum reum ad penas instrumentum: vnde Iuuenalis sat. 10.


In pacto Seianus ducitur
vncus.

De vncis item Cicero Philip. 1. meminit: Vncus, inquit, impactus est fugituo illi. Sueton. in Tib. cap. 54. Cum ei carnifex quasi ex Senatus auctoritate laqueos, & vncos ostentaret. Vncus insuper aliquando damnatorum corpora traherentur, vt Sen. ait lib. 3. de ira: Cadauera quoque vncus trahens. Lampridius item acclamatum in Commodum Imper. ait: Carnifex vncus trahatur more maiorum, cadauer vncus trahatur dictum pluries. Et

quidem ex D. Sebastiani actis nobile exemplum suppetit, vbi in fine hæc leguntur: In cloaca, quæ est iuxta Circum, quære, & ibi inuenies corpus meum pendens in vncis. Quæ quidem hic studioso lectori de vngulis, fideiculis, ac vncis confulto suggestisse volumus, vt ex recensitis hæcenus rem pro suo arbitrio, & quodnam ex supramemoratis instrumentis, quod propositum est, & quo potissimum nomine nuncupandum sit, definiat: illud vnum subtexentes, quod eius instrumenti formam quidem, haud tamen omnimodam magnitudinem iconiuentibus præsert. Alterum item hic ferreum clauum, quem in D. Agnetis Cæmeterio martyris capiti affixum adinueniri contigit, & nobis ab Illustrissima Felice Rondonina matrona piissima oblatum tibi contemplandum offerimus.

S. Sebastiani
corpus pendens in vncis
reperitum.

Clauus ferreus
martyris



Clauum autem hunc, qui omnimodam vnciniformam exhibet, ad torquendum & ad suspendendum inseruisse asseri haud temere potest, de quibus forte Tertullianus locutus est, dum ait: Cervices ponimus ante plumbum, & glutinum & romphos, id est, clauos. Siquidem ad aliorum terrorem in publicis quandoque locis interfectorum capita appendebantur: quidquid autem sit, martyris certe capiti hunc affixum fuisse constat.

Tert. apol. c. 11



At post clauum, quem obtulimus, lanceæ item huius ferreæ, quam sere rubigo consumpsit, iconem in eodem B. Agnetis Cœmeterio intra sepulchrum adiuuentæ, quæ proculdubio nobilis pro Christo martyrij quondam instrumentum extitit, ab Illustrissima matrona, quam supra meminimus, acceptam, tibi veluti nobile Cœmeteriorum monimētum oculis delibandam exhibe-

re volumus, cū quibus & binas hæc vitreas orbiculares imagines, Christi videlicet & Deiparæ Virginis, quas intra Cœmeteriales cauernas perscrutantū manu adiuueniri contigit, pijsissima mulier tibi pariter vnà cum recensitis martyriorum instrumentis, hic vbi opportuna de Cœmeterialibus promiscui generis imaginibus mentio recurrit, inspiciendas exhibet.

Binas vitreas imagines è Cœmeterijs eruat.



Quibus plane nobilibus antiquorum Christianorum sarcinis, & Cœmeterialibus martyrum exuvijs, martyriorumque ipsorum instrumentis Subterranea Roma magis quam pretiosis quibusuis gemmis, ac lapillis altera Roma, quæ orbi quondam conspicua extitit, illustratur: congrue enim nostram hanc antiquæ conferens poëta ille apud Antonium Gallonium, martyriorum instrumenta recensentem, isthæc cecinit:

Tom. II. Rom. Subt.

Illi apices, trabeas, fasces, diademata,
lauros,

Et clara e patribus stemmata ducta
canant.

Nos laqueos, fustes, lapidum ostentabi-
mus imbres,

Igniferas crates, tela cruenta, faces.
Illinc vanus honor breuis, & quem præ-
terit hora;

Hinc oritur solidum, perpetuumque
decus.

Christoph.
Castellæus
in SS. marc.
tomæta apud
Gallon.

16 Sed ut ad reliquas inter contemplan- dum Cœmeteriales imagines sermo recurrat, humanorū in super cordium imagines, quas in sepulchralibus itē titulis marmorī sēpissime insculptas videre contigit, quamuis ad ipsamet interfecanda titulorum verba, quædam veluti pūcta interiectionum instar appositas plerumque insertasque fuisse credamus: haud absurdum tamen, nec quid minus a veritate dissonum pronuntiandum est, si ad mysticum quid innuendum, adhibita isthæc fuisse coniectari quis velit; & earundem plane rerum apud Christianos symbolum præferre, quas gentiliū olim sepulchris affixa designabant, ut satis diserte Iacoponus asserit in lib. de Prisc. Cæf. gen. c. 16. cum orthodoxæ fidei, illibatoque religionis cultui neutiquam dissonet, corda, quæ marmorī passim insculpta cernuntur, testatissimi amoris ac candidissimæ pariter sinceritatis symbolum existere; quo plane signo intuentium tum oculis tum menti suggeratur, virum sepulchrali ibidem marmore conditum, haud quid vnquam effictum, & a veritate dissonum ementito ore protulisse, sed iuxta exculpti cordis hieroglyphicum cor ipsum, ut ita dixerim, ad veritatem candide enuntiandam in ore iugiter habuisse. Ad quod item validis opportunisque rationibus comprobandum, Iacoponus consuetum Romanorum antiquorum morem prolixius enarrat, qui dum adhuc puerili ætate florent, auream vel certe argenteam supra pectus bullam affabre in figuram cordis elaboratam gestare consueverant. Quo quidem symbolo sapienti eisdem consilio præmoneri volebant, ut palam cordis imaginem præferentes, sincerosque, a primævis illius ætatulæ annis bonam, ingenuamque animi indolem vnâ cum ætate mores imbiberent, cunctisque cādide, vllō absque fūco aut fallacia tum verbo tum opere laudabiliter præstandis assueferent, quo grandiores ac viri tandem effecti, quod a teneris annis hauserant, nullo vnquam tempore dediscentes prompto libenti que animo exhiberent. Perantiquam vero huiuscemodi gestandæ bullæ consuetudinem idem scriptor ex Cicerone in Verrem disertis verbis comprobare videtur, vbi isthæc: *Bulla in Toga Prætextæ erat ornamentum pueritiæ*

Cardium imagines in sepulchris.

Iacop de Prisc. cæf. gen. c. 16.

Bulla in cordis figuram, puerorum collo appendi olim solita, & cur?

Cic. or. in Ver.

in cordis figuram. Docetque subinde exacta puerili ætate, eandem festiuo quodam e solemnioribus die, ipsismet laribus suspendi consueuisse, ut his quidem carminibus Persius inter poetas laudatissimus testatur:

Cum primum pauido custos mihi purpurea cessit,

Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Quod & Propertius lib. 4. eleganter inculcat, dum isthæc in rem præsentem cecinit:

Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo

Matris & ante Deos libera sumpta toga.

Porro, ut singula breuiter perstringamus, recensita quoque exculpti cordis imagine, si rem hic coniecturis agere velimus, illud item innui posse videtur, hominem videlicet vita iam functum, ac tumulo ibidem exceptum, talem ac tantam cum amicorum tum suorum animis doloris molestiam intulisse, ut dolore faucij dum eundem fato subripi contigit, e corde propemodum sibi animam, imo cor ipsum e pectore radicitus auulsum, mœrentes iugiter ingemiscerent. Quem enim vnice diligimus, ut experimento comprobatum est, eundem nobis cordi esse, eundemque modo cor, modo animam, vel certe animæ nostræ dimidium appellare passim cōsueuimus. Augustinus quippe de quodam amicitia sibi coniunctissimo, cuius mortem vehementer ingemuit, hunc in modum præ doloris impatientia aliquando locutus est: *Bene quidam, inquit ille, de amico suo dixit, dimidium animæ meæ: nam ego sensi animam meam, & animam illius vnâ fuisse animam in duobus corporibus: & ideo mihi horrore erat vita; quia nolēbam dimidius viuere: & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multū amaueram.* hæc Augustinus. Intimæ autem huius dilectionis vim, quæ animo altius infederat, patentibus vltro signis expressam ipsismet Christianis concedere haud quid a mitibus, ac bene compositis eorūdem moribus alienum pronuntiandum est: quippe qui omnes, ac singulos arctissimo illibatæ charitatis vinculo, quos sibi proximos Christo iubente nouerant, prosequi, atque amplecti iugiter didicere. *Maior est,*

Persius car. 5.

Propert. l. 4.

Cordis figura sepulchris cur insculperetur.

Aug. Conf. l. 4. c. 6.

est, enim, vt Tertullianus ait, fraternitas Christi, quam sanguinis.

17 Verum si quod hæcenus enarratum est, cuiuscemodi amoris symbolum nobis reiiciendum esse ex aduerso quispiam vrgeat, proclametque, ne vlla profus in re, vnà cum ethnicis coincidere videamur, tunc quidem proculdubio asserendum est, ipsa cordis figura Cœmetherialibus pio Christianorum ritu sepulchris affixa cordis eiusdem munditiam symbolice designari, quam suis frequenter sectatoribus ipsemet Christus illis plane verbis inuelet: *Beati mudo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Et regius item Psalmista Christi fideles psal. 23. opportune præmonet: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius: Innocens manibus, & mundo corde.*

18 Ex quo plane rerum adumbratarum symbolo haud temere philolophari quis posset, eum videlicet, quem ibi tumulari contigit, ob cordis munditiam, quam viuens prætulit, ac miram vitæ, ac morum, qua præfultit, innocentiam excelsa cælorum fastigia perpetuo victurum conscendisse, vel certe paulo post ille feliciter euocandum, vt puro tandem, expurgatoque mentis oculo, pulcherrimam Dei faciem, quæ totius beatitudinis sors est, contempletur.

19 Vñtatissimum igitur ex enarratis hæcenus primæus apud Christianos extitisse conuincitur, vt humani eordis imaginem Cœmetherialibus defunctorum sepulchris exculperent, & sepulchrales item eiuscemodi imaginibus titulos prænotarent, vt in Subterraneæ Romæ Sarcophagis videre est, quod quidem haud temere, sed peculiaribus eosdem per-motos rationibus, vt vides, præstitisse asserendum videtur. Nam vt nonnulla hic vel obiter iam dictis inseramus; cor quidem apud antiquos consilij, ac prudentiæ symbolum, Pierio teste, habebatur: nonnulli quippe in ipso eorde præcipuam, potioremque animi sedem locabant: siquidem hanc Plato in cerebro, Aristoteles autem in corde constituit: quod & Ambrosius omnimode probasse visus est, dum ait: *Cor tuum, inquit, cogitationum tuarum featurigo est.* Huc item suis poëta ille carminibus allussit, voluit, dum ait:

Consilium, quod nos animum, mentemque Lucr. l. 3.

Vocamus,
Idque situm media regione in pectoris hæret.

Quapropter nonnulli ipsiusmet humani eordis effigiem serio contemplant, haud peculiari rerum cæterarum instar mysterio vacare pronunciarunt. Cor quippe pyramidis, & subtriangulari quidem forma, intuentibus figuram exhibet, eiusdemque tribus dumtaxat elementis nomen exprimitur, vt videlicet quid velati diuinum illud cunctos admonet, quod

Effigies humani cordis expenditur.

numero Deus impare gaudet.

In symbolicum autem eordis nomen, lepide alter ille aliquando poëta vno dumtaxat carne ludit:

Dimidium sphaerae, sphaeram cum principe Romæ.

Porro si nunc a nomine ad rem ipsam sermo recurrat, cor quidem in media, ac præcipua corporis parte ipsius naturæ opificio locatum est, vt velut supremus in Regno princeps imperium obtineat: qua profecto olim ratione Stoici vniuersam hanc orbis machinam, quæ oculis subijcitur, magnum aliquod animal, sensu ac ratione præditum arbitrantur; Solem ipsum eor mundi esse affirmarunt: quod enim in Cælo Sol, hoc in hominis corpore cor est: & vel in hoc eum Cælo ipso symboleitatem fortitur; quia quemadmodum Sol haud vnquam quiescendo a motu vacat, ita cor pariter, ne cuncta soluantur, incessanter mouetur. Verum vt originis quoque ordine membrum istud potissimum, quod cæteris nobilitate præstat, ac prioritate pariter antecedit, primum quidem in homine generatur: *Cor quippe animantium sanguine præditorum, vt Aristoteles lib. 1. de iuuentute, & senectute asserit, primo gignitur:* quod & Plinius lib. 11. cap. 37. & Basilius disertè in psal. 1. his verbis confirmat: *Natura, inquit, cor præmouetur, & vice fundamenti præstruit:* & quidem cor, nobiliorem veluti partem, postea cerebrum efformari, sicut rardissime oculos, sed hos primum mori, cor nouissime disertis Plinius verbis enuntiat, etsi alij primo quidem naturæ ipsius opificio hepar, haud cor effingi, verum subinde primo cor animari, & postremo

Cor in medio corporis locatum.

Cor nobilissimum in animali membrum

Arist. l. 1. de iuuen. et sen.

Plin. l. 11. c. 37.

Basil. in ps. 1.

Plin. l. 11. c. 37.

Tertul. in apol.

Cordis figura amore hieroglyphice designat.

Mat. c. 3.

psal. 23.

Cordis figura sepulchris insculpidi mot.

Pier. Val. l. 24.

Arist. l. 1. de corr. & sensib. Ambros. in psal. 218.

tandem mori afferant, inter quos est Franciscus Vales. lib. 2. contr. med. c. 6. inde *primum viuens, & vltimum moriens* dicitur, sicut e contra oculi sunt *primum moriens, & vltimum viuens*.

Prav. Val. l. 2. sicut med.

Ex corde mores hominis conijci posse. Plin. l. 1. c. 37

Plut. in parall. Redig. l. 4. c. 16

Ex corde virtus me euentus rerum coniectari olim solebant.

Cor mentis, ac sapientie symbolum.

3. Reg. c. 39.

Plin. l. de vir. lib. 1. c. 44.

20 Ex corde autem potissimum ipsos hominum mores conijcere, ac inaugurari antiqui consueuerunt, vt Plinius quem supra recensuimus, in rem presentem edocet, qui Hermogenem, Leonidam, Aristomenem, Mestenum, Lysandrum, cor hirsutum, ac pilosum re ipsa habuisse enunciat, quod hominum crudelium, asperorum, ac agrestis alioqui indolis haud obscurum est signum, cui Plutarchus in Parall. & Rhod. lib. 4. cap. 16. ad stipulantur. Nec mores dumtaxat hominis ex corde, sed & ipsosmet rerum futurarum euentus ex victimarum corde gentilibus coniectari soleant extitit. Quapropter victimis, quæ Dijs mactabantur, si cor vnquam deesset, insautum portendi omen credebatur. Hinc Iulio Cæsari Dictatori, qua die primum purpura amictus in publicum procedens in aurea sella consedit, sacrificanti quidem bis in ipsis victimæ extis cor desiderari contigit. Heluio item ac Pertinaci, quo die gladio sublatus est, cum ad sacrificandum accessisset, cor in hostia nevtquam apparens, sinistrum plane, portentosumque mortis omen prætertulit.

21 Verum quoniam cordis imago familiaris admodum, vt ex nostris hinc tabulis videre est, Christianis extitit, vt nonnulla vel obiter inferamus, cor quidem in sacris diuinarum scripturarum paginis, mentem ac voluntatem aliquando designat, & cor ipsiusmet sapientie sedes, ac thronus describitur: quamobrem Salomon sapientie sibi donum a Deo impetiri exoptans, ait: *Dabis seruo tuo cor docile, &c.* Hinc veteres merito solertem, cordatum, sapientemque virum, *Corculum* appellabant, & Nasica ille præ omnibus laudatissimus ob singularem animi, quam præferebat, prudentiam *Corculum*, teste Plinio, appellari meruit. Quod si ad sacrarum litterarum monumenta sermo recurrat, Iudas Thadæus cognomento Lebbæus, id est, *Corculum*, nuncupatus est: quin & ipsiusmet Sapientis ore præclarum illud cordi elogium inscribitur: *In ore fatuorum*

cor illorum, & in corde sapientum os illorum. A corde enim, quod plane mentem sonat, vocabulum deriuando, quemadmodum viri prudentes cordati, sic imprudentes e contra vecordes, siue excordes appellati sunt, vt palam Hieremias Iudaici populi vecordiam his quidem verbis acriter perstringit: *Audi popule Stulte, qui non habes cor.* In quam item sententiam Tertullianus Marcionis impudentiam aculeatis, vt par est, verbis insectatus, eundem nec cor habere, nec cerebrum affirmavit. Quibus plane verbis Poeta ille in Rhetoricastro, qui reminisco parum Latine dixerat, lepide carminibus hinc proludit:

*Reminisco Rufus dixit in versu suo,
Cor ergo versus, immo Rufus cor non habet.*

Ter. c. 5. Tert. con. Mar. l. 4. c. 10.

Auson. ep. 47.

Quibus & hæc item iocabundus carmina subtexit:

*Qui reminisco putat se dicere posse Latine,
Hic vbi cor scriptum est, legeret cor, si cor haberet.*

Cor item apte præcipui amoris symbolum describitur, quæ loquendi formula, vt cor amorē denotet, in sacris quidem literis vltimatissima legitur, & Prouerb. 26. illud iugiter Deus insonat: *Fili præbe mihi cor tuum.* Hinc congrue, eleganterque de cordis symbolo D. Thomas, & Gregorius Nyssenus elocuti, Spiritum sanctum in sacro die Pentecostes Ecclesie, quasi cor e Cælo donatum, fuisse pronuntiant. Et quidem cum cor patens amoris hieroglyphicum exhibeat immortalis Deo primo quidem offerendum esse quis non intelligit: quippe *primum quod damus*, vt D. Thomas ait, *est amor, & Deus non ex manibus*, vt Chrysologus inquit, *sed ex cordibus facta metitur.* Quod egregie Patrū laudatissimus Abraham præstitit, qui filium, quem vnice diligebat, Deo prompta manu, lubentique corde immolare nullatenus detretauit: *Tolle filium tuum vniuentum*, inquit illi Deus, *quem diligis Isaac*: paterni quippe cordis victima, in filij iam immolandi, haud ipsiusmet filij immolatio, ac cor potius offerentis, quam victima, quæ offerebatur, Deo placuit, vt Prudentius his quidem carminibus eleganter edisserit:

*Senex fidelis prima credendi via est,
Abram beati seminis serus pater,
Adie-*

Cor amoris hieroglyphicum constituitur.

Prou. c. 26.

S. Thom. Greg. Nyss.

D. Thom. Chrysostom.

Gen. c. 22. n. 2.

Prud. orat. in Psychom.

*Adiecta cuius nomen auxit syllaba,
Sterile pignus, qui dicavit vitimæ,
Docens ad aram cum litare quis velit,
Quod dulce cordi est, quod pium, quod
vnicum,*


Deo libenter offerendum credito.

Apud primæuos igitur Christianos frequens sepulchris imago cordis insculpta cernitur, ad amoris videlicet, vt enarratum est, quo defunctum prosequerentur, vel certe ad innocentie symbolum apte edocendum, vt in hoc sepulchrali, qui ex D. Agnetis Cœmeterio excerptus est, titulo videre est:

FLAVIO B ITALO B
INNOCENTISSIMO
PVERO B

Et ex hoc item titulo in Cœmeterijs

Via Latina a Bosio adiuvento, quem symbolicis cordium imaginibus interpunctum vides:



Alterum quoque sepulchralem hunc titulum, qui apud Diui Pauli basilicam Via Ostiensis ex Lucinæ Cœmeterio erutus, haud antiquioribus seculis exculptus est, cordis item imagine passim prænotatum hic tibi conspiciendum offerre libet:

HIC REQUIESCIT IN PACE DEVS DET QI VIXET ANNVS PM XX
DEPOSITVS EST XV KAL MAIAS ITERVM POS CON PAVLINI
LC. APAT. LAVRENTI QEM SI VIVO COMPARAVIT SOL TRIS ET TRIMISSE

Et quidem cordis humani imago sepulchralibus hisce tabulis affixa inolitum illum antiquorum gentilium morem, quem supra meminimus, menti suggerit, quibus bulla humani cordis imaginem præferens solemniter extitit, quam idcirco supra pectus antiqui, vt Macrobius quoque præter Ciceronem iam recensitum ait, deserebant, vt se videlicet homines esse noscerent, si tamen corde saperent, sed eius hic verba excipiamus: Nonnulli credunt, inquit, ingenis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annexerent, quam insipientes ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent. Togam quoque prætextam his additam vt ex purpura rubore ingenuitatis pudore, regerentur. De qua potissimum re Picrius Valer. in suis hieroglyphicis lib. 4. 1. cap. 1. & 2. consulendus est. Recensita autem bulla, cuius mentio est, eius plane formæ describitur, cuius hic tibi iconem

ex Ioannis Baptistæ Caselij Musæo excerptam offerimus.



Porro ista orbicularis bulla, quod ad formam spectat, vnâ cum nomine pluuiiales aquarum guttas imitari videbatur, vel id certe, quod in torquibus bullæ, vel cordis ad instar deferendum appenditur. Et bulla quidem a triumphantibus olim supra pectus, inclusis ibidem, quæ aduersus inuidorum malevolentiam, vt credebant, remedio forent,

Bulla a erium phantibus gestari solita, quæ ac qualis?

ge-

Coras imago sepulchris Christianorum insculpti olim solita.

Bulla cordis figuram præferens puero- rum pectori annexi solita, riuoque mysticorum.

Macr. c. 6. Sat.

Picrius Valer. 4. 1. cap. 1. & 2. Hieroglyphicis.

gestari consuevit. Inde autem in more positum est, ut prætexta simul, ac bulla, quæ magistratuū erant insignia, in puerorum nobilitatē usum ad inaugurandum virtutis ipsdem omen cedrent. Siquidem Tarquinij Prisci filius, eo quod se viriliter in bello gessisset, primus omnium aurea bulla, prætextaque toga donatus est, ut idem diserte Macrobius his verbis testatur: *Sicut prætexta magistratum in bulla gestamen erat triumphantium, quam in triumpho præferebant, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiam validissima. Hinc deductus est mos, ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilitatē usurparetur, ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt.* Ut in Ioannis Baptistæ Casalij Musæo lapidea prætextati pueri, hac item bulla insigniti, imagine videre est. At postmodum superstitionoso gentiliū more a Christianis abolito, & cordis symbolo in sacrum feliciter usum corruato, ex paschali quidem cereo, sacro chrismate delibuto, solemniq; Romani Pontificis benedictione impertita, sacras potissimum imagines, quæ Christum sub agni typo præfescrunt appensas Christiani e collo deferre cœperunt, ut symbolica Agni imagine, Christi exemplo edocti, mites ac corde humiles esse admonerentur, ut apte Card. Baronius ann. Christi 58. & Spondanus egregie in eum locum edisserūt. Mulieres item Christianæ primævis quidem temporibus sacrosancta bullarum, instar e collo Euangelia deuotionis gratia appensa gestabant, ut præcipue ex recolendis B. Cæcilie actis innotescit: *Virgo gloriosa euangelium Christi gerebat in pectore:* quod & Chrysostomus a Baronio ann. 232. recensitus, & Ildorus Pclusiota his verbis meminit: *Quemadmodum nunc mulieres Euangelia parua.* Et hæc interim de sacris cercis imaginibus, ac de Euangeliorum paginis, quæ religiose bullarum instar apud Christianos usurpata sunt, hic vel obiter, dum de Cœmeteriali cordis imagine sermo incidit, suggerere voluimus. Nunc vero ad Cœmeteria, a quibus paululum digressi sumus, redeat oratio.

22 Notæ quoque, ac multiplices item characterum formæ, numeri pariter I. II. III. & id genus alia, quæ, ut

iam diximus, in sepulchralibus passim lapidibus conspiciuntur, haud otiose ab antiquis ibidem affixa sunt. Nam ut omnimodam peruestigando rerum intelligentiam assequamur, studio forerum antiquarum perscrutatori mente repetendum est, innumeram olim in Vrbe beatorum martyrum copiam extitisse, quæ quidem eo vsque interdum excreuit, ut vel vna die ad decem millia, eoque amplius interemptorum pro Christo numerus pertingeret. Quapropter fideles, qui sacris inserendis, recondendisq; martyrum pignoribus operam studiose impendebant, eorundem genus, patriæ, ac nomen assequi plerumque, ac probe nosse nequiquam poterant. Cum sæuissima autem Imperatorum edicta, quibus per summam iniuriam beatis martyribus sepultura, ut iam diximus, interdicebatur, acrius vrgerent, Christianis inter angustias temporum deprehensis vix noctu, celeritate maxima suffurandi interemptorum corpora, acutum transferrandi in locum facultas suppetebat; quinimo a pijsimīs interdum viris consulto quidem martyrum nomina, quæ sorte iam probe norant, silentio obuoluta, fuerunt: nam siethnici vel casu eorundem aliquando sepulchra peruestigando assequi potuissent, sacra beatorum hominum pignora temerario ausu pedibus proculcarent, aut impia certe manu dispergerent.

23 Et propensiora quidem Christianorum iugiter studia, ut hæc vel obiter inferamus, in sacris beatorum martyrum pignoribus, ac nominibus pariter post gloriosa eorundem certamina colligendis extitere: quippe qui nulli aut impensæ, aut labori parentes, omnimodam gestorum notitiam assequi satagebant. Quod tum in cæteris orbis terrarum prouincijs, tum in Vrbe potissimum enituit. Clemens enim Romanus Pontifex in colligendis martyrum actibus, eorundemque nominibus studiose prænotandis ita institit, ut vel notarijs id munus, prout in lib. de Rom. Pont. qui a quibusdam recentioribus nomine Damasci citari consuevit, iniunxerit, vbi isthæc: *Hic fecit septem regiones diuidi notarijs fidelibus Ecclesie, qui gesta martyrum solcite, & curiose vnusquisque per regionem suam perquirent.* Quibus Diaconos item septē

Tarquinij Prisci filius aurea bulla, & prætexta primus donatus.

Macrobius, l. 1. Sat. 6.6.

Agnus ex cereo paschali benedictum Christiani collo appendunt vice bullarum

Bar. 10.1. an. 58.

Mulieres olim Euangelia in sinu gerebant

A. S. Cæcil.

I. S. P. l. 1. 1.

Litteræ characteres & numeri in sepulchris.

Christianorum in martyrum actis ac nominibus colligendis studium.

In lib. de Rom. Pont. Damasc.

ac subdiaconos totidem S. Fabianus ad martyrum gesta perferenda addidit, vt in lib. de Rom. Pontif. in hæc verba:

*Hic regiones diuisit diaconibus, & fecit septem subdiaconos, qui septem notarijs immi-
nerent, qui gesta martyrum in integrum colligerent.*

24 Verum haud Romana dumtaxat Ecclesia in perquirendis, ac conscribendis beatorum martyrum actis, prænotandisque nominibus sedulam curam impendit, sed & alia, vt Baron. asserit, nobiles Ecclesiæ in iisdem haud segniter elaborasse noscuntur. Extant vero de his clarissima antiquitatis monumenta, vt Smyrnensis Ecclesiæ epistolæ de martyribus illic coronatis sub M. Aurelio, & Lucio Vero Imper. apud Euseb. hist. lib. 4. cap. 14. Viennensis, & Lugdunensis Ecclesiarum literæ ab eodem Eusebio ex parte recitatæ lib. 5. c. 2. & 3. Dionysij Alexandria Ecclesiæ Episcopi complures epist. ad diuersos conscriptæ apud eundem Euseb. lib. 6. c. 33. & 34. lib. 7. cap. 10. vt in suis Baronius notis inculcat.

25 Verum quo animi studio S. Cyprianus beatorum martyrum memoriam suis recolendam iugiter voluerit, conscripta ad Clerum Carthaginensem epistola testimonium perhibet, quibus id vnum præcipue ingerit, vt dies eorum, qui ex hac vita migrarent, diligenter adnotarent, vt videlicet sanctorum instar martyrum certis diebus more maiorum eorum celebritas anniuersaria oblatione sacrificij ageretur solemniter, cuius hæc sunt verba: Denique & dies eorum, quibus excedunt, adnotate, vt commemoraciones eorum inter memorias martyrum celebrare possimus: quamquam Tertullinus, fidelissimus, & deuotissimus frater pro cætera sollicitudine, & cura sua, quam fratribus in omni obsequio imperit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit, ac scribat, & significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloria mortis exitu transeunt Domino protegente. Ex quibus profecto legenti palam fit, quam sollicitudine martyrio coronatorum nomina a Christianis, vt cultus eisdem promeritus impenderetur, adnotari consueuerant.

26 Colligebantur quippe pari ad-

hibito studio tam martyrum beatorum pignora, quam eorundem nomina, & in libro isthæc prænotabantur, vt anniuersarius eorundem dies, quo par est honore celebrari posset, prout ex Smyrnensium epist. apud Euseb. lib. 4. cap. 15. de sanctis Polycarpi ossibus post nobile consummatum igne martyrium in hæc verba legitur: *Ambusta eius ossa pretiosissimis gemmis cariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, collegimus, & sunt conueniebat ex more condidimus, quo in loco etiam nunc præstante Domino solemnes agimus celebresque conuentus, maxime quidem in die passionis eius, sed & cum eorum memoria, qui prius passi fuerant, celebramus, vt sequentium animi ad præcessorum viam exemplis insignibus suscitentur.* Quæ item epistola apud Baronium ex Rufini versione recensetur. Ex vtraque vero epistola, vt idem Baronius subdit, per antiquos Ecclesiæ mos tum in condendis, tum in venerandis sacris martyrum reliquijs egregie commendatur, tum etiam de festiuis natalium eorundem diebus celebrandis rectus traditio, ac in omnibus explorata redditur: quin immo, vt laudatissimus idem mos comprobetur, sub Christi ann. 302. Nicomediensium quidem martyrum reliquias ad abolendam eorundem memoriam dissipatas fuisse tradit his verbis Eusebius: *Familios illos regios post mortem decoro, & celebri funere terre mandatos, Imperatores, qui eorum domini putabantur, rursus de integro effodierunt, in mareque præcipitandos sententijs decreuerunt, ne, vt eorum ferebat opinio, quidam eos in sepulchris, & monumentis conditos, Deos esse reputantes, diuina veneratione prosequerentur.* Hæc autem idcirco persecutores impij, Baronio edisserentes, scitabant, quod, vt alijs quoque innumeris exemplis innotescit, fideles sanctorum martyrum reliquias præcipuo honoris cultu in Cæmeterijs prosequi consueuissent.

27 Cum igitur adeo exacte martyrum nomina in Christianorum monumentis describerentur, Martyrologij potissimum conscribendi occasio facta est, cum enim frequens martyrum numerus suppeteret: *Decem enim illis, quas uenerant, vt Baronius ait, persecutionibus, in vnaquaque prouincia necatos esse quatuordecim*

Bar. an. 169. n. 14.

Apud Euseb. lib. 4. c. 15.

S. Polycarpus martyr.

Bar. an. 302. n. 2. An. lib. c. 6.

Martyres Nicomedienses.

Martyrologij.

Bar. in mart. c. 4.

Bar. in mart. cap. 1.

Cura martyrum nominum adnotandi.

Episcopi fidelibus eam curam commendant.

Bar. in mart. c. 4.

Cypr. ep. ad Presb. & diacon. Sam. p. 34.

rimos nemo poterit dubitare, atq; in chartis Ecclesiæ singulorum nomina, & dies, quibus martyrium consummassent, notata haberentur, ex istis Ecclesiasticis monumentis pridie diei natalis, vt hodie in Martyrologio fit, eorum nomina, quorum natalitia die insequenti celebranda essent, annunciabantur. Porro Ecclesiasticæ ciuicemodi tabulæ, quibus singillatim martyrum nomina, ac natalitia prænotabantur, haud alio quam fastorum titulo apud Tertullianum appellatæ sunt, vt optime ac erudite Pamelius in epist. 3. Cypriani edisserit. Tertullianus enim lib. de Coron. militis hæc refert: *Habes tuos census, tuos fastos, nil tibi cum gaudijs seculi.* Christianis quippe vna simul in natalitijs martyrum coeuntibus gaudere mos extitit. Nazianzenus item consuetudini insistens solemni, martyrum memoriam lætitia recendendam esse pronunciat: *Omnium quidem martyrum, inquit, memoria lata solemnitate celebranda est.*

28 Cum studiose igitur martyrum olim nomina perquirentur, eorundem sepulchris prænotata affigebantur, vel certe numeri dumtaxat, vbi singulorum nomina, præ nimia interfectorum copia singillatim insculpendi haud facultas suppeteret, lapidibus incidebantur. Quis enim immenso profus interdum exuberante numero, singulorum pugilum nomina, vel diligentissime conquisita assequi poterat? tot enim ac tantis Ecclesia martyrum agminibus referta decoratur, vt si dinumerare quis velit, innumerabiles plane eosdem comperiat, iuxta illud Psalmistæ oraculum: *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur:* quod quidem congrue beatis Christi martyribus adaptari posse videtur, quorum numerus tot persecutionibus, quibus fides Christi iugiter impetita sanguine redundauit, immane adauctus est, & ipsius met Regij Prophetæ oraculo eorundem martyrum numerus, ac splendor mirifice innotescit, dum ait: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, dinumerabo eos, &c.* Aperte enim locum hunc in rem præsentem Genebrardus his verbis edisserit: *Certe hoc loco multiplicatio amicorum Dei exprimitur, superque arenam maris futura dicitur.* Et quidem congrue de istis in Apoc. c. 7.

Ioannes ait: *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Attamen licet eorum numerus super maris arcnam excreuerit, sola dūtaxat Dei notitia dinumerari potest: nam vt Cassiodorus ait: *Quantitate numerabili arena maris, gutta pluuiarum, stelle lucide concluduntur: auctori quippe suo omnis creatura sub numero est.* Et quidem licet copiosus martyrum numerus existeret, eorundem tamē pia fidelium manu collectis, conscriptisque nominibus Gregorius Papa testis accedit, qui epist. 29. lib. 7. indic. 1. ad Eulogium Episcopum his plane verbis edisserit: *Nos pene omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus, non tamen eodem volumine quis qualiter sit passus, indicatur, sed tantum locus, & dies passionis ponitur, vnde fit, vt multi ex diuersis terris, atque provincijs per dies, vt prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronati.*

29 Porro hoc simplex, & absque villo additamento Romanum, vt Baronius ait, Martyrologium, idemq; perbreue fuisse adferendum videtur, in quo tantum nomina martyrum, locus, ac dies passionis descripti recententur. Illud met ipsum videlicet, cuius Ado in sui Martyrologij præfatione his verbis meminit: *Huic operi, inquit, vt dies martyrum verissime notarentur, qui confusi in Calendarijs satis inueniri solent, adiuuit nos venerabile, & per antiquum Martyrologium ab vrbe Aquileia cuidam S. Episcopo a Pontifice Romano directum, &c.*

30 Perpetuo igitur labore, ac studio Romana Ecclesia in martyrum nominibus describendis insistit, & vel tunc maxime cum persecutionum procellæ acerbiores impeterent: verum haud cunctorum nomina singillatim in album, præ nimia multitudine referri potuerunt: ipsi quippe sancti martyres, vt Gregorius ait hom. 26. in Euang. *Deo numerabiles, nobis super arenam multiplicati sunt, quia quot sunt, a nobis comprehendendi non possunt: nouit enim tantum ille, qui, vt habet psal. 145. numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomine vocat.* Iam totus quippe terrarum Orbis, & Vrbs demum ipsa sacro martyrum cruore referta, palmis iugiter, & coronis rutilat:

Tō-

Tabulæ Ecclesiasticæ.

Tert. l. de cor. mil.

Naz. in laud. Cypri.

Quid numeri Martyrum sepulchris in sepulchri significet

psal. 138.

psal. 138.

Gen. expof. in psal. 138.

Apoc. c. 7. n. 9. Numerus martyrum innumerabilis.

Cass. l. 1. var. ep. 10.

Martyrologium.

Ado in præf. Mart.

Rom. Ecclesie in martyrum actis colligenda cura.

Greg. 60. 27. in Euang.

psal. 145.

Totum mundum, inquit Gregorius, fratres aspiciat, martyribus plenus est. Et paribus quidem verbis Gregorio Cyprianus, ubi de martyrum numero loquitur, apteque in rem presentem adspulatur: Hoc ampliore, inquit, gloriam computantes temporis nostri, quod cum vetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia virtutis, & fidei numerari non possunt martyres Christiani, testante Apocalypsi, & dicente: Post hac vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.

31 Tam ingenti igitur martyrum numero Christi Ecclesia splendet, ac dicitur, ut in sacris quotidie factis millia recenseris valeant, quod disertissimis in rem presentem verbis Genebrardus in Psalmorum elucidatione, constanter enuntiat: Magna quidem, inquit ille, copia, quae tanta, ut aliqui in singulos anni dies numerent ad triginta milia martyrum. Et in Romana quidem Urbe, ubi Romani Imperij principatus sedem fixit, & ubi tyrannorum furor acris defauit, ampliore olim martyrum numerum extitisse proculdubio asserendum est: cum enim iuges, ac copiosae hic strages contingerent, haud singulorum nomina describi, sed confusa pia Christianorum manu in Coemeteria tumulanda eorundem corpora inferri necessitas compellebat: quamobrem haud mirum, si sepulchra passim interpercutanda sine titulo, ac nomine, non tamen ipsius martyrij symbolo orbata, conspiciuntur.

32 Et plurima quidem nobilissima martyrum, quae scriptis consignata fuerant, monumenta persecutorum, & Diocletiani praesertim, tum inuidia, tum immanitate ignibus addicta, nobis in praesens desiderari contigit: quin & ipsismet sepulchris deleta nomina, & martyrum item vna cum actibus memorias igne abolitas iure aliquando Prudentius in Hymno de SS. Hemeterio, & Cheledonio vehementius indoluit:

Inuidetur nobis ista,
Fama & ipsa extinguitur:
Chartulas blasphemus olim
Nam satelles abstulit,
Ne tenacibus libellis
Erudita secula
Ordinem, tempus, modumque
Passionis proditum

To. II. Rom. Subt.

Dulcibus linguis per aures
Posterorum spargerent.

Verum ut ad perferenda sacra beatorum martyrum sepulchra certis quibusdam interdum numeris ac notis, ut passim videre est, praenotata reddamus: cum hi, qui ceteris tunc pietate, necnon sapientia praestabant, Christianae fidei cultores vel ipsamet interdum recolenda Martyrum nomina ignorarent, vel probe iam nota studiose atque ex industria silentio ceciderent, nonnulla tamen signa, vel certae quaedam sepulchralibus tabulis symbola plerumque apponere, & haec in aliquo subinde libello, aut codice priuatim apud se describere hac ratione consueverunt, ut sub singulis videlicet notis, quas palam sepulchro insculperant, singulorum ibidem conditorum martyrum nomina, patriam, profapiam, necis causam, martyrij genus, & persecutionis demum, sub qua decesserant, tempus, ne minimum quid obliuione intercideret, scriptis diligenter singula consignarent. Quod quidem ex Prudentij Peristephy hymno 11. satis aperte colligitur, ubi beati martyris Hippolyti Coemeterium, quod ipsemet sub anni Christi 390. curiosis oculis perlustrauerat, exacte describens, tunc temporis videlicet, quando recens adhuc vbique Martyrum sanguis feruebat, & eiusmodi notae primaeuos apud Christianos notissimae habebantur, isthuc carminibus eleganter cecinit:

Innumeros cineres Sanctorum Romula in Vrbe

Prud. in perist. hym. 11.

Vidimus, o Christo Valeriane sacer.

Incisos tumulis titulos, tu singula queris

Nomina, difficile est, ut replicare queam.

Tantos iustorum populos furor impius hausit,

Cum coleret patrios Troia Roma Deos.

Plurima literulis signata sepulchra loquuntur

Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.

Sunt & muta tamen tacitas claudientia tumbas

Marmora, quae solum significant numerum.

Quanta virum iaceant congestis corpora aceruis

Nosse licet, quorum nomina nulla legis.

T t t

Se-

Greg. 66. 17. in
Vulg.

Triginta milia
martyrum
in singulos
anni dies nu-
merantur.

Genebr. exp. 4
n. 7. 1. 7. 8. 2. 4

Alia ac me-
noris marty-
um ab ethni-
cis permissis
abolita.

Notae ac sym-
bola martyris
sepulchris cur
ac quomodo
inciderentur.

*Sexaginta illic defossas mole sub vna
 Reliquias memini me didicisse homi-
 num ;
 Quorum solus habet comperta vocabula
 Christus ,
 Vxote quos propria iunxit amicitia ,
 &c.*

Hæc, inquam, Prudentij carmina, velut nobilissima sacræ, recolendæque antiquitatis monumenta Christianorum animis iugiter repetenda sunt. Ab oculato igitur teste omni fide dignissimo innumeros plane in sacris Subterraneæ Romæ in Cœmeterijs martyres requiescere palam didicimus, vt illis profecto verbis luce clarius comprobari videtur. *Tantos iustorum populos, &c.* In quorum tamen sepulchris nudum dumtaxat nomen inscriptum, vel simplex quidam numerus prænotatus, aut character aliquis, seu literulæ nota marmoris incisa, vel certe aliud quoddam symbolum, aut hieroglyphicum exculptum atque exaratum conspicitur; quod quidem ipsemet Prudentius eo potissimum vocabulo innuisse visus est, dum hoc idè alio nomine *epigramma* appellat, quæ quidem epigrammatis vox, a Græco vocabulo *ἐπιγράμματα* corruuata inscriptionem sonat. Sic enim illæ antiquitus notæ vulgo dicebantur, quibus in ipsamet facie, perpetuæ ignominia causa persecutorum manu inuri, aut certe inferibi martyres consueuerant. Vnde Petronius Arbitrarius in iatyris, vbi de notis ac stigmatibus, quæ seruorum frontibus inscribi mos erat, hæc ait: *Notum fugitiuorum epigramma liberali manu duxit.* De his autem nos supra lib. 1. huius Subterraneæ Romæ, cum de præcipuis martyrum cruciamentis sermo incurreret, vel obiter meminimus. Nunc vero vt reliqua Cœmeterialium monumentorum insignia perscrutemur, annulos quoque in pluribus beatorum martyrum sepulchris reperiri contigit, quos ipsemet Bosius se multoties reperisse, & Baronius quoque apud Priscillæ Cœmeterium oculatissimi testes se vidisse restantur, & quidem ad hanc vsque diem nonnulla saltem, quæ ipsis e ruderibus quondam eruta veluti nobilissima sacræ antiquitatis spolia supersunt, eorundem vestigia contemplantibus exhibent. Quocirca opportune quidem præter Cœmeteriales annulos tum Euangelici pastoris

typo, tum Deiparæ Virginis imagine prænotatos, quos tibi supra contemplandos obtulimus, nobis hæc scribentibus alter ex eiusmodi Christianorum annulis ab Illustris. Felice Rondanina conspicuæ pietatis matrona, his plane notis exculptus (IVSTVS videlicet) inspiciendus, contemplandusque oblatus est, qui ex Cœmeterio B. Agnetis Nomentana Via inter perscrutandum ad manus, & subinde in lucem venit, cuius hic ex prototypo excerptam fideliter iconem, velut recolendum sacræ antiquitatis monumentum exhibemus.



Hi vero vulgo signatorij ab antiquis annuli nuncupabantur; de quibus *signatorius* de verb. signif. Antiqui enim, vt historia perhibent, literas, arcas, cellas vinarias, & id genus alia annulo, vt fufius suo infra loco enarrabitur obsignabant. Sic Budæus lib. 3. de Asse, annulos olim Romæ haud ornamenti, sed res obsignandi causa institutos fuisse edocet. Et Plinius lib. 33. penurias quoque areas, ne quæ ibidem asseruabantur, seruorum manu surriperentur, obsignari consueuisse, his plane verbis affirmat: *Quæ fuit illa præscorum vita, qualis innocentia in qua nihil signabatur; at nunc tibi quoque & potus annulo vindicantur a rapina.* Ad quod comprobandum haud multa nobis in medium proferre opus est, cum ex Suetonio in Augusto, ex Dione in Galba, Apuleio lib. 10. de Asino aureo, & alijs rerum historicarum scriptoribus idem apud antiquos vsu receptum fuisse satis constet. Sed vt profanorum hac de re scriptorum testimonia, & antiquorum pariter secularum mores, in alium subinde locum reijcientes, hic consulto taceamus, certe signatorij vsus annuli ex pluribus sacrarum literarum paginis euidenti testimonio couincitur, & præcipue ex l. 3. Reg. c. 21. vbi de Iezabælis regine epistola ipsius Achabi regis annulo obsignata est.

Stigma seruis inuiti solutum epigramma, etiam dicebatur.

Petron. arbit. in sat.

Annuli in martyrum sepulchris reperiuntur.

Annulorum instar clauis visus.

Bud. l. 3. de Asse.

Plin. l. 33.

Suet. in Aug. Dio in Galba Apul. l. 10. de Asino aur.

Lib. 3. Reg. c. 21.

isthæc apte in rem præsentem habentur:

Scriptæ itaque literas ex nomine Achab, & signavit eas annulo eius. Idem plane lib. 3. Esther de conscripta ab Assuero aduersus Hebræos, Amano instigatæ, epistola, eiusdemque pariter annulo consignata,

his quidem verbis asseritur: Tulit ergo Rex annulum, quo utebatur, de manu sua, & dedit eum Aman. Et hæc infra: Scriptum est ex nomine Regis Assuero, & literæ signatæ ipsius annulo missæ sunt. Et c. 8. eiusdem item annuli metio recurrit: Scribit ergo Indais, sicut vobis placet, ex Regis nomine signantes literas annulo meo. Quibus hæc rursum ad demonstrandam antiquorum temporum consuetudinē subtexitur: Hæc enim consuetudo erat, ut epistolis, quæ ex Regis nomine mitterentur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Idem quoque ex lib. Danielis cap. 6. palam comprobari videtur, ubi de cæuca, intra quam leones asseruabantur, ac de Belis templo, regio itidē annulo, ne qua fraus contingeret, ob signatis sermo ingeritur, videlicet: Allatusque est lapis, &c. quem ob signauit Rex annulo suo, & annulo optimarum suorum. Quibus subiicienda sunt quæ subinde de Belis templo hunc in modum ob signato cap. 14. hisce verbis enarrantur: Claude ostium, & signa annulo tuo.

33 Verum e scriptoribus haud pauci de eiuscemodi annulis disertere agunt, inter quos Abraham Gorcius præcipuus est: hic enim in sua Dactyliotheca quamplura eorundem exempla atque exemplaria vnâ cū insignibus, quæ iisdem in annulis delineata sunt, studiose lectori pro antiquitatis, quam præferunt, merito haudquaquam aspernenda, describit. At nobis exclamare hic liceat: Vtinam, vtinam, inquam, Baronius ac Bosius, qui adeo præclare de sacra re antiquaria meriti sunt, ijs potissimum annulis ac signis, quorum passim meminere, eadem quoque tabulis, ac monumentis consignando, ad posteriorum oculos ac manus transmittendis sedulam pariter operam impendissent. Multa inde profecto nobis Christianorum notitia ac pietate condignæ, nobilibus exemplaribus hisce suppeditata fuissent, quæ nunc tenebris obuoluta & silentio addicta, pios ac studiosos viros latere dolendum est. Porro etsi certam omnimodamque rerum noti-

tiam non teneamus, tuto tamen coniectari quis valet, præclarissima Christianæ Religionis iisdem annulis signa exarata fuisse, & ipsamet fortasse, quæ a Clemente Alexandrino, ut alibi diximus, pio contemplanda lectori proposita, fuisse.

34 Sed quoniã opportunade signatorij Christianorum annulis mentio incidit, antiquissimum plane annulorum usum extitisse vel ex sacris historialibus conscriptis a Moysæ paginis comprobatur, ex quibus Iudas Thamari annulum pignoris loco, ac velut fidei seruandæ pignus dedisse legitur: *Quid tibi vis? inquit, pro arrhabone? Respondit annulum tuum.* Pharaonem insuper Aegypti regem post somnij præstitam sibi Iosephi opera elucidationem, detractum digito annulum eiusdem manus inseruisse hunc in modum describitur: *Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius.* Annulum vero (de quo sermo est) haud honorarium, sed signatorium eidem ac si in bene totius regni administranda prouincia & in consilij primati, ac velut pro regi, ad regia videlicet mandata eodem ob signanda, concreditum fuisse conuincitur. Eiuscemodi autem annulorum tum in sacris supra recensitis tabulis, Esther, Danielis, tum etiam Machabæorum cap. 6. vers. 14. mentio recurrit. Quamuis igitur nonnulli ad sua rem deriuantes principia, a Troianis, ac Lacedæmonij primæuam annulorum originem auspiciunt, nobis tamen ex ipsismet sacris historialibus paginis, & longe quidem ante hæc tempora, vsui fuisse compertum sit: sacra etenim quæ suppetunt, historiæ, quarumuis gentium annalibus, tam antiquitate, quam certitudine longe præcellunt.

35 Et primo quidem si annuli ipsius etymologiam, hic de annulo edisserentes perquiramus; An particula idem plane quod circum, ac vinculum antiquorum auribus insonat. Ex quo celebre illud vulgatumque; Pythagoræ symbolum concinnatum est, qui arctum digito annulum gestari prohibuit; quod quidem, ex Hieronymi sententia, haud anxio, ancipitique viuendum animo, & ne quis seruituti, quæ nimis dura, ac per molesta est, se vltro adiciat, apprime cauendum edocet, ut apte Pierius lib. 36. Hierogl.

Antiquissimus annulorum usus.

Gen. c. 38. v. 28

Gen. c. 41. v. 42.

Esther. c. 3. v. 3. Dan. c. 6. v. 17 Mach. c. 6. v. 14

Annuli etymologia.

Pier. l. 36. hist.

Lib. 3. Hist. c. 1.

Lib. 3. Hist. c. 1.

Dan. c. 6.

Ibid. c. 14.

Abrahâ Gorcius in Dactyliotheca.

scribit. A circulari igitur forma ipsiusmet annuli nomen derivatum noscitur: qua item ratione ab interlapforum mensium, dierumque circuitu annus itidem appellatus est, eo quod apud veteres *Annus* pro circuitu vsurpetur, vel quod hanc certe ab annulo, ut ipsius Varronis sententia inhaeremus, determinatione provenire contingat. Et quidem inter sapientissima Pythagorae monita, quae vulgo Symbola nuncupantur, ne quis videlicet annulum Dei insignitum imagine aliquando deferat, districte praecipitur. Porro pium hoc Pythagoricum dogma conscripsit a Moyses, ut optime Clemens Alexandrinus edisserit, oraculis de omni amouenda, ac nullatenus effingenda imagine, utpote quae diuini numinis maiestatem minus condeceat, mirifice in rem praesentem quadrare videtur: siquidem assidua, quae in promptu sunt, videndi consuetudo, rerum pretia, estimationemque minuendo contemptum animo ingerit.

35 Verum Pythagoricum, quod nunc praefertur, praecipuum, nec Graecis, nec Romanis olim probatum est: innumeras quippe antiquas annulares gemmas usque nunc videre est, in quibus elaboratas affabre Deorum imagines, & id genus alia vanae superstitionis symbola insculpi contigit. Quinimmo haud ipsorum dumtaxat Deorum, sed virorum quoque principum eleganter insculptae annulis imagines exhibebantur. Quamobrem Plinius iunior lib. 10. cap. 16. gemmae cuiusdam Procori Regis imaginem praefereantis meminit, quod Suetonius pariter in Tiberio disertis verbis confirmat. Suorum insuper magistrorum ipsimet Philosophicarum Academicarum sectatores expressam in annulis effigiem de more gestabant, ut illos videlicet semper praeculis haberent. Quod praesertim de Epicuri sectatoribus Cicero in haec plane verba testatur: *Nec tamen Epicuri licet obliuisci, cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in annulis habent.* Porro quod amicorum imagines ipsimet annulis insculperentur, Ovid. eleg. 6. lib. 1. Tristitium insinuat, & ex quampluribus item annulis Soeratem, Platonem, aliosque philosophorum antesignanos, sicut & Regum, ac Alexan-

dri praesertim effigiem praefereantibus conuinci potest. At ne nostra longius aberret oratio, innumeri plane ad manum annuli suppetunt, qui Iouis, Martis, Mercurij, Solis, Fortunae, Serapidis, Cereris, aliaque gentiliū altius inter tenebras quondam delirantium figmenta intuentibus contemplanda exhibeant. Hi vero annuli haud ex vno, eodemque metalli genere, sed ferro, aere, argento, atque interdum elaborati, gemmisque eleganter exculsi conspiciuntur.

26 Verum enimvero hi haud nudidumtaxat, ut nil lectorem praetereat, annuli, sed multiplicibus quidem historijs rebusque praclare gestis, atque alijs id genus olim imaginibus praenotabantur. Seleuci quippe athena annulo ab antiquis, ut Appianus de bellis Syriac. refert insculpta cernebatur. Syllae vero post deuictum, debellatumque Iugurtham annulus, eiusdem Iugurthae typo, ut Plutarchus in Syllae, ac Marij gestis, Valer. Maxim. lib. 8. cap. 15. edisserunt, nobiliter exculptus est. Porro, quod ad symbolicas nunc imagines pertinet, Plinius Harpocratis pressio, signatoque ore silentium praenotantis imaginem annulo ab antiquis inditam fuisse describit. Fidei insuper ac fidelitatis symbolum, ut Pierius Valer. lib. 36. & lib. 41. edoet, annulo designabatur. Et olim quidem apud Aegyptios necessitatis symbolum, & testerae pariter annulus praeferebat: sub nodi enim, ac circuli typo, qui duabus in caduceo vna simul coeuntibus anguibus efformabatur, necessitas intuenti palam fiebat, ut Macrobius lib. 1. Saturn. & Pacianus lib. 2. de probat. cap. 42. asserunt. Nobilitatis item, ac bellicae virtutis insigne ipsiusmet gestatorij annuli ambitu adumbratur, quod & hastae, vexilla, phalerae, coronae ciuicae symbolum, Pierio teste lib. 41. hieroglyphicorum, exhibebant. Apud Romanos vero annulus digito insertus, peculiare Equestris Ordinis, quo a plebeijs secernebantur, ut Hopping. de iure sigillorum c. 146. ait, ornamentum extitit.

37 Porro ingenui a seruilis notae, ac infimae conditionis hominibus annulo potissimum distinguebantur: quod & in sacrarum literarum paginis in Euan-

Annus vnde nomen sumit scriptus sit?

Pythagorae monitum.

Clem. Alex. lib. 1.

Deorum imagines annulis insculptas gestant olim in nos.

Et Principum.

Plin. lib. 10. c. 16.

Suet. in Tib.

Et magistrorum ac Philosophorum.

Cicel. 5. de fin. in 2. tract.

Ouid. lib. 1. trist. eleg. 6.

Historiae gentiliaque praecleara annulis insculpendi mos.

Appian. de bel. Syriac.

Plin. de syll. mai. gest. Val. Max. lib. 8. cap. 15.

Pier. Val. lib. 36. l. 41.

Annulus symbolum necessitatis.

Macrobius lib. 1. Saturn. Pacianus lib. 2. de probat. c. 42.

Et nobilitatis insigne.

Pier. lib. 41. hier.

Hopping. de iure sigillorum c. 146.

gelica parabola eleganter ingeritur :

Date annulum in manu eius, Lucæ 15.

Quem quidem virorum ingenuorum annulum aureum profecto, qui nec seruis, nec libertis competit, extitisse, ex D. Iacobi epist. cap. 2. satis comprobare videtur. Libertini quippe, ut rem altius repetamus, argenteo, seu i ferreo, ipsius beneficio principis, ac nullo utebantur, ut Lipsius lib. 11. affirmat. Haud tamen hic silentio præterendum est, ferreos quoque a Romanis insertos digito annulos nobilitatis, ac bellicæ virtutis ostendendæ gratia, ut I. Iunius docet lib. 33. cap. 1. gustari consueuisse. Verum deuicta postmodum, redactaque in ditionem Asiæ, ferreis, utpote rudioribus, reiectis e digito annulis, auctoque immane interim hominum luxu, aureos digito Romani annulos inseruere. Multiplicium vero annulorum antiquos apud scriptores vsus, astutiorum videlicet, atque hiemalium, passim deprehenditur, ut Iuuenalis Sat. 1. his carminibus docet :

*Ventilet astium digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera
gemma.*

De leuioris subinde ponderis ac momenti annulis eleganter quidem Martialis cecinit:

Per cuius digitos currit leuis annulus omnes.

Natalitij quoque annuli, qui festiuo illo dumtaxat die deferebatur, Persius Sat. 1. hoc quidem carmine meminit :

*Et natalitia tandem cum sardonyche
albus.*

Verum annulos pretiosi instar muneris ab antiquis olim donari mos extitit, ut Martialis epig. 122. lib. 14. & ipse met Cicero orat. 5. in Verrem apte aperteque in rem præsentem edisserit : *Sæpe enim, inquit, nostri Imperatores superatis hostibus, optime republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt. Quod pretiosum annulare munus ad luxum dumtaxat animi e corporisque portendendum Iuuenalis Sat. 6. hunc in modum perstringit :*

*Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi sulserit aurum
ingens -
Et annuli quidem quod ex ipso anti-*

quorum more nobile quoddam munus præferunt, Innocentius III. Romanus Pont. loenpletissimo præ cæteris symbolo testatum voluit, cum Richardo Angliæ regi, ut sui erga eundem animi beneuolentiam apte commendaret, quatuor nobilissimos ad eundem, adiuncta epistola, annulos transtulit, ut Odo- ricus Rinaldus noster, Congregationis Orat. in 13. suorum Annalium Ecclesiasticorum Tomo his plane verbis ex Pontificia excerptis epistola luculenter edisserit : *Quatuor annulos, Pontifex inquit, aureos cum diuersis lapidibus pretiosis magnitudini tuæ destinamus, &c.* Et paulo infra isthæc subtexit : *Vt mysterium potius quam donum attendas : rotunditas enim æternitatem significat, quæ initio caret, & sine. Hæc igitur Regalis prudentia, quid in annuli forma requirat, ut de terrenis transeat ad cælestia, de temporalibus ad æterna procedat. Plura vero subinde de symbolico eorundem annulorum numero, ad prænotanda videlicet nobilissimum virtutis iustitiæ, Fortitudinis, Prudentiæ, & Temperantiæ insignia in rem apte profequitur, quæ qui nosse cupit, ipsum met auctorem consulat.*

37 Interim vero, ubi opportunus de annulis sermo est, etsi aliqua summam lectori inuenerimus, haud hic interim silentio obuoluimus, annulos quoque ad obsignandum, quæ domi seruabantur, adhibitos fuisse, annulis enim cellas, dolia, utensilia, epistolas item ac testamenta, quæ secreta vsque ad mortem esse volebant, caute præsignabant, annisque clauium instar ad claudendum, ut Tacitus lib. 2. annalium ait, utebantur : *Irridebantur, inquit, & Greci comites, ac vilissima utensilium annulo clausa.* In quem locum plura deinde Lipsius congerit. Quapropter pater pluribus quidem testamento filijs hæredibus nancupatis, vel moriens clauem vnâ cum annulo custodiæ adhibendæ gratia maiori natu inter filios tradere consueuerat l. 79. §. Pater pluribus de legat. 2. *Annulis quippe nostris, ut Seneca ait, plusquam animis credimus.* His autem annulis signa ad contractus valide constanterque roborandos apponi consueuerant: cum enim testamentarijs, aut matrimonialibus tabulis, aut cæteris pactonum, sponsonumque chirographis, quæ

Innocentius III. Richardo Angliæ Regi quatuor annulos mittit.

Odor. Rinald. 10. Annal. 13.

Eorum mysterium declarat

Annuli signatorij.

Tac. L. 2. Ann.

Sen. l. 6. de c. 1. 13.

Luc. c. 15.

Ingenuis ferulis annula distinguantur.

Iac. ep. c. 2.

Lipsius lib. 11.

Ferreus annulus bellicæ virtutis olim denotabat.

Plin. l. 33. c. 1.

Annuli astutium & hiemalium.

Iuuen. sat. 1.

Martialis epig. 122.

Natalitij.

Pers. Sat. 1.

Munus Annulli.

Mart. ep. 122. l. 14. Cic. or. 5. in Ver.

Iuuen. sat. 6.

quæ meminimus, signa adhiberentur, totum se Deo teste antiqui præstare arbitrabantur. Porro annuli isti, sigillares, sigillarij, & signatici, eo quod signa, imaginesque præferrent, apud omnes vulgo appellabantur, de quibus apte

Q. Curt. l. 3.

Q. Curtius lib. 3. locutus hæc ait: *Epistolamque sigillo annuli sui impressam pulvino, cui incumbebat, subiecit.*

Vopisc. in Aur.

item eiusmodi annulorum in Aureliano his verbis meminit: *Vxori, & filie annulum sigillarium quasi priuatus instituit.*

Q. Pau. l. 16. ad Tit.

Quintus vero frater lib. 16. epist. ad Tironem ait: *Sicuti etiam matrem meam facere memini, quæ lagenas etiam inanes obfignabat, ne dicerentur aliquæ inanes fuisse.*

De quibus item in suis eleganter carminibus Horatius lib. 2. ep. 2.

Et signo læso non insanire lagena.

Nor. l. a. ep. 2.

De his item Plautus in Casina hæc habet:

Plaut. in Cas.

Obfignate cellas, referte annulum ad me.

Annulos signatorios morientes amicitiam tradebāt.

38 Porro quoniam de signatorijs annulis adhuc sermo est, hi quidem a morientibus non nisi spectatæ probatæque fidei hominibus credi cõsueuerant, vt Q. Curtius lib. 10. ab Alexandro Magno præstitum refert, qui graui morbo decumbens detractum digito annulum, supremæ quidem potestatis, ac veluti hæreditarium ipsiusmet regni ius Perdicæ tradidit. Augusti pariter Imperatoris annulus, vt Dio scribit, Mecœnati, atque Agrippæ intimis consiliarijs concreditus est. Tiberius quoque graui morbo laborans digito annulum, ac si alteri eundem traditurus extraxit, eundemque subinde, re infecta, digito inseruit.

Q. Curt. l. 10.

Dio, in Tit.

39 Arrhæ item ac sponsiones olim annulo interueniente celebrari mos erat, vt lib. 5. de Instit. act. sponsæ item a viris annulo, vt Iuuenalis Sat. 6. edocet, donabantur. Quod & Tertullianus muliebrem luxum perstringens, diferte his verbis inculcat: *Circa feminas; inquit, illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinebantur, cum aurum nullam norat, præter vno digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo.* Cui & Plinius egregie ad stipulari videtur, dum lib. 33. cap. 1. naturalium histor. ferreum annulum, haud gemmis vllatenus excultum apud Romanos olim ad sponsas transmitti consue-

Iuui. Sat. 6. Annulus pronubus,

Tertull. apol. c. 6.

Plin. l. 33. c. 1.

uisse affirmat. Ad quod concinne B. virgo, & martyr Agnes illis plane verbis de sponso loquens allussisse visa est: *Annulo suo, inquit, subarrhauit me Dominus meus Iesus Christus.*

40 Neque vero antiqui Christiani annulorum vsum, qui apud cunctos inoleuerat, reiiciendum putarunt: quippe qui digitis aliorum more annulos inferendo, sacris item manus, atque animi symbolis iugiter excolere satagebant, vt vel ex pretiosis gemmis, ac metallis, quæ manibus inserta gestabant, ad altiorem rerum cælestium contemplationem vnâ cum oculis animus prouocaretur. Quapropter haud consueta annulis symbola gentilium more, idolorum videlicet imagines, ensems, aut popula, & cætera, quæ profanum redolent cultum, sed ex Clementis Alexandrini præscripto, columbam, piscem, nauim, lyram, anchoram, vel piscatores symbolice delineabant, & sacrosancto insuper Christi nomine & Crucis viuificæ signo sponsales præferunt, vt Baronius adnotauit, prænotare annulos consueuerant, vt pluribus passim petitis ab antiquitate exemplis conuinci posse videtur. Quod vero mysticis, vt supra attingimus, annulos passim imaginibus prænotarent, nostra hæc quidem coniectura signatorio quodam ex annulo vetustissimo, ac crystallino satis probari videtur, qui in celebri Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellar. rei, & sacra præsertim, antiquariæ apprime studiosi Musæo, inter cætera recolendæ antiquitatis, quæ dignitate ac pretio ibidè conspicua extant monumenta, in præfens asseruatur. In præmemorato enim annulo, vt re visu explorantibus patet, eiusmodi notæ affabre insculptæ apparent, quas vna cum eodem exemplari ex prototypo diligenter excerptas, & tabulis impressas præfens pagina exhibebit. In ibi autè signum *Tau*, hoc est, ipsiusmet sacrosanctum Christi Nomen, Græcis literis eleganter de more expressum, & *Alphaité* & *Omega* præcipua Græci videlicet idiomatis elementa prænotata hinc inde conspiciuntur: serpentis quoque imago adunbratur, qui duobus intermediis gallis gallinaceis, sibi insensissimis, viuifico dominicæ Crucis stipiti circumuo-

In a. S. Agne
is.

Annuli Chri-
stianorū qua-
les olim esset?

Baron. l. 1. an.
57.

Signum Tau
in sepulchris.

luitur; vbi insuper illa Latine elocutionis verba insculpta leguntur: *Salus.*

41 Sed ne sacrosanctum Christi nomen Græcis exaratum, vt vidimus, elementis, quod Cœmeterialibus tabulis tam frequens est, & nobili item annulo isti e sacris Cœmeterijs eruto pia Christianorum manu insculptum cernitur, ingrato silentio prætereamus:

Ego sum, inquit Deus, *Alpha, & Omega, principium, & finis*, id est, principium cunctarum rerum, earundemque finis. Congruo quippe Christiani augustissimi huiusce nominis simbolo, & Christo testimonium exhibere, suosque sepulchrales eodem titulo honoris gratia ob signare conati sunt: diuinæ etenim bonitatis, quæ infinitatis termino gaudet, consona verborum periodo, incircumscripæque naturæ, quæ verbis hand vquam definiri valet, paucis admodum, sed aptis in rem præsentem concepta verbis descriptio Christianorum ore propinata est: iuxta id profecto quod Moyse olim ineffabile diuinitatis nomen, ipsomet Deo edisserente, innotuit: *Ego sum, qui sum.*

Ad probe enim humanis ingerendam auribus omnimodam gentilitiæ superstitionis idolorum a vero, illibatoque numine distantiam, ista loquendi formula, vt martyr Iustinus ait, ipsius Dei oraculo percrebuit. Quod perinde est, ac si Deus inancem, futilemque idolorum cultum, ipsismet cultoribus in erroris propodium obijciens exprobrando diceret: *Idololatricæ Deos potissimum, qui non sunt, colunt: verbis autem cuiuscumodi diuinitus Deo circumscribendo aptatis, & ergo essentia pelagus plane immensum, vt Nyssenus ait, & interminum significat.* Quippe, vt Bernardus apte eleganterque in rem præsentem edisserit: *Deus est, quod est, id est, sum ipsius & omnium aliarum rerum esse, ipse sibi, ipse omnibus est, ac per hoc quod immodo solus est. Sum qui sum*, inquit Deus; vbi paucis admodum in dictione verborum syllabis inmutatis, ingentique sub vno eodemque verborum cortice mortalium auribus mysterio propinato, Hebræi hunc in modum symbolice legunt: *Ero, qui ero*, futurum videlicet præsentis loco temporis vsurpantes: Hebræis enim, quoad loquendi formulam idem plane sonat dicitio illa: *Ero, qui ero*, quod

Latinis isthæc: *Ego sum, qui sum*: nam vt diserte Gregorius Nazianzenus edocet: *¶ Erat, erit nostri temporis, fluxaque naturæ segmenta sunt, Deus autem semper est.* Quapropter sum, qui sum, ipsiusmet Dei æternitatem aptissime designat, temporisque nostri volubilitati constanter opponitur, quæ per futurum, præsens, ac præteritum velut certis incertisque temporum terminis extenditur, ac circumscribitur: solius autem æternitatis, quæ totum iugiter est, semper & immutabiliter esse proprium est. Hinc egregie Iustinus martyr *¶ ων*, inquit, *tria tempora complectitur.* Cui consonis subinde verbis diuinus ille Dionysius, Dei naturam in lib. quem de diuinis nominibus scripsit, apte eleganterque adumbrasse visus est, dum hæc ait: *Deus est avum avorum, & Rex seculorum, quia ipse est esse existentium, & existens ante secula.* Iuxta quod & ipsi septuaginta interpretes ea verba hunc in modum legunt: *Est qui est, id est, ego sum ille ens.*

42 Et quidem sapienter antiqui philosophi naturæ dumtaxat lumine imbuti, dum altius de Deo, vt par est, philosophari contendunt, eundem sub recensito hætenus principij, ac finis rerum omnium simbolo, vel Deum a longe salutantes, assecuti fuisse videntur. Pindarus quippe præ cæteris oculatissimus Deum, vt principium ac finem, his plane verbis contemplar didicit: *Deus, inquit, est, qui principium, medium, & finem rerum omnium continet.* Cui & Plato in diuinis incime perscrutandis lynceus pari verborum pondere adstipulatur: *Deus est, inquit, qui vniuersitatem rerum omnium complectitur.* Verum haud his dumtaxat verbis diuinitatem mortalibus adumbrasse contentus, Deum principium, ac finem hunc in modum edisserendo describit: *Deus, inquit, qui, vt vetus est verbum, principium, finem, mediæque omnia habet.* Thales quoque Milesius abditissimam, imperferendamque illam, caligantibus oculis lucem perscrutatus, *Deum principium ac finem vniuersarum rerum asseruit.* Interrogatus quippe, Laertio teste, quid potissimum Deus esset, in hæc sapienter verba respondit: *Quod principio, & sine caret.* Quocirca apud Egyptios olim, qui sapientia præcellentes, sym-

Naz. orat.

Iustin. mart. exhor. ad gen.

Dion. Areop. de diu nom. c. 5.

Deum vt principium & finem omnium ethnici contemplant sunt.

Plat. in Phys. bymn. 2.

Laert. in vit. Thales.

Alpha, & Omega.

Ineffabile nomen Dei.

Exod. 3. n. 14

In II. mart. exhor. ad gen.

In II. mart. exhor. ad Eug.

Exod. 3. n. 14

symbolicis occultiora quæque imaginibus in medium proferentes, auribus, oculisque, ubi opus erat, ingerebant, circulus ipse, ut Pierius refert, Dei hieroglyphicum extitit.

Pier. lib. i. c. 39.

Æternitas Dei descripta.

Apoc. c. 1. n. 8

Aug. in ps. 101

S. Attali martyris de Dei nomine responso.

Aug. 1. 6. in ps. 63

S. Fructuosus martyr.

Prudentius de S. Cruce.

43 At diuini quidem vim nominis, quod principium, ac finem cunctarum rerum in Christo exhibet, Ioannes Apocal. cap. I. vers. 8. concinne, eleganterque in rem præsentem diuinitus expressit, cum ait *ὁ ὢν ὁ ἰὼν ὁ ἔρχόμενος*, quæ verba noster subinde interpres hunc in modum edisserit: *Ab eo, qui est, qui erat, & qui venturus est.* Dei igitur æternitatem, quæ principio, ac fine, cæterarum instar rerum, nullatenus clauditur, breui dumtaxat elementorum numero Theologorum oculatissimus adubrassè voluit, quippe ut diserte Augustinus affirmat: *Æternitas Dei est, substantia, quæ nihil habet mutabile, ibi nihil est præteritum quasi iam non sit, nihil est futurum, quasi nondum sit, quia non est ibi nisi est.* Quamobrem conspicuus ille inter martyres Attalus condigna, vti par est, de ipsius Dei æternitate eructando eloquens, cum per contemptum ab Eugenio tyranno, quo Deus potissimum nomine censeretur, interrogatus fuisset, in hæc verba, ut Eusebius ait, scite respondit: *Qui plures sunt, nominibus discernuntur, qui autem vnus est, non indiget nomine.* Ita profecto ipsius Dei nomen sapienti responso edisserens, diuinitati honorem, vel solo nominis præconio, detulit: cuius item nomen æternitatis symbolo insculptum, conscriptumque; & nulla vnquam ratione circumscribendum vnà cum Attalo, quem meminimus, Fructuosus alter inuictus Christi martyr, & re ac nomine pariter fructuosus excoluit, qui a Gallieno principe inuitatus, immo ad immolandum idolis per summam iniuriam compulsus, constantissimis verbis impietatem suadenti hunc in modum respondit: *Nolo sacrificare. Dico Gallieni, sed æternum Deum, ac ipsius Gallieni creatorem colo venerorque.* Quod quidem martyris oraculum, ipsummet Deum, qui rerum omnium principium, ac finis est, ex nomine agnoscentis egregie Prudentius carminibus illis expressit.

*Iussum est Cæsaris ore Gallieni
Quod princeps colit, ut colamus omnes*

*Æternum colo principem dierum
Viflorem, dominumque Gallieni.*

Idem igitur Deus est, ac ipsamet sibi bene constans æternitas, perenni quiddè ambitu, principio, ac fine carens, vniuersarumque rerum α & ω , principium ac finis, ut optime in suis libris Boethius eleganti carmine adumbravit:

O qui perpetua mundum ratione gubernas,

Terrarum, Calique sator, qui tempus ab æuo

Ire iubes, stabilisque manens, das cuncta moueri,

Quem non externa pepulerunt figere cause

Materiae fluitantis opus, verum insita summi

Forma boni, liuore carens, etc.

Incircumscriptam igitur, & vllò absque principio, ac termino immensam Dei bonitatem Christiani passim scriptores, ac poetæ, ut eam mortalium menti ingererent, certatim describere, & tum pennicillo, tum calamo perhonorifice eandem, ut vides, adumbrare conati sunt: quod vel ipsi poetæ gentiles, & Horatius præ cæteris isthæc concinens egregie præstitit.

Qui res hominum & Deorum,

Qui mare, qui terras, variisque mundum

Temperat horis.

His igitur vel obiter enarratis, quoniam ad suum cuncta oportet redire principium, ut ad fontem, ex quo dicendi initium auspicati sumus, ad augustissimum videlicet Christi nomen redeamus, hoc quidem cum ab antiquis Christianis sub α & ω non absque peculiari mysterio Cæmeterialibus tabulis prænotatum sit, sinem quoque, ac coronidem nostris hisce dictis feliciter imponat.

44 Sed memores interim annuli, quem supra polliciti sumus, eiusdem peculiaris subinde symbolorū explanatio vnà cum ipsamet annuli icone, quam pia ac benigna præmemorati Eminen. Card. Barberini manus studioso contemplandam lectori offert, hic opportune a nobis subtexenda videtur.

Porro

Boet. 13. de consol. car. 6.

Hor. 1. 5. ann.

Ætymon an. nuli signatorij.



45 Porto, vt singula breuiter edif-
feramus, quid litera *Tau*, & binæ illæ
Græci idiomatis notæ, *Alpha & Omega*,
denotent, augustissimū videlicet Christi
nomen, prolixè a nobis in iam enarratis
demonstratum est. Vnum tamen hic
in lectoris gratiam subtexere libet, sym-
bolicis nimirum imaginibus, quæ hacten-
us recensitæ sunt, singulis inuicem iun-
ctis, vt in nobilissimi huius prototypo
annuli videre est, ipsummet Christum
Dominum Saluatorem, humanæque
felicitatis auctorem, Crucis, vt iam di-
ximus, patibulo nostri causa suffixum,
qui vnusidemque Deus & homo est, &
quod plane inde consequitur, typum
pariter, & ipsiusmetrei, quæ typo olim
prænucciabatur aptatissimum commode
intuentium oculis exemplar designari.
Christi etenim nomen sub litera *Tau*,
quæ Crucis figura est, delineatum, Chri-
stum Saluatorem ligno affixum ostendit.
Alpha vero, & *Omega*, quæ binæ literæ
initium & finis inter cætera Græci Alpha-
beti elementa sunt, æternam ac ineffabi-
lem eiusdem Christi velut digito diuini-
tatem præmonstrant, cum ipsemet se re-
rum omnium principium ac finem esse
illis disertissime verbis diuinitus asserue-
rit, Apoc. 21. *Ego sum, inquit, initium &*
finis, Alpha & Omega.

46 Serpens autem, qui eodem in-

fertus annulo exprimitur, apertissi-
mum, quod sane nemo ignorat, hostis
tartarei symbolum præferret, qui sub-
versipelli eiusdemodi forma ad furtiuè
excerpendum vetitum ab arbore pomum
dolus Euam ac technis pelliciendo mise-
randum in modum decepit, totamque
humani generis profapiam noxiali pro-
pinato veneno infecit. Porro anguis
ad ipsum Crucis stipitem consistens in-
sculpsitur, quo plane symbolo salutaris
eiusdem signi virtute stygium diuinitus
anguem, generisque humani hostem deu-
ctum, prostratumque fuisse palam præ-
monstratur; quemadmodum consonis
iugiter in rem præsentem vocibus Ec-
clesia canit: *Vt qui in ligno vincebat, in*
ligno quoque vinceretur. Et sane ob mysti-
cam rerum analogiam Magnus ille Con-
stātinus eandem fere imaginem, quam in
annulo hactenus adumbrauimus, ante ip-
summet regij Palatij vestibulum in tabu-
la affabre pingendam, atque efforman-
dam curauit, vt locupletissimus testis est
Eusebius in eiusdem Constantini gestis
lib. 3. cap. 3. Qua typica item ima-
gine Magni ipsius Constantini, & Ma-
ioriani item Imperatoris numismata
prænotantur, in quibus draco media
ventris parte viuificæ crucis ligno
transfixus intuentium oculis obijcitur,
vt Crucis eiusdem virtute ac Christi po-
tentia omnem prorsus vim dæmonum
deiectam, prostratamque fuisse designe-
tur. Constantiniani autem numismatis,
cuius mentio nobis hæc seribentibus in-
currit, his quidem notis exculpti *Spes*
publica, iconem ex Baronij Annalibus
fideliter excerptam, hic tibi, lector, con-
templandam offerimus.

Alpha, &
Omega quid
significent?

litera Tau
Crucis figura

pro. ca. 2.

Serpens dia-
bolis symbolū.

Euseb. l. 3. c. 3.

Numisma
Constantini
Imp.



Idem quoque & in altero nobilissimo
Maiorani Augusti numismate iisdem
ex Annalibus excerpto perspicue con-
templandum suppetit, in quo præwe-
Tom. II. Rom. Subt.

moratus Imperator vna quidem manu
salutare Crucis vexillum, altera vero
victoriæ simulacrum gestans, ac dexte-
ro pede stygij caput anguis valide con-

V u u u

te-

terens, triumphalibus hisce hinc inde insculptis notis : VICTORIA AAVGGG. intuentium oculis exhi-

betur. Huius autem recolendi numifmatis excerptam fideliter iconem hic habes :



Porro ex recensitis hactenus numifmatibus antiqua principum Christianorum pietas, & anteaكتورum, quibus Crux Christi in orbe vigeat, temporum facies mirifice elucet. Ut ad praememoratum vero anulum oratio recurat, illud postremo loco adijcimus, quod cum serpens prudentiae symbolum describatur, hac utique virtute eum praeditum esse oportet, qui Christianae intentius militiae nomen dat, iuxta id quod ipsemet in Euangelio Dominus praemonet Matth. 10. dum ait : *Estate ergo prudentes sicut serpentes.* Et serpentis quidem prudentia a scriptoribus passim egregie in multis commendatur, quae qui nosse cupit, sacros scriptores consulat.

Matth. c. 10. §

47 De columbis vero idem prorsus hic nobis subtexere liceat, quod alibi attigimus; haec quippe auiculæ candidæ animorum sinceritatis symbolum apte praeserunt, quam idem in Euangelio Dominus condignis laudibus profectitur, suisque haec subdens aptissime commendat : *Et simplices sicut columbae.* Quamobrem, ut in antiquis plerisque sanctissimæ crucis imaginibus videre est, studiosa quidem artificum manu columbae frequenter exprimuntur; quod potissimum in Cruce illa vetustissima, tessellatoque opere artificum manu elaborata apparet, quae hic Romae in celebri Ecclesiae S. Clementis apside, venerandae faciem antiquitatis ad visu exhibens ad hanc usque diem conspicitur: ubi duodecim numero columbae, quae sacrum Crucis vexillum festiuum in morem ambiunt, ad cuius subinde truncum serpens stygius in triumphali velut iam signo subactus subsistit, recolendum beato-

Columba innocentiae ac simplicitatis imago.

rum duodecim Christi Apostolorum, singulari prudentiae ac simplicitatis praerogativa pollentium, symbolum apertissime praenotant. Sub hac enim plane forma sanctissimos olim Apostolos apostolicus vir Paulinus Nolanus Episcopus pennicillo adumbrandos curauit, ut ipsemet carminibus hisce testatur :

*Pleno coruscat Trinitas misterio,
Stat Christus Agno: vox Patris Caelo tonat,
Et per columbam Spiritus Sanctus fluit,
Crucem corona lucido cingit globo,
Cui corona sunt corona Apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.*

S. Paul. ep. 12.

Christiani item, qui sapientissimis arcana quaeque symbolis propinabant, supra ipsammet Crucem, vel certe ad Crucis eiusdem cornua candidas quamplures columbas symbolico rem typo peragentes, pingere consueverant, ut ex hoc plane symbolo intelligere vnusquisque posset, amplissimum, quod suis Deus post exantlatos huius vitae labores seruat caelorum regnum simplicibus vltro patere; id autem idem S. Paulinus ep. 12. ad Seuer. egregie conceptis in rem carminibus edocuit, ubi de eiusdemodi imagine loquens, haec ait :

*Ardua floriferae Crux pingitur orbe corone,
Et Domini suso tincta cruore rubet.
Quaeque super signum resident caeleste columbae,
Simplicibus produunt regna patere Dei.*

S. Paul. ep. 12. ad Seuer.

Cui & aliud Epigramma sanctissimus idem ac disertissimus vir pari quidem eruditione, ac pietate carminibus hisce subtextit :

*Hac Cruce nos mundo, & nobis interfice mundum,
Interitu culpe viuificans animam.*

Nos

Nos quoque perficias placidas tibi Christe columbas,

Si vigeat puris pars tua pectoribus.

48 Verum enimvero si nos interrim singulas descriptæ mysticæ Crucis notas, quas supra adumbravimus, ad Christum salutis nostræ auctorem referamus, præter tria illa primo quidem loco a nobis recensita symbola, quæ eidem expresse congruunt, serpentem quoque eiusdem Christi hieroglyphicum esse iure merito affirmare quis potest, cum Christus id vltro de semetipso loquens edocuerit: *Sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.*

49 Columbæ itidem, quæ tam sæpe studiosa artificum, pictorumque manu sacris imaginibus insertæ conspiciuntur, aptissimū Christi typum intuentibus exhibent, vt complures orthodoxorum Patrum disertis planè in rem præsentē verbis affirmant, inter quos præcipue Origenes to. 3. in Gen. adnumeratur, Hilarius item in ps. 54. & nonnulli alij, qui hanc quandoque in sacrarum ediferendis paginarum monumentis interpretationem proferunt.

50 Porro Latina dicitio seu vox *Salus* quæ annulo exculpta legitur potissima præ cæteris omnibus notis Christo Domino Saluatore, & peculiari quidem symbolo aptatur. Si enim præmemorata ad Crucem ipsam vox referatur, quis nesciat, quod vnico duntaxat Crucis ligno totius humani generis salus, quæ fatali quondam ligno exciderat, diuinitus repatata est, sicut congrue in Crucis obsequium canit Ecclesia: *O Crux venerabilis, quæ salutem attulisti miseris.* Et iuxta id quod alibi fideles ad iuges gratiarum actiones prouocans insonat: *Per sanctam Crucem liberati sumus.* Et illa item verba in perpetuum Crucis honorem & monumentū dicata: *Per lignum serui facti sumus, & per sanctam Crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos.*

51 Verum enimvero si ad Christum Dominū eandem salutis vocem consulto quis referat, is profecto, quod constanter fide protestemur, vnica & certa est omnium salus, vt illis consone suppliciterq; vocibus redemptionis nostræ beneficiū recolens canere consuevit Ecclesia:

Ecce lignum Crucis, in quo Salus mundi pendit. Et iuxta id, quod alibi cunctorum fidelium animos ad tam insignem recolendum iugiter mysterium inuitans, repetit: *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est Salus, vita & resurrectio nostra; per quem saluati, & liberati sumus.*

52 Demum si vocem hanc ad serpentem, qui typo præfertur, referre libet, quis quæso vel antiquas scriptorum paginas excurrens, quod plerique norunt adhuc tamen crassa minerua ignorare, comprobetur, nec se aliquando in peruetulis eorumdem codicibus perlegisse meminerit, serpentem videlicet apud ipsosmet gentiles communi omnium voce præoptatæ hieroglyphicum salutis extitisse? Quapropter illum quidem Æsculapio, vt ethnici perperam fabulati sunt, medicarum artium Deo adscribentes, sacrum dixere: & in quamplurimis item numismatibus eiusmodi vocis dictione insculpta, symbolican serpentis imaginem exprimere, ac designare consueuerant, vt præsertim in Romanorum Imperatorum Galbæ, Traiani, Antonini Pij, Faustinae, Aurelij Cæsaris, Commodi, Maximini, Philippi, Volusiani, aliorumque numismatibus videre est. In numismatibus vero, quæ ab ipsismet gentilibus excudi contigit, recensita hætenus vox illa *Salus*, haud simpliciter ac absolute vnquam, sed semper cum additamentis legenda præfertur: *Salus* videlicet *Augustorum*, vel *Publica*. *Salus* enim, quam vltro Imperatores illi futiliter ac perperam se præstituros iactabant, eorum duntaxat ditioni subiectos, haud exteros extraneosq; vltatenus respiciebat, ac ad eorumdem molumenta protendebatur, & tamdiu sperandæ ab eorumdem manu salutis facultas suppetebat, quamdiu ipsimet Imperatores, qui securitatem pollicebantur, inter viuos degerent. At potiori veræ felicitatis omine ampliorique Christianorum Imperatorum auspicio præmemorata dictioni *Salus*, quæ Cœmeterialis ite annulus insculptus est, nullum profors additamentum subest: Christus enim Saluator, qui hoc nobilissimo hieroglyphico vnice prænotatur, præoptatam humano generi salutem sospitemq; solus, ac perennem nullisque terminis circumscriptam felici-

Serpens 2
Moyses exaltauit
Christi
symbolum ge
rebat.

Isa. 53.

Orig. in 3. in
Genes.
Hil. in ps. 54.

In Cruce ho
minum salus.

Ant. in off. de
Cruce, l. xal
S. Crux.

Salutis hiero
glyphicum
serpens oliu
constitueba
tur.

Crucis virtuti
et victoriam
Constantinus
adferre.

Euseb. in vit.
Const. l. 33.
Euseb. in vit.
Const. l. 33.
aa. 312, n. 63.

cite contulit. Quod patentissimis quidem notis Vrbi, ac Orbi ad perenne monumentum, vt res conficiatur exemplo, Magnus ille Constantinus, victor in Urbem rediens partam tum victoriam, tum salutem Crucis potissimum virtuti, & Christi potentie ascribens testatum voluit. Quippe qui salutaris erecto, vt Eusebius narrat, Crucis vexillo, victoriales publicæ salutis obsequio notas dedicauit: *At ille, Eusebius inquit, vropetate in Deum, tanquam naturaliter menti insita imbutus, non applausu illo populari, & strepitu insolenter se iactans, non laudum elatus præconio, sed præsidij a Deo allati admodum conscius extemplo preces cum gratiarum actione auctori victorie impertit, atque illustribus inscriptionibus, columellisque erectis omnibus hominibus salutaris Christi signi virtutem promulgauit. Inque Vrbe media, quæ præ cæteris principem locum facile obtinet, ingens istud trophæum contra hostes erexit, & hoc salutare signum characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculptis, Romanorum, aliorumque eiusdem Imperio subiectorum propugnaculum esse demonstrauit, palamque omnibus proposuit ad intuentium. Ac statim vbi erectum hæstibile ad formam Crucis in manum proprie imaginis in statua expresse insertum Romæ in loco celebri, ac multum a populo frequentato locatum fuit, hanc inscriptionem Latino sermone in eo mandat incidere:*

HOC SALVTARI SIGNO
VERO FORTITVDINIS INDICIO,
CIVITATEM VESTRAM
TYRANNIDIS IVGO LIBERAVI,
ET S. P. Q. R. IN LIBERTATEM
VINDICANS PRISTINÆ
AMPLITVDINI ET SPLENDORI
RESTITVI.

Plus igitur Imperator ista Crucis virtutis confessione nobilitatus, cum magna dicendi libertate Filium Dei ipsi Romanis palam vulgare cepit. Hæc de salute ipsius Crucis vexillo, ac Christi virtute sub felicissimo Constantini principatu Romanis arcibus inuecta, partaque Romanorum ditioni pace Eusebius ingerit, quæ dum de antiquo Christianorum annulo disserimus opportune in rem præsentem subtexere volumus.

53 Reliquum nunc est, quoniam ad calcem deuenimus, vt postremo tandem

loco secundum Subterraneæ Romæ volumen nouissimò altero annulo, qui ex antiquitate petitus, sacrosanctum Christi nomen Græcis exaratum litteris, & haud obscura Christianæ pietatis vestigia intuentibus exhibet, obsignemus. Nostros etenim (si qui sunt) labores lucubrationesque vniuersinoque Deo, ac sacrosancto eiusdem nomini *cui soli omnis honor & gloria*, dicantes, inscribentisque, vt Psalmistæ iugiter vocibus resonat, probe meminimus: *Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* In præmemorato autem annulo, cuius hic tibi iconem exhibemus,

Annulus veterum Christianorum.



venerandum Christi nomen consueto Christianorum more, ac ritu exculptum alijsque nonnullis insuper symbolis apprime nobilitatum offertur. Columba quippe sacrosanctum Redemptoris nomen, & Crucis viuificæ signum festiuis oculis respiciens, stella desuper emicante, intuentibus contemplanda proponitur.

54 Quid mirum autem nobis videatur, si Christiani ipsismet digitalibus, ac signatorijs annulis Christi passim nomen insculperent, qui eiusdem virtutem, ac gloriam animo, ac cordi insculptam iugiter circumferebant? Quisquis vero conspicuos Cœmeteriales, vt iam vidimus, lapides, & ipsosmet nunc annulos salutaribus istis characteribus Christi nomen præferentibus prænotatos inspiciens, non illa probe Prudentij carmina meminerit:

— que iam littera Christum
Non habet? Aut quæ non scriptorum
armaria Christum
Laudere ferat?

Et paulo post immensam diuini nominis virtutem recolens, quo cuncta Christianis præstari bona, ac prospera obtingere consueuerunt hæc subtexit:

O nomen perdulce mihi lux & decus, & spes

Blan-

Christi nomen
Christianis fo
lemnissimum

*Blandus in ore sapor, fragrans odor, irri-
guus fons.*

Hoc plane diuinissimum Christi nomen antiqua Christianorum monumenta inuentium oculis ingerunt, insonant auribus, extinctorum, immolatorumque pro fide eius ac si recenti adhuc odore cadauera fragrant, redolent, irriguoque hoc bonorum perennium fonte Cœmeteriales Ipseluncæ, ac tota Subterranea, vt ita dixerim, Roma, vel crebra inter martyrum spolia, ac sepulchra, vnâ adhuc cum sanguine vberime stillat, ac irrigatur. Iure igitur veneranda antiquorum pietas ex hoc vno maxime clucet, quod heroes primæui, vt in nostris hisce paginis iam enarratum est, tum cordi, tum capiti, tam manibus, quam lingua, coronis, vel tibus insuper, annulis, ac lapidibus Christi nomen honoris gratia præferrent.

55 Columbæ item symbolum, vt probe annulus iste, quem modo protulimus, intuentes edocet, Christianis olim vsitatissimum extitit: eo quippe ad sacrorum arcana mysteriorum, profano abolito gentilium ritu, delibanda sapientissime utebantur. Neutiquam enim viri pietate conspicui, etsi Columbæ imaginem vsurparent, quod perperam gentiles delirando præstabant, religionis eidem cultum tribuebant. Nam vt albas Persæ columbas, ob intestinum, quo lepram odio prosequabantur, inuisas iugiter habuere; dissimili eadem ratione Babylonij, ac Syri diuinis honoribus cumulando, velut Cæli numina propensius colebant, vt Xenophon, & Lucianus rei testes locupletissimi sunt: Syrorum autem nomine hi potissimum, qui feracissimas olim Palæstinorum regiones incolebant, veniunt, vt suis apte in rem præsentem Tibullus carminibus ingerit:

*Quid referam, vt volitet crebras int. a. cl. a.
per vrbes*

Alba Palæstino sancta columba Syro.

Quod congestis item ad assertionem valide obscurandam, argumentis Antonius de Gucura in Abacuch 1. n. 154. fulcite contendit. Quapropter regij Psalmistæ verba ps. 67. *Si dormiatis inter medios ceros:* (id est, vt ille concinne explicat, inter sortes, hostiumque vestrorum Philistinorum terminos eritis) sicut

pennæ Columba dea argentatæ, ac si diceret: criticis candidi, intacti, & ab eorumdem vi albæ instar Columbæ illæsi, cuius posteriora quidem sunt in pallore auri, id est, aureis maculis variegata. Securitatem quippe his verbis ab hostili impetu, ac furore eisdem, vel inter medios, confertofque inimicorum conecos, inter quos degebant, repromittens, haud quidquam molestiæ a præualentium manu perpeffuros, sed nouo inusitatoque prodigio, cum hi ipsimet Palæstinis in coronæ formam cingerentur, iisdem tamen vitro timori ac religioni pariter futuros, & non secus ac albam, festiuamque columbam, quam nemo eorum religionis, ac obseruantie metu, haud dumtaxat lædere, sed nec vel leuiter attingere, audeat, Deo, inquam, protegente, securos fore pronunciat.

56 Porro ob hanc potissimum causam, vt arbitrari fas est, dum sacro in Iordani fluentis baptismate Christus ablueretur, sub columbæ simbolo Spiritus sanctus descendens in Palæstina se videndum e Cælo obtulit: blanda enim auiculæ huius imago oculis exhibitæ, tunc temporis augustissima ibidem erat. Ex quo autem religiosus hic cultus apud eas potissimum nationes originem traxerit, si altius rem inuestigando quispian assequi cupit; Græci quidem Palæstinos columbam in Rheæ, quæ pluuijs præsidet, honorem coluisse arbitrantur: quæ enim fluo auribus sonat: Assyrij namq; vel inter anilium fabularum commenta delirantes, ex aere, & aqua rerum omnium constare principia existimabant, hinc vero pro aqua pisces; utpote Dagonis idolum, pro aere autem, ex quo pluuias in terram aquæ delabuntur, aeream præcipuo honoris cultu columbam profecuti fuisse creduntur. Etsi planiorem Diodorus Siculus, alijque rationem ingerendo, præmemoratos quidem populos columbam in Semiramidis Assyriorum Reginæ honorem, aut potius Semiramidem ipsam sub Columbæ simbolo, eo quod, vt Gnidius scribit; cam adhuc infantem a Columbibus nutritam eic sama percrebuerat, coluisse constanter affirmant. Nec longe quidem ab assertionis proposito ipsiusmet nominis deriuatio aberrare videtur: Semiramis enim Syriacæ auctem significat.

Gen.

Columba eiusque
hieroglyphi-
cum.

Columbæ al-
bæ Persis exc-
crabiles.

Syris amicæ
& sacre.

Xenoph. in
cro. 129.
Luc. in Dio
57.

Tibull. in 67.

psal. 67.

Columbæ a
Palæstinis in
honore habi-
ta.

Semiramis
sub columbæ
typo.

Gnidius

Gentiles igitur fabulis fabulas intexentes, quamprimum a columbis enutritam, eandem subinde post mortem, in columbam conuersam esse, futili errorum, ac infanz superstitionis commento propalarunt. Fidis igitur deliramentis rem adumbrantes, componentesque, errandi ansam temere aucupati sunt: quamobrem anile Babylonij ad religionem commentum deriuantes, in militaribus vexillis, ac labaris quid veluti sacrum Columbam præferebant, & inde Columba eorundem exercitus dux præuia in historialibus quoque paginis dicitur. Iudæorum enim stemmati insigne istud ac militare Chaldæorum labarum opponi videbatur: nam Leonem nobilissimum stemma Iudæ, ac Iudæorum gentis insigne extitisse, quis nescit, vt ex Genes. cap. 49. nu. 9. Sanchez edisserit.

57 Certe multiplicium auium, animaliumque imagines in vexillis olim gentilium præferri consueuerant. Cyrus enim aquilæ præ cæteris insigne præferendum sibi voluit, quod cæteri postea Persarum Reges accepto permansu exemplo æmulati sunt. Pari item ratione sola dumtaxat a C. Mario, vt Plinius ait lib. 10. cap. 4. in Romanorum aciem inuectā est; cum antea cæcis quidem temporibus in militaribus Romanorum vexillis lupi, minotauri, equi, apri imagines tantum deferri mos fuisset. At demum Constantinus Magnus eundem animalium a labaro imaginibus expunctis, reiectisque, haud aquilam, sed Crucis dumtaxat viuificæ signum, vt Ambrosius ait, infixō insuper Christi nomine veluti certum victoriæ omen dedicauit. Sed his interim de militari Columba, ac militarium vexillorum insigni vel obiter enarratis, plura qui vult de Columba apud Pierium Hieroglyph. cap. 22. consulat.

58 Vt ad annularem vero, in modo ad Cœmaterialem potius Columbam nostrā nunc oratio redeat, columba, quæ tam frequens Christianis extitit, multiplicium quidem mysteriorum pompam præfescit. Ipse enim Deus aliquando, vt Gregorius edisserit, symbolice adumbratur, vt Hieremiæ cap. 26. num. 38. *Facta est, inquit, terra eorum in desolationem a facie iræ Columbæ a facie iræ furoris*

Domini. Sed audi Gregorium: *Columba, inquit, est Deus, quia simplex est, & aquabilis, mansuetus, immutabilis, & cum irascitur, punitque Iudeos per Chaldeos, ira non perturbatur.* Congrue autē per auiculam, quæ cum felle careat, prouocata tamen vehementius excandescit, Dei ira exprimitur, vt D. Thomas his plane verbis: *Deus per patientiam, inquit, habentis fuit Columba, iam per vindictæ vehementiam Leo futurus est.*

59 Porro symbolica Columbarum imagine Apostoli quoque in Ecclesia, vt dictum est, a Christianis frequenter designati sunt, & præsertim Isaïæ c. 60. v. 8. *Qui sunt isti, inquit, qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas.* Ibi enim Propheta mystico loquendi vsus tropo fideles nubibus, ac Columbibus comparat: & ex Gregorio hom. 18. in Ezechielem 10. Hieronymo, Ruper- to, & alijs per nubes, atque Columbas Apostoli, diuinique verbi præcones apte designantur. Quapropter concinne Septuaginta vertunt: *Sicut columbæ cum pullis suis*, ac si Apostoli vnā cum discipulis; ac fidelibus intelliguntur: *Resle prædicatores sancti nubes*, inquit Gregorius, *appellati sunt, quia verbis pluuu, miraculis coruscant, &c. quia in terra viuentes, extra terram fuit omne, quod egerunt: volant enim, qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nil appetunt, qui & ad fenestras suas quasi Columbæ sunt, quia pro mansuetudinis suæ spiritu in hoc mundo per oculos nil concupiscunt.* Hæc de mysticis ibi Columbibus Gregorius Magnus. Quo plane annulari supra recensito columbæ hieroglyphico illud mystice, quod fuis semel, atque iterum Euangelicis in tabulis Christi inculcare consuevit, prænotari credimus: *Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Cautē, inquam, Christianos Redemptor adhuc præmonet, vt speciosam hanc exhibitam oculis imaginem intuentes, etsi pœnale, funestumq; Crucis signum vltro amplexandum suggeratur columbæ tamen iunctam mititati innocentiam, cui promptum expeditumq; alarum ministerio ad astra iter panditur, sibi preferendam esse intelligant. Columba quippe velocissimo præ cæteris auibus volatu in aera fertur, iuxta illud poetæ:

Babylonij in labaris militari- bus columbam depingebant.

Terem. s. 46. v. 13. & i. 50. v. 25.

Gen. c. 49. n. 9.

Cyrus aquilæ imaginem in vexillis præferbat.

Plin. l. 10. c. 4.

Constantinus Crucem.

Ambros. ep. 29.

Pier. hier. c. 22.

Hier. c. 26. n. 38.

D. Tho. in loc. Hierem.

Apostoli per columbas significentur.

Isa. c. 60. n. 8.

Greg. ho. 18. in Ezech. Hier. Ruper.

Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.

Quapropter olim Pfates regius columbæ sibi pennas cælitus aptari præoptabat: *Quis dabit mihi pennas, inquit, sicut columbæ, & volabo, & requiescam.* Quod & mystice ad lætissimæ huius auiculæ innocentiam Ambrosius his plane verbis referre visus est: *Puto etiam, inquit, in ipsis auibus ideo velocius columbam præ omnibus volitare, quod alacritatem & innocentiam comitetur.* Et regij subinde Vatis voces, ac vota columbæ pennas auxie, anhelantis intexens, isthæc ait: *Intellegebat enim, quod altiora facilius penetrabat simplicitate mentis, quam leuitate pennarum.* Mundicia quippe candidæ huic auiculæ singulari præconio arridet; illibatum enim candorem se cæno nullatenus immiscens seruare satagit: quapropter innocua quidem a Noemo columba inter fluctuantis orbis procellas ex Arca primum emissa, cum loca cuncta cæno, cadaueribusque oblitata comperisset, celeri protinus in arcam, ex qua prodierat (vt sacræ testantur paginæ) volatu redijt: *Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessasset aqua super faciem terra; que cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam.* Quippe vt egregie Chryostomus in rem præsentem edisserit: *Adhuc, inquit, mundantium aquarum, que ingruerant, cæno & luto plena erant & ipsa montium cacumina, & ideo columba nouitum stare, neque conuenientem cibum sibi inuenire valens, reuersa est.* Illibatus igitur animi candor auiculæ huius terrena singula tam caute inquinamenta declinantis symbolo vel tum maxime commendatur, vbi Christus Saluator proprio crimumin maculas cruore in bapismate abluens, omnimodam reis (vt Ioannes Apostolus ait) vitæ nouitatem, ac innocentiam contulit: *Qui lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Præmemorati vero annuli ex ære elaborati iconem typis diligenter excerptam nostris hęc Subterrancæ Romæ paginis Ioannes Baptista Casalius amicus noster vir singulari tum pietate, tum eruditione cõspicius, ac de sacra pariter antiquitate optime meritis, nostris, inquam, hęc paginis inferendam voluit: cui tu interim, studiose lector, venerande, quod pos-

fides, antiquitatis monumentum acceptum referas.

60 Et nos hanc interim genuinam, mystici, quem contemplandum obtulimus, annuli elucidationem arbitramur: singulis tamen tam rerum, quam signorum symbolis, quibus pretiosissimis velut intextis gemmarum lapillis illustratur, diligentiori ipsius lectoris trutina ad expendendum relictis, quæ hic obiter summatimque duntaxat recensuimus. Qui profecto annulus opportune quidem præmemorati viri dono ad nostras tunc manus venit, cum supremam iam primo huius Operis volumini manum admoueremus: at hic consulto inferendum, apponendumque seruauimus, vt nobili Christianæ pietatis, ac recolendæ iugiter antiquitatis signo ac sigillo vnâ cum altero pariter annulo (cuius supra mentio incidit) nouissimas Subterrancæ Romæ elucubrationes, sacrorumque Cæmeteriorum paginas obsignâtes, ipsiquemet posteritati, ne quid vlla vnquam temporum iniuria ac obliuione interciderat, consignantes, locupletissimo orthodoxæ, illibatæque fidei testimonio Opus, quod in præsens absoluius, valide communiamus.

61 En igitur, pie ac studiose Lector, triplici recensito circulari annulo, aptis, opportunisque ad fidem candidè sincereque obfirmandam acceptis ab antiquorum manu sigillis, sacrum totius Subterrancæ Romæ, quam curiosis hætenus oculis perlustrauimus, iter ac recolendorum Cæmeteriorum post longas viarum ambages, & post multiplicium semitarum diuerticulum peregrinationem, Deo votis feliciter aspirante, concludimus, atque obfirmamus, nostrasque elucubrationes (quod ijs potissimum, qui incerto huc illuc tramite vagantur, obtingere consuevit) non absque ingenti labore, vtinam pari prouentus vberi spe, absoluius.

62 Illud vnum nobis denique superest, vt beneficiorum memores, condignas immortalis Deo gratiarum actiones post diutinum suscepti itineris pensum, ac multiplices difficultatum ambages, e quibus, subterranea loca perscrutando, tandem feliciter emerimus, persoluentes dicamus: *Ipse duxit, & reduxit nos.*

Et

Tob. c. 12. 3.

Ancid. 4.

Psal. 54.

Ambros. ser. 16. p. 55.

Ambros. loc. cit.

Columba munditici amica.

Gen. c. 8. n. 8.

Chrysostr. in Gen.

Luc. 13.
 psal. 67. u. 10.
 Eo quippe viam errantibus præmonstrante, vt Ioannes ait, *suerunt praua in directa, et aspera in vias planas*. Festiuus igitur cum Psalmista vocibus personemus: *Prosperum iter fecit nobis Deus salutarium nostrorum*. Si quid vero in his Subterraneæ Romæ paginis minus apte, compecte minus, vel forte parum consone prolatum videatur, quod certe nobis inuitis, nolentibusque cala-

mo obrepser, illud nunc cassum, irritumque volumus: totum enim, quidquid laborum atque elucubrationum nostrarum est, totum, inquam, quo par est, deuoti, submissique animi obsequio, sanctæ Romanæ, Catholicæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ iudicio tanquam lydio lapidi discutiendum, examinandum, dijudicandumque remittimus.

F I N I S.



APPENDIX

AD ROMAM SVBTERRANEAM.



VM ea duntaxat, quæ mira Deus sapientia condidit, suis veluti numeris absoluta, omnimoda perfectione gaudeat haud ipsam addi quidquã, vel demi ab humani ingenij perspicacitate potestis, quapropter illud in rem præsertim sapientis oraculum satis decantatum est: *Didici (inquit) quod cuncta, quæ fecit Deus perseverent in perpetuum, non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, ut timeatur.* Verum quoniam Dei seclusis operibus cuncta, quæ hominum sunt, se ipsis mutila, ac imperfecta censeantur, in ijs aliquid ultra desiderari semper contingit, ut quid perfectum, absolutumque esse conuincantur. Hoc plane nostris hæc elucubrationibus, ac Subterraneæ Romæ paginis accidit, quibus nonnulla, quæ suo minus apte loco edisseruisse videbamur, hic ad operis calcem in studiosi gratiam Lectoris dilucidasse, & additionum instar subtexere opportunum visum est.

Post absolutum igitur totius Subterraneæ Romæ iter, nonnulla, quæ iter excurrendum antiqua Martyrum Cœmeteria, scribendumque, vel prætermisimus, vel certe minus congrue, quam par est, explicuimus, ut nostro satis muneris, ac Lectoris desiderio fiat, congestis hætenus, enarratisque subijcimus. Interim vero, amice Lector, illius Euangelici memor oraculi: *Quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo;* Haud inique feras, si post completum iam itineris pensum, ad pauca isthæc vltierius reuiscenda, percurrendaque pedem iam festum defatigatum reuocamus.

Illud igitur in primis, & consulto quidem præmittimus, quod lib. 4. cap. 37. pag. 335. huius nostri operis, cum de inuictissimo martyre Sebastiano, vel obiter sermo recurreret, ac de Urbani Papæ VIII. fel. recor. pietate, lateritaniam quamdam martyris eiusdem tabulam, in Priscillæ Cœmeterio adinuentam recolentes, in hæc plane verba suggestimus: *Qui & locum insuper in Vrbe ad Cloacam maximam, in quem venerandum corpus sub Diocletiano proiectum, & inde à Lucina Matrona honorifice sublatum fuerat, in nobili gentium suorum sacello intra Ecclesiam S. Andreae (ut vulgo dicunt) de Valle, singulari pietate excoluit, & hoc specioso titulo, ad augendum loci cultum illustravit.* Inter scriptus igitur lapis, qui apud præmemoratam B. Andreae, ut præfertur, Ecclesiam in Barberinæ gentis sacello extat, & velut recolendus sacræ antiquitatis index pariter, ac monumentum legitur, martyris eiusdem

corpus ibidem intra Cloacam Maximam, piæ lectissimæ matronæ manu adinuentum, exceptumque fuisse legentibus indicare videtur; quod ut clarius innoscat, titulum ipsius hanc conceptum, exaratumque notis ibidem subijcimus.

Sanctus Sebastianus miles Christi fortissimus, sagittis Diocletiani iussu configitur virgis caditur, in cloacam deicitur: inde à Lucina matrona Romana, eius in somnis monitu eximitur & in Calisti cœmeterio conditur; facti indicem plebs olim veneranda adiculam excitauit, cuius hic nuper altare maius cum apside stetit. Hanc Sixtus Quintus Pont. Max. ea lege æquari solo permisit, ut illius pars noua adis ambitu includeretur. Ad restituendâ loci religionem reique memoriam Maphæus S.R.E. Presbyter Card. Barberinus, Signatura iustitiæ Præfectus hic voluit extare monumentum ann. sal. 1616.

Hæc sunt, quæ in recessu lapide prænotata legentibus occurrunt, & quæ nos, ut venerandæ antiquitati consultum sit, retulimus; haud quid tamen certi hac super re statuere, & firmam, constantemque sententiam definire voluimus, quod & quampluribus item locis seruatum est, nobis enim antiquæ duntaxat rei monumenta, in medium proferre satis fuit; rerum ramen rationes, altiori subinde perferatâs indagine, & seueriori expendendis, librandisque trutinâ relinquere propositum fuit, nam cuncta, quæ cœmeterialibus in paginis vel obiter dicenda se offerunt discutere, elucidare, definire, ac confirmare nobis, cœmeteria ex professo percurrentibus, facultas neuriquam suppedit. Verum quoniam opportune hic sermo incidit quid in præsens de præmemorato Cloacæ loco, in quo martyr Sebastiani corpus quod Lucinæ cœlitus patefactum est, deliuit, quem videlicet iuxta Circum exitisse describitur; quid, inquam, asserendum, pronuncian- dumque, sit pijs, ac prudentis, cui id remittimus Lectoris iudicium esto.

Verum si quis interim sacræ insistentis antiquitati, locum hunc ipsummet, qui in martyris eiusdem Actis designatur, esse contendat, haud à recto longius tramine aberrare conuincitur; id enim, ut antiqua fert traditio (quod in rebus ad sacram spectantibus antiquitatem maximi momenti est) sacra ibidem in eius honorem edificata pia fidelium manu ædicula valide confirmat, quæ peculiarem sibi in Vrbe cultum promeruit. Hæc autem sub Sixto V. Pont. Max., ut supra enarratum est, hæc lege, solo æquata fuit, ut in nouo, ac splendido B. Andreae Apostoli, quod nunc ab Alexandro Cardinali Montalto S. R. E. Vicecancellario, re-

gij sumptus ac magnificentia extruebatur, rei memoria subsisteret. Probe autem iam nouimus, nonnullos huic, quam paulo ante recensimus, sententiæ haud inhære, qui locum hunc neutiquam ipsummet, qui in actis inuicitur, agnoscentes, asserunt subinde Cloacani, quæ in actis velut digito indicari videtur, ante Septisolum, aut Septizonium, idest iuxta D. Gregorij Ecclesiam, & Circum prope Maximum antiquis temporibus extitisse. Verumenim vero licet prolata in medium opinio probabilibus rationibus fulciatur, haud probabilioribus tamen, quam primo loco recensita quorundam assertio, cui sacra insuper traditio fauet, argumentis innititur. Quippe, vt diserte Severanus noster in libro septem præcipuarum, vrbs Ecclesiarum edisserit, etsi martyr Sebastianus cum se per visum Lucinæ Matrone videndum obtulit, eidem de suo corpore in Cloaca, quæ iuxta Circum sita erat, adinueniendo enunciauerit, nullatenus tamen verbum quo apte, expressæque Cloacæ locus deprehendi, ac dignosci posset, perquirenti subiecit, videlicet *iuxta Circum maximum*. Sed nudis re, intercisisque verbis obuoluta, atque ambiguo significationi relicta, illis plane notis vsus est: *In Cloaca, que est iuxta Circum &c.* Sed integria ipsorummet actuum verba hic proferamus: *Tunc S. Sebastianus apparet noctu in somno S. Lucina cuidam matrone religiosissime dicens: In Cloaca illa, que vt iuxta Circum, inuenies corpus meum pendens in vincto. Quapropter cum locus, qui à nobis hætenus memoratus est, iuxta Agonale (vt patet explorantibus) Circum, itemque haud procul à Circo Flaminio, qui à D. Catharinæ templo, vulgo Funalium, ad D. Helenæ Ecclesiam olim protendebatur, situs fuisse comprobetur, commode ad locum hunc ipsamet martyris Sebastiani verba referri posse videntur. In actis enim Cloacæ maximæ illis verbis mentio incurrit: *Tulerunt ergo corpus eius noctu, & in Cloacam maximam miserunt &c.* Extructaque ibidem, pia fidelium manu in rei gestæ memoriam, quæ diu persistit, adicula, omnem prorsus, qui alicuius menti subrepere possit, ambigentibus adimere serupulum videtur. Præterea, quod etiam si aduersarijs vltro, Sebastiani martyris corpus ad Septizonij Cloacam, vt pote Campo, in quo sagittis confossus est, propinquiorè subinde, proiectum fuisse concedatur vt quid tandè martyris ibidè corpus inter aquarum vortices immobiliter fixum persistit, se coniungitur: cum præsertim aquarum, quæ in Cloacam maximam vberime insuebant, (enauigari enim poterant) impetu proiectum circumferri corpus & eo loco, in quo pia fidelium traditio adiuuentum recolit, destitui poterit. Hinc autem sententiæ Baronius ipse vel tacite ad stipulari videtur, dum in suis ad Mart. Rom. notis sub die 26. Augusti hæc habet: *Hæc de Vrbs, Cloacis sepulchris SS. Martyrum, quorum sepe corpora in eas proiecta reperiuntur, et etiam factum constat de corpore S. Sebastiani clarissimi mart. quod (vt eius acta testantur) in Cloacam maximam proiectum fuit. Hæc ibi Baronius. Hæc autem nos haud postquam lectori in re admo-**

dum dubia sententiam propinantes, obfirmantesque, sed vel obiter pro sacra, ac venerandæ; nec non mordicus retinendæ antiquitatis cultu, ijs tamen qui rem ex professo edisserunt, maturius expendendam relinquentes, isthæc pauca subijcere volumus.

Nunc vero, vt à cloacis ad Thermas oculos pariter ac pedem conuertamus, nos supra lib. 4. cap. 44. pap. 375. huius Subterraneæ Romæ, cum de Thermis, intra quas à D. Syluestro Papa ecclesiam erectam, dicatamque & Romanum insuper primum Concilium celebratum fuisse asserimus, easdem Thermas in titulo, quem præfiximus, Domitianas appellauimus, quod certe quibusdam, vbi volumen ad manus veniet & rem oculis explorabunt, admirationem vocabuli nouitas ingeret, secum enim quispiã & forte stomachabundus dicet, vt quid titulus iste? *De Subterraneis* (videlicet) *Domitianas, siue Traianis Thermis & de antiqua B. Syluestri Pape intra easdem Thermas Ecclesia, que non nullis ab hinc annis innouit.* Quippe aserti rationem tituli nullam videns, mendum profecto irrepsisse titulo existimabit, dum pro Titianis, Domitianas, siue Traianas à nobis easdem inscribi Thermas comperit, sed paucis hic nostri consilij rationem pio, ac studioso lectori suggerere haud ab re visum est.

Et quidè hoc plane loco (vt veritati locus sit) suas à Tito Imperatore Thermas magnificentissimo quondam opere excitatas fuisse, profanis id passim scriptoribus asserentibus quis nescit? quod nos nec temere nunc in controuersiam adducere, aut certe negare antiquis vltro scriptorum paginis continecendi, nulla ratione audemus, neque intendimus. Probe enim ex Suetonio, iuxta amphitheatrum, Thermas quoque à Tito Imperatore constructas his plane verbis didicimus: *Amphitheatro (inquit) dedicato Thermisque iuxta celeriter extructis, munus apparatusissimum, largissimumque dedit.* Marlianus vero, vbi de Carinis, ac de Titi Imperatoris domo, & de Exquilij agit Thermas Titi prope eisdem, domum ad locum, qui nunc vulgo, dicitur Septe Sale ab omnibus haud longe videlicet ab Ecclesia D. Petri ad vincula sitas olim fuisse describit: sed eius hic verba, si libet excipiantur. *Thermarum autem Titi Imper. vestigia extant in eisdem Carinis iuxta Amphitheatrum, vt in superiori cap. ex Suet. apparet. Quas maxima celeritate perficisse ostendit etiam Martialis his versibus:*

*Hic ubi miramur velocia munera Thermas
Abstulerat miseris tella superbus ager.*

Quod autem Titianæ ibidem Thermæ olim extiterint, tum probatorum scriptorum auctoritate, tum antiquis, quæ extant, marmoribus, velut certis indicibus vltro coniungitur, nam inscripti ibidem, vt Marlianus ait, lapides eiusmodi velut digito rem notis præmonstrantes adiuuenti sunt. In his autem (inquit ille) duo marmoris frusta inuenta sunt, in quorum altero erat stroma sculpta cum titulo hoc: *lous in altero vero hæc verba: Vespasianus Aug. per collegium Pontificum fecit. Domum eiusdem Titi fuisse prope Ther-*

Severanus li.
de septem Ec-
clesiis in Ec-
clesia S. Sebast.
fol. 448.

Añ S. Sebast.
marty. Cod. Lat.
Vat. 8.9. 10.
S. Petr. Vallis.
t. 3. 6.

Añ S. Sebast.
marty. Apud Bn
rosium tom. 1.
ar. 12. 8. n. 26.

Baron. in not.
ad Mart. Rom.
die 26. Aug.

Suet. in vita
Titi.

Bartholomæus
Marlianus, de
vrbis topogr.
lib. 4. cap. 14.

Marlianus ubi
supra.

mas, eumque locum, quem Septem Salas vulgus vocat ex eo constat, quod ibi Laconis statua est reperta: quam in eadem domo collocatam esse asserit Plinius his verbis. Lacon in Titi Imperatoris domo opus omnibus & pictura & statuaria artis praefendum; ex quo lapide eum, & liberos draconumque mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices Agelander & Polydorus, & Antenorodorus Rhodis. &c. Cum ex antiquis igitur scriptoribus Titi Thermas in Exquilis, prope eisdem domum sitas fuisse compertum, indubitatque omnino sit, quae causa ad alium Thermis eisdem titulum praefigendum concinnandumque scribenti suppetere potuit.

Verum nos, ut animi consilium aperiamus Domitianas, haud Titianas eisdem consulto nuncupavimus, ea potissimum ratione, ut rem sincere fateamur; adducti, quoniam sub eiusmodi plane titulo haec in sacris factis Thermis describuntur, Domitianae etenim, vel Traianae, haud alio passim titulo recensentur, quapropter dum in sacro hoc Subterranea Romae opere antiqua monumenta congescimus, ut sacris potissimum, a quibus investigandi lucem accipimus, & quos itineris duces sequimur, scriptoribus inharcemus, eo plane titulo quo ab eis indicantur, nos quoque praenotare volumus. Probe autem, Damasci, ac ipsius Bibliothecarii verba recolentes, nostris eiusmodi titulum paginis inscribere non dubitavimus. Bibliothecarius quippe, ut eius auctoritate titulum praemoniamus, Thermas istas, ubi de Siluestro Papa sermonem ingerit, Domitianas his plane verbis appellat: *Hic fecit in Urbe Roma* (inquit ille): *Ecclesiam in praedio cuiusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius iuxta Thermas Domitianas, quem titulum Romanum constituit, & usque in hodiernum diem appellatur titulus Equitii.* Damascus quoque, ut ex M. S. qui apud Vaticanam Bibliothecam extant, Codicibus recensito paribus verbis Bibliothecario subscribens, haec ait: *Eisdem temporibus constituit B. Siluester in Urbe Roma titulum suum in regione tertia iuxta Thermas Domitianas, quae cognominantur Traianae, titulum sancti S. Siluestri.*

Ex quibus, ut palam videre est, Thermas, quae a Tito primum erectae sunt, Domitianae immutato titulo, nobis palam velut digito praemonstrantur, quod & in primo Conciliorum canonice, ubi de Siluestro mentio incurrit, in hac plane verba de eisdem Thermis disseritur, videlicet: *Ex quoniam Mater Ecclesiae genuerat filium charissimum: Constantinum, Silvester Episcopus Urbis Roma collegit universam synedum episcoporum cum consilio Augusti, vel matris eius, & fecit parari in Urbe Roma iuxta Thermas Domitianas, quae nunc cognominantur Traianae. Collegit autem in gremio sedis suae.* De hoc item loco Baronius tom. 3. Annalium Ecclesiasticorum agens, ista haec apte in rem praesentem subjicit: *Collectum autem fuisse (inquit ille) concilium praememoratum in Thermis Traiani in gremio sedis suae, in primo capite reperitur expressum. Erat locus ille vicinus a Siluestro nuper receptus quem Constantinus Imperatoris pluribus exornavit atque redditibus locupletavit.*

Ex his igitur omnibus praememoratis Thermarum locus, ubi a Siluestro titulus erectus est, & primum Rom. Concilium celebrari contigit suppreffo Titi nomine sub Domitiani potissimum, quo nos plane inscripsimus, titulo innoscit; Thermas autem, quarum mentio incidit a Tito Imperatore, ut profani passim scriptores edocent, extractas fuisse, sed a Domitiano postmodum, qui eidem in Imperio successit, & a Traiano, quippe qui vberimis eadem aquarum venis multiplicique ornamentorum genere conspicuas reddidit, inscripti derivationem nominis mutatas fuisse compertum sit. Nil mirum igitur lectori videatur, si nos sacros interim scriptores in rebus, quae ad sacram antiquitatem pertinent, haud profanos festi, loca eisdem plane nominibus, ac titulis quibus ab eis consignata sunt nullam antiquitatis iniuriam inferentes, sed probe utriusque consulentes praenotemus. Et haec sunt quae tibi in rem praesentem amice lector expendenda suggerere volumus.

Iam veto a Thermis Titianis expedit ad Basilicam, seu potius SS. Mart. Hermetis, Proti, & Hyacinthi Coemeterium, quod in Monte Pincio, ut diximus situm est, reuocatur, cum enim de hoc sup. lib. 4. cap. 27. p. 324. prolixiori sermone nobis agendum fuit nonnulla quidem, quae obscuritatem pariunt, & veritati quid detrahunt, verba irrepserunt, quae nunc re melius perfecta demum, atque expungi volumus. Vbi igitur de praememorato Basilicae Coemeterio sermo incidit, haec plane suggestimus: *In praememorato Coemeterij ambitu, quod in Pincio Monte situm, vulgato titulo Coemeterium, ut supra diximus Basilicam, seu petus Sanctorum Martyrum Hermetis, Proti, & Hyacinthi nuncupatur, quod per vineam Patrum Societ. Iesu, seu alumnorum Collegij Germanici, atque Vngarici transiundo aditus patet.* Porro alternatiua illa verba: *seu alumnorum Collegij, &c.* expungenda omnino videntur; haud enim, ut probe didicimus, eorumdem alumnorum Collegij Germanici, & Vngarici vinea in praememorato Basilicae, & Sanctorum Martyrum Hermetis, & c. Coemeterio aditus patet, sed ex vinea dumtaxat. Patrum Societatis Iesu, domus enim eorumdem supra eiusmodi Coemeterium sita est, & inde per secretiores ad meatus Coemeterialem loci faciem perferendam aditus panditur, & congrue quidem in Religiosorum hominum sortem locus omni religione excollendus, & praecipua veneratione dignissimus Deo aspirante cessasse videtur.

Nunc vero ut a Coemeterijs ad sacras Coemeteriales imagines sermorecurrat to. 2. pag. 450. ubi de imaginibus agitur, addendum quid supplendumque nobis est, vna enim adverbiali, particula, quam ipsius Typographi incuria dempsit, immane quidem totius periodi sensus inuertitur, ac sanae illibataeque fidei dissonus omnino redditur, ita enim ibidem legitur: *Antiquae potissimum imagines, quae tum a Christi fidelibus, tum ab ipsismet Ebraicis promissio olim usu recepta, fuit idololatrarum errores quodammodo sapient, & quae insuper, ut in sacris*

Rom. Subterr.
to. 2. lib. 4.
cap. 27.

Rom. Subterr.
to. 2. lib. 5.
cap. 43.

Plin. de Tit.

Bibliotheca
Rom. in Siluestro.

Damascus lib.
de Rom. Pont.
& M. S. Bibliothec.
latiae.

tom. 1. Concil.
canon. p. 1.

Baronius. tom. 3.
Annal. p. 324. num.
22.

Cœmeterijs passim videre est, sana, illibataque fidei, ac orthodoxæ religionis ritum pariter, & cultum in suspicionis umbram vel leuiter saltem reuocarent, ut nonnulli perperam arbitrati sunt, omnes fere recolendi arcanorum mysteriorum ritus, &c. profana usque futilia, ac nullius momenti censenda, ac pronuntianda essent. Quibus plane verbis ita dispositis, genuinus eorundem verborum sensus quam immane distorquetur quis non videt? Manifestum enim errorem, haud sanam Catholicorum dogmatum doctrinam, imo potius adulterinam sapere verba ista videntur. At facili negotio res tota componitur, sola quippe conditionali dumtaxat particula addita bene susque principijs consonans, atque ab omni pariter erroris periculo, recensita hætenus propositio vindicatur. Addatur igitur conditionalis ista particula hunc in modum: Si antiquæ potissimum imagines, que tum à Christi fidelibus tum ab ipsismet ethnicis erant. Alia item conditionalis particula ad verba, que immediate sequuntur addatur ver. 8. Si que insuper occurrunt, ut in sacris Cœmeterijs passim videre est &c. tunc enim genuinus, haud adulterinus sensus, & sana verborum illatio redditur.

Interim vero ad Callisti Cœmeterium, quod Via Appia situm est, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum vestigia iterum inspecturi reuocamur, ibi enim tom. 1. c. 11. pag. 454. n. 11. cum de martyris Sebastiani corpore ad Catacumbas deposito sermo incidit, hæc quidem verba ex eiusdem martyris beatissimi actis excerpta quæ sepulturam eidem ipsius, Lucinæ Matronæ manu exhibendam indicant, legendæ occurrunt, videlicet: *In Cloaca illa, que est iuxta Circum inuenies corpus meum pendens in vinco: sordes illud non tetigerunt; hoc tu cum leuaueris perduces ad Catacumbas, inter ora cryptæ iuxta vestigia Apostolorum.* Ibidem vero, infra, p. 455. hæc ad rei propositum verba subtexuntur: *Si enim hoc utique scriptor subintelligere voluisset, ut congrue quidem loqueretur, haud Apostoli vestigia, imo potius Apostolorum dixisset.* Mendum utique, ut vides, in dictione illa Apostoli irrepsit, Typographus enim singulare primo quidem loco, pro plurali posuit, & plurale pro singulari, ubi non oportebat, inscripsit, quo sensus omnino subuertitur, ac plana verborum intelligentia deficit: sic igitur legendum est: *Haud Apostoli vestigia, imo potius Apostolorum dixisset.* Quo plurali numero in singularem, & singulari in pluralem immutato, actuum eorundem, ac totius historici contextus veritas suonitori, ac veritati redditur.

Præ sepulchralibus autem Cœmeteriorum titulis, quibus subterranea Roma illustratur, & sacra passim Cœmeteria prænotantur, ut dicendi nunc initium faciamus, in D. Pauli Apostoli basilica, quæ Ostiensis via sita est, lapis è celebri Lucinæ Cœmeterio erutus, his quidem notis insculptus legitur.

HIC REQVIESCIT IN PACE FL.

CELERINVS VD

SCRINIARIVS IN L. PATRICIÆ SEDIS DEP.

DIE II. H. ID. NOVEMB.

QVI VIXIT ANN. XXXIII. PL. M. DN.

PL. VALENTINIANO VII. ET

AVIENO VCS.

Quæ quidem verba VD. Bofius in sua Roma, & nos eum secuti tom. 1. lib. 3. cap. 3. pag. 417. *Vir Doctus* legendo; exposuimus, at re melius perspecta *Vir Deuotus* interpretanda esse, doctorum virorum & antiquorum præsertim auctoritate suffulti haud temere arbitramur, prout Pancirolus in notitia Imp. Orient. cap. 72. pag. 112. disertis verbis affirmat. Idem plane Valerius Probus in libro de notis Romanorum & Petrus Diaconus de notis litterarum. Porro frequens est sepulchralibus in lapidibus titulus iste: *Deuotus*; & nos supra lib. 4. cap. 37. pag. 309. sepulchralem virgini his notis inscriptum lapidem, & ex Christianorum Cœmeterijs erutum meminimus; videlicet.

FVRIA
VIRGOHELPIS
DEVOTA.

Aeque igitur viris, ac mulieribus, deuoti titulus antiquos apud Christianos consonabat.

Alter nunc eodem insuper to. 2. cap. 3. pag. 417. n. 15. sepulchralis iste lapis, qui apud Diui Pauli Basilicam Ostiensis via in præfens extat, his plane notis exaratus se nobis offert:

HIC IACET NOMINE MATRONA

CF. IN PACE

VXOR. CORNELII PRIMICERII

CENARIORVM. &c.

At vero verbum illud *Cenariorum*, Bofius in sua Roma interpretante, *Scenariorum* legendum esse pronunciauimus, eo quod videlicet vir iste eorum Collegij primicerius extiterit, qui scenas, & tabernacula tam castrensia, quam theatralia consueto artis opificio construebant; neque enim minus à veritate alienum censerit potest, quod vir iste in sepulcro sibi deligendo id serio præstitit, dum apud Beatissimum Christi Apostolum, qui scenofactoriæ arti addictus fuerat pari ipse quoque tum artis, tum pietatis studio scenarum fabricator se post mortem ex condito tumulandam præoptauit. Sed re maturiori præhabito consilio, ac virorum sapientum iudicio discussa pro *Cenariorum*, *Ducenariorum* legendum, forte esse nobis videretur de his. etenim tanquam notissimis Pancirolus in Notit. Imper. Orient. cap. 72. pag. 124. Bulenger, cap. 50. lib. 6.

lib. 6. in Not. Imp. Rom. & cap. 24. lib. 9. Salmanasar in Not. ad Capitol. Pertinacem. pag. 124. & 430. Vt enim apte vocabuli etymologiam in præsens edisseramus, *Ducenarius* is dicebatur, qui ducentos milites regebat, & Lacerda cap. 76. Sacr. aduersus exarctor tributorum est ducentarius. Qua item super re S. Cyprianus lib. 1. epist. 4. consulendus est, ubi de Paulo Samofateno agens, eundem verbis pro merito acute perstringit, quippe qui non tam episcopus, quam *ducentarius* videri malebat. Vt Eusebius item ait lib. 3. c. 30. Hist. Ecclesiasticarum, male scenariorum, & Sinnichio, quasi *αυκισιον* cum dictum videatur, quasi *αυκισιον*, id est conopeum, seu lectus nocturnus, atque Papilio, aut potius *αυκισιον* deriuato, desumptoque à victoria vocabulo, Supparum labari *γαματον αυκισιον* crucis signum *εν τούτοις σιγα*.

Porro duobus hisce sepulchralibus titulis ad D. Pauli Basilicam hætenus recessit, alterum his plane notis in eadem Basilica insculptum, de quo nos supra tom. 1. lib. 3. cap. 3. pag. 414. lectori contemplandum subteximus. In quo quidem elucidando, etsi Bossij, ac Seuerani sententiam sectati sumus, aliter tamen nonnulla præmemorati tituli verba nunc legenda, ac interpretanda videntur, videlicet.

HIC REQVIESCIT IN PACE
SABINVS
VS PREF. ANN. QVI VISSIT
ANNVS &c.

Verba quippe illa compendiose descripta, quæ *Vir Sapiens* citatis in hærendo scriptoribus iam reddimus, dū lyncæi rem oculis inspicimus, haud *Vir sapiens*, imò potius *Vir Spectabilis* inscribendæ, atque reddendæ à nobis sunt, vnus enim hic ac præcipuus Senatorum secundæ generis titulus antiquis temporibus extitisse comprobatur, Isidoro teste, Cassiodoro lib. 7. Var. Epist. 37. Formula spectabilitatis ante clarissimarum. Pancitol. in Notit. rerum Imp. cap. 2.

Hic vero, ubi opportuna de sepulchralibus titulis mentio incurrit, quibus quondam veneranda Christianorum Cœmeteria, seu nobiliores Urbis Ecclesiæ, solaribus veluti radijs illustrabantur, & ex quibus recolenda sacræ antiquitatis vestigia exploranti quoquo modo suppetit, illud quoque nostris hisce additionibus attexere visum est, quod & alibi etsi perobscure innueramus: sepulchralem videlicet Eugenij Not. lapidem, quo plures laudatissimi anteaكتور temporū, & Ecclesiasticorū præcipue rituum mores nobis digito præmonstrantur, (piarum quippe oblationum, quæ deuota fidelium manu in Dei cultu exhiberi consueuerant, ac luminarium præsertim, quibus anniuersaria defunctorum dies de more peragebatur, quorum omnium laudabilis adhuc apud nos consuetudo in dies perseverat, vel

uos hic lapsi index testatissimus est) lapidem, inquam, à nobis hætenus memoratum, cuius item exemplar in nostra Subterranea Roma tom. 1. lib. 3. pag. 340. num. 23. legentibus patet, nouissime in Vaticanam Basilicam, ex qua iam pridem in officiosa manu temerè amotus fuerat, & ex neglecto, ubi in præsens inter rudera iacebat, loco iuxta ipsam S. Michaelis Archang. in Ciuitate Leonina Ecclesiâ, Illustris. D. Iacobo Franzonio Cam. Apost. Clerico, & Vaticanæ Fabricæ Præfecto curante restitutum, atque in subterraneis eiusdem Basilicæ cryptis, à Paulo Quinto Pontifice Maximo eleganter instructis, exornatisque qua ad Longini martyris sacellum ab Urbano Octauo erectum aditus patet, locatum fuisse, vt etsi mutus per se lapis, satis tamen pro rebus ac tempore loquax, venerandæ antiquitatis index, loci eiusdem splendidissimi ornamento, atque perenni apud posteros, ab omni temporum iniuria vindicatus, pristinoque suo decori redditus, monumento supersit, qui nemo, vt quisquis hæc nostra perlegit, videat, quantum meritissimo, ac vigilantissimo Ordesij, pro sacra illibata iugiter antiquitate seruanda enixius adnitenti, nec pro vili quidem & contemptibili, sed pro pretioso vindicando, ac Basilicæ augustissimæ restituendo lapide, laboranti debeat.

Nunc vero, vt à Vaticano templo ad Callisti Cœmeterium, recolendæ antiquitatis monumenta perferendo transeamus, nos quidem tom. 1. lib. 3. c. 21. pag. 387. huius Subterraneæ Romæ, in sepulchri eiusdem, quod ibidem extat, descriptione, imaginem parieti coloribus adumbratam suspeximus, quæ sanctum Iosephum Virginis Deiparæ sponsum, vnacum Deo Infante, ac Deipara ad Herodianam crudelitatem euitandâ angelico monitu in Aegyp̄tum fugiẽtem repræsentat, etsi autem Seueranus præmemoratas sepulchri imagines apud Bossium in sua edita olim Roma recensendo, alia prorsus ratione interpretatus, patrem, matrem, ac filium, vno, eodemque sepulchro reconditos pennicillo exprimi affirmauerit; nos tamen, ne quid studiosum lectoris prætereat hæc quoque, veluti, magis veritati cõsonam earundem imaginum elucidationem, prudentis vtique lectoris iudicio librandam, subijcere, & sacram, venerandamque in Christianorum sepulchro exhiberi historiam, asserere non dubitamus.

Dum vnica in super nos tom. 2. lib. 4. cap. 14. pag. 105. cubiculi duodecimi tabulam, quæ ad Sanctorum Petri, & Marcellini inter duas lauros Cœmeterium, via Latina cernitur, studioso contemplandam lectori proposuimus, quatuor, quæ in singulis cubiculi eiusdem angulis existunt imagines, in scripto itidem nomine, haud hominum, quorum ibi tumulata sint corpora, sed quatuor potius ventorum, vna cum eorundem nominibus, imagines præferre asserendum videtur, quantumuis Seueranus noster aliud eo loco affirmauerit. In quatuor igitur cubiculi angulis, quatuor in futura typum resurrectionis, vt Ezechiel

Pro-

Cyprian. lib. 1. Epist. 4.

Cassiod. lib. 7. Var. Ep. 37. Pancitol. hoc Imp. c. 2.

Propheta descripsit, venti adumbrantur, cum enim propheta diuino imbutus lumine in medio campi, qui mortuorum ossibus refertus erat, ad vaticinandum substitisset, vt apte futuræ sacramentum resurrectionis audientium auribus animisque suggereret isthæc prolocutus est: *Vaticinare* (inquit) *ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuifcent.* Idem plane apud Matthæum de resurrectionis mysterio edifferentem his verbis legitur: *Et mittet Angelos suos, cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis celorum, usque ad terminos eorum.* Quod vero res ita interpretanda sit, ex inferiorum figurarum, atque imaginum epigraphæ palam fit, vbi verba isthæc legenda occurrunt: *κλῆ pro Αηλιότης ΒΟΡΑ pro ΒΟΡΑ* prænota-

ta autem in superiori parte nomina iam præ nimia vetustate, vt videre est, exoleuerunt. Mystica igitur in resurrectionis ad futuræ typum ventorum adumbratio, in sepulchri istius descriptione insinuat. Ex quibus, & quæ ibidem dicta sunt, merito corrigenda videntur, & hic vel sero palinodiam cantare, vt veritati locus sit, congruum arbitrati sumus.

Demum vt supremam Coemeterialibus, paginis manum imponamus, to. I. lib. 3. c. 22. pag. 596. corrigendus est Titulus sepulchralis nouissimus eiusdem paginæ vers. penultimo, vbi legitur *Filio Megethij, & Hippolyte, &c.* mendum fati patens in nomine obrepit, nam legendum est *Filio Megethio benemerenti, &c.* Et hæc sunt, quæ ad operis calcem appendix instar in studiosi lectoris gratiam addenda, suggerendaque visa sunt.



Corrige ex his precipua, quæ Subterranea Romæ operi, menda obrepserunt.

EX TOMO PRIMÒ.

Pagina 219. n. 10. v. 39. *Tanta molis occasione* cōfrigidum, legendumque est: *Tanta molis accessione*. pag. 106. num. 7. vers. 6. *Revocandumque edixerit*, legendum est *Remorandumque edixerit*. p. 136. n. 12. v. 40. *paribus* legendum est *patri* pag. 158. num. 20. *circumdatis deculere*, singulari pro plurali verbum apponendum est videlicet *deculis*, p. 252. nu. 4. vers. 12. *nostris hisce paganis* leg. *nostris hisce paginis*, pagin. 202. num. 2. vers. 16. *congrédion & sint lege* *congrédi non ausi sint*. pag. 206. nu. 12. v. 47. *Apostolorum lege Apostolicorum*. pag. 208. nu. 17. vers. 10. *Thomas Bossius* leg. *Bozzius*, pag. 209. n. 18. v. 10. *hæc ille de uno adde non de uno*, pag. 50. num. 2. v. 31. *maiora illis* leg. *maior*, pag. 71. num. 13. v. 18. *de SS. Andrew Apostolos Luce &c.* legen. *Apostoli* pag. 72. n. 14. *manes oliuæ* leg. *matres oliuæ* p. 17 v. 17. *hisce paganis* leg. *paginis* pag. 8. num. 4. v. 10. *Parthenus enim* leg. *vt Parthenus enim ait*, eodem num. *depositus & leg.* *depositum est*, pag. 106. n. 8 vers. 22. *imploranda* leg. *improbanda*, pag. 133. num. 5. v. 16. *Ambigis tunc* legend. *Ambigis en* pag. 150. nu. 10. v. 9. *ferream in supra* expungendum est *aduerbium in*, pag. 154. v. 38. *rediuimus* leg. *rediuuius*, pag. 158. n. 20. vers. ante penultimo *haud honorem* leg. *horrorem*, pag. 165. nu. 21. v. 3. *captatis lege aptatis*, pag. 170. nu. 31. v. 16. *pro Cisto* lege *pro Christo*, pag. 172. n. 37. v. 50. *referretur lege inferretur*, p. 178. n. 8. v. 8. *Catechumenorum* leg. *Catechumenorum*, pag. 182. num. 20 v. 7. *epistole pagina* leg. *epistolares pagina*, pagin. 192. nu. 8. vers. 19. *hæc scribendi* legendum est *hæc scribenti*, pag. 195. nu. 18. v. 4. *theatrorum gloria* lege *theatrorum gloriam*, pag. 197. nu. 23. vers. 14. *ad lenonem damnati* legend. *ad lenonem damnando*, pag. 200. num. 29. v. vltimo *addita* lege *addita*, pag. 201. num. 32. v. 11. *à cerceribus lege* *à cerceribus*. *ibid.* nu. 34. v. 30. *cultum* lege *cultu*, pag. 202. n. 8. *in quas* leg. *intra quas*, p. 205. n. 9. v. 20. *beatorum nullia* lege *beatorum nullita*, pag. 345. nu. 27. vers. 6. *actis dæmonis impulsu* leg. *actus dæmonis impulsu*, pag. 267. num. 2. & vers. 52. *Formam*, lege *Formam* *ibid.* p. 268. n. 13. *obtinerunt*, lege *obtinerent*, p. 281. n. 9. v. 23. *memoria repetat* leg. *memoria repetat* & *ibid.* *iugiter commendata*, *adde sit*, p. 308. v. penult. *ex culpa* leg. *exculpta*, p. 336. n. 14. v. 15. *ab immo* lege *ab imo*, p. 338. n. 22. v. 9. *Romanorum antiquitatum* lege *Romanarum antiquitatum*, p. 343. n. 10. v. 19. *huic sententia* lege *huic sententia*, p. 437. n. 1. v. 1. *Aane* leg. *Sane* pag. 444. n. 1. v. 1. *nam* lege *lam*, pag. 488. num. 9. v. 3. *de perantiqua* adde *ecclésiâ*, pag. 493. nu. 3. v. 49. *vineis viam Appiam adiacentibus* legen. *via Appia adiacentibus*, pag. 512. v. 5. *natiuita* lege *natiuita* *ibid.* v. 26. *induamini* leg. *induamur*, p. 364. n. 1. v. 11. *in arca reclusi* leg. *inclusi*, p. 590. v. 15. *vt quid* leg. *vt quid* p. 620. n. 6. v. vltimo *cordatus tamen lector* leg. *cordato tamen lectori* p. 66. n. 1. v. 11. *alacres* lege *alacres* p. 85. n. 18. v. 29. *acturi* lege *acturus* p. *ibid.* num. 17. v. 18. *pagans* leg. *paginis* p. 92. n. 15. v. 10. *vt pote* qui leg. *que* p. 97. num. 9. v. 7. *degebat* lege *degebant*.

EX TOMO SECVNDO.

Pagina 306. numero 24. v. penult. *quæ tamen* *Ruffino* modum in scripto *quærenti* *difficult*, *mendum* satis apertum, ac p. tensus *repre* *fit*: ita enim legendum, expurgar *duque* *est*: quod tamen *Ruffino* *nodum* in scripto *querenti* *difficult*, pag. 144. n. 3. v. 11. *Piama* leg. *Piara* *antiqua*, &c. p. 11. n. 16. v. 7. *psalmista* *elogium* leg. *psalmista* *elogium*, p. 172. n. 1. v. 6. *despondit* leg. *despondit* pag. 404. v. 43. *partim* leg. *passim*, pag. 486. n. 4. v. 43. *Zerone* leg. *Zerone* pag. 45. v. vltimo *de eadem* *addatur* *qui de eadem*, pag. 172. v. penult. *proximo* *ad viam* *Salariam* *loco* leg. *via* *Salaria* *loco*, pag. 348. nu. 14. v. 14. *augeretur* leg. *angeretur* pag. 134. n. 1. v. 3. *ex momenti* leg. *momentis*, pag. 421. v. 29. *alteriores* leg. *alteriores*, pag. 347. n. 11. v. 37. *optime* *qui quidem* leg. *opte* *qui fidem*, pag. 377. num. 10. v. 35. *Sertorianus* leg. *Sesforiano*, pag. 378. num. 12. v. 34. *supernum* leg. *supremum*, pag. 382. v. 38. *hæc* leg. *hic* p. 14. n. 2. v. 30. *sed illa* leg. *sed illam* *notæ* *sanctitatis* *feminitæ* pag. 16. n. 2. v. 15. *iussu Pontiani* leg. *Domitiani*, pag. 391. v. 23. *honorem* leg. *horrorem* *ibid.* pag. 390. *quantum* leg. *quanto*, pag. 473. n. 3. v. 20. *Cypriano* leg. *à Cypriano* *neutiquam* *differtit*, p. 480. n. 1. v. 13. *proponitur* leg. *proponatur*, p. 489. n. 1. v. 10. *in ipsismet* leg. *in ipsismet*, pag. 491. nu. 3. v. 6. *digitæ* leg. *digito*, pag. 477. n. 2. v. 12. *gratie* leg. *gratia*, pag. 505. n. 5. v. 2. *Ezechielem* leg. *Ezechiel*, *ibid.* n. 9. v. 5. *ex hedera* leg. *ex hedera*, pag. 511. n. 2. v. 5. *in ipsismet* leg. *in ipsismet*, *ibid.* v. 10. *spem Christianorum* leg. *spes Christianorum*, pag. 518. n. 5. v. 38. *domus pacis* leg. *domus pacis*, pag. 554. nu. 8. v. 25. *sua* *una* *periret* leg. *sua* *una* *periret*, p. 624. n. 9. *vbi de Delphino* *agitur* & *de formicis* & *apibus* *sepulchrali ministerio* *inter animalia* *cōspicuis* *fermo* *vl obiter* *incidit*, *verba* *isthæc* *habentur*: *Quod præ cæteris* *terrestribus* *animalibus* *officiosissimum* *formicarum* & *apum* *genus*, *vt* *Apostolus* *ait* *suas* *exhibent*, *mendum* *quidem* & *patēs* *irrepre* *bit*, *Aristoteles* *enim*, *haud* *Apostolus* *inscribendus* *eo* *loco* *est*, & *verbum* *illud* *exhibent*, *haud* *pluraliter*, *sed* *singulariter* *pronunciandum* *est*, *ad* *apum* *quippe*, & *formicarum* *genus* *refertur*. pag. 1. v. 11. & 12. *insigne* leg. *insigne*, *nobilem* leg. *nobile*, pag. 388. vers. 19. *sum* leg. *sum* *ibid.* v. 34. *hæc* leg. *Et*, p. 45. n. 2. v. 23. *relinquentes* *addatur* *qui in notis* p. 608. n. 25. v. 12. *eisdem* leg. *eisdem* p. 598. n. 1. v. 28. *nos autem*, p. 606. n. 8. v. 20. *impendent* leg. *irrependunt*, p. 619. n. 2. v. 8. *sacrificij* leg. *sacrificij*, p. 655. n. 3. v. 17. *mobilitatem* *prestantes* leg. *mobilitate* *prestantes*, p. 656. v. 33. *urbis* leg. *urbis*, p. 661. n. 3. v. 7. *laudant* leg. *laudant*, *ib.* v. 10. *exultent* leg. *exultent*, p. 662. n. 5. n. 10. *Apostolicis* *supplend.* *iris*, p. 668. n. 2. v. 24. *erant* *herunt*, *ib.* n. 4. v. 13. *super* *fungere* leg. *subterfungere*, p. 675. num. 4. v. 10. *flus* *enim* leg. *flures* *enim*, p. 681. n. 3. v. 11. *post ephodi* leg. *post ephod* *ib.* p. 698. n. 10. *in cæmeterijs* *expungeda* *est* *partic.* *in* p. 706. n. 4. v. penult. *in triumphali* *demon* *dum* *est* *in*, *ibid.* pag. 700. num. 36. *duabus* *lege* *duobus* p. 32. v. penult. *linguam* leg. *linguam*, p. 37. v. 7. *pueris* leg. *Posteris* p. 56. n. 19. *lineata* leg. *lineata*.

REGESTVM TOMI PRIMI.

† ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
 Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss
 Tt Vv Xx Yy Zz.
 Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq
 Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
 Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmmm Nnnn
 Omnes sunt Duerniones, præter †† Terniones.

REGESTVM TOMI SECVNDI.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
 Aa bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss
 Tt Vv Xx Yy Zz.
 Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq
 Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
 Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmmm Nnnn
 Oooo Pppp Qqqq Rrrr Ssss Tttt Vuuu Xxxx a b c
 Omnes sunt Duerniones, præter † Ternionem.

Nonnulla Iconum folia suis inferenda locis.

Antiquæ Romæ facies. Tom. 1,	Pag. 189 ✓
Orthographia Confessionis S. Martinæ. Tom. 2.	363 ✓
Ichnographia Cœmeterij Pontiani. Tom. 2.	408 ✓
Ichnographia Cœmeterij Callisti. Tom. 2.	409 ✓
Ichnographia Cœmeterij SS. Marcelli, & Petri. Tom. 2.	412 ✓
Ichnographia Cœmeterij S. Agnetis. Tom. 2.	414 ✓
Ichnographia Cœmeterij S. Hermetis, & aliorum Sanctorum. Tom. 2.	415 ✓



ROMÆ, Ex Typographia Vitalis Mascardi. MDCLI.

SUPERIORVM PERMISSV.

I N D E X

R E R V M M E M O R A B I L I V M ,

Q V A E S E C V N D O R O M A E S V B T E R R A N E A E

V O L V M I N E C O N T I N E N T V R .

In quo prior numerus paginam , alter vero columnæ numerum signat.

A



BAGARVS Edesse Rex desiderat imaginem Christi, eaque à Domino in teo prodigiose impressa, sit voti copos. 453. 4.
 Per eam à difficili ac longa aegritudine diuinitus curatur. 454. 5. Vide verb. Imago.
S. Abbacyrus. Eius Oratorium via Tiburtina. 133. 3.
Abbatia S. Valentini. 341. 3.
Abel, et Cainus Synagoge, & Ecclesia typum gerebant 471. 2.
Fides, humilitas, et patientia Abelis. 472. 3. et 4.
 Quid ex eius imagine veteres Christiani discendum proponerent? 471. 3.
Dei nŕpe, in oblationibus munus ex voluntate pensare. ibid.
Fidem, patientiam, et humilitatem. 472. 3. et 4.
Fortitudinem, quam innocentia freti in aduersis habere debemus. ibid. 5.
Abrahamus, et Isaacus, eorumque mysteria. 478. 1.
Abraham historia symboli resurrectionis presert. 479. 4.
Fides Abrahami immolare filium parati. ibid.
 Quidnam fideles ex depicta eorumdem historia discerent? 480. 6.
Eandem historiam pictã intuens S. Gregorius Nyssenus lacrymas continere neguit. 463. 9.
Abundus, et **Abundantius**. 238. 5.
Via Flaminia martyrii subiere. 341. 1.
Eorum Ecclesia. 342. 2.
Eorum corporum, inuentio. ibid.
Translatio eorumdem. ibid.
Acolythi Palatini, Stationarii, et Regionarii. 156. 12.
Acta S. Agnetis à S. Ambrosio conscripta 152. 1.
Acta ac memoria martyrum ab Ethnicis per inuidiam abolita. 697. 32.
S. Adalbertus. Eius Ecclesia in Vrbe. 342. 2.
Adamus typi Christi Domini gerebat. 469. 6.
Eius et Christi antitipus. 470. 10.
Alia eius mysteria. 467. 2. et seq.
Eius imago in sacris Vrbiŕ Cameteriis frequentissima. 467. 1.
 Quid per eam veteres Christiani docere voluerint? 467. 2. Morti in primis necessario oppetendam esse cunctis hominibus. ibid. Paternam Dei in homines misericordiam. ibid. 3. Rerum humanarum contemptum. 468. 3. Mundi, et omnium eius deliciarum despicientiam. ibid. 4. Fraus ac cadodemonis tentationem caute declinandam. ibid. 5. Mũdum bonorem ac gloriam venenot mixtam propinare. 469. 5. Resurrectionis denique mysterium. 470. 9.
Aditus Cameterii Cyriaca. 13. 9. **Tbra** Jonis 241. 2. **Priscilla**. 286. 13. 284. 10. **Cameterij à Basio** inuenti **Via Lauicana**. 34. 6. **Cameterij**, seu **Crypta** à **Numeriano** Imperol structa. 226. 9.
S. Adrianus. Eius in Vrbe Ecclesia. 147. 4.
Adrianus Augustus. Eius villa. 125. 3.
Aedes S. Zotici in Palatina. 46. 3.
Acidicula, seu cubicula subterranea pro gentium sepulchris detecta **Via Lati** na. 4. 3. **Via Tiburtina**. 124. 2. 432. 6.
Aegyptii. Eorum de extruendis sibi sepulchris sollicitudo. 656. 4.
Acumen quomodo facile tolerentur? 481. 2. **Qui in ijs versantur**, in **Desum** fiduciam habere debent. 553. 6.
Acltas symbolum, et imago seruoris Christianorum. 600. 4. **Regni caelestis** ibid. 5. **Vite humane**. ibid.
Aeternitas Dei describitur. 704. 43. **Aeternitatis** hieroglyphicum oliuam constituitur. 643. 2.
Agape quid sit, et quot genera? 582. n. 6. **Natalitia**, **Funeralis**, et **cõnubi** alis. ibid. **In Cameterijs** peragi solita. ibid. **Quomodo** celebraretur. 583. 8.
Ratio, ac **modus** eas celebrandi. 585. n. 9. **Modestia** in **Agape** consueti. à **S. Gregorio Naziãzeno** descripta. 585. n. 15. **Diuersa** à **Parentalibus** ac **conuiujs** **Ebnicorum**. 584. 12. **Notata** ac **perscribta** à **S. Ambrosio**. 587. 21. **Et à S. Arsenio** morti proximo. 583. n. 11. **A Cõcilijs** **Cartbaginensibus**, et **Laodiceno**. 588. 22. **Permissi** à **S. Gregorio**. **Migno** ab **Anglis** peragi extra Ecclesiam. 588. **Et à S. Gregorio** **Tb. sum** at **argo** populo sibi subiecto, quõ illos ab alijs **superstitijs** sollicitatibus abduceret. 585. 4. **S. Remigius** in morte sua eam peragi precipit. 583. 10. **Improbata** à **S. Hieronymo**, quoniam esset? 583. 9.
Agapeti, & **Agapetae** nuncupati illi qui **Agapen** illam, quam **S. Hieronymus** **improbabat**, agere consueuerant. 583. **S. Agapitus**. Eius Ecclesia via Tiburtina. 133. 4.
S. Agatha. Eius Ecclesia Rome in suburbis. 444. 21.
Agar **Veran** vinam situs sit? 125. n. 4.
Agar **S. Cyriaca**. 125. 1.
Agger **Tarquinijs** obinã postus esset. 144.
S. Agnes **Post** martyrium parentibus se videndam obicit. 153. 3.
Et **Constantie** augusse ibid. 4.
Sacrum eius caput in sacello, cui **S. Silla** **Sanctorum** nomẽ est, asseruatur 158. 13.

Eius altare in Ecclesia eidẽ nuncupata a **Paulo V. mirifice** adornatũ ibid. **Eius acta** à **S. Ambrosio** conscripta 152. **Eius pradium** via **Nomentana**. ibid. **Eius** **sem** **Ecclesia**. 153. 6. **Eius sepulcrũ** ob crebra miracula mire colitur. 153. 5. **Eius Mausoleum** 154. 6. **Eius Monasterium**. 155. 10. **Inuentio corporis eius**. 158. 15.
Agnus in ima **Cruce** parte pro **Cruce** **ŕxo** **ŕfingi** olim **ŕolemne** **er.** & **cur** **ŕ** 478. 1. & 557. 3. **Depictus**, cum **cruce** in **humeris**. 557. nam 3.
Cũ **basculo** **pastoralis**. ibid. **Sub** **agni** **typo** **Christus** **Dominus** **expressus**. 556. 1.
Agnus **ex** **cereo** **ŕaschali** **benedictum** **Christiani** **colla** **appendant** **vices** **bullarum**. 694. 21.
Agonales **iudi**. 214. 1.
Agricola. **Christus** **Dominus** **Agricola** **equiparatus**. 630. 5.
Alaricus **Gorhorũ** **Rex**. **Eius** **erga** **B. Petri** **Basilicã** **reuerẽtia** **ac** **reliigio** 364. 7.
Alethius **conuiuio** **excipit** **pauperes** **in** **exte** **quis** **Rufine** **sua** **uxoris**. 583. 10.
SS. Alexander, et **Felicitas**. **Eorum** **Cameterium** **Via** **Salaria**. 225. 6.
S. Alexander **Papa**. **Cameterium** **nomine** **eius** **nuncupatum**. 148. 1.
S. Alexander **Episcopus**. 149. 2.
Alexander **IV.** **Constitutio** **mem** **de** **hereticorum** **cadaveribus** **Ecclesiasticã** **sepultura** **arcentis** **edit**. 446. 24.
Alexander **Imperator** **Imaginẽ** **Christi** **Domini** **inter** **alias** **in** **suo** **Larario** **h** **bu** **isse** **dicitur**. 564. 8. **Eius**, & **Mãme** **Arca** **sepulchralis** **Via** **Lauicana** **reper** **ta**. 31. 1.
S. Alexius. **Inuentio** **corporis** **eius**. 18. n. 7.
Alpha, & **Omega** **quod** **significent**? 565. 1. 703. 41. & 705. 45.
Alphonŕus **Rex** **Hispania**. **Eius** **erga** **Cru** **cem** **pietas**. 545. 4. **Cruicem** **pretiosam** **sibi** **fabricari** **iubet**. 546. 4. **Bini** **angeli** **speciẽ** **aurifici** **induti** **eã** **construunt**. ib.
Altare **S. Agnetis** **in** **ipsius** **Ecclesia** **a** **Paulo** **V.** **exornatum**. 158. 15. **Altare** **in** **aditu** **Cameterij** **S. Cyriaca** 131. 9. **Inŕscriptio** **illi** **affixa**, **ibid.** **Aliud** **in** **Ecclesia** **S. Praxedis**, **in** **quo** **B. Petrus** **Apostolus** **sacru** **fecit**. 374. n. 9. **Aliud** **in** **Titulo** **Equitij** **boadique** **visitur**, **in** **quo** **S. Siluester** **sacra** **faciebat**. 375. 3.
S. Ambrosius. **Eius** **pro** **iure** **Ecclesie** **tutõ** **conŕlantia**. 663. 7. **Acta** **S. Agnetis** **Virginis**, & **Mart.** **conŕŕibit**. 152. 1. **Corripit** **S. Monicam** **propter** **Agapen** **in** **Ecclesia** **peractam**. 588. 2.
Amphitheatrum, **in** **quo** **ducenti** **sexaginta** **martyres** **sagittis** **interŕecti** **fuerunt**. 236. 2.

S. Ana-

INDEX RERVM

- S. Anastasia. Eius Ecclesia. 368. 23.
 Anchora. Eius utilitas. 626. *Mysteria. ib.*
Sepulchris insculpta quid denotet 627. 2. *Symbolum bonae ac candidae conscientiae.* 628. 4. *Fidei.* 627. 3. *Spei.* 627. 2. *Præsidij ac salutis.* 626. 1.
 S. Andreas. Oratorium eius via Labicana. 47. 2. Eius Ecclesia in Aurisario. 152.
 Angelus in fornace Babylonica cum tribus Pueris visus quid significet? 500. 4.
 Angeli in specie aurifici crucem auream Alphonso Regi Hispania fabricat. 546.
 Cur specie iuuenilis fingantur? 50. n. 3.
 Ecclesia S. Angeli Romæ in foro Piscario 46. 2.
 Animalia symbolica in Cæmeterijs depicta, eorumque mysteria. 601. 2.
 Mysteria, quæ ex animalium, aliarumque rerum in animarum imaginibus hauriuntur. *ibid.* 1.
 Ario fluuius, qui nunc vulgo Teuerone dicitur. 124. 2.
 Annibal obinam castra metatus in obsidione Vrbis. 214. 1.
 Annulli Christianorum quam imaginem preferre debeant? 702. 40. *Quid iis potissimum insculperetur?* 451. 3.
 Annulli signatorij in Cæmeterijs sepulchris reperi. 698. 32. *Delinatio seu clypeum eiusdem annuli. ibid.* 705. 41. *Explicatio imaginum in eis sculptarum.* 705. 41. *Annulorum usus in star clauium 698. 32. Antiquissimus eorum usus.* 699. n. 34. *Annulli etymologis. ibid.* 35. *Is Deorum imagines insculptas gestandi mos apud antiquos.* 700. 35. *Et Principum Magistrorum ac Philosophorum. ibid.* *Is idem quoque historia ac gesta præclara insculpendi mos. ibid.* 36. *Annuli symboli necessitates constituitur. ibid.* *Insigne quoque nobilitatis. ib.* *Et ingenij æferis distinguebantur.* 701. 36. *Annulus ferreus virtutis belliciosæ alim denotabat. ibid.* *Variæ Annulorum genera affiuit, biemales, & natalitij. ibid.* *Signatorij. ibid.* 37. *Amicissimum à morientibus tradebatur. 702. 8. Annuli pronubi. ibid.* 39. *Annuli quatuor ab Innocentio III. Richardo Anglia Regi transmissi. 701. num. 38. Eorum mysterium declarat. ibid.* *Annulli munus.* 701. 36.
 Annus unde nomen suum sortitus? 700. num. 34.
 Antherus Pontifex. *Ei sepulchrum. Martirina diuinitus innotescit.* 359. num. 8. *Ei sacrum eius corpus in Urbem transfert. ibid.*
 S. Anthonius via Salaria martyrii palma ac sepultura donatur. 239. 4.
 Eius Oratorium via eadem. 240. n. 4.
 S. Antonius Eius Doctrina, & exemplum in fugiendis hereticis. 442. 18. *Execratur Arrianos.* 443. num. 18. *Alexandriam proficiscitur, & contra illos conciones habet. ibid.*
 Antonius Barberinus Card. S. Onuphrij laudatus. 4. 3. *Eius Epitaphium. ibid.*
 Apes, earum in sui generis mortuas obsequium. 624. 9.
 Apium herba pauperum sepulchris imponebatur, eiusque ratio. 630. 1.
 Apollo cur sandalarius dicitur. 593. n. 6.
 Eius idolum coronandi mos. 670. 4.
 Apollinares Ludi. 215. 8.
 Apollonia matrona in quodam suo prædio corpus S. Anastasie sepultura mandata. 368. 23. *Eius Domus. ibid.*
 Apolloli cultum imaginum commendat. 456. 11. *Cur appellentur Piscatores?* 532. n. 3. *Sub ouium specie mystice representantur.* 575. 1. *Per columbas designati.* 710. 59. *Per arbores.* 575. *Et per arborum ramus. ibid.* *Nuncupati arbores.* 607. 2. *Iis calceamenta à Domino prohibita.* 592. 4. *An nudis incederet pedibus.* 592. n. 4. *Sandalis utebantur.* 592. 4. *Pallio, & tunica iudebantur.* 591. num. 1. *Acquirantur montibus.* 605. numer. 7. *Et auius.* 607. 2. *Per boues etiam symbolice significati.* 601. 2. *Eorum doctrina anima aduersus tentationum impetus.* 607. 2. *Cum virentibus arborum ramis depicti, eiusque mysterium.* 575. *Eorumdem Cathedra per multa secula conseruata, & in honore sæpè habitata.* 55. 9. & 662. 5.
 Apollitrophæ S. Bernardi ad Adamum. 470. 8. *S. Cypriani ad Christum cruci affixi.* 579. 6. *S. Gregorii Nysseni ad Pastorem Euseuicicum.* 554. 8. *S. Thome ad eundem. ibid.*
 Apronianus Commentariensis Martyr. eiusque Cæmeterium. 5. 1
 Apronianus Cilicia Præfectus *ibid.* 2.
 Apronianus Urbis Præfectus. *ibid.*
 Aqua Petra percussa in deserto Gentium ad Deum conuersionis symbolum exhibet. 482. 3. *Significat etiam aquam gratiæ à Christo nobis concedendam.* 483. 3. *Et aquam ex eius latere exiit. ibid.* *Baptismum item, & Martyrium. ibid.*
 Alia præterea mysteria ex eiusdem miraculi circumstantijs haurita. 482. 3. & seq.
 Aqua, in qua nascitur, ac nutritur piscis, quid significet? 620. 7.
 Aqua diluuii figuram habet Baptismi. 473. 2.
 Aqua, qua Pharaon cum omni exercitu submersus est, symbolice representat Baptismum. 486. 1. & 2.
 Qua se lauerat quidam Episcopus hereticus, à Catholicis ut inquinata in cloacam abicitur. 444. 20.
 Aqua vitiorum significationem allegorice habet. 621. 7.
 Aqua calida in conuiujs porrigi solita. 590. 25.
 Aquæ Nymphæ pro lymphis nuncupata. 146. 1.
 Aquæ in Vrbe Roma. Labanæ. 145. 3. Tutia. 128. 6. *Virgo.* 30. 3.
 Aquila, Christum Dominum, & Ioannem Euang. symbolice designat. 451. num. 2. *Eius imaginem Cyrus Persarum Rex in vexillis militaribus præferebat.* 710. 57.
 Arbetionis, & Lollani cõsulatus. 287. 16
 Arbor eiusque mysteria. 629. 2.
 Iis homines comparantur. 628. 1.
 Symbolum Christi Domini constituitur. 629. 3.
 Item Apollolorum. 575. *Sanctorum.* 629. 4. *Homini probi & constantis. ibid.* *Et resurrectionis. ibid.*
 Arca foderis. *Car ea in Cæmeterijs depicta?* 487. 1. *Typum Christi Dominigerebat. ibid.* *Item Doctrinæ Euangelicæ à Christo promulgatæ. ibid.* 2. *Beatissima Virginis Deiparæ.* 481. 3. *Et Ecclesiæ.* 488. 4. *Eadem Auera insignita erat corona.* 667. 18.
 Arca Noemi Crucem symbolice denotabat. 473. 4. *Ecclesiam.* 473. 3. *Eiusdemque unitatem.* 477. 13. *Forma eiusdem describitur cum suis mysterijs.*
 Arca marmorea e cæmeterijs eruta. 302
 Vide verb. Sarcophagus.
 Arcus Triumphalis Ad Palmam vocitatus. 151. 1. *Arcus Triumphales Imperatorum in Vrbe.* 681. 4. *Titi Imp.* 682. 6. *Spolij ludorum in signis. ibid.* *Constantini. ibid.*
 Arcus Numentani. 150. 1.
 Archicofaternitas SS. Trinitatis. 519
 Aeneum Innocentio X. simulacrum erigit. *ibid.* *Eius præcipuus autor S. Philippus Nerius. ibid.* *Eadem S. Philippo Nerio statua conseruat.* 520.
 Atenarius Via Lauciana 43. 1. *Nomentana, & Prænestina.* 47. 3. *SS. Primiti, & Feliciani.* 150. 1.
 Argus cur centum oculos habuisse dicitur. 615. 3.
 Aries ab Abrahamo immolatus, eiusque mysterium. 478. 3. *Figura Christi Dni cruci affixi.* 479. 3
 Arma hostiū templis affigebatur. 680. 3.
 Arriani Præti potentia Ricimeri Ecclesiæ S. Agathæ ad Suburrâ obtinet. 440. 4. *Non usus sed deustationis cæmeteriorum student. ibid.*
 Arrius heresitarcha extinguitur, & qua morte? 229. 1.
 Attali Martyris de Dei nomine respõsio. 704. 43.
 SS. Attica, & Arthemia. 155. 10. *Corpora earum obinâ quiescunt?* 158. n. 15
 Auaritia Subdiaconi argentum è crypta cæmeterij furtim auferre nitentis diuinitus puncta. 226. 10.
 Aues, veros germanosque Christianos hieroglyphice significat. 607. 2. *Item electio, qui obuiam Christo in aera rapiuntur. ibid.* *Apostoli item per eas allegorice significantur. ibid.*
 S. Augustinus ex carne pauonis assu incorruptibili corpora damnatorum igne inferni hauri assumi probare nititur. 613. 6.
 SS. Auitus, & Sergius in Cæmeterio

MEMORABILIVM.

Aproniani tumulati 6. 3.
Autum coronarium. 675. 10.
Autumnus Martyrii significationem
symbolice habet. 600. 4.

B

Abylonij in labaris militariibus col-
lumbam pingebant. 710. 56.
Bacchus. Eius Templum Via Nomenta-
na. 145. 5. & 156. 14.
Eiusdem sepulchrum. *ibid.*

Baculus in manu Pastoris quid signifi-
cet? 555. 1.

Est symbolum Ecclesie sicut a hierarchie *ib.*
Balena, qua Ionam deglutit. cur specie
draconis representetur? 507. 4.

Balnea Vicarelli, sive Vicii Aurelij Via
Claudia. 345. 9.

Baptismus Christi Domini in Iordane,
eiusque mysterium. 524. 1.

Baptismus symbolice designatus per ma-
re Rubrum, in quo Pharaon cum suo
exercitu submersus interit. 486. 1.
& 2. Et per aquas diluuii idem Sacra-
mentum allegorice significatum. 473. 2

Baptismus Flaminis & Fluminis. 640. 10.
Baptismalis fons in Ecclesia S. Agnetis
Via Nomentana. 154. 6. In Ecclesia
S. Pudenciana. 370. 1.

S. Bartholomaeus. Eius in Vrbe Eccle-
sia. 342. 2.

Bases lucernis sustinentes evberriam in
veterum Christianorum Caemeterijs
Roma conspicuntur. 318. 34.

Basilica S. Felicitatis Via Salaria a sym-
macho Pontif. Rom inaugurata 224. 3.

Basilicas haereticorum in usum sacrum
nunquam assumendas ab Ecclesia Rom.
decretum. 444. 21.

S. Basilius rogat Deum, ut Iulianum
Apostatam e medio tollat. 458. 16.
Orans ante imaginem S. Mercurij, ex
a illatam iam Iuliano necem cognov-
sit. *ibid.* Eius Christiana perfectio
657. 6.

S. Basilla Caemeterium ab eius nomine
vocitatum. 224. 3. Eiusdem corporis
translatio. 235. 6.

SS. Basilla, Hermetis, & Priscillae Caem-
eterij ichnographia. 415.

Behemot dicitur diabolus, & quare. 508. 5

S. Bernardus eius ad Adamum Apostro-
phe. 470. 8.

Bellae tempore Christi Domini mansue-
feri dicuntur, & quomodo. 563. 5.

Bethlem Civitas ab incunabulo Christi
Domini maxima semper in venera-
tione habita. 518. 5.

S. Bibiana in propriis adibus matrem suam
& sororem sepellit. 357. 5. Martyrii
palmam sub Iuliano Apostata adipi-
scitur. 349. 16. Eiusdem Ecclesia. 42. 17

Titulus eius Ecclesiae ab Vrbanio vii i
inscriptus. 358. 7. Aluis, qui Vrba,
in qua eiusdem corpus asseruatur, in-
sculptus est. *ibid.* Eius domus. 358. 7.

Biochanatus quid significet 433. 7. Ifo
nomine Christiani a gentilibus appel-
lati. *ibid.*

Bizantius Senator, & Pammachius eius
filius Ecclesiam SS. Ioannis, & Pauli
aedificant. 369. 25. Ideo Titulus S. Pae-
machi e a nuncupata est. *ibid.*

Blaflula, eiusque mitra 598. 6.
Tom. II.

Blaflus, & Florinus haereticum in Vrbe ad
venit suorum dogmate e inficere nitu-
tur. 435. 3. Ab Eleutherio Pont pres-
byterij gradu deturbati effugatur. *ib.*
Boarium forum. 368. 23.

S. Bonifacius Papa I. apud sepulchrum S.
Felicitatis Orationum extrahit. 233. 1.
Eius sepulchrum. *ibid.* Bina eiusdem
epitaphia. *ibid.* 2. & 24. 3.

S. Bonifacius Martyr. Eius Ecclesia. 18.
6. Translatio corporis eius. *ibid.*

SS. Bonifacius, & Silvanus. Borum Te-
pli ichnographia. 243.

Bos, & symbolum Christi Domini. 601. 4.
Apostolorum. 601. 2. Sanctorum. *ibid.*
3. Divini verbi praconum. 602. 5.

Homini iusti. *ibid.* Hebraeorum *ibid.*
Operariorum. *ibid.* Et cogitationum
bonarum. *ibid.* S. Mattheum quoque
Evangelistam hieroglyphice signifi-
cat. 451. 2. laboris item symbolum olim
pingebatur. 673. 9. Bovis caput coro-
natum quid denotet? 673. 9.

Bos, & apud Domino recens nato adstet-
tes quid designent? 517. 1

Bracca, & Saraballe cuiusdam indu-
menti genus sit. 596. 1.

Bulgari a Nicolao I. Pontifice modum
orandi quaerunt. 578. 2.

Bulla in cordis figuram puerorum collo
appendi olim solita, & cur? 690. 16.
& 693. 21. Bulla a triumphantibus
gestaris solita, qua ac qualis esset. 693.
21. Bulla aurea, & praeterea primus
donatus est filius Tarquini Prisci.
694. 21. Bullarum voce Agnum ex ce-
reo paschali benedictum Christiani
collo appendunt. *ibid.*

C

S. Caecilia. Eius Orationum Via Ti-
burтина. 133. 3.

S. Caecilius Pontifex Caemeteria ima-
ginibus sacris adornata. 219. 10. Eius se-
pulchrum. *ibid.* Epitaphij eiusdem. 220. 11.

Caeliolus collis. 2. 1.

Caenae in Ecclesijs apud veteres Christia-
nos solemnes post sacram Communionem
582. 4. Ex dicitur Agapa. *ibid.* 5.

S. Caius Pontifex. Eius sepulchro palma
in sculpta visitur. 642. 24.

Calceamenta a Moyse soluta, prius in
Deum conuocant, & eius rei myste-
rium. 482. 2.

Calceamenta Apostolis prohibita cuius-
modi sunt. 593. 7. Quo pacto e prohibi-
tio a SS. Patribus exposta sit. 594. 8.
Quidnam m. sice significent. *ibid.*
Vide verb. sandalia.

Calcepodius. Eius Caemeterij quod sit. e
S. Pancratij Aedi subiacet, ichnogra-
phia. 419.

Calices, quibus Pastoris Evangelici
imago impressa visitur. 551. 1.
Vitrei in usu apud antiquos Christia-
nos. 551. 2. In calice vitreo rem diu-
nansantibus Marcus haereticus cha-
pulum praestigij deludit. *ibid.* Calices
e vitro quado prohibiti fuerint? 551.
2. Pretiosi etiam tempore persecu-
tionum Christi. ni vtebantur. 552. 2.

Ipsiusmet gemitibus admirationi erant.
ibid. Calix vitreus confractus a S. Do-
nato Episc. mire redintegratur. 551. 2.

S. Callistus. Eius Caemeterij, quod Se-
cretum nuncupatur, ichnographia. 409.
Campus Cyriaca matrona. 125. 1.

Candelabrum Mosaicum, eiusque myste-
ria. 650. 1. & 658. 7. Depictum in
Hebraeorum Caemeterio. 651. 3. Eius
figura *ibid.* Cur eius etiam imago in
Christianorum sepulchris exhibeatur?
651. 3. Symbolum Caeli constituitur.
651. 4. Planetarum. 652. 4. Quietis.
652. 5. Messie. *ibid.* Christi. 652. 7.

Spiritus Sancti. 653. 9. Et donorum
eius. *ibid.* Ecclesia. *ibid.* Fidelium.
ibid. Ecclesiasticorum. 654. 10. San-
ctorum veteris, & noui Testamenti.
653. 10. Crucis. 654. 11. A Tito Imp.
in triumpho Roma portatur. 651. 2.

Cantabrum, quod martyribus eodem
apponebatur, quid sit. 172. 2.

Cantus galli gallinacei, eiusque allego-
ria. 616. 7.

Capillorum inciso virginibus Deo sacris
salemis. 307. 26.

Capitui in salignis arcuui Triumphantij
olime ssignebatur. 681. 51.

Caput Iauri loca dictum. 124. 1.
Caro affa Pauonis incorruptibilis eiusq.
mysterium. 613. 6.

Carolus Magnus. Eius in episcopos re-
uerentia. 664. 7.

S. Castiani Monasterium Via Tiburtina
133. 5. Eius historia coloribus expressa
a Prudentio recensita. 458. 15.

Caltra metatio Sylle Via Salaria prope
Templum Veneris Erycine. 215. 7.

B. Callulus. Eius Caemeterij Via La-
uicana. 44. 1.

Cathedra significatio. 660. 1. In sacris
litteris quidnam significet. 661. 1. Sym-
bolum magisterij praesert. *ibid.*

Cathedra seniorum. *ibid.* 3.

Cathedra Pontificales in Caemeterijs,
55. 8. & 662. 4. Eas velis exornandi
mos. 665. Delineatio cuiusdam eum
in molium exulta. 55. & 666.

Cathedra Apostolorum per multa secula
conseruata, & in honore semper
habita. 55. 9. 662. & 665. Insalli-
bile Cathedra Romana regim. 56. 9.

Catholici in balneum, ubi Episcopus haereticus
soluerat, intrare detestant. 444. 20. Mire eorum vigilantia in de-
tegendis haereticis detestisque pellen-
dis. 436. 5.

Cedrus symboli viri probi ac iusti. 63. 2. 4

Cerdo haereticus. Eum Catholici Rome
execratur, & ut pestifera labe in-
fectum vitant. 435. 3.

Ceruus. Natura timidus. 603. 2. Pru-
dentia haud expertus. 604. 3. Eius lon-
guitas. 603. 3. Eiusdem in serpentem
odium. *ibid.* 4. Currit ad fontes. 605.

6. In montibus habitat, & loca spino-
sa transilit. *ibid.* 7. Mutuū inter Ce-
ruos auxilium. 606. 8. Ceruae tonitruo
territae parturient. 604. 3. Eius pro-
prietates mysterofo. 603. 1. Hiero-
glyphicum consiluitur Christi Do-
mini. 604. 4. Sanctorum. 605. 4. Apo-
stolorum item, ac Doctorum. *ibid.* 5.

Peccatoris penitentiam agentis. *ibid.*
7. Fidelium. 606. 8. Charitatis. 604.
4. & 606. 8. Naturalis Cerui insti-
tutus, eiusq. ad mores adaptatio. 603. 4

M E M O R A B I L I V M.

- Charitas Boni Pastoris . 572. 4.
 Propria tantum feruorum Dei . 609. numer. 4.
 Charitatis symbolum constituitur Ceruus . 604. 4. & 606. 8.
 Cherubin, aliasque imagines in Tēplo Salomonis locari iubet Deus . 453. 4.
 Christimon quid significet? 568. 4.
 Christiani, calumnijs petiti ab ethnicis, quod mortuorum corpora cremare detrectarent. 432. 3.
 Aemuli veterum sanctorum Patrum in mortuis sepeliendis 433. 7.
 Coronas ab Imperatoribus ethnicis donatas licite gestabant . 671. 8.
 Condemnati ad fodendam arenam . 236. 2.
 Ad opera publica . 385. 3.
 Appellati Biotbanati à gentilibus . 333. 7.
 Os solum Christi nomen damnantur . 685. 14.
 Vtuntur istis symbolis ac hieroglyphicis gentilium, verum alio sensu . 450. 2.
 Sub Imperatoribus ethnicis militabat 671. 8.
 Vniti in Arca Ecclesie Diluuium euadunt, & attolluntur in Caelum . 477. 13.
 Foru in moriendo pro Christo alarica . 686. 14.
 Inscit Christo . 575. 2.
 Orant brachijs in crucem expansis nomine mysterio . 579. 8.
 In Ecclesia tanquam in Arca Noemica vniti, & spepleni . 477. 13.
 Noemi ex eplo transactis huius mundi fluctibus requiem sperant . ibid.
 Beati primorum Christianorum conditio . 392. 2.
 Foru erga SS. Petrum, & Paulum deuotio . 404. 3.
 Nullum eorum cum gentilibus onquã commercium . 433. 8.
 Cur à coronis gerendis abstinerint? 669. 4.
 Eorundem in martyrum actis ac nominibus colligendis studium . 694. numer. 23.
 Christus eius, & Adami àitibesi 470. 10
 Assimilatus arbori . 576. 3. & 629. 3.
 Gramo sinapis . ibid.
 Agricola . 630. 5.
 Agno . 557. 7.
 Pastori 550. 1.
 Vermi . 509. 7.
 In Candelabro Moisaico adumbratus . 652. 7.
 In habitu Pastoralis . 550. 1.
 Pastor est, & Agnus . 557. 3.
 Cur specis iuuenili effingatur? 549. num. 1.
 Diabolum verbis S. scripture deuicit, & cruce illum peremit . 490. 4.
 Triumphum de eodem agit per Crucem . ibid.
 Benedicit, & solatur afflictos . 497. num. 4.
 Suam isse effigiem diuinitus effingit mittitque ad Abagarum Edesse Regem . 453. 4.
 Eius dem effigiat, traditque Veronica . 454. 57.
 Vid e verb. Imago . ibid.
- An nalis pedibus incederet, varia sententia . 592. 4.
 Parabolis, ac figuris plurima docebat . 466. 2.
 Græco vocabulo piscis dictus, & qua ratione? 498. 2.
 Natiuitatis eius, & circumstantiarum mysteria . 516. 1.
 Sub tempus descriptionis tributorum nascitur, eiusque mysterium . ibid.
 Duodennis inter doctores disputans, eiusque mysterium . 522. 1.
 Quid eoe eiusdem pueri Iesu imagine fideles discere possent . 523. 2.
 Humilitatem nimirum . ibid.
 Et sapientiam respodendi aduersarijs fidei . ibid.
 Cur baptizari voluerit? 524. 1.
 Fessus de via ad puteum cum Samaritana sedet, eiusque mysterium . 528. num. 1.
 Paruulo manus imponit, eiusque mysterium . 537. 1.
 Eiusdem Domini lenitas paruulos ad se vocantis . 528. 3.
 Agni nomine sapissime appellatus . 557. num. 2.
 Cruci affixus sub Agni specie à prime uis Christianis cur exprimeretur . 559. 6.
 In Agni forma ulterius exprimi baud necessarium . 557. 3.
 Agni tamen forma exprimi non indecorum, & vsu receptum est . 558. numer. 5.
 Quo pacto eidem Domino vis eloquentia Orphei conueniat? 560. 1.
 Sicut Orpheus, omnia trahit ad se . 562. 3.
 Eiusdem Christi, & Orphei inter se collatio . 562. 4.
 Quomodo ut Orpheus, fera hominum ingenia permulserit? 563. 6.
 Quomodo tempore Christi, bestia mæsueri dicantur . ibid. 5.
 SS. Chrysanthus, & Daria . 225. 7.
 Descriptio loci, in quo illi martyrio coronati sunt . 226. 10.
 Chrysaorus erit beton locus . 567. 2.
 Circus Maximus . 368. 23.
 S. Citronina pro S. Saturnino locus ita dicitur Via Salaria . 241.
 Claudia Eugenia filia sepulchri extruit Via Latina . 5. 3.
 Dum ad illud precibus vacat, ab ea per visum solatio leuatur, mortemque illi vicinam denunciat . 6. numer. 3.
 SS. Claudius, Nicostratus, Castorius, & Symphorianus . Cœmeterium, seu Arenarium eorum Via Lauciana . 42. num. 1.
 Clauus ferreus martyr, eiusque cœtypum . 688.
 Clemens Alex. Coronam militarem Christianis ab Imperatoribus ethnicis donatam reiiciendam ait . 670. 6.
 Cluius Cucumeris locus ita dicitur . 217. & 236. 1.
 Clodiana Massa . 340. 10.
 Clodianus lacus . 340. 10.
 Clotharius Rex Francia . 663. 7.
 Cludi, seu Clodij forum . 345. 9.
 Cœcus à natiuitate illuminatus, eiusque mysterium . 530. 1.
- Cœlimontana Porta . 30. 1.
 Cœlum per Candelabrum Moisaicum hieroglyphice expressum 651. 4.
 Cœmeteria, quomodo extrui ceptæ? 433. 7.
 Cryptarum in ijs ordines tres . 138. 3.
 Cœmeteria Urbis post irruptionem Longobardorum neglecta iacuerunt . 221. num. 13.
 Idcirco Stephanus III. Sanctorum corpora ex ijs in Urbem transfert . 221. 13.
 In e. exterarum gentium furor debacchatur . 430. 1.
 A Gothis Arrianis de uastata . ibid.
 A Longobardis etiam detrimentum accipiunt . 421. 1.
 Ea ab infidelium cadaveribus illibata seruantur . ibid. 2.
 Et ab hereticorum, schismaticorumque . 434. 1.
 Cœmeteria, de quibus in secundo Rome Subterranea volumine agitur .
 Agnetis Via Nomentana . 152. 1.
 Alexandri Pape eadem . 148. 1.
 Alexandri, & S. Felicitatis, Via Salaria . 225. 6.
 Aprontani, Via Latina . 5. 1.
 Bassile, Via Salaria . 233. 2. 234. num. 3. & 320.
 Cassuli, Via Lauciana . 44. 1.
 Chrysarthi, & Darie, Via Salaria . 225. 9.
 Cyriaca in Agro Verano . 105. 1.
 Eiusdem descriptio . 131. 10
 Inscriptiones sepulchrales inde erute . 129. 8.
 Alia in Equitij titulu translate . 131. num. 10.
 Claudij, Nicostrati, & Sociorum, Via Lauciana . 42. 1.
 Ad Cluium Cucumeris, Via Salaria . 236. 1. 318. 33. & 320.
 Felicitatis, & filiorum, Via Salaria . 223. 1.
 Gordiani, & Epimachi, Via Latina . 7. num. 1.
 Helena Via Lauciana . 31. 1. & 34. 6.
 Hermetis, Bassile, Proti, & Hyacinthi, Via Salaria . 233. 1.
 Hilarie, Via Salaria . 231. 1.
 Hippolyti, Via Tiburtina . 129. 7.
 Iordani, Via Salaria . 223. 1.
 Marcellini, & Petri, Via Lauciana . 31. 1. 43. 1. & 47. 1.
 Marcelli, Via Salaria . 219. 8.
 Nicomedis, Via Nomentana . 147. 1. & 172.
 Nouvelle, Via Salaria . 229. 1.
 Ad Nymphas Via Nomentana . 146. num. 1.
 Ostriani, Via Salaria . 230. 1.
 Primi, & Feliciani, Via Nomentana . 150.
 Priscille, Via Salaria . 217. 1.
 Vnde principium habuerit? ibid.
 Eius vastitas, ac amplitudo . 221. num. 15.
 In varia diuisum est membr. variag. nomina sortitur . 222. 20.
 Ex eodem multa Sanctorum corpora in Urbem transferuntur . 220. 12.
 Locus in eo dicitur ad S. Marcellum . 219. 8.
 Priscille, & Bassile . 234. 2.

INDEX RERVM

- Varia ad nonam* fortitur. 220. 11.
Priscilla intra muros Urbis. 371. 3.
Eiusdem forma ac species. ibid. 4.
Quarti, & quinti, Via Latina. 14. num. 1.
Resituti, Via Nomentana. 151.
Ad S. Saturninum, Via Salaria. 231. num. 1.
Septemvirginum eadem. 224. 5.
Simplicij, Seruiliani, Quartij, & Quintij, Via Latina. 14. 1.
Eius antiquitas, & situs. ibid.
Tertullini, eadem. 15. 1.
Tiburtij, Marcellini, Petri, & Helena, Via Lauicana. 31.
Idem nuncupatur inter duas Lauros. ibid.
Ad S. Helenam. ibid.
Tbrafonis, Via Salaria. 231. 1.
Nuncupatum ad S. Saturninum. ibid.
Valentini Via Flaminia. 340. 1.
Ad Vrsam pileatam. 357. 4.
Zotici Via Lauicana. 45. 1.
Cemeteria à Basso adiuuent.
Via Flaminia. 349. 1.
Via Latina. 19. 1.
Via Lauicana. 47. 1.
Via Nomentana. 172. 1.
Via Salaria. 241.
Via Salaria veteri. ibid.
Via Tiburtina. 134. 1.
Cemeteria intra Urbem in adibus priuatis. 356. 1.
In adibus S. Flauiani. 357. 5.
In adibus Pudentis. 271. 3.
Eius forma ac species descripta. ibid. num. 4.
Cena in Ecclesijs. 581. 3.
Cena communes in Ecclesijs post sump- tum Ss. Eucharistie Sacramentum. ibid.
Cena communis dicta Agape. 582. 5.
Cogitationes bonae per bonam symbolice significantur. 602. 5.
Collatio Christi, & Adami inter se. collatio. 579. 7.
Eiusdem, & Orphei. 562. 4.
Coronarum huius seculi, & aeternarum. 675. 15.
Dauidis, & Golie. 490. 3.
Maris Rubri, & Baptistini. 486. nu. 1. & 2.
Testamenti veteris, & noui. 486. 2.
Collegium Vrbanum de propaganda Fi- de tribus Magis dictum. 522. 4.
Collina Porta. 214. 1.
Collis Caliolus. 2. 1.
Exquilinus. 375. 3.
Præclaris olim habitatoribus illustris. ibid.
Et superbis adificijs splendidus. ibid. *Viminalis*. 144. 3.
Columba à Noëmissa, eiusque mysterium. 477. 12.
Capiti Christi Domini, dum in Iordane baptizatur, insidens quid denotet. 525. 2.
Columba imago cum oliuae ramifculo tribus pueris in fornace appicta quid innuat ? 646. 10.
Columba hieroglyphicum simplicitatis. 609. 2. & 706.
Dilectionis. ibid. & 609. 3.
Gemitus. ibid.
- Charitatis*. ibid. 4.
Imocentia 607. 1. & 706.
Puritatis. 610. 4.
Manfuetudinis. ibid.
Spiritus S. mystice designat. 451. 2. & 608. 1.
Per eas Apostoli quoque symbolice significantur. 710. 59.
Munditici amica est. 711. 60.
Videt in aquis vrbam accipitris, atque eius mysterium. 609. 1.
Volatus columbae, eiusque mysterium. ibid. 2.
Septem eiusdem proprietates. ibid. 4.
Oliuae ramifculum ore preferens quid denotet. 608. 1.
Mire interuenit electioni S. Fabiani Pontificis. 666. 9.
S. Gregorii Episcopi Agrigentini. ibid. num. 10.
Aderiti, Eleucadij Martiani, Calocervi, Proculi, Dati, Seueri, aliorum multorum Episcoporum Raenematiunum. ibid.
Cur S. Gregorio Magno appingatur. 667. 11.
In quadâ stella Pontificia efficta eiusque mysterium. 666. 9.
Spiritus Sancti assilentiâ Sedi Apo- stolice symbolice denotat. ibid.
Columba aurea, & argentea, in quibus Ss. Eucharistie Sacramentum afferuabatur. 610. 5.
Columbae cum ramis oliuae in antiquis Christianorum sepulchris effingi solite, & cur. 21. 646. 9.
Et Nauicula Petri insidens, eiusque mysterium. 475. 9.
Columbae albae Persis execrabiles. 709 num. 55.
Eadem Syris amica, & sacra. ibid.
A Palaestina in honore habita. ibid. num. 56.
Columna oppidum, quod olim Labicum nuncupabatur. 30. 3.
Commentariensis munus quale olim dicebatur ? 5. 1.
Conchylia, aliâque id genus ornamenta in Cemeterijs. 178. 7.
Concilium. Bina concilia in Thermis Traianis celebrata. 382.
Concilij œcumenici à S. Siduestro in eisdem Thermis celebrati delineatio. 383.
Concilia approbant, ac precipiunt cultum sacrarum imaginum. 456. num. 11.
Concionator Euangelicus, eiusque officium. 617. 9.
Eius habitudines ac qualitates in gallo allegorice expressæ. ibid.
Virtus discretionis ei necessaria. ibid.
Plus operibus, quam verbis infornare debet. ibid.
Concursus populi ad Ecclesiam & Cemeterium S. Hippolyti. 129. 7.
S. Concordia S. Hippolyti nutrix in Cemeterio B. Cyriacae tumulatur. 127. 3.
Congiarum Seueri Imperatoris. 671. num. 8.
Congregatio Oratorij à S. Philippo Nerio instituitur. 585. 5.
Cur ea id nomen sortita sit. 586. 19.
Sacer quotidianus sermo ad populum in ea habetur. 586. 17.
- Modus ac ratio proponendi verbis diuini à Patribus eius Congr. quae habeatur* ? ibid. 19.
**Coniuratio Catilinae vrbis ante detecta fuerit à Cicerone ? 339. 7.
Consolationis diuinae munera simul cum mundanis Deus non largitur. 484. 7.
Constantinus Magnus, vrbis Maxentium tyrannum debellauerit. 339. 7.
Baptizatur, & à lepra mundatur. 376. 4.
Ecclesijs edificandis operam dat. 377 num. 11.
Extruit Ecclesiam Ss. Marcellini, & Petri. 33. 4. 47. & 48.
S. Agnetis. 154. 6.
Crucem in labore militari praefert. 710. 57.
Humatur Constantinopoli in Atrio Ecclesiae. 447. 25. *Arcus eius Triumphalis*. 683. num. 6.
**Constantina filia Constantini, & vxor Galli Caesaris, alia ac diuersa ab illa, cuius habetur mentio in inscriptione in Ecclesia S. Agnetis. 154. 7. & 8.
Constantia filia Constantini morbo liberata ad sepulchrum D. Agnetis. 153 num. 4.
Agit cum patre, vti in honorem praememoratae Sanctae Ecclesiam excitet. 154. 6.
Appellatur & ipsa Constantina, & de hac iam dicta inscriptio loquitur. 154. 8. & 9.
Eius habitatio. 155. 11.
Constantia plures eodem nomine nuncupata ? ibid.
Conuerfus Ninive postquam lous in mare proiectus fuit, eiusque mysterium. 506. 2.
Conuitia mortuis praebendi mos apud gentiles. 584. 13.
Coniuuantium imagines in Cemeterijs. 581. 1.
Corda Sepulchris in sculpea quid innunt. 690. 16.
Cordis figura amorem hieroglyphice designat. 691. 17. & 692. 21.
Eius effigies expenditur. ibid. 19.
Cur nobilissimum in animali membrum ? ibid.
In medio corporis locatum. ibid.
Ex eo hominis mores confici possunt. 692. 20.
Mentis, ac sapientiae symbolum etiam constituitur. ibid. 21.
Ex corde vicima rerum euentus coniectari solebant. 692. 20.
Cordis imago Christianorum etiam sepulchris iesulpi olim solita. 693. num. 21.
Corona militaris reiecta à milite Christiano. 669. 4. & 670. 5.
Improbata, & ut signum idololatriae notata à Tertulliano. 670. 5.
Hinc eadem data occasio scribendi de Corona militis. 669. 4.
Sumpta, & gesta cum laude ab alijs Christianis. 671. 8.
Ab Imperatoribus etiam Christianis, ibid.
Imperatorum Christianorum namis- mata, quae eiusmodi coronas insensitas praferunt. 672. 8.
Quales sint ille, quae à Ss. Patribus impro-****

INDEX RERVM

- improbantur? 671. 8.
*Qua ac quales sepulchris insculpan-
 tur?* 671. 8.
*Cur ab iis ferendis Christiani absti-
 nuerint?* 669. 4.
 Coronæ Sanctorum sepulchris appendi
 consueta. 675. 10. & 676. 15.
 Corona, Martyrium nuncupatur. 677.
 num. 17.
 Coronæ martyribus preparari visæ 678
 num. 18.
 Iis Martyres, qui se aliquando viden-
 dos obicere, redimiti conspiciuntur.
 675. 12.
 Coronæ temporarie, & aeternae, earum-
 que inter se collatio. 675. 13.
 Coronarum in sacrificiis usus. 667. 1.
 Cur nisi coronati Diis offerretur
 667. 1.
 Coronati cur conuiuiis accumberent.
 ibid.
 Coronæ depositio mæstitia olim signum
 erit. 668. 2.
 Hinc in funeribus eas deponendi an-
 tiquorum mos. ibid. 3.
 A Seneca Imperatore militibus dona-
 ta. 669. 4.
 Coronarium auctor Romulus. 672.
 num. 8. *Qua ac quales olim essent?*
 668. 2.
 Eorum varia genera. ibid.
 Coronæ laureæ primū in usu. 673. 9.
 Aureæ vero triumphantium, earumq.
 pondus ac magnitudo. 673. 9. 675.
 num. 10.
 Ex quercu ob ciuem seruatum dona-
 ta. 673. 9.
 Iis noua nuptæ redimiri solita. 674.
 num. 9.
 Iisdem ornabantur fores domus nup-
 tialis. ibid.
 Earundem usus laurus præcipue dica-
 ta. ibid.
 Coronæ coniuuales e quorum florum
 genere texerentur? 674. 9.
 Lanæ in conuiuiis usurpata. ibid.
 Coronæ gentilitum solis radios amula.
 trices. 677. 18.
 Corpora Martyrum in Cæmeteriis re-
 perta nomine ac titulo orbata. 450.
 num. 30.
 Corpus humanum instar domus semidi-
 rute est. 673. 5.
 SS. Colinas, & Damianus eorum in Vr-
 be Ecclesia. 342. 3.
 Crescentius Abbas, S. Philippi Nerii
 discipulus, S. Caii Papa reliquias in
 Cæmeterio S. Callisti inuenit. 222.
 num. 21.
 Priscilla Cæmeterium ingreditur.
 ibid.
 Et multiplicium viarum ambagibus
 implicitus ac recto tramite diu aberrat
 ibid.
 B. Philippo Nerio opitulante viam
 misse reperit, & in lucem spe, ac opi-
 nione citius emergit. 223. 2.
 Potium ex argento tabellam ad eius-
 dem Sancti sepulchrum beneficii testē
 appendit. ibid.
 Crux Christi Domini e quatuor lignorū
 generibus erat compacta. 634. 2.
 Fundamentum ac basis est Christianæ
 religionis. 544. 1.
 Variis modis olim exprimebatur. 557.
 num. 3.
 Sine imagine Crucifixi ab antiquis
 pingi solita. ibid.
 Crux, quæ Constantino Magno in aere
 apparuit. 464. 12.
 Eiusdem virtuti victoriam idem Cō-
 stantinus ascribit. 708. 52.
 Eandem in labaro militari præferebat
 710. 57.
 Crux gemmata coloribus adumbrata,
 eiusque mysterium. 544. 1.
 Crux gemmis. & auro intersingui
 quando cæperit? 545. 2.
 S. Orestes detegitur Christianus, &
 martyrio afficitur visa a gentilibus
 cruce aurea, quam collo appensam
 gestabat. 545. 3.
 Crucis signum in Thermis Diocletia-
 nisi insculptum lapidibus sæpe reperit-
 ur. 384. 1.
 Crucem ex auro sibi Procopius con-
 strui iubet. 545. 2.
 Tres in ea imagines diuinitus inscul-
 ptæ apparent. ibid.
 Tres in ea imagines diuinitus inscul-
 ptæ apparent. ibid.
 Virtute crucis victoriam de hostibus
 reportat. ibid.
 Martyrio afficitur. ibid.
 Crux quando publica adorationi exponi
 cæperit? 546. 6.
 Cū Christo illi fixo ad primævis Chri-
 stianis neutiquam effigiari solebat, &
 cur? 478. 1.
 Constructa ab Angelis in specie auri-
 ficum. 516. 4.
 Pani eminus signato diuinitus impres-
 sa reperitur. 534. 6.
 Crux Decussata. 592. 2.
 Stationalis. 547. 7.
 Per Arcam Noëmicam typice designa-
 ta. 473. 4.
 Per Candelabrum Mosaicum. 654.
 num. 11.
 Per fundam Davidicam 490. 2.
 Per lyram Orphei. 562. 3.
 Per virgam Moysi. 483. 4.
 Crux olim probrosa nunc gloriosa.
 547. 8.
 Crucem Christi in frontibus ferre
 Christiani debent, & cur. 572. 11.
 Eius figura Christianis olim solemnif-
 sima erat. ibid. 12.
 Crucis signum pluribus in rebus na-
 turaliter commendatur. 573. 14.
 In Cruce hominum salus. 707. 50.
 Cryptæ Arenaria, Via Laticana. 30. 2.
 Via Nomentana. 151. 2.
 Via Salaria à Basis inuenta. 244. 5.
 Crypta inferior in Cæmeterio SS. Mar-
 cellini, & Petri.
 Cryptæ, & Cæmeteria intra muros Vr-
 bis. 356. 1.
 Crypta Nepotiana. 356. 2.
 In ea S. Stephanus Papa Baptismate
 lauat fideles. 357. 2.
 Nouati, seu Nouatiana. ibid.
 Cryptarum ordines tres in Cæmete-
 riis. 138. 3.
 Cubicula Cæmeteriorum subterranea,
 & figure inibi existentes.
 In Cæmeterio S. Agnetis Via Nomen-
 tana. 181. & seq.
- In Cæmeteriis Via Latina sitis. 22. &
 seq.
 Vnicum in Cæmeterio Cyriacæ Via
 Tiburtina. 131.
 SS. Marcellini, & Petri. 57. & seq.
 Priscilla. 245. & seq. & 289. & seq.
 Valentini, & Iulii Pape Via Flami-
 nia. 351. & seq.
 Cubiculum SS. Lucilla, & Firmine in
 Cæmeterio SS. Marcellini, & Petri.
 56. 1.
 Cubiculum quod Clavum nuncupatur,
 in Cæmeterio Priscilla. 218. 6.
 Cubiculum in Aditu Cæmeterij S.
 Agnetis. 179.
 Aliud in eodem S. Agnetis Cæmeterio
 amplissimum. 392. 2.
 Cucurbita, sibi cuius umbra Ionas resi-
 debat, cur hedera dicitur. 509. 9.
 Curator Via Claudia. 339. 9.
 Flaminia. 338. 8.
 Latina. 4. 3.
 Nomentana. 144. 2.
 Salaria. 216. 11.
 Tiburtina. 124. 3.
 Curus Elie igneus eiusque mysteria.
 593. 2.
 Curus cum equis eximij operis in Tem-
 plo Hierosolymitano, & cur. 494. 7.
 Cydaris, seu Tiara symbolum resurre-
 ctionis. 596. 4.
 Cypressus arbor funesta. 630. 1.
 Diti sacra. iud.
 Principum sepulchris imponi solita.
 ibid.
 Eiusdem arboris mysteria. 632. 3.
 Mortis significationem hieroglyphice
 obtinet. 631. 2.
 Symbolum hominis iusti habetur.
 632. 4.
 Eius imago Christianorū sepulchris
 insculpta quid designet. 630. 1.
 S. Cyprianus. Eius Ecclesia Via Laticana
 47. 2.
 S. Cyriaca matrona in suis adibus ad mō-
 tem Cælium pauperes alit. 125. 1.
 Domus eius et ager in monte Cælio.
 ibid.
 Vbinam sepulchrum sortita sit. 127.
 num. 3.
 S. Cyrialla et Typphonia in Cæmeterio B.
 Cyriacæ sepeluntur. 127. 4.
 Cyrelli Romani prædium Via Claudia.
 349. 17.
 Cyrus Persarum Rex Aquile in imaginem
 in vexillis militaribus præferebat.
 710. 57.

D

- D**æmon cur Bebebot appellatus. 508
 num. 5.
 In aquis Baptismi submergitur. 486.
 Dagon idolum, hominis simul et piscis
 faciem præ se ferebat. 619. 2.
 Damascus Papa. Eius encomium. 229.
 num. 1.
 Eius aduersus hereticos vigilantia.
 449. 28.
 Eiusdem in sacris Cæmeteriis colendis
 studium. ibid.
 Daniel Propheta, et mysteria quæ con-
 tinet. 502. 1.
 Virtus ac sanctitas eius. ibid.

MEMORABILIVM.

- Orat brachijs in crucem expansis. 504. num. 7.
 Christum Dominum mystice designabat. 503. 2.
 Resurrectio per illum symbolice denotatur. 504. 5.
 Daniel, Iobus, & Noemus diversis hominum ordinis in Ecclesia representant. 653. 10.
 Dauid Rex, eiusque mysteria. 488. numer. 1.
 Christum Dominum in typo designabat. 491. 5.
 Fiducia eius cum Golia praeliatur expensa. 490. 3.
 Eius funda Crucem symbolice significat. 490. 2.
 Et quinque lapilli quinque libros Moysi. ibid. 4.
 Orat manibus in altum sublati. 579. num. 5.
 Eius & Golia inter se collatio. 490. num. 3.
 Eiusdem elogium. 491. num. 5.
 Delphinus inter pisces principatum obtinet. 621. 1.
 Musica delectatur. 622. 2.
 Cum homine amicitiam exercet. ib.
 Nautis in periculo auxiliatur, & quo pacto. 626. 1.
 Somni parcissimus. 622. 2.
 Aere liberiori gaudet. ibid. 3.
 Eius cum crocodilis bellum. ibid. 5.
 Catulos suos in periculo ventre tutandos suscipit. 623. 6.
 In tempestate imperterritus est. ibid. nu. 7.
 Eius in sui generis mortuos obsequium. 624. 8.
 Eius imago eorum tumulis insculperetur. ibid. 12. & 625. 13.
 Delicatus seu ceterum Mausolei ac sepulchri S. Helena matris Constantiniani Imp. 41.
 Sepulchri S. Constantii. 156. 13.
 S. Franciscæ Romanæ. 13.
 S. Martine. 363.
 Martyrij S. Sebastiani ex quadam Tabula antiqua, que supra Aitarem in Cœmeterio Priscilla visibatur. 335.
 Vitrorum eum sacris nonnullis inibi effigies figuris, que sepulchra in Cœmeterijs exornabant. 264. & 402. & seq. & 689.
 Cella Pontificia marmori incise, cui columba insidet, inter fragmenta sepulchrorum Cœmeterii inter duas Lauras reperta. 55. 8.
 Ecclesie Ss. Marcellini, & Petri Via Lauciana. 51.
 S. Tiburtii eadem Via. 53.
 S. Hermetis. 323.
 Duarum Ecclesiarum, que sibi contiguae Via Salaria noua sitæ sunt. 243.
 Agni eum eruce. 557. 3.
 Lapidis cuiusdam sepulchralis. 658. num. 7.
 Vngula ferrea martyribus excruciantis. 687.
 Et clausi ferrei. 688.
 Anuli signatorij. 698. 705. & 708.
 Sarcophagorum ex Cœmeterijs B. Agnetis. 158. & seq.
 Cyriacæ Via Tiburtina. 143.
 Ecclesia à S. Siluestro ad Thermas Titianæ extructæ. 381.
 Concilij ab eodem S. Siluestro in præmemoratis Thermis celebrati. 383.
 Quatuor Crucium cum Crucifixo quaternis clausis transuerberato. 407.
 Delubrum Diane Via Nomentana. 145. 5.
 Demetria Ecclesie in honorem S. Stephani Via Latina extruit. 18. 8.
 Descriptio Cœmeterij Priscilla, Via Salaria. 286. 14.
 Alterius intra Urbem. 371. 4.
 Cœmeterij S. Cyriacæ. 131. 10.
 Deum ut principium, & finem omnium rerum creati etiam contemplati sunt. 723. num. 42.
 Eius æternitas describitur. 704. numer. 43.
 De Dei nomine Attali mart. responso. ibid.
 Diabolus. Vide verb. Dæmon.
 Diana. Templum eius, & delubrum Via Nomentana. 145. 5.
 Dignitas narius adnotus ab aliquibus hereticis quid inuauit? 580.
 Dignitas R. gum. 662. 6.
 Dignitas Episcopalis excellentia. 663. 6.
 Dignitas Sacerdotij regali præferenda. ibid.
 Dilectio hieroglyphice per columbam exprimitur. 609. 3.
 Ss. Diodorus, Mirianus, & socii martyres in crypta à Numeriano Imp. obstruæ martyrium adepti. 226. 9.
 Doctrinæ Ss. Patrum de hereticis intandis. 441. 16. & seq.
 Apostolorum à tentationibus tuentur. 607. 2.
 Doctrinæ infidelium, quamuis vera nihil probant, sed ad ipsosmet conuincendo probe adducuntur. 561. 2.
 S. Dominicus. Eius imago Surriana. 464. 13.
 Exemplaria imaginis eiusdem miraculis clara. 465. 14.
 Domus Apollonia matrone. 368. 23.
 S. Bibiana. 358. 7.
 S. Cyriacæ in monte Cælio. 125. numer. 1.
 S. Pauli. 369. 25.
 S. Flauiani. 357. 5.
 Ss. Iouannis, & Pauli. 368. 24.
 Iustæ matrone. 151. 1.
 Nicodemi Romani. 367. 22.
 Pudentis Senatoris. 356. 2. & 370. num. 1.
 Quirini subdiaconi. 367. 22.
 Equitij in Colle Exquilino sita. 375. num. 3.
 In illa S. Siluester oratorum extruit. ibid.
 Domus, & Tabernaculum, quomodo inter se differant. 659. 11.
 Domus in sepulchris scalpro vel pennicillo expressæ. 655. 3.
 Eæ quidam significant? 657. 7.
 Domus symbolum humani corporis est. ibid.
 Et sepulchri. ibid.
 Ecclesia item militantis, & Triumphantis. 659. 8.
 Mansionum ecclesiarum. ibid. 9.
 Virtutis. 659. 12.
 Domus Aurea Neronis. 654. 1.
 Craffi. 655. 2.
 Mecanatis. ibid.
 Domus Salomonis. 655. 2.
 Domus saltus Libani. ibid.
 S. Donatus, ealicem vitro fractum diuinitus redintegrat. 551. 2.
 Donatistæ heretici Romam ueniunt, eoque nonnullos suos Episcopos accersit. 436. 7.
 Nullam Romæ Ecclesiam obtinere valent. 437. 7.
 Conuenticula sua habent in quadam spelunca montis extramuros: atque hinc Montanenses dicunt. ibid.
 Eorum arrogantia. ibid.
 Memorias Apostolorum visere contumunt. ibid.
 Ecclesie & Cœmeteria in Africa inique occupant. 438. 9.
 Probat, quod nostra Romæ Cœmeteria stot asserere, aut iis vilo modo uti nequiverint. 437. 8. & 438. numer. 10.
 Sacrilega impietates patrate in Ecclesiis ab illis usurpatis. 438. 8.
 Ss. Eucharistia Sacramentum canibus obicitur; sed ab isflem, Numme vindice, dilantantur. ibid.
 Ausertur virginibus vela ac mitras qui bus Catholici eas velauerant. 597. num. 5.
 Refelluntur à S. Optato Mileitano. 438. 10.
 Donatium Seueri Imperatoris reie. Etum à milite Christiano. vide verb. Corona.
 Draco. Balena, que Ionam propheta in deglutit, eor specie Draconis representetur. 507. 4.

E

- Ecclesia in Candelabro Mosaico mystice adumbrata. 653. 9.
 Ecclesia S. Agathe in Suburra, quam heretici inuasertant, ab illis recuperata à S. Gregorio expurgatur. 444. 21.
 Ecclesia Ss. Marcellini, & Petri per visum demonstratur illi, qui eorum corpora querebat. 356.
 Ecclesiarum splendida olim supellex. 227. 11.
 Ecclesie hereticorum respuuntur à Catholicis. 444. 21.
 Et ille, que prius fuerant Catholicorum, ex hereticorum manu vindicata exstantur. ibid.
 Ecclesie, de quibus in secundo Romæ subterraneæ volumine mentio occurrit.
 Abundii, & Abundantis, Via Flaminia. 342. 2.
 Adalberti. ibid.
 Adriani. 147. 4.
 Agapeti. 133. 5.
 Agathe in Suburra. 444. 21.
 Alexandrij Pape. 149.
 Anastasia. 368. 23.
 Andrea in Aurisario. 152. 2.
 In Piscina. ibid.
 Agnetis. 153. 6.
 Angeli in foro Piscario. 46. 2.
 Bartholomæi. 342. 2.
 Bibiana. 42. 17.

INDEX RERVM

- Bonifacii . 18. 6.
 Clauui . 349. 18.
 Cypriani, *Via Laucana* . 47. 2.
 Cosmae & Damiani . 342. 3.
 Constantia . 156. 13.
 Eleutherii . 46. 2.
 Eugenia, *Via Latina* . 6. 4.
 Helena . 34. 6. et 48. 2.
 Hermetis, *Bassilla*, *Freti*, & *Hyacinthi* . 234. 3.
 Felicitatis, *Silvani*, & *Bonifacii* *Pape* . 224. 3.
 Flauiani . 346. 10.
 Gordiani, & *Epimachi* . 8. 2.
 Ianuarii, *Via Laucana* . 47. 4.
 Tiburtina . 132. 3.
 Ioannis ad *Portam Latinam* . 16. 1.
 Ioannis, & *Pauli* . 369. 25.
 Laurentii, *Via Tiburtina* . 125. 1.
 In *Lucina* . 150. 5.
 Marcellini, & *Petri* ad *Lateranum* . 42. 17.
Via Laucana, extructa ad *Constantino Imp.* 33. 41. 47. & 48.
 Per *uisam* cuiusdam ostensa . 35. 8.
 Instaurata atque expurgata nostris temporibus . 49. 5.
 Eiusdem iconographia . 51.
 Marcellini *Via Claudia* . 345. 9.
 Mariae *Virginis* *Via Tiburtina* . 123. num. 4.
 Mariae *Novae* . 8. 5.
 In ea corpus *S. Franciscæ Romanæ* conlatur . *ibid.*
S. Mariae in *Via Lata* . 390. 9.
 Martine *Virginis*, & *Martyris* . 359. 8. & 364.
 Ea ad *Capitoli radices* eleganti opere exurgit . 362.
 Matthei in *Merulana* . 34. 6.
 Nicandri, & *Eleutherii* . 46. 2.
 Nicomedis . 147. 1. & 173. 3.
 SS. *Nominis Iesu* . 342. 4.
 Olympinae . 358. 7.
 Petri, *Via Tiburtina* . 133. 4.
 Præcedit, in *Exquilis* . 218. 5.
 Primi, & *Feliciani*, *Via Nomentana* . 150. 1.
 Prudentiana . 370. 1.
 Quatuor *Coronatorum* . 43. 2.
 Restituti . 151. 2.
 Romani . 239. 2.
 Sabine . 149. 3.
 Saturnini . 222. 4.
 Eam *uisentibus* *Indulgentiæ concessisse* . 233. 4.
 Siluani, & *Bonifacii* . 224. 3. & 242.
 Eius iconographia . 243.
 Siluestri, *Via Salaria* . 219. 9. & 286. num. 13.
 Stephani in *Monte Cælio* . 151. 2.
Via Latina . 18. 8.
Via Tiburtina . 128. 7.
 Susanne . 228. 15.
 Symphorose, & *filiorum* . 132. 2.
 Tiburtii . 34. 6.
 Eiusdem iconographia simul, & orthographia . 53.
 Valentini, *vía Flaminia* . 349. 1.
 Vitalis . 155. 12.
 Theodori, nunc *Spiritus S.* 666. num. 10.
 Ecclesia ad *Pelagio* adstructa Ecclesia *S. Laurentii*, *Via Tiburtina* . 131. num. 10.
 Ecclesia olim *contigua* Ecclesia *S. Bibiana* . 167. 21.
 Ecclesia bina sibi *contigna* *Via Salaria* . 242.
 Earundem orthographia . 243.
 Ecclesia *Via Salaria*, in quibus complura *Martyrū corpora* quiescunt . 240. 5.
 Ecclesia veterum *Christianorum splendida ac sumptuose* . 227. 12.
 Ecclesia *S. Hermetis*, eiusque descriptio, & *ectypum* . 321.
 Ecclesia ad *S. Siluestro* ad *Thermas Titianas* extructa . 376. 5.
 De *picuris*, que in ea *uisantur* . *ibid.* num. 7.
 Prima *suit*, que *reddita* Ecclesie *pace* ad *populo palam* frequentari *cepit* . 377. 10.
 Quot *nominibus* *ueneratione digna* sit . *ibid.* 11.
 In eadem *duo concilia* ad *S. Siluestro* celebrata . *ibid.*
 Post *mortem S. Siluestri*, *ipsi ea dicata* *suit* . 378. 12.
 Paraphrasis ad eius *uenerationem* excitans . 379. 14.
 Locus *huius Ecclesie* *capitolo* *præferendus*, & *Elsæ Carmelo* *equiparandus* . *ibid.*
 Hinc *merito* ad *PP. Carmelitæ* *nunc incolitur* . *ibid.* 15.
 Culus *illi ac populi* *ueneratio studio Reuerendissimi Io. Antonii Philippini* *conciliata* . *ibid.*
 Carmina *illi affixa* . *ibid.* 16.
 Eius *delineatio*, seu *ectypum* . 381.
 Ecclesia *B. Virg. Translyberina* . 645. num. 7.
 Ecclesiastici *per Candelabrum Mosai*, cum *allegorice* *significati* . 653. 9.
 Eleemosyna *domum* in *Cælis* *extruit* . 600. 12.
 Elia *vide* *verb. Helias* .
 Elogium *Prophete regii* *Dauidis* . 491. num. 4.
 Eloquentia, *Vis eloquentiæ* *Orphei* *commentitia* *quo pacto* *Christo* *Domino* *conueniat* . 500. 1.
 Epidius *Prætoris præfatus* *sub Iuliano* *Apostata* *martyrio* *coronatur* . 348. num. 13.
 Emerentiana . *Martyrium eius* . 152. num. 2.
 Illa *moriente*, *portenta* *è* *caelo* *patrantur* . 153. 2.
 Epimachus *Martyr*. *Eius Cæmeterium* *Via Latina* . 7. 2.
 Epiphaniæ *dies* *quanta religione* *olim celebraretur* . 522. 3.
 Eiusdem *solemnitati* *interuenit* *Iulianus Apostata* *Christianum* *se* *simulans* . *ibid.*
 Episcopus *Via Nomentana* . 151. 1.
 Episcopi, & *Sacerdotes* *adium* *trabibus assimilati* . 632. 4.
 Erga *eos* *regum obsequium* . 663. num. 7.
 Eos *principes mundi* *venerantur* . 664. 7.
 Episcopi *Donatistæ* *ubinam* *Roma* *sedebunt*, *monstrare* *nequeunt* . 437. 7.
 Cathedram *S. Petri* *uisere* *contemnit* . *ibid.*
 Episcopus *hereticus* *abominationi* *habitus*, *ac* *uitatus* *à* *populo* *Catholico* . 444. 20.
 Episcopali *dignitatis excellentia* . 663. num. 6.
 Eiusdem *dignitatis defensor* *Leontius* . 664. 7.
 Epitaphia ad *S. Damasô* *Papa multis* *Martyrum sepulchris* *inscripta* . 22. 3. 219. 7. 228. 14. 231. 232. 3. 235.
 Sepulchris *Protii*, & *Hyacinthi* *martyrum* . & 235.
 Epitaphia *Pontificum Romanorum* .
 Bonifacii *Primi*. In *Cæmeterio* *S. Felicitatis* . 223. 2. & 224. 3.
 Calesini. In *Cæmeterio* *Priscille* . 220. num. 11.
 Marcelli *Primi*. In *eodem* *Priscilla* *Cæmeterio* . 219. 7.
 Stritij. In *eodem* . 220. 11.
 Epitaphia *aliorum* .
 S. Gorgonii. In *Cæmeterio* *Via Latina*, *nunc* in *Ecclesia* *S. Martini* *in montibus* . 17. 4.
 SS. *Marcellini*, & *Petri*. In *eorum* *Cæmeterio* . 32. 3.
 SS. *Protii*, & *Hyacinthi*. In *eorum* *Cæmeterio*, *ac* *Hermetis*, & *Bassilla* . 235. num. 4.
 S. Mauri filii *S. Hilaria*. In *eiusdem* *sanctæ* *Cæmeterio* . 231. 2.
 S. Saturnini. In *suomet* *Cæmeterio*, & *Thrafonis* . 232. 3.
 Epitaphium *arrogans* *Pallantis* *liberti*, *Via Tiburtina* . 124. 1.
 Glauca *pueri*, *Via Flaminia* . 338. 6.
 Iulii *Epigoni* . 431. 2.
 Pantomimi, *vía* *Flaminia*. *ibid.*
 Epulum *pauperibus* in *eleemosynam* *super sepulchra* *rite* *instruitur* . 584. num. 13.
 Equitii *titulus* . 147. 4. & 233. 5.
 Apud *illum* *multos* *annos* *S. Siluester* *conuocatus* . 375. 4.
 Equitii *domus* in *Collo* *Exquilino* . 375.
 In *illa* *S. Siluester* *oratorium* *extruit* . 375. 3.
 Equi *à* *Regibus* *Iuda* *idololatriæ* *Soli* *consecrantur* . 494. 9.
 Item *à* *Persis*. *ibid.*
 Iidem *equi* *Soli* *immolandi* *ad* *introitum* *Templi* *nutriebantur* . 495. 7.
 Erectum, *quoniam* *uulgò* *Monte* *Rotundo* *dicitur* . 145. 3. & 214. 1.
 Essenorum *conuiuans* *modestia* . 536. num. 10.
 Eua *Ecclesia* *typum* *gerens* . 469.
 Eius, & *Mariæ* *Virginis* *antihefesi*. *ibid.* 7.
 Euangelia *è* *collo* *suffensa* *deserenda* *in* *apud* *antiquos* *Christianos* . 361. 14. & 694. 21.
 Euangelicæ *quatuor*, *per* *flumina* *quatuor* *e* *Paradiso* *terrestri* *scaturientia* *symbolice* *designati* . 334. 2.
 SS. *Eucharistia* *in* *columbis* *ex* *auro*, *argenteo* *asseruari* *olim* *consequit* . 610. num. 5.
 Populi *in* *Vrbe* *erga* *SS. Eucharistie* *Sacramentum* *denotio* *antiquis* *baud* *impar* . 85. 16.
 Eudoxie *Titulus* . 233. 5.
 S. Eugenia *facies* *sua* *ad* *martyrium*, *adducta* *duarum* *metaphora*, *portatur* . 649. 6.
 Martyrium *patitur* *Via* *Latina* . 5. 3.
 Eiusdem

MEMORABILIVM.

Eiusdem Ecclesia, Via item Latina. 6. 4.
 Monasterium eius. *ibid.*
 Corporis eius transitio. *ibid.*
 Exempla sanctorum, qui haereticos mirum in modum vitarunt, ac execrati sunt. 441. 16. & seq.
 Exquilius collis praclaris olim habitatoribus illustris. 375. 3
 Et superbis adificiis splendidus. *ibid.*
 Ezechiel Propheta. Eius visio de aridis hominum ossibus in vitam excitatis eiusque mysterium. 512. 4.
 Quid per eam Deus populum docere voluerit? *ibid.*
 Resurrectionis mysterium pra omnibus Prophetis promulgat. 511. 1
 Praemorata eius proposita visione antiqui Christiani se in spem resurrectionis erigebant. 513.

F

F. Abianus Papa, eiusque electio. 666. num. 9.
 Falx messoris hieroglyphicum Iudicij, & divinae punitionis constituitur 600. 6.
 Familia antiqua Romana Ostoria. 30. 1.
 S. Faustus. Eius domus. 369. 25.
 SS. Felicitas, & Septem filij martyres. 223. 1
 S. Felicitatis Basilica Via Salaria à Symmacho Pontifice Romano instaurata. 224. 3.
 Ferentum. 2. 1.
 Festa Lucania. 214. 2.
 Fidena oppidum. 225. 8.
 Fides, eiusque conditiones per pisces symbolice denotate. 620. 6.
 Fides Aelius. 472. 3. & 4.
 Abrahami. 479. 4.
 Fideles Christi in Candelabro Mosaeico mystice adumbrati. 653. 9.
 Fiduciale quale instrumentum fuerit, & quae ita dicitur? 687.
 Fiducia, quam in Deo habere debent afflicti. 553. 6.
 Figlina Via Nomentana. 144. 1.
 Via Salaria. 225. 8
 Fistula pastoralis, eiusque mysterium. 556. 2.
 Flavianus SS. Demetria, & Bibiana parents. 346. 10.
 Eius Ecclesia Via Claudia. *ibid.*
 Eiusdem domus ubi nati sita? 357. 5.
 Florinus, & Blasius haeretici. 435. 3.
 Flumen Antenis nunc vulgo Teruone. 124. 2.
 Flumina quatuor quae ex Paradiso terrae proficiunt, eorumque mysteria. 543. 1.
 Symbolum quatuor Euangelistarum. *ibid.* 2.
 Quatuor virtutes Cardinalium. *ibid.*
 Donatim Spiritus S. mystice denotant. *ibid.*
 Euangelica quoque praedicatione allegorice per eadem intelligitur. 544. 1.
 Et fuerit scriptura quatuor continens sensus. *ibid.*
 Fons Baptismalis. In Ecclesia S. Agnetis. 154. 6.
 In Ecclesia S. Pudentiana. 370. 11.
 Cores domus nuptialis coronis ornabatur. 674. 9.
 TOM. II.

Formae aquae Claudiae. 358. 7.
 Formica. Earum suus mortuus sepelendi cura. 624. 10.
 Evandem domicilia ordinata. *ibid.* dem. 11.
 Fornax Babylonica typum Ecclesiae gerebat. 501. 6.
 Fortitudo adolescentis martyris, dicitur oras brachij in crucem expansis. 579. num. 9.
 Fortitudo ac constantia fidei. 621. numer. 7
 Forum Boarium. 368. 23.
 Cladi seu Clodij. 345. 9.
 S. Franciscus Romana. *Vita virtutumque eius brevis narratio.* 8. 5.
 Eius aduersus seculi vanitates fortitudo. *ibid.*
 Et contra caecitates. *ibid.*
 Eius in aduersitate patientia. 9. 5.
 Eiusdem humilitas, & caritas. *ibid.*
 In vtraque fortuna mira animi constantia. *ibid.* 6.
 Monasterium à Turri speculorum. ab ipsi Rome excitatum. *ibid.*
 In istud post viri obitum se abdit. *ibidem*
 Post ducentos annos corpus eius in locum prodit, & quo passio. 9. 7. & num. 10.
 In templo B. Mariae Noua ingenti populi Romani generatione colitur. 8. 5. & 11. 15.
 Nova sine mysterio iuxta Capitolium viuentis, & mortuae substituisse videri potest. 9. 7.
 Et intra Paesj Templi fundamenta sepulchrum sortita. *ibid.* 8.
 De bellum in Italia maxima flagrat, eius corpus reuelatur. 10. 8.
 Et in se in Columba Noemica pace Urbis annunciat. *ibid.*
 Situs ac habitus corporis eius. 10. 11.
 Nova ad sacrum corpus edita miracula. 11. 12.
 Theodora Celsa diu apoplexia stupens diuinis eius operis membris restituitur. 11. 17.
 Cui miraculo Card. Alerius interest. 12. 17.
 Eius in Ecclesia Beatae Mariae Noeae Mausoleum ac sepulchrum eiusque ethyppum. 11. 14. & 12. 17.
 S. Franciscus Xanctius, Sacra eius manus ex Indis in Urbem delatae in Farnesino Nominis Iesu. Templo colitur. 344. 8.
 Eius corpus apud Goam quietum. *ibid.*
 In eius manum ex Indis Romanam aliam Mathe Marchinae carmina. 345. 8.
 Franciscus Gualdus Arimin. Eques S. Steph. Vitrum antiquae Masaeo suo in hoc opus profert. 264.
 Binas Arcas marmoreas inuicem coaptatas in Porticu Basilicae Liberianae ponit. 394.
 Quatuor aetas Cruces cum Crucifixo quaternis clavis transfuerberatis una eademque Tabula contemplandis exhibet. 407.
 Funda Davidis Crucem Domini in typo significabat. 490. 2.
 Alia eiusdem mysteria. *ibid.*
 Fundus Capreoli. 45. 1. & 39. 1.

Pacinianus. 133. 4.
 Funus Poppeae. 431. 2.
 Funera. In funeribus coronas deponendi mos apud antiquos. 668. 3.

G

G. Abij ciuitas. 47. 3.
 Gaianus Dux Gothus Eius in Episcopos reuerentia. 664. 7.
 Al Gallinas locus ita dictus. 338. numer. 4.
 Galli Senones diripiunt Romam. 214. numer. 2.
 Gallus, gallinaceus, eiusque mysteria. 614. 1.
 Symbolum Christi Domini. 617. numer. 8.
 Et Iustorum. 638. 10.
 Apollus Petro Apostolo negationem eius, & poenitentiam designat. *ibid.*
 Hieroglyphicum vigilantiae constituitur. 615. 2.
 Eius in 29 locis editis cur ponatur? 616. 6.
 Eius cantus mysterii haud expers. *ibid.* 7.
 Per eum diuini verbi praecones allegorice significantur. 617. 9.
 Alus prius excurrit, quem cantat eiusque mysterium. *ibid.*
 Gatis Lacus. 47. 2.
 Gemmarum mons. 286. 12.
 Gemma ex onyche annularis veterum Christianorum. 475. 7.
 Gemma in orationum crucis distinctus plura. 545. 5.
 Gentiles admirantur valorem ac pulchritudinem sacrae suspensibilis Christianorum. 552. 2.
 SS. Gerasius, & Protus dicti Bithonia nati. 422. 7.
 S. Gerasius idem qui Zoticus. 45. numer. 2.
 Gadialis Goliath in Tabernaculo appensus. 681. 3.
 Goliath. Eius gladius in Tabernaculo appensus. 681. 3.
 Eius, & Davidis inter se collatio. 490. 3.
 Gordianus, & Epimachus, eorum Caemeterium Via Latina. 7. 1.
 S. Gorgonius Martyr. Via Latina inter duas Lauros tumulo feditur. 17. numer. 4.
 Eius corporis transitio. *ibid.*
 Epitaphium eiusdem. *ibid.*
 Secunda eiusdem corporis transitio. 17. 5.
 Gothi Romam obsidione cingunt. 214. numer. 2.
 Caemeteria Romae diruunt. 430. 1.
 S. Gregorius Magnus cur cum columba ut plurimum depingatur. 667. 11.
 S. Gregorius secundus Papa aspectu facerantur imaginam in pietatem fertur. 462. 7.
 S. Gregorius Nazianzenus formam ac modestiam Christianorum in Agapis describit. 585. 15.
 S. Gregorius Nyssenus in historiis Abrahami & Isaaci praeter iniquas lacrymas continere nequit. 463. numer. 9.
 S. Gregorius Thaumaturgus populo suo Agapis celebrare permittit. 585. 17.
 b. Hapa-

INDEX RERVM

H

H Abacuc, qui Danieli in lacu Leonum existenti affert, symbolum diuine protectionis erga afflictos, ac derelictos gerit. 504. 2.
 Item suffragii animarum, que in igne expiatorio purganda detinentur. ibidem 4.
 Habitatio Constantia Augusta. 135. num. 11.
 Hemorrhoida Ecclesiam ex gentibus congregatam mystice significat. 429. 1.
 Eius imago in Cæmeteriis crebro depicta. 530. 2. Aeneam statuam Christo Domino in Casirea Philippi pont. 455. 8.
 Hæresis Sabellii à Catholicis sine mora ad Sixtum Pontificem delata. 436. num. 5.
 Hæretici, ac Schismatici nunquam Roma in Cæmeteriis sepulsi fuerunt. 434. 1.
 Viri in seculi sceleris tempore persecutionum Romam venerunt. ibid.
 Atque etiam sedatis in eisdem persecutionibus. 436. 6.
 Abominations semper habiti, & vitati à Catholicis. 440. 15.
 Eorum oblationes ab Ecclesia reiecta. 438. 8.
 Doctrina, & exempla Patrum in banc rem. 441. 16. & seq.
 Ex Urbe pulsi. 435. 3.
 Hæreticorum Basilicas in usum sacrum nunquam assumendas decretum. 444. 21.
 Monachus defunctus Episcopum hæreticum in suo sepulchro se nolle exclaimat. 443. 19.
 Hæretici, & anthemate percussus in loco sacro nequaquam sepeliuntur, & sepulsi eruntur. 446. 23.
 Hæreticorum libri perniciosissimi. 445. num. 22.
 A Pontificibus, & Conciliis prohibiti. 444. 21.
 Et flammis addicti. 445. 21.
 Hæreticorum nomina sacris dypticis inscribere vetitum. 446. 23.
 Hæretici Trasagdygiti orant digitorum nariibus admotum tenentes. 580.
 Hannibal Romam obsidens, Via Salaria castrametatur. 214. 2. Vide verb. Annibal.
 Hebraeorum in coquendo pane consuetudo. 522. 5.
 Eorundem in luctu mos. 66. 3.
 S. Helena Mater Constantinii. Eius sepulchrum Via Laticana. 33. 4.
 Ecclesiam in honorem eius erecta Via Laticana. 34. 6.
 Cæmeterium ad S. Helenam. ibid.
 Eius corpus vbi nam reperitur. 38. 14.
 Eius translatio. ibid. 15.
 Eiusdem M. iusuleum. 41.
 Helena, & Constantina filie Constantinii M. ius vbi nam humata. 38. 14.
 Helias, eiusque mysteria. 492. 1.
 Pallium ab eo relictum Eliseo, eiusque rei mysterium. 495. 8.
 Helias, & Henoch resurrectionem in typo designant. 491. 1.
 Ignei currus eius mysterium. 493. 3.

De ipso igneo curru in calum raptis gentilium opinio, et usque eorum erroris occasio. 493. 4.
 De eius nomine cum Sole, apud Grecos similitudo. ibid. 5.
 Herba, que nascitur ad pedes statuae, que ab Hemorrhoida Christo Domino posita fuit, vbi ad sibiriam vestimentorum eius excreuit, salutifera redditur. 455. 8. & 9.
 Antequam eo perueniat, omni vi, ac virtute caret. ibid.
 Herculis idolum coronandi mos. 670. numer. 4.
 Hermes Urbis Praefectus à quo Cæmeterium nomen suum desumpsit. 237. num. 1.
 Eius Ecclesia. 234. 3.
 Heroes intra muros Urbis Roma sepelire olim concessum. 356. 1.
 Tales sunt, atque iure ita vocandi Martires. ibid.
 Hiems, Idololatrie typum praefert. 600. num. 4.
 Nouissimum quoque Iudicii diem symbolice denotat. ibid. 5.
 Infidelitatem. ibid.
 Et spiritus teporem. ibid.
 Hieroglyphica, ac Symbola apud Gentiles solennia, Christianis etiam vsus sunt, alio tamen sensu. 450. 2.
 Hieroglyphica Aegyptiaca Crucis Christi obscure, ac velut in enigmate innunt. 568. 5.
 S. Hieronymus. Eius de umbraculo Ione cuiusnam generis illud fuerit, dissertatio. 510. 10.
 S. Hilaria, à qua Cæmeterium nomen desumpsit. 231.
 Eius Hortus. ibid.
 S. Hilarius. Eius domicilium. 657. num. 6.
 S. Hippolytus in Cæmeterio B. Cyriacae tumulatur. 126. 3.
 Eius sepulchrum. ibid.
 Populi ad illud confluentis frequentia. 129. 7.
 Inuentio corporis eius. 131. 9.
 Hircus symbolum peccatoris constituitur. 554. 9.
 Hispaniarum Regum erga Episcopos obseruantia. 664. 7.
 Historia S. Cassiani coloribus expressa, à Prudentio recensita. 458. 15.
 Martyrum qui in quadam Crypta à Numeriano obstructa martyrium subiere, à D. Gregorio Turonensi relat. 226. 10.
 Homines assimilati arboribus. 576. 2. & 628. 1.
 Brutis. 563. 4.
 Honores, ac pompa huius seculi similes pomo porrecto Euae. 469. num. 5.
 In his latet venenum. ibid.
 Horti Apolloniae matronae. 368. 25.
 Hilarie. 231. 1.
 Humilitas Abelis. 472. 3.
 Humilitatem ex imagine pueri Iesu inter doctores discere. possimus. 523. 2.
 Hymnus trium Puerorum in Fornace Babylonica sceleris Martyrum diebus decantari solitus. 501. 7.
 Ex eodem resurrectionis nostrae manifeste deprehenditur. ibid.

I

I Littera in vestibus quid innuat. 592. 7.
 S. Iacobus Intercursus. Martyrium eius. 349. 17.
 Eius corporis translatio. ibid.
 Alia Bracham Lustania urbem. ibid. num. 18.
 S. Ianuarius. Eius Ecclesia Via Tiburtina. 132. 3.
 Ichographia Sacrarum Aedium, ac Cæmeteriorum, qua in secundo hoc volumine oculis subiiciuntur. SS. Bonifacii, & Siluani. 243.
 S. Hermetis. 323.
 SS. Marcellini, & Petri. 51.
 Et S. Tiburtii. 53.
 Cæmeteriorum. S. Agnetis. 414.
 S. Agathe. 421.
 Calepodii Sacre S. Pancratii Aedi subiacentis. 419.
 Callisti, quod Secretum nuncupatur. 409.
 Lucina. 417.
 SS. Marcellini, & Petri. 413.
 Nouelle. 423.
 Pontiani. 408.
 Priscilla, Hermetis, & Basila. 415.
 Idololatria typice designata per mare, in quod propheta Ionas fuit proiectus. 506. 2.
 Idolum Dagon, eiusque facies hominem simul, & piscem praeferebat. 619. numer. 2.
 Idolorum capita coronandi mos. 670. num. 4.
 Pandora, Saturni, Iouis, Priapi, Ieronis, Herculis, Apollinis, Liberi, Isis. ibid.
 S. Ignatius Loyola. Illi Romam eunti Christus Dominus occurrit, & auxiliolum pollicetur. 343. 4.
 Ab illo instituta Societas diuina promissa continuo experitur. ibid. 5.
 S. Ignatius ipse, & adhuc in suis curtantum à Deo honorem promeruerit? ibid.
 Eius vultus in mortali adhuc corpore splendet. ibid.
 Eius sepulchrum. ibid.
 Templum Roma magnificentissimum Deo in honorem eius dedicatum. 322. 6.
 Imagines Sacrae à Deo primum institutae. 452. 1.
 Iuxta Apostolorum precepta in Ecclesia habentur. 456. 11.
 Vitales aequae, ac Libri sacri. 461. 4.
 Quae commoda à sacris imaginibus fideles percipiunt? 490. 2.
 Eadem in Ecclesia, quem usum praefert? 461. 5.
 Pictores tabulis idem, quod oratores verbis praefert. ibid. 4.
 S. Iohannes Damascenus plus ex his, quam e libris utilitatis se haurire asserit. 462. 8.
 Eiusdem & S. Isidori in hanc rem praecleara, ac memoranda sententia. 459. num. 18.
 SS. Patres, & Concilia oecumenica adstruant utilitatem, atque eandem cultum praecipiant. 456. 11. 459. 18. 461. 3.

MEMORABILIVM.

- Pueris conspiciendo obijciuntur, iisq. in fide erudiuntur.* 461. 9.
- Isidem ob oculos positus rudes ac catechumeni primis fidei elementis imbutur.* *ibid.*
- Vfus earundem antiquus.* 460. 1.
- Quo pacto colenda ac in veneratione habenda sint.* 460. 1.
- Cultus imaginum a quo Constantini eximie floruit.* 377. 8.
- Imagines antiquae in Basilica S. Ioannis Lateranen. coloribus adumbratae, quae ac cuiusmodi essent.* 463. 10.
- Imagines, & figurae in Cæmeteriorum Cubiculis, vide verb. Cubicula & Tabulæ.*
- Imagines ad varia innuenda mysteria efficta.* 465. 1.
- Imagines Testamenti veteris iuxta ac noui cur in Cæmeterijs pingentur.* 466. 3.
- Imaginum sacrarum vsus haud aliter ac sacra Euangeliorum lectio ab Ecclesia traditus est.* 463. 11.
- Earundem cultum affiduis Deumiraaculis approbat.* 464. 13.
- Imago Danielis, Prophete, & triū Puorum Babylonicæ cum amictu eorundem in quodam Menologio Græco Bibliothecæ Vaticanæ coloribus adumbrata* 597. 3.
- Imagines animantium, rerumque indifferenrium in Cæmeterijs sua quoque continent mysteria.* 450. 1.
- Imago Christi Domini ad Abazarum, Edesse Regem ab illo transmissa.* 453. num. 4.
- Diminutus ab eodem Domino expressa* *ibid.*
- Virtute illius diuturna ac contumacis agriculturæ Abazarus liberatur.* 454. 5.
- Roma in Ecclesia S. Siluestri in capite nuncupata magna religione asseruatur.* 454. 6.
- A Patribus, & Concilijs approbata.* 453. 4.
- Imago Christi Domini dicta Vultus Sædus.* 454. 7.
- Panno impressa ab eodem Domino, & S. Veronice tradita.* *ibid.*
- Imago Christi Domini ex ere illi posita ab Hemorrhoijsa.* 455. 8.
- Eiusdem Hemorrhoijsæ habitus ac gestus supplicantis iuxta statua Domini nuprememorata.* *ibid.*
- SS. Patres, & concilia testimonio auctoritate sua vtraque comprobant, vti etiam miraculum verba, quæ pedibus Imagini Christi Domini adnascitur.* 455. 8. & 9.
- Imago Christi Domini in Ecclesia Sanctæ Praxedis, quam S. Petrus Pudenti dono dedit.* 374. 9.
- Imago Christi Domini à S. Luca pennicillo efficta.* 457. 13.
- Virginis Desparæ ab eodem.* *ibid.*
- Christi Domini, ab Alexandro Imperatore in suo Larario seruata.* 564. num. 8.
- Apostolorum iam inde ab exordio Ecclesia depicta.* 457. 14.
- SS. Petri, & Pauli Apostolor. Constantiniano Imperatori conspicienda tradite.* 458. 14.
- Eorundem in vitro & Cæmeterijs erute.* 402. 1.
- S. Pauli Apostoli, quam S. Ioan. Chrysofomus penes se habebat.* 458. 14.
- Imago S. Dominici Surriana.* 464. num. 13.
- Eius exemplaria miraculis clara.* 465. 14.
- Imago S. Theodori, quæ eius martyriū magna cum acrimonia exprimit mouetque contemplantes ad pietatem.* 461. 4.
- S. Mercurij, quæ Iuliani Apostata necem S. Basilii indicat.* 458. 16.
- Imagines sacre pietatem ac religionem inserunt, S. Gregorio secundo Romano Pontifici.* 462. 7.
- S. Ioanni Damasceno.* *ibid.*
- S. Gregorio Nyssino.* 463. 9.
- Prudentio.* 458. 15.
- Imago Iuliani Apostata iceta, ac dissipata fulmine.* 456. 10.
- Imago Orphei in Larario Alexandri Imperatoris.* 564. 8.
- In Cæmeterijs depicta quid innuat.* *Vide verb. Orpheus.*
- Imagines sanctorum vstreæ ex Cæmeteriorū Verbis monimentis erute, earumque et iypa.* 265. & 403. & 689.
- Imperatores ferunt leges, et constitutiones in hereticos edunt.* 441. 16.
- Incarnatio Verbi diuini omnium maximum mysterium.* 516. 1.
- Id solennissimum, ac frequentissimū apud antiquos Christianos erat.* *ibid.*
- Incilio capillorum in virginibus Deo sacra.* 507. 26.
- Incredulitas humana admiratione digna, et perniciosa.* 599. 3.
- Indulgentiæ Ecclesiam S. Saturnini videntibus concessa.* 233. 4.
- Innocent & Synoolum columba constituitur.* 607. 1. et 706.
- Innocentius X. P. O. M. Basilicam Lateranensem instaurat, et sacris vtriusq. Testamenti historiis exornat.* 463. 10.
- Parietes insuper eiusdem Basilicæ sacro Christi nomine binis Græcorum Characteribus expresso adornat.* 574. numer. 14.
- Eidem anicum simulacrum panis Archiconfraternitas SS. Trinitatis.* 519. num. 9.
- Innocentius III. Richardo Angliæ Regi quatuor annulos mittit.* 701. 36.
- Eorum mysterium declarat.* *ibid.*
- Inscriptiones, et Tituli sepulchrales in Cæmeterio Via Latina.* 19. 1.
- Via Laticana.* 54. 7. *Via Nomentana.* 173. 4. & seq. *Via Salaria.* 258. & seq. & 319. *Via Tiburtina.* 135. 2. & seq. & 138. 4.
- Inscriptiones alia, ac tituli sepulchrales.* 335. & seq.
- Alia in sepulchris Cæmeterij Cyriacæ.* 129. 8.
- Eadem in presens per pavementum Ecclesie S. Martini in Montibus sparsæ leguntur.* 131. 10.
- S. Agnetis.* 156. 12. S. Hermetis. 235. num. 4.
- SS. Marcellini, & Petri.* 55. 8.
- Prisilla.* 258. & seq. *SS. Quarti, & Quinti.* 19.
- Ss. Simplicij, & Seruiliæ.* 14. 2. *Ubra-*
- fonti.* 232.
- Ad Vrsum pileatum in Exquilis.* 366. 19.
- Martyrum inibi reconditorum numerus.* 367. 20.
- In pavimento Ecclesie S. Agnetis, quæ in eius Cæmeterio olim reperiebatur.* 168. 18.
- Inscriptiones sepulchralium phrasis vulgaris, In pace, quid significet?* 639. num. 15.
- Eadem phrasis martyribus, & confessoribus communis.* 640. 19. & 641. 21.
- Inscriptiones sepulchrales palmis insignes posita tempore pacis in Ecclesia.* 640. 18.
- Inscriptio, quam palma insignem sepulchro suo Leopardus viuens inscripsit, & quid de ea dicendum.* 638. 14.
- Inscriptio Tegula in Ecclesia S. Martine cũ nomine Theodorici reperta.* 363.
- Inscriptio Vetus in Ecclesia S. Agnetis.* 154. 7.
- In Ecclesia S. Sufannæ.* 228. 15. & 16.
- Puteo, qui in Ecclesia S. Prudentianæ existit, affixa.* 371. 5.
- Alia, quæ Via Nomentana legitur.* 146. 1.
- Inscriptio Pontis Salarij.* 215. 5.
- Inscriptio, in qua mentio habetur de Viis, Clodia.* 339. 9. *Latina.* 4. 3. & *Salaria.* 216. 11. *Alia in qua mentio fit de Curatore Via Nomentana.* 144. num. 2.
- Inscriptio altaris, quod in aditu Cæmeterij S. Cyriacæ supra corporis SS. Hippolyti, & sociorum mar. extructū est.* 13. 9. *Ecclesia S. Pammachi.* 369. num. 25.
- Alia, quæ urne in qua corpus S. Bibiana asseruatur, inscripta.* *ibid.*
- Alia, quæ lapidi in sepulchro S. Martine reperto insculpta legitur.* 360. 10.
- Alia in Ecclesia S. Praxedis, quæ duo millia, & trecenta martyrum corpora à Paschale Papa illuc delata fuisse memorat.* 374. 8.
- Inscriptio in Ecclesia S. Marie in Vitata B. Lucam Euangelistam ibi Virginis Desparæ imagines pinxisse, atq; acti Apostolorum conscripsisse indicat.* 390. 10.
- Columnæ Antonini, D. Pauli Apoff. simulacro à Sixto V. in capite nobilitate.* 391. 11.
- Insula Palmaria.* 368. 27.
- Instrumenta penalis S. Ioannis Apostoli.* 16. 3.
- Instrumenta martyriorum, trophea Christianorum sunt.* 681. 3. *Varia Instrumentorum imagines in sepulchris, quid denotent.* 683. 72.
- Instrumenta martyrii in martyrum sepulchris insculpta.* 684. 13. *eadem in eorum sepulchris conduntur.* 685. num. 13.
- Intellectus humanus à rebus visibilibus ad inuisibiliam contemplationē erigitur.* 601. 1.
- Inuentio corporis S. Agnetis.* 158. 15.
- Sanctarum Constantie, Attie, Artemie, & Emerentianæ.* *ibid.* *SS. Abundii, & Abundantii.* 542. 2. *SS. Alexii, & Bonifacij.* 18. 7. *SS. Proti, & Hyacinthi.* 235. 5. *SS. Papiæ, & Mauri.* 147. 4. *SS. Quatuor Coronatorum.* *pri-*

INDEX RERVM

- in 7. 44. 3. Eorundem, secunda. *ibid.*
 Mulcorum Martyrum cura, ac diligentia Stephani Papae. 8. 3.
 Corporum SS. Hippolyti, & sociorum Martyrum. 13. 1. 9.
 Corporis S. Martini 359. 9.
S. Iohannes Apollolus, commercium
 hereticorum prohibet 441. 26.
 Fugit ex Balneo, in quo hereticus existeret, atque alios monet, ut fugiant. 442. 17. vetat salutem dicere hereticis 441. 16 In seruentis olei dolium iniicitur, & illasus inde exit. 16. 1. Sacellum eius ante Portam Latinam. *ibid.* 2. Templum Dianae et dicitur. 16. 3. Instrumenta pœnalitatis eiusdem. *ibid.*
S. Iohannes Damascenus plus emolumentis ex seculo Sacrarum imaginum, quam ex lectione librorum se percipere affert. 462. 8.
 Multas sanctorum auctoritates, & exempla profert ad cultum, sacrarum imaginum tuendum. 458. num. 16.
SS. Iohannes, & Paulus sub Iuliano Apostata martyrii palmam percipiunt. 348. 15. Eorum domus. 368. 24. Miracula ad sepulchrum eorum edita *ibid.* Iouinianns Ecclesiam eis extrui iubet 369. 25.
Iohannes eiecemofinarius mortem assiduo meatur. tur. 657. 6.
Iobus, suimet ipsis in manus Dei dimissus, & eius in aduersis tolerandis profectus. 496. 2. Cur audita rerum suarum lacerata sciderit vestimenta, sua, ipsis se exuerit? 497. 2. Patientiam eius, & promptissimam maiora tolerandi Deus remuneratus est abunde. 497. 3.
 Quid veteres eius imagine ob oculos posita docere niterentur? 496. 1.
 Iocundum nimis um in aduersis habendam. *ibid.* Et Patientiam premium à Deo certum expectandum *ibid.*
Iobus, Daniel, & Noemus tres hominum orationes perseserunt. 653. 10.
Jonas Propheta, eiusq; mysteria. 505. 1.
 Typum Christi Domini gerebat 506. num. 1.
 Fo. uli carnalis Israel 508. 7. Eius historia exens, & variis adaptata sensibus. 507. 3.
 Sa. fidunt procelle post eius in mare, precipitationem & eius rei mysterium 506. 2.
 V. moraculum sub quo recubabat, quid significet 508. 6.
 V. riuus fuerit ex hedera, an vero cucurbita 509. 9.
 Vermis, qui illud corrosit, atq; arefecit, allegorice Christum Dominum designat 509. 7.
 Cur ex conversione Ninive dolorem accepit? 509. 8.
Iosiph Patriarcha in typo Christum Dominum designabat. 480. 1.
 Resurrectio per illum symbolice significatur. 481. 3.
 Vita eius, ac labores per se facilem, ac tolerabilem reddunt omnem miseriam. 481. 2.
 Cor. sifus hominibus per duos annos in carcere derelinquitur. *ibid.*
 Eius nominis mysterium 481. 3.
 Eiusdem imago in cœmeteriis frequentissima. 481. 1.
Iouis Idolum coronandi mos. 670. 4.
SS. Irenaeus, & Abundius obinam sepulchrum fortiti? 127. 3.
Isaac in typo Christum Dominum significabat. 478. 2. & eius à patre oblatio Passionem eiusdem Domini. *ibid.* 3.
Isidis idolum coronandi mos. 670. 15.
Iubilæum. Eius acquirendi populi Christiani ardor. 519. 5.
Iudicium diuinum per salcem messoris hieroglyphice effingitur 600. 6.
Iulianus Apollata. Quae ac qualis contra Ecclesiam persecutio sub illo fuerit? 346. 11.
 Idem persecutor Ecclesie pessimus. *ibid.* Cur Ecclesia bellum aperte non intulerit? *ibid.* Quis ac qualis ab ipso Christianos persequendi modus adhibitus. 347. 11. Eius artes, quibus Ecclesiam quo occultius, eò nocentius impetebat. *ibid.* 12. Subdola in adoles, ac mira vasfruties. *ibid.* Quomodo milites Christianos peruertere sinderit? 348. 14.
 Tollit statua ab Hemorrhoida Christo Domino posita, suamq; loco eius ponit, qua demum fulmine dissipatur. 456. 10. Epiphania solemnitate interuenit fidem simulans. 522. 3.
Iulita matrona. Eius praedium Via Nomentana 151. 1.
 Domus eiusdem 151. 1.
S. Iulius Papa Cœmeterium Via Flaminia extruit. 340. 1.
Iulij Epigoni Epitaphium. 431. 2.
Iunonis idolum coronandi mos. 670. 4.
Iulianus Imp. Eius in Episcopos reuerentia. 664. 7.
S. Iulianus Pr. sbyter Martyrum sepelidorum studiosissimus. 127. 5.
Iulitrium ob publicum principum luctum 669. 3.
Iustus Imp. Eius in Episcopos reuerentia. 664. 7.
Iuuentus symbolum, ac imago iustorum. 550. 3.
- L**
- L** abarum militare Constantinianum Imp. quale esset 569. 7. Eiusdem descriptio. *ibid.* Cruce signatum erat. 574. 14. In labaris suis. in. itaribus Babylonis columbampingebant. 710. 56.
Laticum oppidum vetustum, nunc vulgo Columna nuncupatur. 30. 2.
Lacus Clodianus. 348. 10. Gaius. 47. 3. Sabatinus. 345. 9.
Lampades ad Sanctorum Sepulchra accendendi mos. 676. 16. Cur corona appellata. *ibid.*
Lapides sumpti à Dauide ad occidendum Goliath, eorumq; mysteria. 490. 4.
Lapis sepulchralis, eiusq; egyptum, & hieroglyphica in eo insculpta enarrata. 658. 7. Lapidis sepulchralis Christianorum coronis exornati. 667. 18.
Latrium Alexandri Imperatoris, in quo Christi Domini, & Orpheï imagines afferuabantur. 564. 8.
Latiun, eiusq; etymologia. 3. 2.
S. Laurentius in Cœmeterio S. Cyriacae sepelitur. 126. 2. Nominis eius Mysterium dedicatum. 288. 18.
Laurus coronarum usui dicata. 674. 9.
Lazarus à mortuis excitatus symbolum resurrectioni praefert. 539. 3. In his, ut insans inuolutus, quid denotet. *ibid.*
 Puer dicitur, & eius suscitatio canabula. 539. 4.
 Inter eius resurrectionem, & futuram omnium vniuersalem differentia 541. 6. Eius resuscitatio immortalitatem animae adstruit. 539. 2.
 Per eum quadriuo mortuum, & iam fatentem mundus peccandi consuetudine corruptus significatur. 538. 1.
 Eiusdem imago, & mysteria. 568. 7.
Legio dicta Fulminatrix, in qua plurimi numerabantur Christiani. 671. 8.
S. Leo I. Romanus Pontifex. Manichaeorum libros Romae reptos flammis absumit. 445. 21.
S. Leo IV Octauam Assumptionis B. Virginis Mariae instituit. 133. 4.
Leo animal vigilantissimum. 615. 3.
Leontius Episcopalis dignitatis defensor 664. 7.
Lex XII. Tabularum mortuos intra Vrbem sepelire vetat. 356. 1.
S. Liberius Romanus Pontifex Cœmeterium S. Agnetis incolit. 155. 11.
 Et Cœmeterium Nonelle 229. 1.
 Sacras in eodem Cœmeterio conciones habet. *ibid.*
 Eius ad populum de rebus diuinis oratio in eo habita *ibid.*
 In Cœmeterio Ostriano aquis lustrabilibus fideles initiat. 230. 1.
 Oblationem heretici Alvari D. Petri collatam ab eis iubet. 361. 1.
Liberi idolum coronandi mos. 670. 4.
Libri hereticorum perniciosissimi sunt. 445. 22. à Summis Pontificibus, & Concilijs prohibiti 444. 21. Flammis addicuntur. 445. 21.
Virgo Deipara cellulam Monachi, in qua liber Nestoris heretici reperiebatur, ingredi recusat. 445. 22.
Linteam S. Petro per visum obiectum, eiusque mysteria. 563. 5.
Littere, & characteres in Cœmeteriorum sepulchris. 694. 22.
 Vestimentis affixae, quid significant. 591. 1.
Litterae Alpha, & Omega, earumq; mysteria. 565. 1.
 Chi, & Rho inter se nexa Nomen Christi significant. 566. 1.
 Easdem Ptolemaei numismata praeferrunt, earumq; explanatio. 567. 2. Eadem apud Ethnicos quid significant? *ibid.* 3.
Tau, & Chi, Crucem Christi denotant. 568. 5.
Tau litera salutaris. 573. 14.
Littera Tau in vestimentis imaginum Cœmeterialium quid significet. 591. 1.
 Eadem litera Tau signati seruantur *ibid.* 2.
Sepulchris insculpta, quid significet? 702. 40.
Crucis figuram exhibet 705. 45.
Littera X. eiusq; significatum. 592. 2.
Littera I. Sanctissimum Domini Iesu nomen denotat. *ibid.* & litera Graeca H. *idem*

MEMORABILIVM.

- H. idem significat. ibid.*
Locus, in quo S. Ioannes Apostolus in ollam feruentis olei fuit missus. 16. num. 1.
 In quo à Numeriano Imperatore complures Christiani interempti fuerunt. 226. 9.
 In quo S. Petrus Apostolus Sacro Baptismo inaugurabat fideles. 147. 3.
 Dicitur Caput Tauri. 124. 1. & 358. 7.
 Casa Nuova vulgo nuncupatus. 149. num. 3.
 S. Citronina pro S. Saturnino, Via Salaria 241.
 Ad Clivum Cucumeris. 217.
 Septem Fratres vulgo corrupte Sette Fratte. 132. 2.
 Ad Gallinam Albas. 338. 4.
 Inter duas Lauros, Via Lauciana 31. num. 1. Via Latina. *ibid.*
 Ad Malum Punicum. 31. 1.
 Ad S. Marcellum, in Cæmeterio Priscilla. 219. 8. Ad Nymphas Catabass. 146. 2.
 Ad Nymphas S. Petri. 146. 3.
 Ad Palmam. 151. 1.
 Pallacina. 288. 18.
 Ad Pyrum. 31. 1.
 Ad S. Saturninum, in Cæmeterio Tbrafonis. 241. 2.
 Ad Saxa rubra. 338. 5.
Locus Via Flaminia, quem Nero a nimi causa frequentabat. 339. 7.
Longobardi Cæmeteria Roma diruunt. 431. 1.
 Lucalia festa. 214. 2.
 S. Lucas Euangelista, obinam imagines B. Virginis Mariæ depinxerit, & Aët. Apost. conscripserit? 390. 10.
Luccina Fideles Christi Domini nomen preferentes ex antiquis Christianorum Sepulchris eruta. 21.
 Vnius ex illis delineatio. 571. 10.
 Lucerna, cui Passoris Euangelici inter vnarum racemos confitentis imago insculpta visitur. 648. 4.
 SS. Lucilla, & Firmina in Cæmeterio inter duas Lauros cubiculum sibi construunt. 31. 2.
 SS. Lucilla, & Nemesii corporum translatio. 8. 4.
Lucus Romanorum in lussu mos. 669. 3. Et Hebræorum.
Ludæ Agonales. 214. 1. Apollinæ, 215. num. 8.
Lyra Orphei symbolum crucis Christi. 562. 3. Et iustorum. 564. 9.
- M**
 Magi Christum infantem adorantes, eorumque mysterium. 520. 1.
 Primitiæ gentium que Christum agnouerunt. 521. 2.
 In isdem futura gentium vocatio præsignata. *ibid.* 3.
 Eorundem altare in Vaticana Basilica. 522. 7.
 Isdem Collegium Vrbantum de Propaganda Fide dicatum. *ibid.*
 Magisterium per Cathedralam hieroglyphice designatur. 661. 1.
 Magistrorum imagines annulis insculptas gestandas olim mos. 700. 35.
- Ad Malum Punicum locus ita dicitur.** 31. 1.
Manichæi nihil Romæ obtinere possunt. 445. 21.
 Eorum libri flammis absumpti. *ibid.*
Man na, eiusque mysteria. 483. 5.
 Assimilatur verbo diuino 484. 6.
 Legi Euangelice. *ibid.* 5.
 Non prius conceditur, quam farina ex Aegypto assumpta esset. *ibid.* 7.
 Ultra necessitatem præsentem collectum putrescebat, eiusque mysterium *ibid.*
 In diem Sabbati collectum, in corruptum seruatur, & eius mysterium. 485. 8.
Manuetudo hieroglyphice per columbæ exprimi solet. 610. 4.
Maus cuius adnota, quid innuant. 580. 10.
 Adnota naso, ritus ab hereticis in eorum oratione obseruatus. *ibid.* 11.
 SS. Marcellinus, & Petrus Via Lauciana martyrium subeunt. 31. 2.
 Eorum corporum translatio. 32. 2. & 35. 8.
 Eorum Epitaphium. 32. 3.
 Ecclesia eius erecta à Constantino. 33. num. 4.
 Eiusdem expurgatio, ac in pristinum decorem resitutum. 49. 5.
 Eiusdem ichnographia. 51.
 Sese videndum cuiusdam offert. 35. 6.
 Ecclesiam, ubi reliquia eius existunt, querentibus illas monstrat. *ibid.*
 Eius tumba. 36. 11.
 Titulus nomen eius præferens in sepulchro reperitur. *ibid.*
 S. Marcellinus Papa. Corpus eius iussu Diocletiani Imperatoris triginta sex diebus abiectum iacet. 218. 6.
 Marcellus Presbyter illum colligit, sepeliturque in Cæmeterio Priscilla Via Salaria. *ibid.*
 Eiusdem caput in Basilica Liberi ana religiose nunc asseruatur. 221. 12.
 S. Marcellus Papa. In Cæmeterio Priscilla sepultura donatur. 219. 7.
 Eius Epitaphium. *ibid.*
 Locus dicitur ad S. Marcellum. *ibid.* 8.
 Sacrum eius corpus in Ecclesia eius dicitur asseruatur. 220. 12.
Marcio hæreticus abominationi habitus à Catholicis. 434. 1.
 Ingenti à Sancto Polycarpo verecundia percussus. 442. 38.
 S. Marcianus Via Claudia martyrij Palmam adeptus. 345. 9. Eius Ecclesia. *ibid.*
Marcus hæreticus, sacra in calice vitreo faciens, populum præligijs deludit. 551. 2.
Marc stetit à seruore suo, post Ionæ illum præcipitationem, eiusque mysterium. 506. 2.
Marc, in quod Ionas proicitur Idololatricam in typo designat.
Mare Rubrum typus, ac figura Baptismi. 486. 2.
Maria Virgo Hortus Paradisi. 613. 8.
 Arca fœderis. 487. 3.
 Columba assimilata 609. 4.
 Eius, & Euz antitipis. 489. 7.
 Renuit ingredi cellam Monachi in qua liber Nestoris hæretici reperiebatur 445. num. 20.
- Hæreticorum inimicam se ait. ibid.**
 Ecclesia illi erecta Via Tiburtina. 133. 4.
 Octauus Assumptioni eius dies sacer à B. Leone IV. institutus. 133. 4.
 SS. Marianus, & Iacobus puerum quem martyrem corona redimitum vident 679. 20.
 Marius Gabriellus eximia in B. Franciscam Romanam pietate si uulorum sepulchri, seu Confessionis eius aneis typis excipi curat. 12. 17.
 Martialis. Abrogatus illi Episcopatus, quod in sepultura filii sui cum Ethnicis commentus esset. 157. 2.
 Martialis Poeta Villa. 145. 4.
 S. Martina Virgo, & Martyr. Vbinam primum spulsa fuerit? 359. 8.
 Anthero Pontifici diuinitus sepulchri eius innotescit. *ibid.*
 Corpus eius in Vrbem delatum. *ibid.*
 Eius sepultura locus diu omnes latuit. *ibid.*
 Nostro auro sacrum eius corpus Petrus Berretinus Cortonesi insigni pietate eir inuenire meruit. 360. 9.
 Loci eius, ubi illud repperit fuit, descriptio. *ibid.*
 In tumulo lamina plumbea reperta, & in scriptio lapidi insculpta. *ibid.*
 Et duo vitrea vascula titulo notata apparuere, quidue in eis asseruaretur? 361. 13.
 Alia inibi præterea reperta, & que nam illa essent. *ibid.* 14.
 Dies quo primum eius reliquia exposita fuere, miro populi concursu celebrata. *ibid.* 15.
 Quem præsentia sua Urbanus VIII. seniore reddidit. 361. 15.
Locus, in quo sacrum corpus repositum est. ibid.
 Elegans eiusdem sacra Aedes ad Capitolii radices exurgit. 362. 15.
 Et eius memoria diuino officio in Ecclesia colli Vrbana iussu. *ibid.*
 Hymnosque in eam ipsemet Pontifex condidit. *ibid.*
 Vrna eius sepulchralis ex ære Corinthio, affabre elaborata, formisque aneis exhibitæ. 364.
 Martyrius Monachus panem sub prunis, ac cineribus, cruce eminens signat & crux ei mire imprimitur. 334. 6.
 Martyres ad effundendas arenas damnati 236. 2.
 Et ad opera publica damantur. 387. num. 3.
 Martyres, qui extra Portam Exquilinam patiebantur, ad Cæmeterium SS. Marcellini, & Petri, Via Lauciana humanam dî deferebantur. 43. 2.
 Martyres, qui in diuersis Vrbis Roma viis passifunt.
 Via Claudia. 341. 1.
 Flamina 341. 1.
 Latina. 2.
 Laucana. 42. 1. & 46.
 Tiburtina. 124. & 132. 1.
 Nomentana. 171. 1.
 Prænestina 47. 3.
 Salaria. 239. & 389.
 Martyres Via Latina conditi. 16. 1.
 Martyres Sepultura donati in Cæmeterijs.

INDEX RERVM

- S. Agnetis. 152. et seq.
 Alexandri Pape. 148. 1.
 Aproniani. 6.
 Caspuli. 441.
 Claudii, Nicoftrati, & Soclorum. 42. num. 1.
 Ad Clivum Cucumeris. 237. 4.
 Cyriaci. 125.
 Felicitatis. 223. & seq.
 Gordiani, & Epimachi. 7.
 Hermetis, Basille, Proti, & Hyacinthi. 233. & seq.
 Hilarii, Marcellini, & Petri. 31. 1.
 Priscille. 217. 3. Reftituti, Simplicii, Seruilliani, Quarti, & Quinti. 14. 2. Terullini. 15. 1.
 Thrafonis. 232. 2.
 Ad Vestum Pileatum. 367. 21.
 Zotici. 45. 1.
 In Aedibus priuatis intra Urbem. 367. num. 22.
 In Titulo Pastoris. 370. 1.
 Martyres, quorum corpora in Ecclesia SS. Quatuor Coronatorum reposita sunt. 53. 2.
 Martyrum series intra Urbis Cæmeteria quiescentium. 424. & seq.
 Martyres iure appellandi Heroes. 356. 1.
 Vocantur Coronati. 679. 21.
 Cur cum palmis in manibus depingantur. 637. 12.
 Rami sunt Christi Arboris. 576. 3.
 Orant in ipsismet tormentis brachiis in crucem compositis. 579. 9.
 Martyrum in Ecclesiis sepeliendorum potestatem Maxentius facit. 447. 25.
 Eorumdem nomina adnotandi cura. 695. 24.
 Martyrum numerus innumerabilis. 696. num. 28.
 Martyrum triginta milia in singulos anni dies numerantur. 697. 31.
 Martyres sine effusione sanguinis. 641. num. 23.
 Eorum acta, & memoria ab Ethnicis per inuidiam abolita. 697. 32.
 Martyrium, & sepultura Emerentiana. 152. 2.
 S. Restituti Martyris. 151. 1. 1.
 Martyrium appellatam corona. 677. 2.
 Martyrologium. 695. 27. & 696. 29.
 Massa Clodiana. 340. 10.
 S. Martheus Euangelista. Eius Ecclesia in Merulana. 346. Per bouem symbolicè designatus. 451. 2.
 S. Maurus, Iason, & Hilaria. 231.
 Translatio corporum eorundem. ibid.
 Mausoleum Constantie. 156. 13.
 S. Francisca Romanæ, eiusque ætÿpum. 13.
 S. Helene. 38. 16. Eius ætÿpum. 41.
 S. Martine. 364.
 S. Sophie. 14. 2.
 S. Agnetis. 154. 6.
 Mausolei figurata significatio. 49. 4.
 Maxentius Martyrum in Ecclesiis sepeliendorum potestatem facit. 447. 25.
 S. Maximus, & mille milites Via Salaria martyrii palmam adepti, & in Cæmeterio ad Clivum Cucumeris sepultura donati. 237. 4.
 S. Maximi Sepulchro phœnix à S. Cecilia insculpitur.
 Meccenas. Domus eius Romæ. 655. 2.
 S. Medardus. Monasterium nomini eius nuncupatum in Augusta. 358.
 Memoria Titi Plantii Siluani Via Tiburtina. 124. 2.
 Mensæ Lunares, Orbiculares, Quadræ. 590. 24.
 S. Mercurius interfecit Iulianum Apostatam. 458. 16.
 Messias typicè designatus in Candelabro Mosaiico. 652. 5.
 Metaphora quarum, qua vsa est S. Eugenia ad socias suas ad martyrium excitandas. 649. 6.
 Meta Sudans, locus ita appellatus. 151. num. 1.
 Milites Christiani merent sub signis gentilitium. 671. 8.
 Magnus eorum numerus in legione præcipuè Fulminatrice nuncupata numerabatur. ibid.
 Ad opera publica damnantur. 385. 3.
 Multi detecti Thermanarum Diocletiani operibus iudicium sententia addicuntur. ibid.
 Miraculum patrum in Sepulchro SS. Ioannis, & Pauli. 368. 24.
 In crypta, ubi Christianorum à Numeriano interemptorum corpora quæ seebant. 226. 10. In calice redintegrato à S. Donato. 551. 2. 1.
 Mitra Basille. 598. 6.
 Iudithæ. ibid.
 Vulgares, & omnibus sexibus communes. 567. 4.
 Peculiares Virginum Sacrarum. ibid. 5.
 Mitra Virginum differentes ab aliis. ibid. 6.
 Modestia, & Temperantia Christianorum in Agapis. 585. 15.
 Mœlitiæ signum olim erat coronæ depositio. 668. 2.
 Monachus defunctus corpus barectici in tumulo iuxta se positum tolerare nequit. 443. 19.
 Monachi Græci à Cæmeteteris corpora defunctorum secum ferenda effodiunt. 447. 26.
 Monachi Græci in Monte Palatino. 57. 12.
 Monasterium S. Agnetis. 155. 10.
 S. Eugenia Via Latina. 6. 4.
 S. Laurentii, nuncupatum Pallacina. 288. 18.
 Via Tiburtina. 134. 5.
 S. Medardi in Augusta. 358.
 Monachorum Græcorum in Monte Palatino. 37. 12.
 S. Stephani, & S. Cassiani Via Tiburtina. 135. 5.
 Mons Cæli. 368. 24.
 Gemmarum. 286. 12.
 Soractes. 342. 2.
 Montes Apostolorum, & Prophetas symbolicè significant. 605. 7.
 Monumenta Arcuata, eorumque ætÿpa. In Cæmeterio S. Agnetis. 211. & seq. Cyriacæ. 137.
 Marcellini, & Petri. 119. & seq. Priscille. 254. & seq.
 SS. Hermetis, Basille, Proti, & Hyacinthi Via Salaria veteri. 329. & seq.
 Mors meditata superbiam humanam roerret. 613. 7.
 Mors necessaria pro Christo vltro, libenterque amplectenda. 477. 2.
 Aequa eius in omnibus conditio. 655. num. 3.
 Eiusdem assidua apud Christianos meditatio. 656. 5.
 Moriendi necessitas symbolicè in arboribus significata. 599. 1.
 Mos Romanorum in luctu. 669. 3.
 Hebræorum. ibid.
 Moyses, & eius actiones mysteriis refertæ. 482. 1.
 Orans manibus in altum sublati vltoriam de hoste reportat. 579. 5.
 Solutus prius calceamenta, quam Deum conueniat, eiusque mysterium. 482. 2.
 Percussit bis petram, & eius mysteriæ. 483. 4.
 Mulierem tonderi turpe. 307. 27.
 Munus annulare. 701. 36.
 Musæus filius Orphei in cultu veri Dei à patre instructus. 560. 2.
 Myrtus, & pinus inortis significatione symbolicè habent. 931. 3.

N

- N Abuchodonosor Tyrannorum tympus. 499. 2.
 Pisces adorabat. 619. 2.
 Eius regnum arbori assimilatum. 628. num. 1.
 Naresetes Pontem Salarium instaurat. 215. 5.
 Naus, qua Ionas Propheta vehebatur; symbolum Synagoge. 573. 3.
 Natiuitas Christi Domini. Eius mysteria expensa. 516. 1.
 Quenam documenta ex illius sibi propostâ imagine fideles haurirent? 517. num. 3.
 Necessitas moriendi symbolicè in arboribus significata. 599. 1.
 S. Nemeius Martyr in Cæmeterio Gordiani, & Epimachi à Stephano Papâ tumulatur. 8. 3.
 Eius, & S. Lucille corporum translatio. ibid. 4.
 Nero. Domus eius Aurea. 654. 1.
 Locus Via Flaminia quem animi causa frequenter bat. 339. 7.
 Nicodemus Romanus. Eius Domus Romæ ubinam esset postea? 367. 22.
 Nicolaus I. Romanus Pontifex. Rescriptum eius ad Bulgaros de modo orandi. 578. 2.
 S. Nicomedis Presbyteri, & Martyris Cæmeteterium. 147. 1. & 172. 1.
 Ecclesia. ibid.
 Titulus eiusdem. 148. 2.
 Translatio corporis eius. ibid. 3.
 S. Nilus Episc. Olympiodorum corripit ob profanas Imagines in templo permittu eius depictas. 463. 10. num. 10.
 Ninive ad Deum conuertitur post submersionem Iona Prophete, eiusque rei mysterium. 506. 2.
 Noemus in Arca, quid significet? 472. num. 1.
 Typum Christi Domini gerebat. 474. num. 6.
 Symbolum etiam quietis præferebat. 476. 11.
 Et resurrectionis. 477. 11.
 Quidam veteres Christiani ex Nac-

MEMORABILIVM.

mi imagine toties ob oculos posita dis-
serent? In persecutionum succubibus
fiduciam Deum. 473. 1.
Transactis huius mundi procellis re-
quiem sperare. 477. 13.
Noemus, Daniel, & Iobus tres homi-
num ordines representant. 653. 10.
Nomen Dei ineffabile. 703. 41.
De eodem Aitali martyris responsio.
704. 43.
Nomen Iesu Sanctissimum in vitris,
quæ Cæmeteriorum sepulchra exor-
nabant. 264.
A Christianis in omnibus actionibus
præmissum. 569. 6.
In suis Epistolis illud præponebant
ibid.
Binis Græcorum elementis Chi, & Rho
expressum. 319. & 566. 1.
Idque in Cæmeteriis frequentissimum
videre est. 356.
Item littera Græca H. 592. 2.
Idem littera. ibid.
Idem sepulchro veteri inscriptum
287. 15.
Et Lucernis impressum eiusque myste-
rium. 571. 1.
Eidem Sanctissimo Iesu Nomini Tem-
plum Romæ sacrum sanctorum reli-
quis inibi reconditis infigne. 342. 4.
Iam Sacrum Christi nomen tempore
Constantini, quam solemne esset? 570.
9. & 708. 54.
Nomentum peruentum Sabinorum
Oppidum. 144. 1.
Nomentana Via. ibid.
Nomentane paludes. 145. 3.
Nomina hereticorum non recensentur
in dyptichis. 446. 23.
Nouatus, eiusq; Terme. 369. 1.
Nouatiani heretici Romam veniunt. 439
num. 12.
Nouella matrona, à qua Cæmeterium
ita dictum nomen sumpsit. 229. 1.
Numeri, & signa in Cæmeteriorum se-
pulchris, 177. 7. & 694. 22.
Idem Martyrum sepulchris inscripti
quid significant? 696. 29.
Numerarius obstructio cuiusdam cryptæ
aditu Christi apertis inibi latentes en-
cat. 226. 9.
Numismata Constantini Imp. cum coro-
na militari. 705.
Aliud eiusdem. 569.
Ptolemaei, quod Chi, & Rho inuicem
reccas præfert. 567. 2.
Numisma Iulia Augusta. ibid.
Alia ex auro cum Christi nomine. 574
num. 14.
Numismata in antiquis Christianorum
sepulchris repetita. 21.
In sepulchris Martyrum inuenta in-
dicant tempus martyris. 567. 2.
Numisma Arcadii aureum, cuius Christi
nomen impressum. 574. 14.
Nuptia. Nuptæ. Noue nuptæ coronis re-
dimiri solite. 674. 9.
Fores domus nuptialis coronis orna-
bantur. ibid.
Nymphæ, Dææ aquarum à Gentilibus cre-
ditæ. 146. 1.
Ita nuncupate aquæ, ibid.
Nympha. Arabialis locus ita dictus.
146. 2. 11.
Ad Nymphas S. Petri. 146. 3.

Nympharum Castrum. 146. 2.
Nymphæa Fontes, & lauacra appellata.
146. 1.
Nymphæum in Laterano. 146. 1.
Cæmeterium ad Nymphas. 146. 1.

Oblationes ab hereticis collatas altari-
bus reiciuntur. 438. 8.
In Oblationibus Deus munus ex volun-
tate pensat. 471. 3.
Obsidio Urbis Romæ à Gothis. 214. 3.
Occasio peccandi penitus declinanda.
605. 7.
Octaua Assumptionis B. Virginis insti-
tuta à S. Leone IV. 133. 4.
Oleum in Taberna Meritoria Romæ
Christo nascente fuit. 647. 7.
Deo accendebatur, eiusq; mysterium.
647. 9.
Oliua, eiusq; mysteria. 642. 1. & 643.
num. 1.
Hieroglyphicum pacis constituitur.
644. 2. & 646.
Legis. ibid.
Fidei. ibid. Hominiisus. 644. 4.
Synagogæ. ibid.
Obvitiatis. 645. 6.
Victorie. 646. 8.
Aeternitatis. 643. 2.
Virginittatis quoq; interpretationem
habet. 646. 11.
Menerue Sapientia præfidi sacra. 642.
1. & 643. 1.
Ab impudicis confecta non crescit, aut
infructifera redditur. 647. 9.
Oliua ramusculi in sepulchris Cæme-
terialibus, quid denotent? 643. 2.
Olla cineraria gentilium Via Latina.
4. 3.
Via Tiburtina. 432. 6.
Olympina matrona extrahit Ecclesiam
iuxta sepulchra SS. Bibiane, Deme-
triae, & Daphnosæ. 358. 6.
Ab eius nomine Ecclesia Olympina
nuncupatur. ibid.
Ibi omnem vitam in ieiunijs, & ora-
tione traducit. ibid.
Olympiodorus Proconsul durioribus à
à S. Nilo verbis castigatus, quod in
Ecclesiæ vanae imagines depingi curas-
set. 463. 10.
Olympius Abbas fugam, & auersionem
hereticorum suis commendat. 443. 19.
Omega, & Alpha coniuncta, quid si-
gnificent. 565. 1. 703. 41.
Operarij per bonum hieroglyphicè des-
gnati. 602. 5.
Orate vario gestu, ac habitu, eiusque
mysteria. 577. 1.
Diebus Dominicis orare stando in pe-
des originem traxit ab Apostolis, eius-
que mysterium. 578. 3.
Humi prostrati. 577. 2.
Manibus inter se iunctis. ibid.
Manibus in altum sublati. 578.
Manibus vultus adnotis, quid denot-
et? 580. 10.
Dignis naribus adnotis, eiusq; myste-
rium. ibid.
Crucis speciem exhibendo. 579. 6.
Martyres in tormentis orant brachijs
erectis in modum expansis, & alacriores,
fortiores redduntur. 579. 9.

Orat manibus sublati Moyses. 579.
num. 5.
David. ibid.
Vitis eius, ac efficacia. ibid.
Orabant eum quoque in modum Gen-
tilium. 578. 5.
Et foris Iona in nau, metuentes nau-
fragium. 579. 5.
Oratio, atq; eius efficacia. 579. 5.
Orationes in Litanijs maioribus olim
dici consuevit. 341. 2.
Oratorium à Bonifacio Pontifice in
Cæmeterio S. Felicitatis extructum.
223. 1.
Oratorium subterraneum S. Abbaçyri,
Via Tiburtina. 133. 2.
S. Andrea, Via Laticana. 47. 2.
S. Anthonij, Via Salaria. 240. 4.
S. Casilii, Via Tiburtina. 133. 2.
SS. Felicitatis, & Alexandri in Cæ-
meterio dicto Iordanorum, Via Sa-
laria. 223. 1.
In domo Equitij à S. Siluestro extru-
ctum. 375. 3.
Ordo sedentium in Synagoga. 661. 2.
S. Oceltes detegitur Christianus, & mar-
tyrio afficitur cista à gentilibus cruce,
quam in sinu gererat. 545. 3.
Orpheus, Eloquentia eius commentitia
quo pacto Christo Domino conueniat.
560. 1.
Trecentos sexaginta Deos novos in
Græciam induxit. ibid. 2.
Leſto Pentateucho Moysi palinodiam
cant. ibid.
Multa de Deo vero versibus edidit. ib-
id. Eius carmina ad filium suum Museum
de Deo vero. 561. 1.
Cur in Cæmeteriis depictus. 562. nu-
mer. 3.
Eius imaginem Alexander Imperator
in suo Larario tenebat. 564. 8.
Orpheus cum tiara depictus. 566. nu-
mer. 4.
Eiusdem, & Christi Domini inter se
collatio. 562. 4.
Olla arida in vitam reuocata ab Eze-
chiele, quid significant? 511. 1.
Olfortia familia. 230. 1.
Oulicula in humeris Pastoris Euangeli-
ci naturam humanam symbolicè signi-
ficat. 553. 8.
Vnicula dumtaxat, quid indicet. 554.
num. 8.
Quomodo à Pastore reducenda erat?
553. 5.
Symbolum resurrectionis existit. ibid.
dem. 7.
Ouis typus iustorum. 554. 9.

Pachomius fugam, & auersionem
hereticorum suis commendat.
443. 19.
Palatium Licinianum. 258. 7.
Pallacine locus ita dictus. 288. 8.
Pallium Helie, eiusq; mysteria. 495. 8.
Symbolum potestatis à Christo tradi-
ta Apostolis. ibid.
Ad Palmam locus ita dictus. 151. 1.
Palma, eiusq; mysteria, alia ab his, que
à gentilibus in ea constituebantur.
634. 2.

INDEX RERVM

- Christianorum sepulchris aptissima**, & cur? 633. 1.
Eius nobilitas, 634. 2.
Hieroglyphicum Iustitia, atq; **omnis iusti**, 377. 7.
Austeritatis vita, 634. 3.
Ecclesia, 635. 6.
Fidei, *ibid.* 7.
Iustitia, 634. 2.
Martyrii, 635. 9.
Victoria secularis, ac temperaria, 634. 1. & 2.
Victoria spiritualis, ac aeterna, 636. num. 8.
Eius imago Templo Salomonico dedicata, 633. 1.
Insculpta sepulchris, index est martyrii eorum, qui inibi tumulatis existunt, 637. 13.
Sepulchro S. Caii Pontificis insculpta conspicitur, 642. 24.
S. Saturnini, *ibid.*
SS. Tiburtii, & Maximi, *ibid.*
Vasculis item in quibus Martyrum sanguis collectus asseruabatur, impres- sa, 642. 23.
Pallantis sepulchrum, 124.
Eiusdem epitaphium, *ibid.*
Palma Martyrii, pbrasi Ecclesiae solem- nis, 636. 11.
Palma, cum quibus Hebraeorum pueri Christo Domino obuiam processerunt, quid significent? 635. 5. & 636. 10.
Martyrum propriam infigne 638. num. 13.
Palma sepulchris insculpta non semper martyrii indices sunt, 639. 16.
Paludes, **Nomentanae**, 145. 3.
Pontine, *ibid.*
Pammachii Titulus, 233. 5. 69. 25.
Inscriptio eius Ecclesiae affixa, *ibid.*
Panegyricus S. Paulini in funere Celsi pueri, 599. 3.
Pandora idolum coronandi mos, 670. 4.
Panes eruce signandi mos, & quare? 484. 6. & 532. 5.
Hunc in modum signati in multis Roma Ecclesiis picti, sicutue cernuntur, 533. 5.
A viro sancto manu eminus signatus, cruce et mire imprimitur, 534. 6.
Panes, qui in quibusdam canitibus Chri- sto Domino affixi cernuntur, quid denotent, 531. 1.
In sonu eiusdem Domini, 534. 7.
Diuinitus ab eodem multiplicati quid significant, 531.
Cur primum multiplicationis miracu- lum in pane bordeaceo, secundum vero in triticeo operatus sit? 532. 4.
Quingue panes, & duo pisces, quid innuant? 531. 1. & 532. 3. & septem quid? *ibid.*
Panes bordeacei legis Moisaicae sym- bolum praeferunt in pane coquendo Hebraeorum mos, 532. 5.
Panis decussandi apud gentiles mos, 533. 6.
Panis decussati icon ex veterum mon- timentis, *ibid.* 5.
Pai, a. vide verb. Pontificis.
S. P. p. 12, & Maus. locus martyrii, & cultura eorum, 126. 3.
Paralipomena corporum eorum, 147. 4.
Paralipomena corporum eorundem, *ibid.*
Parabola decem Virginum, eiusque mysteria, 576. 1. & 577. 2.
Eiusdem expositio, 577. 2.
Paralyticus à Christo curatus resurrex- tionem symbolice significat, 529. 1.
Passio Christi Domini per Isaac à patre oblationem designata, 478. 3.
Passio Martyrum triumphus Dei, 680. num. 2.
Pastor bonus, & quae in se continet my- steria, 550. 1. & 552. 3.
Humilitas, Gbaritas, & Patientia in eo perpena, 552. 3. & 4.
Eiusdem Imago Constantinopoli in foro à Constantino Imperatore locata, 552. 3.
Eam calicibus, ac indumentis sacris insculpere solenne olim erat, 551. 2.
Hircum pro oue suis humeris baiu- lans, quid denotet, 554. 9.
Pastoris Euangelici imago inter vau- rum ramos consistens imago lucer- nae sepulchrali insculpta, 648. 4.
Pastores oculis Domini vigilanti maxime decet, 616. 5.
Patientia Abelis.
S. Paulus Apollolus. Primum eius in Vrbe hospitium, 387. 1.
Vinctus Romam ingreditur, namque subigit, *ibid.* 2. Romae domum condu- cit, *ibid.* 3.
Eidem conceditur Romae domus loco carceris, 388. 4.
Iudeos ad disputandum secum prouo- cat, *ibid.* 5.
Eius hospitium in Via Lata, *ibid.* 6.
Eius situs in columna Antonini à Sixto V. posita, 391. 11.
Pauo, & eius mysteria, 610. 1.
Hieroglyphicum Diaboli, & eius ten- tationum, 612. 4.
Superbia, 611. 1.
Inanis gloria, 611. 1.
Resurrectionis, 612. 2.
Vox pauonis hominem iustum symbo- licae innuit, 613. 5.
Et quini Verbi praecones.
Orationem, & perseverantiam, 614. num. 8.
Eidem populus Israel assimilatur, 611. num. 2.
Penna eius, & caro hominis iusti nota- tam habent, 613. 5.
In rogo Imperatricum adhibebatur, 611. 1.
Eius carnis Hellogabalus Imp. ves- cetur, *ibid.*
Ex incorruptione carnis pauonis in- fert S. Augustinus damnatorum in igne subsistentiam, 613. 6.
Paupertas, & afflictio anchora hominis iusti, 628. 5.
Pax Pacis hieroglyphicum oliuae consti- tuitur, 644. 2. & 646. 11.
Peccata submersa dicuntur aquis Bap- tismi, 486. 1. & 2.
Peccator penitentiam agens per Ceru- m hieroglyphice significatur, 605. 7.
Peregrini. Ut peregrini in hoc mundo, non ut ciues nobis est degendum, 657. num. 6.
Petra equos Sali consecrabant, 494. 6.
Perfarum Regum dignitas, 662. 5.
Perfenerantia necessaria, 614. 8.
Petra in deserto à Moyse percussa,
Christum Dominum mystice designa- re dicitur, 483. 3.
Bis à Moyse percussa, quid innuat, *ibid.* 4.
Locus, ubi illam percussit, atque eius mysterium, 482. 3.
S. Petrus Apollolus in Coemeterio Ostria no aquis lustralibus initiis fideles, 230. 1.
Et in edibus Pudens Senatoris, 372. num. 6.
Vitru Sandalis, 593. 5.
Ei linteam per visum obijciatur, eiusq. mysteria, 563. 5.
Eius Ecclesia Via Tiburtina, 133. nu- mer. 4.
Eiusdem gloria à Leone Papa descrip- ta, 272. 7.
In foro Triviana eidem statuto posita, 373. 7.
SS. Petrus, Iacobus, & Ioannes varios fidelium ordines exprimentur, 653. nu- mer. 18.
B. Petrus Exorcista. Eius Corpus in Gallias traferitur, 37. 12.
Petrus B. reccitus Cortonenis insigni pietate in corpus S. Martini inuenire meruit, 366. 9.
Subterraneum eiusdem Sanctae Con- fessionis locum exornat, 362. nu- mer. 15.
Phaonris suburbanum, 145. 3.
Phaero. Eius in mari Rubro submerso, auxilium diuinum iustis adesse docet, 485. 1.
Alia eius historia mysteria, 486. nu- mer. 2.
S. Philippus Nerius exemplo Christi Do- mini populum extra Urbem ducit, pa- scitq; in campis, 535. 8.
Ido, quotannis diebus Bacebanalibus i. id
Oratorii Congregationem instituit, 586. 17.
Populum in Ianiculum collei ad Ver- bum diuinum audendum ducebat, 587. 20.
Sodalitium SS. Trinitatis Rome ex- cipiendis peregrinis in Urbem deu- otionis gratia aduentantibus instituit, 519. 9.
Pontus eidem monumentum ab ea- dem Confraternitate tquam Panda- tori, 520.
Philosophia per visum Bsetbio videnda se obijciit, 592. 2.
Philosophi Eorum imagines annulis in- sculptas gestandi olim mos, 700. nu- mer. 35.
Phoenix sepulchro S. Maximi à S. Caci- lia insculptus, eiusq. mysterium, 451. num. 4.
Pictiores imaginibus idem efficiunt, quod eloquiis Oratores, 461. 41.
Piniani praedium, 240. 4.
Pinus, & myrtus mortis significationem symbolice obtinent, 631. 3.
Piscis, & eius mysteria, 618. 1. & 620. num. 3.
Symbolum Christi Domini constitui- tur, 497. 1.
Hominum, 620. 4.
Fidei, 620. **Innocentia**, 619. 2.
Eorum imagines sepulchris insculptae quid indicent, 620. 5.

MEMORABILIVM.

- Nascuntur, & aluntur in aquis, & eius rei mysterium. *ibid.* 7.
Eorundem proprietates fidelibus adaptate. 621. 7.
Cur à Sacrificiis reiserentur? 618. num. 1.
Bf animalignobile, & ab Aegyptiis impurum habebatur 619. 1.
Incertitudo vite humana per eos denotatur. 658. 7.
Piscis Tobia tyrum Christi Domini gerit 497. num. 1.
Diabolus etiam mystice designat. 498. num. 3.
Piscis dicitur Christus Dominus Greco vocabulo, & qua ratione? 498. 2.
Pisces à Nabuchodonosore culti atque adorati. 619. 2.
Planctus per Candelabrum Mosaicum hieroglyphice designantur. 652. 4.
S. Polycarpus Episcopus abominacioni habet Marcionem hereticum, & ingenti illum verecundia suffundit 442. num. 18.
Pons. Lucanus. 124. 2.
Miluius. 339. 7.
Mammolus. 124. 3.
Salaris. 215. 5.
Eius inscriptio. *ibid.*
A Narsete inauguratur. *ibid.*
Pontina Palades. 145. 3.
Pontifices Romani tumulati in Cæmeteriis-Cyriaca. Hilarius, Sixtus Tertius, Zosimus, 128. 5.
Priscilla, Cælestinus, Gelasius, Liberius, Siricius, Syluester, Vigilius, 219. 8. & 9.
Pontifices in detegendis, resellendis, denandis que hereticis vigilantissimi, 441. 15.
Sacrorum Cæmeteriorum Urbis cultores præcipui. 449. 29.
Poppæ Junus. 431. 2.
Populus Israel contritus de redemptione & liberatione gentium. 508. numer. 7.
Prefiguratus in Iona. *ibid.*
Porta Agonenfis. 214. 1.
Asinaria 30. 1.
Cælimontana. *ibid.*
Collina. 214. 1.
Esquilina. 30. 1. & 124. 1.
Figulensis. 215. 8.
Flumentana. 337. 2.
Gabiufa. 124. 1.
Gabinia. 47. 3. & 124. Latina. 16. 1.
Eius gloria, ac prerogativa. *ibid.*
Laticana. 30. 1.
S. Laurentij. 124. 1.
Maior 30. 1. & 124. 1.
Pia. 144. 3.
Pinciana. 217. 10.
Populi. 337. 2.
Prænestina. 30. 1.
Quirinalis. 214. 1. Salaria. *ibid.*
S. Siluestri. 240. 5.
Taurina. 124. 1.
Valentini. 337. 2.
Vinianalis. 144. 3. 225. 8.
Porticus Templi Veneris Erycinæ. 215. num. 7.
Porticus à Porta Tiburtina usque ad Aedem D. Laurentij. 128. 6.
Potestas à Christo Domino tradita Apo Tom. II.
- Holis per Pallium Elia mystice designata. 495. 8.
Prædicator, atque eius munus, 594. numer. 10.
Habitudines eius, ac qualitates allegorie per gallum expresse. 617. 9.
Virtus discretionis ei necessaria. *ibid.*
Plus operibus, quam verbis insonet. *ibid.*
Per bouem symbolice denotatus. 602. num. 5.
Prædium S. Agnesis, Via Nomentana. 152. 1.
Cyriaca, Via Tiburtina. 125. 1.
Cyrilli Romani, Via Claudia. 349. num. 17.
Demetrie, Via Latina. 18. 8.
S. Felicula, Via Ardeatina. 147. numer. 1.
S. Helene. 48. 2.
Iulia Matronæ, Via Nomentana. 151. 1.
Pintiani, Via Salaria. 240. 4.
Seuerine, Via Nomentana. 148. numer. 1.
Simplicii, & Seruiliani, Via Latina. 14. 2.
Theodore Matronæ, Via Flaminia. 342. 1.
Thraionæ, Via Salaria. 232. 2.
Ptelepe Dominican. 517. 4.
Eius gloria S. Hieronymus bucinator eximius. *ibid.*
Idem Rome asseruatur. 518. 4.
Præfidium diuinum, quod seruis Dei nunquam desit. 504. 2.
Tribus Pueris in fornace Babylonica præfeto suis. 500. 3.
Reuentum à S. Cypriano Martyre. *ibid.* 4.
Prætexta primus donatus est filius Tarquinij Prisci. 694. 2. 1.
Prætextæ hereticus à Zephyrino Papa. Vrbem pestitur. 435. 4.
S. Prætextæ iuxta S. Pudentem patrem & Pudentianam sororem in Cæmeterio Priscilla tumulatur. 218. 4.
SS. Primus, & Felicianus, Arenarium eorum. 150. 1.
Iuxta funeralia illis solempi ritu à Christianis persoluta. *ibid.*
Ecclesia eorundem via Nomentana. *ibid.*
Eorundem corporum translatio in Ecclesiam S. Stephani in Monte Cælio. 151. 2.
Principes simulacrum Dei. 663. 6. Principes Episcopo, & Principi populus subditus est. *ibid.*
Principium mundi in Episcopos reuentia. 664. 7.
Principium imagines annulis insculptas gestandi mos. 700. 35.
Priscilla Senior discipula Sancti Pauli. 217. 1.
Mater Pudentis. *ibid.*
Priscilla Iunior. 217. 2.
Priscille diuersæ. 217. 1.
Procopius Christianorum persecutor Christum Dominum in cruce splendore circumsusum videt. 545. 2.
Crucem ex auro sibi construi iubet. *ibid.*
Vide verò. Crux.
- Proclus hereticus à Caio Theologo confutatus. 436. 4.
Propheta montibus assimilati. 605. 7.
SS. Protus, & Hyacinthus Via Salaria martyrij palmam adepti. 234. numer. 2.
Eorum Ecclesia. *ibid.* 3.
Eorundem sepulchris tituli à B. Damaso Papa inscripti. 235. 4.
Eorundem corporum translatio. *ibid.* dem. 6.
Prouidentia Dei tribus Pueris in fornace præfeto est. 500. 3.
Eadem circa omnes creaturas. 600. num. 1.
Pudentius plura Martyrum sepulchra variis apposis signis sine nomine Roma in Cæmeterijs se videri asserit. 697. 32.
Ptolemæus, in numismatis suis binas Græcorum literas Cbi, & Rbo inter se nexas præfert, earumque explanatio. 567. 2.
Pudens Senator in Cæmeterio Priscilla tumulatur. 217. 3.
Eius Domus. 370. 1.
Domus eius Petri Apostoli hospitio clara. *ibid.*
Asylum erat Christianorum. *ibid.*
Et multorum martyrum sanguine nobilitata. 373. 8.
S. Pudentiana in Cæmeterio Priscilla iuxta patrem sepulchram fortitur. 218. 3.
Eius Ecclesia. 370. 1.
Translatio corporis eius. 371. 5.
Pucticulum literarum imaginem eum epso met lacte bauisse dicuntur. 462. num. 6.
Eorum zelus contra iconoclastas. *ibid.*
Pueri in fornace Babylonica, eorumque mysteria. 499. 1.
Nabuchodonosori fortiter respondens 500.
Eorundem fortitudo, & in Deum fiducia. 499. 1. & 500. 4.
Duo eorum heroica facinora. 499. numer. 2.
Typus ac imago Martyrum. 500. numer. 5.
AS. Cypriano Martyribus. In exemplum adducti. 500. 4.
Angelus, qui cum ihesu in fornace cernebatur, quid denotet? 500. 4. eorundem Hymnus recitari salutis festis martyrum diebus. 501. 7.
Eorum imagines cum Sarahallis in Cæmeterijs antiquis depictæ. 597. num. 3.
Pueri Hebræorum, qui Christo Domino obitum cum palmis processerunt, eorumque mysteria. 542. 5.
Pueri alati specie Angelus figurati. 451. 2.
Punicus, pater Pudentis Senatoris. 217. num. 2.
Punitio diuina per salcem messoris hieroglyphice in sacris effingi solita. 600. num. 6.
Puritas symbolice per columbam efficitur. 610. 4.
Puteus in templo S. Pudentianæ, in quo existens corpora trium millium Martyrum

INDEX RERVM

Pyrum. 373. 3. & 373. 8.
 Phriculi, quid, & ubinam essent. 30. 6.
 & 432. 5.
 Ad Pyrum locus ita dictus. 32. 11
 Pythagoræ monitum. 700. 34.

Q

58. **Q**uarcus, & Quintus. In Cæmeterio Simplicis, & Seruiliani sepeliuntur. 14. 2.
 Eorundem corporum translatio. ibidem.
 55. Quatuor Coronati. Eorum Cæmeterium Via Laucana. 42. 1.
 Eorundem Ecclesia via eadem 43. numer. 2.
 A Cardinali Millino instaurata. 44. numer. 3.
 Nomina Martyrum, quorum corpora in eorundem Ecclesia reposita sunt. 43. 2.
 Prima eorum corporum inuentio. 44. numer. 3.
 Secunda. ibid.
 Quies in Gandelabro Mosaica mystice intelligitur. 652. 5.
 Quintus Atta Scriptor celebris Via Laucana tumulatur. 30. 3.
 Quinti Quidii Villa 145. 4.
 Quirinus. Eius Templum Via Salaria. 214. 1.

R

Rami, qui Apostolis plurimis in locis Rome applicati cernuntur, quid denotent? 576. 3.
 Ratio Deo reddenda mystice in Adamo designata. 467. 2.
 Regio ad Caput Tauri ubinam sita? 214. 1.
 Regio ob crebras subterraneas cryptas pensis. 241. 1.
 Regnanum Oppidum. 342. 2.
 Regnum Nabuchodonosoris arbori assimilatum. 628. 1.
 Regum Perfarum status. 662. 5.
 Regum dignitas. ibid. 6.
 Regum erga Episcopos obsequium. 663. numer. 7.
 Regum Hispaniarum erga Episcopos obseruantia. 664. 7.
 S. Remigius Agapen in funere suo peragitur. 583. 10.
 Resurrectio in sacris litteris mystice frequenter designata. In Adamo. 470. numer. 9.
 In Abrahamo, & Isacco. 479. 4.
 Henoch, & Helia. 492. 1.
 Daniele. 502. 1.
 Iosepho. 481. 3.
 Lazaro. 539. 3.
 Noemo. 477. 11.
 Paralytico. 529. 1.
 Tribus Pueris in Fornace Babylonica. 501. 7.
 Samphone. 488. 1.
 In triumpho quoque Christi Domini Hierosolymam ascendentis idem mysterium agnoscat. 542. 1.
 Item ossa arida in vitam ab Exechie le reuocata idem significabant. 512. numer. 5.

Et ouicula in humeris Pastoris. 553. numer. 7.
 Ver item, & hiems eiusdem intelligentiam habent. ibid.
 S. Restitutus. Cæmeteriam eius. 151. numer. 1.
 Eiusdem martyrium. ibid.
 Ecclesia in honorem eius erecta. 151. numer. 2.
 Translatio corporis eius. ibid.
 Rete piscatorum fidei hieroglyphicum. 620. 6.
 Ricimeri Consules quo tempore vixerint. 20. 2.
 Ricimerus genee Anthymi Imp. Arriani. 540. 14.
 Eius opera Arriani Aedem D. Agathe in Vrbe obtinent. ibid.
 Ritus variis Christianorum, & gentilium in mortuis sepeliendis. 431. numer. 2.
 Ritus nonnulli gentilium permissi Christianis, & in vsus pios traducti. 450. numer. 1.
 Roma Sanctorum in ea defunctorum multitudine illustris. 424. 1.
 Romanorum in Iuctu mos. 609. 3.
 S. Romanus Martyr in Cæmeterio B. Cyriacae tumulatur. 125. 2.
 Via Salaria martyrio coronatur. 239.
 Eius Ecclesia. ibid.
 S. Romula, & Redempta. Corporum earum ubinam tumulata quiescant? 149. 4.
 Romulus coronarum auctor. 672. numer. 8.
 Rosa euanida pulchritudinis, & imbecillitatis humanae symbolum. 675. numer. 14.

S

Sabatius laevis. 345. 9.
 Sacellum S. Iohannis Apostoli ante Portum Latianam. 16. 2.
 Sacerdotes per adiuuantes trabes mystice designati. 632. 4.
 Sacerdotij dignitas regali praeferenda. 663. 6.
 Sacrificia, ac dona, quomodo Deo offerenda sint? 471. 3.
 Saluus Iulianus. Eius sepulchrum Via Labicana. 31. 3.
 Salomon. Domus eius splendor, ac magnificentia. 655. 2.
 Samson, ac mysteria, qua continet. 488. numer. 1.
 Christum Dominum in typo praefigurabat. ibid.
 Imago etiam resurrectionis constituitur. ibid.
 Sandalia, eorumque forma. 592. 3.
 Forma eius mystice significatio. 594. numer. 10.
 Iis Apostoli utebantur. 562. 4.
 Apud nonnullas gentes ornatus dumtaxat conciliando erant. 593. 5.
 Samaria, Idololatria typus. 528. 2.
 Samaritana mulier. Eius ad puteum cum Christo colloquium. 528. 1.
 Per eam vocatio gentium mystice designatur. ibid.
 Et synagogam allegorice significat. ibid.

Sancti, quorum neque nomina, neque locus martyrii, ac sepultura in Martyrologio memoratur. 424. & seq.
 Sancti aetate iuuenili depicti, & quare? 550. 3.
 Sancti veteris, & noui Testamenti in Gandelabro Mosaico mystice intelliguntur. 653. 10.
 Samedrin Iudeorum. 662. 3.
 Saraballa quid sit. 596.
 Saraballarum descriptio. 597. 2.
 Sarcophagus S. Constantia. 156. 13.
 Sarcophagi in Cæmeterijs eruti. S. Agnetis. 158. & seq.
 B. Cyriacae Via Tiburtina. 143.
 Priscilla. 267.
 Alii nuper adiuuenti. 392. & seq.
 S. Saturninus in Cæmeterio S. Trifonius sepultura donatur. 232. 2.
 Epitaphium eius. ibid. 2.
 Palma sepulchro eius insculpta. 643. 23.
 Eiusdem Ecclesia. ibid. 4.
 Eam visentibus indulgentia concessa. 233. 4.
 Translatio corporis eius. ibid. 5.
 Ad S. Saturninum locus ita dictus. 241. numer. 2.
 Saturni idolum coronandi mos. 670. numer. 4.
 Sauinella Matrona corpus S. Valentini Martyris sepultura donat. 340. 1.
 Saxa Rubra locus ita dictus. 338. 5.
 Schisma Nouatiani. 447. 2. 5.
 Felicitas. ibid.
 Schismatici Vrscini sequaces, ubinam conuentus suos agerent? 448. 7.
 Intra vigesimum ab Vrbe lapidem eocundi facultas eis interdicta. ibid.
 Rescriptum Valentiniani Imperatoris aduersus illos. ibid.
 Scriptura Sacra quatuor continens sensus per flumina quatuor à Paradiso terrestri promanantia symbolice designata. 544. 1.
 S. Sebastianus. Imago Martyrii eius ex quadam tabula antiqua, qua supra altare in Cæmeterio Priscilla visebatur. 335.
 S. Sebastianus in virili aetate martyrii palmam adeptus. 336.
 Cur eum artifices iuuenem effingant. 337.
 Sedes Pontificia in Cæmeterijs. 558. 141.
 664. 7.
 Eorundem egyptum. 55. 8.
 Semiramis sub columba symbolo eulta. 709. 56.
 S. Sempronius, Olympius, Euxuperius, & Theodulus in Cæmeterio Gordiani, & Epimachi tumulantur. 8. 3.
 Eorundem corporum in Ecclesiam sub titulo S. Mariae Nouae translatio. 8. numer. 4.
 Seneca Suburbanum. 145. 4.
 Sepulchra Sanctorum.
 S. Agnetis. 153. 5.
 Bonificii Primi Pontificis. 213. numer. 1.
 Cælestini Papa. 219. 10.
 Cyriacae. 127. 4.
 Daphrosae. 557. 5.
 Helena. 33. 4.
 Hippolyti. 126. 3.
 Quanta populi frequentia celebrare.

MEMORABILIVM.

- tur 129. num. 7.
 Daphnia. 557. 5.
 Helena. 33. 4.
 Laurentij. 128. 6.
 Siluani. 124. 2.
 Sepulchra Christianorum, & Gentilium inter se differunt 432. 4.
 Sepulchra ad duplicis generis, apud et bnicol. ibid. 6.
 Sepulchra Gentilium.
 Aleim. 31. 2.
 Cui Marii. 215. 4.
 Didii Iuliani 31. 3.
 Licinii baritonforis Augusti. 214. num. 4.
 Pallantis. 124.
 Poppae. 431. 2.
 Quintii Atta. 30. 3.
 Sepulchrum Bacchi. 156. 14.
 Sepulchra Gentilium Vitis
 Flaminia. 338. 6.
 Latina. 33.
 Lauciana. 30. 3.
 Salaria. 214. 4.
 Tiburtina. 124. 1. & 2.
 Sepulchra virorum illustrium intra urbem olim cancella erant. 432. numer. 5.
 Sepulchra eorumque inscriptiones plurime. 173. 4. & seq. 325. & seq.
 Quid potissimum Christianorum sepulchri insculperetur 451. 3.
 Sepulchrum nuncupatur Domus stultorum aeterna. 655. 3.
 Et domus obliuianis. 679. 7.
 Sepulchris Christianorum. corona appensa quid denotent 675. 10.
 Serpens hieroglyphicum salutis olim constituebatur. 707. 52.
 Vitiurum etiam peccatorum eius symbolum erat. 605. 6.
 Et Diaboli. 705. 46.
 Mandato Dei a Moysse ex aere conflatus. eiusque mysterium. 452. 1.
 Christi Domini typum gerebat. 707. num. 48.
 In signum beneficii accepti illum fieri Deus mandauit, eoque nomine a Sacerdotibus Hebraeorum asseruabatur. ibidem numer. 3.
 Ut Idolum ab Hebraeis colitur. 452. num. 2.
 Sublatum ideo, ac confractum ab Ezechia Rege. ibid.
 Mediolani nunc asseruatur. 453. numer. 3.
 Suerina Caemeterium S. Alexandri extruit. 150. 2.
 Induitur silitio, & precibus affluere vacat ad Martyrum sepulchra. ibidem.
 Pradium eius Via Nomentana. 148. num. 1.
 Eiusdem Villa. 149. 3.
 Suerus Imp. coronas militibus donat. 669. 4.
 Eius donatiuum coronarium reiectum a milite Christiano. 670. 5.
 Eius Congiarium. 671. 8.
 Sibylla. Eius de Christo Domino carmina acrosticka. 498. 2.
 Sigma, quid sit. 500. 24.
 Simila, quid significet. 497. 4.
 Signa Christiana Religionis in Caemeteriorum Urbis sepulchris. 215. 4.

1. 144. 3. 172. 177. 7. 258.
 Silua nigra, candida positum ad dicta, & cur 32.
 S. Siluester Papa in Caemeterio Priscille Via Salaria sepultus. 219. 9.
 Eius Ecclesia. ibid.
 Translatio corporis eius quando contigerit? 221. 13.
 Eius reliquia Nonantulam deferuntur. ibid.
 Simplicitas, eiusque prerogatiua. 610. num. 5.
 Eam Christus Dominus commendat, praecipitque. ibid.
 Deuini ducendi gratias animam idoneam reddit. ibid.
 Per columbam hieroglyphice exprimitur. 609. 2.
 SS. Simplicius, & Scutellianus. Eorum Caemeterium Via Latina. 14. 1.
 Eorumque praetium. ibid. 2.
 Inscriptio sepulchri eorumque. ibidem.
 Simulacra Idolorum.
 Fortuna mulcbris. 33.
 Solis ad Clisiam Cucumeris. 216. numer. 10.
 Veneris Verticordola. 216. 9.
 B. Siluester Pontifex. E. admo paterna in Collem Exquilinum consecrat. 375. num. 2.
 In Domo Equitis sacra facit. ibid.
 Oratorum extruit. 375. 3.
 A Constantino queritur, & in Urbem accessit. 376. 4.
 Et benigne ab eadem excipitur. ibidem.
 Ad Thermas Ticianas Ecclesiam extruit. ibid. 5.
 Bina Conclia in Ecclesia a se ad praememoratas Thermas excitata. celebrat. 377. 1.
 Sol. Imago solis ab Hebraeis. Idololatris culta. 493. 6.
 In Templo Hierosolymitano ab impijs Regibus Iuda consecrata. Ibid.
 Soli equos idem reges, sicut & Persae consecrant. ibid.
 Somni moderati et iustas. 617.
 Sora. ctes mons. 342. 2.
 S. Sophia in Caemeterio SS. Simplicii, & Scutelliani tumulatur. 14. 2.
 Eius Mausoleum. ibid.
 Corporis eius translatio. ibid.
 Spiracula, per que lumen in Caemeteria admittuntur. 286. 14.
 Spiritus S. eiusque dona in Candelabro Mofaico mystice adumbrata. 655. 9.
 Spolia hostium triumphantem comitabantur. 680. 1.
 E. erigendi, dicandique. mos apud antiquos 681. 3.
 S. Stephanus Protomartyr. Ecclesia ei a Demetria matrona Via Latina erecta. 18. 8.
 Alia eiusdem Ecclesia Via Tiburtina. 128. 6.
 Translatio corporis eius. ibid.
 Monasterium eidem dicatum. 133. numer. 5.
 Stephanus Papa I. In Crypta Nepotiana fideles baptismate initiat. 357. 2.
 Stephanus Papa VI. Corpora martyrum qui in quadam Crypta a Numeriano Imp. terra obruti perierant, adiuue-

- nit. 227. num. 14.
 Stigm. seruis inuri solitum. Epigramma etiam dictum. 698. 32.
 Submersio Pharaonis. atque eius mysterium. 486. 2.
 Suburbana. Phaontis. 145. 3.
 Seneca. ibid. 5.
 Suffragium animarum purgatorij per prandium Habacuc Propheta mystice figuratum. 504. 4.
 Supplicatio. Deo supplicantium agmen in Litanis maioribus, quo olim decederetur. 340. 2.
 Prece in his haberi consueca. 341. numer. 2.
 S. Susanna Virgo, & Martyr. Via Salaria martyrio coronatur. 225. 7.
 Corporis eius translatio. 228. 15. 1.
 Eiusdem Ecclesia. ibid.
 Vetus in ea inscriptio. ibid. 15. & 16.
 Sylla prope Templum Veneris Erycinæ Via Salaria castrametatur. 215. 7.
 Symmachus Rom. Pontifex. Basilicam S. Felicitatis Via Salaria instaurat. 224. 3.
 SS. Symmetrius Presbyter, & Socij Marcyres in domo S. Praxedis martyrum fuleant. 373. 8.
 Symphorosa cum septem filiis Via Tiburtina martyri palmam, ac sepulture locum adepti. 132. 1.
 Eius Ecclesia. ibid.
 Locus, vulgo. Sette Fratze ab illis denominatum. 132. 2.
 Synagoga praefigurata per nauem, qua Ionas Probetaa uehebatur. 507. 3.
 Ordo sedentium in Synagoga. 661. 2.
 Synaxis. quid sit. 582. 4.

T

- Tabernaculum. Ecclesia militantis imago erat. 659. 8.
 Vide verb. Domus.
 Tabicha, eiusque praesentia. 660. numer. 12.
 Tabulae prime legis a Moysse confractae. 482. 2.
 Secunda illese atque integra seruata, eiusque mysterium. ibid.
 Tabulae aetij typi quibus Caemeteriorum imagines atque alia plurima in hoc opere conspicienda. exhibentur. Imagines Caemeteriorum quae Via Latinae posita sunt. 22. & seq.
 SS. Marcellini, & Petri. 57. & seq.
 S. Agnetis. 181. & seq.
 Priscilla. 245. & seq. 289. & seq.
 S. Iulij, & Valentini Via Flaminia. 351. & seq.
 Mausoleum S. Helena matris Constantini Imp. 41.
 S. Constantia. 156. 13.
 Imagines sanctorum vit rea à Caemeterijs urbis erata. 265.
 Alie. 402. & seq. 689.
 Monumenta arcuata figuris conspicienda in Caemeterio SS. Marcellini, & Petri. 119. & seq.
 Cubiculum unicuique in Caemeterio Cyriacae Via Tiburtina. 137.
 Sepulchrum S. Constantiae. 156. numer. 13.
 S. Francisca Romana. 13.

INDEX RERVM

- Subterraneus Confessionis S. Martine locus, atque orna eius sepulchralis. 263.
- Ecclesia à S. Siluestro ad Thermas Tizianas extructa. 381.
- Councilium œcumenicum in ipsâ Thermis à S. Siluestro celebratum. 383.
- Sarcophagi & Cœmeterijs, S. Agnetis 158. & seq.
- B. Cyriacæ Via Tiburtina. 143.
- Priscilla. 267.
- Alii nuper adiuuenti. 392. & seq.
- Quatuor antea Cruces cum Crucifixo quaternis clavis transuerberato. 407.
- Cœmeteria S. Agnetis. 414.
- S. Agathæ. 421.
- Calepodii Sacra S. Pancratii adis subiacens. 419.
- Callisti, quod secretum nuncupatur. 409.
- Lucina. 417.
- Ss. Marcellini, & Petri. 412.
- Nouelle. 423.
- Fontiani. 408.
- Priscilla, Hermetis, & Basille. 415.
- Martyrium S. Sebastiani ex quadam tabula antiqua, quæ supra altare in Cœmeterio Priscille uisebatur. 335.
- Ecclesia Ss. Marcellini, & Petri Via Lauciana. 51.
- S. Tiburtii eadem Via. 53.
- S. Hermetis. 223.
- Bina Ecclesie, quæ sibi contigua Via Salaria noua sita sunt. 243.
- Tarquinijs Prisci filius aurea bulla, & præterea primus donatus. 694. 21.
- Tau litera salutaris. 572. 12.
- Eadem litera in uelimentis imaginibus Cœmeterialium quid significet? 591. numer. 1.
- Eadem signati seruantur. ibid. 2.
- Sepulchris insculpta, quid significet? 702. 40.
- Tau, & chi Crucem Christi denotant. 568. 5.
- Tegula in tecto Ecclesie S. Martine reperia Theodorici Regis Gothorum nomine notata. 365. 18.
- Temperantia, & modestia veterum Christianorum in Agapis. 585. numer. 15.
- Tempestas maris post Iona præcipitationem sedata, atque eius rei mysteriũ. 506. 2.
- Tempestates anni, & mysteria, quæ in illis agnoscuntur. 598. 1.
- Symbolum inuitabilis moriendi necessitatis præferunt. 599. 1.
- Certitudinis resurgendi. ibid.
- Viæ humane. ibid.
- Et Resurrectionis. ibid. 3.
- Templa veterum Christianorum splendida. 227. 12.
- Templum Romæ Nominis Iesu sacrum Sanciorum reliquijs in eo repositis insigne. 342. 4.
- Templa Idolorum. Bacchi. 145. 5. & 156. 13.
- Diana. Via Latina. 16. 3.
- Eiufdem Via Nomentana. 145. numer. 5.
- Illud dicatum postea S. Ioanni Apostolo. ibid.
- Fortuna muliebris. 3. 3.
- Herulis. 215. 6.
- Honoris, Via Salaria. 216. 10.
- Quirini. 214. 1.
- Quietis. 30. 3.
- Nenia. 145. 5.
- Veneris Erycina, Via Salaria. 215. num. 7.
- Templum Hebræorum coronis aureis exornatum. 677. 18.
- Tertullianus. Eius erroneus in Catholicos iocus. 603. 2.
- Ab eo corona militaris improbat. 670. 5.
- Tertullianistæ heretici Romam adueniunt. 439. 11.
- S. Tertullinus martyr. Eius Cœmeteriũ. 15. 1.
- Tellamenti noui, & veteris inter se collatio. 486. 2.
- S. Theodora Hermetis martyris soror via Salaria martyrii palma ac sepultura donatur. 233. 1.
- Theodora Celsa diu ab apoplexia stupens diuina S. Franciscæ Romanae ope suis membris restituitur. 11. 17.
- Theodorus hereticus ex Vrbe pellitur. 435. 4.
- Theodosius Imperator eius in Episcopos reuerentia. 664. 7.
- Theodorus sutor eleemosynis suis domũ sibi in Cælo extruere uisus est. 660. num. 13.
- Theodoricus Gothorum Rex laudatus, ni heresi sedatus. 365. 18.
- Eius erga B. Petri Basilicam reuerentia. 364. 17.
- D. Petro regium munus offert. 365. num. 17.
- Tegule in tecto Ecclesie S. Martine reperia eius nomine notata. ibidem. num. 18.
- Thermæ Diocletiane. 384. 1.
- Eæ à martyribus potissimum extructæ ibid.
- In iis Crucis signum insculptum lapidibus reperitur. ibid.
- Quo anno extructæ? ibid. 2.
- Earum uastitas, ac amplitudo. 384. num. 2.
- Eadem à Pio IV. in Templum dedicatur. 386. 5.
- Thermæ Domitiani. 375. 1.
- Iam inde ab initio Christianorum persequium erant, ibid.
- Nouati. 369. 1.
- Theta litera condemnatoria. 574. numer. 14.
- S. Thralo in quodam suo pradio Cœmeterium inchoat, quod Thrafontis deinde ab ipso nuncupatum est. 232. num. 2.
- Eius corporis translatio. 233. numer. 5.
- Militibus Christianis ad opera publica damnatis necessaria suppeditabat. 385. 3.
- Thynnus, & anguilla, pisces sacrificiis tantum adhiberi soliti. 619. numero. 2.
- Tiara eiusque significatio. 595. 1.
- Iis Chaldaei utuntur. ibid. 3.
- Tiara auomodo Christo domino conueniat. 696. 4.
- Symbolum resurrectionis. ibid.
- Tiberius Imp. In eius nomen populi iocus. 590. 35.
- S. Tiburtius Via Lauciana in loco inter duas lauros appellato martyrium subit. 31. 1.
- Ecclesia ei Via eadem erigitur. 34. 6. & 36. 11.
- Eiufdem ichnographia simul, & orthographia. 53.
- Tiburtina Via. 124. 1.
- Timor Dei homines ad bene agendum impellit. 604. 3.
- Titulus Eudoxia. 233. 5.
- Equitis. 147. 4. et 233. 5.
- Apud illum S. Siluester multos annos commoratus est. 375. 4.
- Nicomedis. 148. 1.
- Pammachijs. 233. 5. 369. 25.
- Pastoris, et Pudentis. 370. 1.
- Præcedis. 374. 8.
- Sanciorum Quatuor. 43. 2.
- Vestine. 155. 12.
- Titus Imp. Eius Arcus Triumphalis in Vrbe. 682. 6.
- Candelabrum Hebræorum Mosaicum Romæ in triumphum portat. 651. numer. 2.
- Titus Plantius Siluanus. Eius memoria Via Tiburtina. 124. 2.
- Tobias, eiusque mysteria. 497. 1.
- Christus Dominus mystice in illo agnitus. ibid.
- Eiufdem historia expensa, cum circumstantiis. 499. 3.
- Tonderi mulierem turpe. 307. 27.
- Tormentum. Varia tormentorum genera apud antiquos. 688.
- Torre Pignataræ. 48. 1.
- Translatio corporum sanciorum. Ss. Adon, & Sennen. 365. numero. 10.
- Abundij, & Abundantij. 342. 2.
- Alexandri Papæ, & sociorum. 228. num. 17.
- Alexandri Episcopi. 345. 9.
- Basille. 225. 6.
- Bonifacii martyris. 18. 6.
- Chrysanthi, et Daria. 226. 10.
- Claudij. 42.
- Cronatij, et sociorum. 127. 3.
- Cyriacæ matronæ. ibid.
- Epimachi. 7. 2.
- Eugenia, et Claudia. 6. 4. et 15. numero. 2.
- Felicitatis. 228. 16.
- Gorgonij. 17. 4.
- Helene. 38. 15.
- Hermetis. 235. 5.
- Hilaria. 231. 2.
- Iacobi intercessi. 349. 18.
- Iafonis, Mauri, et Hilaria. 231. num. 2.
- Marcellini, et Petri 32. 2. et 35. numero. 8.
- Marciani, et Ioannis. 342. 2.
- Nemesij, et Lucille. 8. 4.
- Nicomedis. 148. 3.
- Papia, et Mauri. 147. 4.
- Primi, et Feliciani. 151. 2.
- Proti, et Hyacinthi. 235. 6.
- Pudentiane ad Cœmeterio Priscille. 371. 5.
- Pudentiane, et Præcedis et cœmeterio ad sacras earundem Aedes. 372. numero. 5.
- Quartij, et Quinij. 24. 2.

MEMORABILIVM.


- Resistat. 151. 2.
 Saturnini, et Siffini. 233. 5.
 Sempronii. 18. 7.
 Scipionii, Olympii, Exuperii, et Theoduli. 8. 4.
 S. Siluestri quomodo contigerit? 221. num. 13.
 Simplicij, Faustini, ac Beatricis. 366. num. 20.
 Sophie. 14. 2.
 Stephani. 128. 6.
 Susanna. 228. 15.
 Symphonose, et filiorum, Tertullini. 15. 2.
 Tiburtii. 37. 13.
 Thyrsionis. 233. 5.
 Urbani, Zotici, Irenaei, Hyacinthi, et Amantii. 46. 2.
 Translatio corporum multorum Martyrum alicuiusque Sacerdotum ex Cœmeteriis. 43. 2.
 Multorum Martyrum qui ad S. Stephano Papa reperti fuerunt. 8. 3. et 228. numer. 15.
 Multorum Martyrum de Cœmeteriis ad sacra sanctorum Quatuor Coronatorum Aedes. 228. 14.
 Ex Cœmeterio inter duas Lauros, ad Primum Fieletum. 366. 20.
 Translatio corporum de Cœmeteriis, nulla unquam in eis Gensilium, vel hereticorum corpora tumulata fuisse arguit. 449. 29.
 Triumphus Christi Domini Hierosolymam ascendenti, atque eius mysterium. 541. 1.
 Solatium, ac letitiam fidelibus præbet. 542. 2.
 Triumphus corona concluditur. 680. num. 1.
 Triumphus magna pars erant victima. ibid.
 Tropæa Christianorum, qua sint? 681. num. 3.
 Tropæa Romanorum victricia crucis formam præstebant. 642. 8.
 SS. Tryphonia, & Cyrella. Locus sepulture earum. 127. 5.
 Tunica S. Ioannis Apostoli in Urbe asseruatur. 591. 1.
 Tyranni per Nabuchodonosorem mystice significati. 499. 2.
- V
- V**alentinus Imp. Eius in Episcopos reuerentia. 664. 7.
 S. Valentinus Martyr Via Flaminia, martyrii palma, ac sepultura donatur. 430. 1.
 Cœmeterium eadem Via ad S. Iulio Papa extructum nomine eius vocatur. ibid.
 Eiusdem Ecclesiæ. ibid.
 Valentinus hereticus nullam penitentiam cum Catholicis Roma conuentionem obtinere potuit. 435. 2.
 S. Varus cuiusdam matrone dolore grauitate oppressa filium eius triumphante, ac corona redimitum videndum præbet. 675. 13.
 Vasculum ligneum cum sanguine coagulato in sepulchro SS. Processi, & Martiniani. 382. 7.
 Vascula, in quibus SS. Praxedis, & Pauliana martyrum sanguinem colligebant, vbi in modo reperiantur. 372. 5.
 Vala sacra pretiosa tempore persecutionum.
 Eorumque pretium, ac pulchritudinem gentiles admirantur. 552. 2.
 Vascula vitrea titulo notata in sepulchro S. Martine reperta. 360. 12.
 Quid in eius asseruaretur? 361. 13.
 Velum Templi, eiusque mysterium. 627. num. 2.
 Velamina Mitris virginum Deo sacrum successerunt. 306. 23. & 597. 5.
 Velatio virginum festiua nuptiarum dicuntur. ibid. 24.
 Velis quibus sedes Pontificales ornantur. 141. 6. et 654. 7.
 Veneratio sanctorum sepulchris adhibita. 461. 2.
 Sepulchris Martyrum demonibus terribilis. ibid.
 Veneratio sacrarum imaginum de Conciliis, & Patribus approbata, & imitata. 476. 11. 459. 18. et 461. 3.
 Venus Erycina. Templum eius Via Salaria. 215. 7.
 Venus Verticordola. Simulacrum eius. 216. 9.
 Ver Baptismi typus, ac imago constituitur. 600. 4.
 Item resurrectionis. ibid.
 Veranus æger. 125. 1.
 Verbum diuinum assimilatur Manna. 484. 6.
 Ratio eius, ac habitudo. ibid.
 Vermis matutinus, qui corrodit, atque arefecit umbraculum Iona symbolum Christi Domini præfert. 509. 7.
 Vetus Orpheus ad filium suum Musæum. 561. 1.
 Veltigia templi veteris, & Cœmeterii S. Cyriaci Via Ostiensis. 37.
 Templi S. Agathe, Via Aurelio.
 Veltina Titulus. 115. 12.
 Vexilla militaria varia avnd varias gentes insignia præstebant. 710. 56.
 Via Prætorii Roma.
 Claudia, dicta Clodia. 337. 1. 339. 8.
 Figulensis. 144. 1.
 Flaminia. 337. 1.
 Gabinia. 47. 2.
 Cabiussa. 133. 3.
 Latina. 2. 3. & 3. 2.
 Profana in ea monumenta. ibidem.
 Laucana. 30. 1.
 Laucana Vetus. ibid.
 Nomentana. 144. 1.
 Eius curator. ibid.
 Prænestina. 30. 1.
 Et profana, qua in ea sita sunt monumenta. ibid.
 Salaria. 214. 1.
 Cur ita nuncupetur? ibid.
 Salaria Vetus. 236. 2.
 Salaria antiqua, & noua. 206. 11.
 Quoniam Via Salaria sint vetus, & noua? ibid. 12.
 Tiburtina. 124.
 Eius Curator. ibid. 3.
 Vici Aurelii Balnea Via Claudia, nunc vulgo Vicarelli nuncupantur. 345. 9.
 Viduæ coronata ad sacrificia ducuntur. 674. 9.
- Eadem erant magna pars triumphi. 680. 2. 646. 8.
 Vicus Oriola. 245. 9.
 Patritius. 356. 2.
 Vrsi Fieleti. 357. 4.
 Vigilantia hieroglyphicum gallus gallinæ natus constituitur. 615. 2.
 Vigilantia maxime decet pastores gregis Dominici. 616. 5.
 Villa Adriani. 125. 3.
 Bossi olim nunc Abbatis de Rosa Incolto Ordini Hierosol. Roma a negotiis. 350. 1.
 Casaris. 338. 4.
 Martialis. 145. 4.
 Ouidii. ibid.
 Phyllidis. 3. 3.
 Seneca. ibid.
 Severine. 149. 3.
 Vero Imperatoris. 339. 10.
 Villa Via Flaminia. 137. 1.
 Nomentana. 145. 3.
 Tiburtina. 124.
 Virga, eiusque mysteria. 548. 1.
 Insigne regale ibid.
 Signum correctionis, ac disciplina. ibid.
 Domitine. 148. 2.
 Messie. ibid.
 Potestatis sacerdotalis. ibid.
 Virga Moysi cruci Christi collata eiusque typus, ac symbolum erat. 483. 4.
 Virga, ac baculus Pastoralis. eandem mystice significationem habet. ibid.
 Viminalis porta. 144. 2.
 S. Vincentius Via Tiburtina nobili coronatus martyrio. 132. 3.
 Virgo, virginum Deo Sacrarum velamina mitris antiquis succedunt. 306. num. 23.
 Earum festiua velatio nuptiarum dicuntur. ibid. 24.
 Christi Sponsa virgo. ibid. 25.
 Virginum Deo dicandarum mos antiquus. 309. 30.
 Earum mitra ab aliis differentes. 597. num. 6.
 Vita nostra veris, atque hiemis similitudinem habet. 600. 5.
 S. Vitalis, Eius Ecclesiæ. 155. 12.
 Vites, & vicia, earumque mysteria. 647. num. 2.
 Animæ symbolum præstertur. 649. num. 4.
 Ecclesiæ. 648. 3.
 Christum etiam mystice designant. ibid.
 Synagoga etiam per illas secundum allegoriam intelligitur. 647. 2.
 Martyrii quoque mysterium habent. 649. 5.
 Atque anima virtutibus prædita, ibi. Vitiis Centurionum in igne erat. 647. 1.
 Vicia, ac peccata serpentibus assimilata. 605. 6.
 Umbraculum, sub quo Ionas propheta recubat. 508. 6.
 Typus Moisa legis. 508. 6.
 Sacrificiorum eius, ibid. eiusdem promissionum. ibid. 7.
 Populi Israelitici. ibid.
 Verum fuerit ex bœdera, an ætro incurbita. 509. 9.
 Vncis ferrei. 688.
 Ungula ferrea Martyribus exercitandis.

I N D E X R E R V M

- dit, eiusq; egyptus, seu Delineatio . pag. 687.
- Volatiliū, symbolum in sacris paginis . pag. 660. 1.
- Volumina inuoluta & explicita, quid significent? 549. 1.
- Imagini Christi applicta quid denotent? *ibid.*
- Voluntas in bonis operibus à Deo pensatur. 471. 3.
- Voluplatum huius seculi amatores. 676 num. 14.
- Vox galli, eiusq; mysteria. 616. 7.
- Urbanum de Propaganda Fide Collegiū Romæ tribus Magis dicatum . 522. num. 4.
- Vrnx quibus Gentiles suorum cineres condabant. 43. & 432. 2.
- Vrsicinus ex Vrbe pulsus post eius in Ecclesia scibisina creatum. 448. 28.
- Ab exilio reuocatus, sed Vrbi ingressus interdixus. *ibid.*
- Eius sequaces in Gallias ablegati. *ibid.*
- Vltus antiquus colendi sacras imagines. 460. 1.
- Vua symbolum martyrij. 649. 5. Vide verb. Vites.
- X**
- X** Litera vestimentis intexta, affutaus quid significet. 592. 2.
- Sepulebris Christianorum imponebatur. *ibid.*
- Z**
- Z** Acharias Papa in honorem S. Abbatyri Oratorium via Tiburtina ædificauit. 127. 3.
- Zelus puerorum aduersus iconomachos. 562. 6.
- Zeno Tribunus cum decem millibus ducentis tribus sociis martyribus postquam Therma Diocletiana, ad quorū opus damnati fuerant, transficta essent, martyrium subeunt. 385.
- Zetarius, eiusq; munus. 44. 1.
- SS. Zosimus, Xystus, & Hilarus Romani Pontifices in Cæmeterio B. Cyriaca tumulantur. 128. 5.
- B. Zoticus. Eius Cæmeterium Via Laticana. 45. 10.
- Aedes eiusdem in vinea Capranicorum in Palatino. 46. 3.
- Translatio corporis eius. 46. 2.
- Plures eodem Zotici nomine in Martyrologio vocati. 45. 1.

F I N I S.





DATE 11/18
REF ID
N
1921
A41
V2

